GENEALOGIÆ FRANCICÆ PLENIOR ASSERTIO.

Vindiciarum Hiſpanicarum, Novorum Luminum, & Lampadum hiſtoricarum,

à JOANNE JACOBO CHIFFLETIO male concinnatarum,

OMNIMODA EVERSIO.

Carolini Sanguinis in Capetinam Familiam per annos 800 continuus influxus.

Auctore

DAVIDE BLONDELLO.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

TOMVS II.

AMSTELÆDAMI,
Ex Typographeio JOANNIS BLAEU.
Anno M D C LIV.
Cum Chriſtianiſſimi Regis Privilegio.

SVMMA PRIVILEGII,

cujus in *Ioannem Blaeu* Author jus transtulit.

REgio privilegio Anno 1650, Iunio mense in decennium concesso, cautum est; ne quis sine Authoris, aut ejus, in quem jus suum transtulerit, permissu, *Genealogiæ Francicæ pleniorem assertionem* excudat, aut à se excusam distrahat; qui secus fecerit pœnæ denuntiatæ subjaceat.

Absoluta secundi voluminis editio A. D. 1654. Sexto Idus Septembres.

TOTIVS

GENEALOGICÆ PARTIS IDEA.

Chiffletianæ Præfationis eversio.

CHiffletii & hortatorum ejus irritum molimen, p. 1, 2. Marchionis de Castelrodrigo in Genealogicis peritia quanta, p. 3. Francisci de Mello Capetini in propriam gentem injuria, pag. 4, 5.

Primi Vindiciarum capitis eversio.

Læsæ per Capetinorum Principum latus, Regum omnium (quos presbyteri in sacris politi filios facit) Majestatis reus Chiffletius, p. 7.

I. Glabri Rodulfi de Hugonis Magni Capeti Regis parentis genere, sententia nullam fidem meretur, p. 9, &c. plures Glabri ejusdem errores indicantur, p. 17, &c.

II. Non masculinum Capeti Regis Francis ipsis incompertum stemma, sed commenta sua edidit Chiffletius, p. 25.

III. Incerta & falsa stemmati a Chiffletio delineato inserta notantur, p. 25. De Welfi Iuditæ Imperatricis parentis gente, p. 25. &c. de Adelhaidis Conrado Welfi filio nuptæ parente, p. 28. Hugone I. Abbate cum cœlebs & voto obligatus fuerit, nasci Adelhais nequaquam potuit, ibid. Lotharii II. amita fuit, p. 30. Roberto *Forti* secundis nuptiis juncta est, p. 31. Berengarii Gisla nati & Roberti Adelhaidis filii propinquitas, p. 32. In Othone Duce anno 1005. denato, Caroli Lotharingiæ Ducis linea masculina non defecit, sed à Ludovico secundo genito in Thuringia ad annum usque 1247. propagata est, p. 33.

IV. Stemmatis à Chiffletio delineati probationes, vel inutiles sunt, vel prorsus nullæ, p. 38. Welfi Stemma, p. 39. Richardi Burg. Ducis Stemma, ibid. Rerum ab A. D. 800 ad 992 gestarum summa, p. 40. Falsa Chiffletii de Arnulfo Remensi sententia, p. 44. Sammarthanorum geminorum bona fides vindicatur, p. 44. Albericus illustratur, ibid.

V. Falsum fœmineum Capeti Stemma à Chiffletio editum, p. 46.

VI. Admissa in eo peccata, p. 47.

VII. Ejusdem probationes, vel inutiles, vel falsæ sunt, vel adversus Chiffletium ipsum militant, pag. 47. Chartarum Gorziensium à Chiffletio laudatarum censura, p. 48. Bertinianorum Annalium elucidatio, p. 49. Herrici elucidatio, p. 49. Canonici Turonensis censura, p. 50. Monachi Majoris monasterii de Andeg. Comitibus censura, p. 51. Rudolfi Burg. Regis origo, p. 51. Sammarthanorum geminorum defensio, p. 51. An Robertus *Fortis* Saxonicus fuerit, pag. 52.

Appendix ad cap. 1. adversus Nova lumina, & Lampades.

I. An unicus Pippino & Alpaïde natus sit Martellus, pag. 54, ad 62.

II. An Martellus & Childebrandus diversis patribus prognati sint, p. 62. de *germani, fratris* & *fraternitatis* etymo, p. 62. Childebrandus Martello junior fuit, p. 63. eodem patre nati *germani* dici possunt, p. 65. non *uterini*, p. 68. Calumniæ rei quotquot Lambertum Alpaïdis impulsu cæsum volunt, p. 73. Octaviæ & Neronis nulla nisi ex adoptione *fraternitas*, p. 79. ea nihil ad *germanitatem*, ibid. De *germanis* Varronis, p. 82. Virgilii, ibid. Isidori, p. 83. Luitprandi sententia, p. 84. Cognatorum & agnatorum distinctio nihil ad quæstionem de *germanis*, p. 85. Fredegarius de Hispanismi affectatione ne cogitavit, p. 89.

III. An Nibelungus Childebrando patre natus fuerit, p. 93.

IV. An Theodebertus Nibelungo patre editus fuerit, p. 95. Charta S. Iuliani Brivatensis vindicatur, p. 95, ad 101.

V. An *Matricensis Comitatus* in Austrasia fuerit. Macram in *Matricam* nulli antehac in Treviris auditam unus Chiffletius vertere aggressus est, p. 101. effectum ab eo etymon ridiculum est, p. 102. An *Macræ* Ausonii verba aptari possint, p. 105. Charta monasterii de Horreo falsa est, p. 107. nulla ad viam militarem *Matrica* in Treviris fuit, sed forte *Macra*, p. 110.

VI. De *Mediomatricorum* etymo. *Mediomatrici* populi non urbis nomen, p. 116, 117. *Mediomatricorum* vocabulum Celticum est, p. 118, ad 123. Latinum nec est, nec potest, p. 122. Metaphrastæ censura, p. 126. Mejeni monasterium *medium* perperam dicitur, p. 129.

VII. De vera Matricensis Comitatus sede. Theodeberti Comitatus *Provincialis* non fuit, p. 130. Attiniaci non apud Theodonis villam Pippini Aquitaniæ Regis nuptiæ celebratæ sunt, p. 132, ad 135. *Pagus* quid, p. 137. Palatii, civitatis, pagi Comites, p. 139. Matricensis Comitatus amplitudo, p. 140. aliud *diœcesis*, aliud *pagus*, p. 141. Vicaria potestas, p. 143. potestaria, p. 144.

VIII. An Robertus *fortis*, Roberto Aganæ marito natus sit, p. 145, &c.

IX. An Robertus fortis *Saxo* dici potuerit, p. 153. Aimoinus id primus scripsit. ibid. Saxones per Gallias multi, p. 156. an Germani quilibet *Saxones* dici potuerint, p. 157. Feroni de gentilitiis insignibus somnia retelluntur, p. 162, &c.

X. An fieri potuerit ut Divionense Chronicon Roberto *forti* Hugonem II Abbatem fratrem assignaret, p. 165, &c.

XI. An fieri potuerit, ut Robertus *fortis*, Conrado Welfi filio & Adelhaide nasceretur, p. 169. binominis non fuit Conradus, p. 169. binomines Magnates soli non fuerunt, p. 170. Adelhais Roberti *fortis* uxor, Ademari soror nec fuit nec esse potuit, p. 177. Avunculi nomen æquivocum, p. 178.

XII. An fieri potuerit ut Adelhais Conrado Welfi filio nupta Hugonem I Abbate nasceretur, pag. 179. Hugo I Abbas S. Quintini à Novaliciensi diversus, p. 180. Hugonis non Carolo Magno ex Reginæ contubernio nati, sed Capeti parentis uxor prima Iudith Rothildis filia, p. 183. Hugo Reginæ filius nunquam maritus fuit, p. 184. Albericus emendatur, p. 185. Bertiniani Annales Chiffletio non favent. *ibid.* Hugo Adelhaidis Roberto nuptæ pater esse non potuit. *ibid.* Adelhais Lotharii II *matertera* improprie dicta est, quia *amita* fuit, *ibid.* hoc ipso Hugone Reginæ filio natam non fuisse evincitur, p. 186. Chartæ à Berengario I datæ interpretatio vindicatur. *ibid.* ex Herrico Adelhaidem Ludovico *Pio* natam fuisse adstruitur, p. 187. Hugonis filiam non fuisse demonstratur. *ibid.* Hugo Reginæ filius Petronillæ parens non fuit, pag. 188. Boucheti bona fides vindicatur, p. 190.

XIII. An

XIII. An ortus Carolini XIV, à Marco Antonio Dominico Capetinis Regibus assignati legitimi sint.

Secundi Vindiciarum Capitis everſio, p. 194.

I. Hildebrantæ Heriberti II uxoris à Chiffletio corruptum Stemma, p. 194. Stemmatis censura, p. 195. Beatrix Roberti Regis uxor, Hereberti II soror fuit, p. 196. Witikindi errata, p. 197. Beatrix Roberti Regis uxor 2 esse potuit.

II. An Bernardus Rex Beatricis proavus *ex concubina natus* sit, p. 199. Pippinus Bernardi parens, Berta Guillelmo nata & Bernardi Camerarii germanæ maritus fuit, p. 200. quo sensu Bernardus Rex Tegano *ex concubina natus* dictus sit, p. 202.

III. Falsa Willelmi Naugii de Mathilde Henrici *Aucupis* uxore sententia plenius refellitur, p. 203.

IV. Verum Henrici Aucupis Stemma, p. 206. Carolinus per matrem fuit, p. 208. Adelhais Capeti uxor Capetina per proaviam fuit, p. 209.

Appendix ad Nova lumina & lampadas.

I. An Beatrix Roberti I Regis uxor Heriberto I nata sit, p. 211.

II. An Ermengardis Ludovici Pii uxor prior, Nemerico nata sit, p. 212.

III. An Iudith Ludovici Pii uxor secunda, propinqua ejus fuerit, p. 215.

Tertii Vindiciarum Capitis everſio.

Matrum nobilitatem in pretio esse debere nemo negat, p. 217.

I. Ruotrudis Constantino Imperatori desponsatæ exemplum Chiffletio nequaquam favet, p. 218.

II. Afficta Carolo *Crasso* visio fidem nullam meretur, p. 218.

III. Admissum à Chiffletio in Valentini Concilii decreto falsi crimen revincitur, p. 223.

IV. Henrico III Imperium per matrem non obvenit, p. 229.

V. Frederico I, Imp. Alfonso X, Castell. Henrico III, Brabant. Philippo Bono Burg. Duci, Sigismundo Imp. nihil Carolini sanguinis jure delatum, pag. 232. origo electionis in regno Germaniæ, p. 233. Ius electionis potius non est, p. 235. Germaniæ Regum ex prima Saxonica familia, p. 236. ex Lucemburgica p. 237. ex Brabantinorum affinibus, p. 237. ex Anglorum affinibus, p. 238. ex familia Austriaca, series, p. 238. Electio Septemviralis initio non fuit, p. 239. forma electionis hodie usitata anno demum 1356 confirmata est, p. 246. de Archicancellariatu Electorum Ecclesiasticorum, p. 247. Electionis incommoda, pag. 248.

Quarti Vindiciarum Capitis everſio.

I. Carolini Capetinorum Principum atavi, p. 250.

II. Chiffletianæ dissertationis de Caroli Lotharingiæ inferioris hæreditate censura, p. 251. Edmundi Dinteri censura, p. 251. Hugonis Floriacensis censura,

sura, p. 253. Historiæ Arnulfi Archiepiscopi Summa, p. 255. mares tres reliquit Carolus Dux, p. 257. eorum posteri ante annos 490 Capetinis Regibus reconciliati, p. 258. Gerbergam Caroli Ducis secundo genitam fuisse probabilius est, p. 258. Brabantiæ Comes suo jure non fuit, p. 259. De Lotharingiæ regno, p. 260. Caroli Ducis casus, p. 265. Lotharii Regis cum Othone II pactum, p. 266. Lotharius Othonis III pueri patrocinium suscepit, p. 266. Sigeberti hac in parte errata, p. 267. Lotharingiæ regnum jam dudum concidit, p. 268. Lotharingæ Ducatuum origo, & amplitudo. ibid. Lotharingiæ Ducum laterculus, p. 271. Codicis Nivellensis nulla fides, p. 272. de Gerbergæ Lovanii Comitis posteris Chiffletii errata, p. 272, &c. de Ermengardi Namurci Comite ejusdem errata. p. 275. prærogativa penes Regem Catholicum non est, p. 277. Willelmus Nangiacus & Innocentius III Papa explicati, p. 278. Baronius defensus. *ibid.* Chiffletius vel ingratiis suis ex hypothesi propria Philippum II *Augustum* dictum Caroli Magni per legitimos ductus neporem fuisse adstruit, p. 279. nihil ex Caroli Ducis filiabus in Hispaniæ Regem cæterosque Austriacæ gentis principes juris dimanare potuit. *ibid.* Si quid in Carolo juris fuisset ad Hassos & Misnicos Principes quantum quantum animo effingi potuisset, transiisset, p. 280. Carolus Dux Hugone Capeto naru non major, sed longe minor fuit, p. 280. de Caroli *Simplicis* natalibus à multis coætaneis dubitatum. *ibid.* Carolus ejusdem nepos, ob factiones adversus regnum à germano & nepote Regibus, regnoque universo abdicatus est, p. 281. Francos *in eum inclinavisse* falsum est, p. 282. æque falso *distulisse* Carolus Dux dicitur, p. 284. Gervasius Tisleberiensis vindicatur, p. 285. Will. Nangiacus vindicatur, p. 285. Codex Nivellensis falsi convincitur. p. 286. Capeti Majores Regibus fidi, p. 288. Hugonis Floriacensis commenta confutata, p. 289. Ioan. Iperii maledicta falsi convicta, p. 290. Guiberti censura, p. 291. Andreæ Marciennensis censura, *ibid. regnandi* vox ambigua, *ibid.* Alberici censuta, p. 293. Edmundi Dinteri censura, *ibid.* nullum fuit Ecclesiæ Rom. decretum de regno familiæ Carolinæ servando, *ibid.*

Appendix ad Nova lumina & Lampadas.

I. Gerbergam Caroli Ducis primogenitam fuisse probari non potest, p. 295. Magni Chronici Belgici censura, *ibid.* Gerberga & Hadwidis infantulæ desponsatæ. p. 296. Gerberga Gisleberti Ducis & Gerbergæ filia Bertholdo Duci desponsata, non ei sed Alberto Comiti nupsit, p. 297. in Mathildis & Albradæ Ludovico IV natarum die natali fallitur Chiffletius, *ibid.* Albrada Ragenoldo Remorum Comiti nupsit, *ibid.*

II. An *alieni* & *externi* à Carolino sanguine Capetini, p. 298. *exterum* & *externum* diversimode contrahitur, *ibid.* Gentis, *generis*, *familiæ*, *domus* vocabula ambigua sunt, p. 299. à *Saxiaco* Saxonici credidi Capetini, *ibid.* Fulconis Remensis censura, p. 300. Chronici Laurishamensis censura, *ibid.* Glaber explicatur, p. 301. Guibertus explicatur, *ibid.* in *generis* voce ludit & sibi contradicit Chiffletius, p. 306. in *generis regalis* appellatione ludit rursus Chiffletius, p. 307. Aimoini censura, p. 308.

In Iacobi Cassani lib. 2. cap. 3. notæ.

Decimi Vindiciarum capitis eversio.

Controversiæ inter Reges difficiles, p. 316. Hispaniarum Rex honoratior non est, *ibid.*

I. Philippi IV à Clodoveo repetitus ortus mendo non caret, p. 318. Ortus ille (si verus sit) Capetinos per mares ab anno 696 Austriacos, nonnisi per fœminas idque serò contigit, p. 319. Austriaci, nec Clodoveani, nec Carolini, nisi per Capetinas matres facti sunt: exemplum primum, p. 319. secundum, tertium & quartum, p. 320. quintum & sextum, p. 321. Raimundus Burgundus Vracæ Reginæ maritus per plures ramos Carolinus fuit, 322.

II. Ortus Philippi IV per Flandriæ & Hannoniæ Comites à Chiffletio delineatus mendo non caret, p. 322. successionis Namurcicæ status, p. 323. Carolini sanguinis nobilitas in Margaretam Flandriæ & Hannoniæ Comitem per Capetinas matres ab A. D. 890 defluxit, *ibid.* Ejusdem nobilitas in Capetinos longe prius quam in Austriacos defluxit, *ibid.* Ejusdem nobilitas in Austriacos nisi per Capetinas matres non defluxit, p. 324. Adelhaidis Hollandicæ, Elizabethæ Bohemicæ, Margaretæ Brabantinæ stemma Capetinum, p. 325. Matthildis Bethuniæ stemma Capetinum, p. 326. Beatricis Barri Comitis, Matthildisque & Ioannæ Registetentium stemma Capetinum, p. 327.

III. Philippi IV ortus à Clodoveo per Burgundos, Saxones, Francones, Suevos mendo non caret, p. 328. Burgundicæ nobilitatis gloria tota ad Christianissimos Reges transiit, p. 329. Suevicorum Burgundiæ Comitum nobilitas in Austriacos nonnisi per Capetinas matres transfusa est: exempla, *ibid.*

IV. Philippi IV ortus à Clodoveo & Carolo per Lucenburgios falsus est, & ridiculè primum à Chiffletio delineatus, p. 330. Alberti II Imp. stemma Capetinum, p. 331. Annæ Fuxensis stemma Capetinum, p. 332. ob appetitum falsis criminibus Capetum, Regibus universis pœnas debet Chiffletius, p. 334. Truculentum nihil Capeto ejusque posteris Francorum Regibus objici potest; Hispanis sine injuria potest, p. 335.

Appendix ad Nova lumina.

I. Fabulosæ Austriacæ gentis origines indicantur, p. 336.

II. Habsburgicos à Burgundiæ Regibus procedere non probat Chiffletius, p. 339. nec Vindonissæ præfuisse, p. 340. Vindonissa initio Burgundica non fuit, *ibid.* Habsburgum non ex Burgundionum proprio, sed ex Teutonum communi more nomen sortitum, p. 341. Landalous Vindonissæ Comes Guntramni frater esse nequaquam potuit, *ibid.* Habsburgicos Burgundicorum Regum propinquos fuisse ex nobilitate nequaquam sequitur, *ibid.* ex eo quod pincernas habuerint, regio more vixisse nequaquam probatur, p. 342. nec ex formulâ *Comes Dei gratiâ*, p. 345. nec ex affinitatibus, *ibid.* Capeti propinqui Romanorum Impp. p. 347. Capeti posteri Constantinopolitanorum Impp. *ibid.* Capeti propinqui & posteri, antequam Habsburgicus ullus Rex salutaretur ad regnum evecti, *ibid.* Capeti posteri Reges post A.D. 1273. *ibid.* Habsburgici Reges, *ibid.* Habsburgici post Lensburgios, Froburgicos, Homburgicos, Frankensburgicos, Montfortios, Pfullendorfios, &c. à coætaneis recensiti, p. 348, 349. de Habsburgicorum

opibus veterum testimonia, p. 349. ex Habsburgicis, alii Kiburgici, alii Austriaci facti sunt, p. 350.

III. Gentilitium Habsburgicorum insigne, nec Regium, nec Gothicum, nec Burgundicum, nec Hispanicum fuit, *ibid.* De gentilitiorum symbolorum origine fabulæ Chiffletianæ refelluntur, p. 351. leges tamen meritorum novæ sunt, *ibid.* scutum Habsburgicum aureum, p. 352. leo coccineus, p. 353. leonis corona cærulea, p. 354. galea aurea coronata, p. 355. pavonum pinnas in galeæ apice, p. 356. Leonis anteriora in eodem apice, p. 356. scuti telamones, p. 358. clamor bellicus, p. 359. lemma epigraphicum, *ibid.* nihil quo regia origo denotetur habent. Scutaria Regum universorum symbola nova sunt, p. 360. imo & Regibus minorum, p. 361. Scutaria veterum Austriacorum symbola, p. 362.

IV. Editum à Chiffletio Austriacæ gentis stemma masculinum, ex ipsiusmet confessione falsum est, 363.

V. Veri Austriacæ gentis majores à Francis nostris Chiffletio indicati, p. 368. nova ejus errata, p. 366. Majores domus à Regibus constituti & Regibus subditi, p. 367.

VI. Veterum de Austriacæ gentis Majoribus judicia, p. 369. picturæ Bruxellenses fides, *ibid.*

VII. Habsburgici nonnisi per Capetinas matres Carolini, p. 373. lilia in scuto regii stemmatis insignia non sunt, *ibid.* rosæ Anglicanæ, p. 374. Itta Theodorici Ducis soror, Gerardo nata non est, *ibid.* Chiffletianæ tabula errata. p. 375.

VIII. Ittæ stemma commentitium; ejusdemque censura, *ibid.*

IX. Ittæ verum stemma, p. 376. Chiffletii in Habsburgicorum Carolino stemmate assignando errata, p. 378.

X. Carolini sanguinis in Rudolfum Habsburgicum per Capetinas matres multiplex influxus, *ibid.*

XI. Carolini sanguinis in Annam Hohenbergicam Rudolfi uxorem priorem per Capetinas matres influxus, p. 379.

XII. Regnum à Gothis in Hispania fundatum Francico antiquius dici non meretur, p. 381. perperam ad Balthos quod ad Amasos pertinebat trahit Chiffletius, *ibid.* Franci & Gotthi tempore eodem Romaniam invasere, p. 384. Franci Romanorum judicio à Romanis secundi. Hispania Honorio regnante sub Alanis, Vandalis, Suevis fuit, *ibid.* Valentiniano regnante sub Suevis & Romanis quibus Gotthi militarunt, à p. 385 ad 89. ab Ægidii anno 464 denati morte Gothi in Hispaniâ dominari cœperunt, p. 390. Iornandes notatur, p. 391. Gothi ab anno 418 ad 464 in Hispaniâ Romanis semper militarunt, p. 391, 92. toto illo tempore Romanis Magistratibus, Comitibus Vicariis, Militum Magistris Hispaniæ regimen commissum, *ibid.* Vnde conficitur Francorum in Gallia regnum, Gothico in Gallia & Hispania antiquius fuisse.

XIII. Gothici regni robur Francico par non fuit. Theoderici Ostrogothi minas sprevit Clodoveus vix trientis Galliarum potens, p. 393. Alaricum alterius trientis & Hispaniarum maximæ partis Regem protrivit, *ibid.* Gesalicum vero Gundabaudus Clodovei miles, *ibid.* Amalricum Alarico natum Childebertus, p. 394. Isidorus Hispal. interpolatus, *ibid.* Lucas & Rodericus notati, *ibid.* Lucæ nugamenta, de Hispania citeriore, Pampelona, Paulo tyranno. Gothis timiditas objecta, p. 395. Sidonius explicatus, *ibid.* Francorum clades per Gothos, p. 396. Lucæ Tudensis mala fides, p. 397. inique immanitatem, & ob immanitatem clades

des in Sicilia & Italia Francis objicit Chiffletius, *ibid.* Hiſpanicæ gentis in Italia & America ſcelera, p. 399, 400. Aſturienſium, Legionenſium &c. cum Saracenis in Hiſpania, nec *continuum*, nec *internecinum bellum* fuit, p. 400. Mauris initio tributum deditione facta penderunt, p. 401. Hiſpanici timoris & fugæ exempla. *ibid.* Hiſpanorum bellum ſemper in pacta cum Saracenis deſiit, in internecionem nunquam, *ibid.* Hiſpani ſæpius Saracenica auxilia popoſcerunt, *ibid.* nonniſi Francorum ope Mauricum jugum fregerunt, *ibid.* Hiſpani implorata Conſtantinopolitanorum auxilia, exigere domo niſi protracto diutius tempore nequaquam potuere, p. 403. à Normannorum manu male habiti ſunt, *ibid.* Americanos nudos, imbelles, innoxios, quod ſub jugum miſerunt, fortitudinis non fuit; quod ferro, fame, flamma, intolerandis laboribus exhauſtos deleverunt, ferinæ (quæ nullo humanitatis Chriſtianæque miſerationis ſenſu tangeretur) immanitatis fuit, p. 404 Hiſpanorum in Americâ & India uſque nunc robur eſt, *ibid.*

XIV. Pelagii Aſturum Regis, & Petri Cantabriæ Ducis editum à Chiffletio ſtemma & mancum eſt, & mendoſum. p. 505. Pelagii ejuſdem verum ac plenum ſtemma. *ibid.* Petri ſtemma, p. 406. Veremundus Rex Froila natus eſt, p. 406, & 407. Pelagius nec Recaredi, nec Roderici regnum tenuit, p. 407. Pius II explicatus & correctus, p. 408. Saavedræ *corona Gothica* falſis multis ſcatet, *ibid.*

XV. Gothico & Vaſconico ſanguine priores imbuti Borbonii, p. 409.

XVI. Purus Gothici, Vaſconici, Burgundici ſanguinis tradux diverſimode ab A. D. 1256, Borbonios imbuit, p. 440.

XVII. Carolinus Barcinonenſium Comitum & Aragoniæ Regum ſanguis in Auſtriacos non niſi per Capetinas matres fluxit, ejuſque quanta quanta eſt gloria, ad Chriſtianiſſimum Regem, alioſque ordine priores tranſiit, p. 411. Barcinonenſis Comitatus ſub Francis ab A. D. 778 ad 1258 fuit.

XVIII. Barcinonæ Comitum ab A. D. 1112 Capetinum ſtemma, p. 114.

XIX. Ortus Philippi IV Regis à Commenis Impp. prout eum Chiffletius edidit mancus & mendoſus eſt, p. 415. Xene Manuelis uxor ſecunda Rainaldo patre nata non eſt; Albericus notatur, Eudoxiæ Guillelmo Montepeſſ. nuptæ Berta mater fuit, non Xene, p. 416.

XX. Philippi IV Regis ortus ab Angelis Impp. prout eum Chiffletius edidit mancus eſt; idemque Chriſtianiſſimo Regi communis, & à Capetinis matribus repetendus, p. 418. Conradi Vſpergenſis, Godefridi ſancti Pantaleonis Monachi, Othonis de S. Blaſio, Ioannis Cuſpiniani, Alberici cenſura.

XXI. Origo Philippi IV Regis à Flandro Imperatore, tota Capetinis matribus debetur, Borboniæ genti communis eſt; paucioribus ab ea gradibus Borbonii abſunt, p. 420.

XXII. Familiæ Curtiniacenſium Impp. ſtatus, p. 422. Angelorum Imperium legitimum non fuit, p. 423. Ipſe Carolus Lotharingiæ inferioris Dux à Francis abdicatus, Capetinus per abaviam fuit, p. 424.

XXIII. Ex *Flavii* prænomine realis dignitatis in Gothos nihil profluxit, ſi quid profluxit, quantum quantum eſt ad Borbonios tranſiit, p. 425. nomina ex inſtituto ſignificant, & uſum mutant: Flaviorum origo ignobilis. Flaviæ Domitillæ ſtemma mendoſum à Chiffletio editum, p. 425. ſtemmatis cenſura, p. 426. plenius ſtemma. *ibid.* Quatuor Domitilli, p. 427. ex Philippi Chiffletii Sarda nihil quod ad rem ſit exculpi poteſt. *ibid.* Chiffletianæ ſententiæ incommoda,

ibid.

ibid. Domitillæ maternum à Chiffletio editum ſtemma falſum eſt, p. 428. Clemens Metenſis veteribus ignotus eſt, p. 429. Clementis Romani ætas. *ibid.* Inſcriptio Metenſis nihil ad Domitillam Veſpaſiani propinquam, p. 430. Flaviorum infinita fere multitudo, p. 431. Flavii inter Barbaros, p. 433. nonnunquam neglectum ab iis qui ſumpſerant *Flavii* prænomen, *ibid.* Gothi Reges Flavii, p. 434. omiſſum ſæpius tam ab ipſis, quam ab aliis qui de iis loquebantur *Flavii* prænomen, à p. 434 ad 436. Vnus Egica ſe *Flavium* abſolute inſcripſit. Hiſpani Reges ſuos *Flavios* non inſcripſere, p. 436. Paulus tyrannus *Flavium* Gothorum æmulatione nomen invaſit, *ibid.* Gothorum regnum electivum, p. 437. fabuloſum Recaredi ſtemma edidit Chiffletius, p. 437. Santinam nullam duxit Theodericus, p. 438. Fr. Bivarii commentum de *Cervellis* Iſidori ſi Deo placet majoribus, *ibid.* Theodoſii majores Toletanos non fuiſſe, *ibid.* Quidquid de *Flaviis* ſcripſit Chiffletius, ſi verum eſſet, ad Capetinos Principes pertineret, p. 439.

XXIV. Multiplex nothi ſanguinis in familiam Hiſpanicam illapſus.

Carolini ſanguinis in Capetinam familiam per annos 800 *continuus influxus.*

Ludovici XIII matres omnes ab anno 862 Carolino ſanguine imbutas fuiſſe ad oculum demonſtratur.

ADDENDA.

De Campaniæ Comitum nobilitate, xcii.
Excerptum authenticum ex Cartulario Vzerchienſi, *ibid.*
De maledictis in Capeti gentem per calumniam congeſtis, xcv.
De eorum *genere* (ſi Deo placet) *Saxonico*, *ibid.*
De abuſu vocis *avunculi*, xcvi.
Lotharii charta de Capetinorum *conſanguinitate*, *ibid.*
De *Archicancellariatu* Rainoldi Colonienſis, xcvii.
De ordine natalium Ermengardis & Gerbergæ, *ibid.*
De Capetinorum genere Carolino, *ibid.*
De Siculorum immanitate, xcviii.
De Hiſpanorum in Italos immanitate, xcix.
De Hiſpanorum in Americanos immanitate, ci.
Caſu & præter opinionem ab ipſis repertus novus orbis, civ.
Sola diteſcendi ſpe in illum conceſſere, *ibid.*
Margaretæ Brigenſis Stemma Capetinum, cv.
Hiſpanos Gallis non modo anteferre, ſed etiam æquiparare abſurdum eſt, *ibid.*
De Hiſpanorum moribus, cxx.
De Galliarum & Hiſpaniarum incolis, eorumque dignitate, cxxi.
De Barcinonis Comitibus, &c. cxxvii.
Ioannæ de Pontivo Caſtellæ Reginæ ſtemma Capetinum, cxxviii.

ERRA-

quæ inter excudendum operis exciderunt, corrigere antequam se ad lectionem accingat, ne forte hærere cogatur, æquus lector dignabitur.

PAg. 10. lin. 7 *ſit*, lin. 9 *caput*, p. 19 lin. 3 *donatus*, lin. 33 *Baſilicam*. p. 23 lin. 23. *orig. gens*, lin. 5 à fine, *tenſatus*, *im. natus*. p. 24 lin. 1 *protinus*, lin. 11 *obſidio*, p. 26 lin. 16 *Luidolfo*. p. 28 lin. 32, *Mutenſ.* p. 36 lin. 6 à fine, ſub titulo *Conradus*, ſcribe *Gerberga*&c. p. 37 lin. 8 eum, lin. 5 à fine *tunc*. p. 48 lin. 19 *polita*, p. 49 lin. 48 *Adelhaidem*, p. 50 lin. 5 à fine *mente*. p. 53 lin. 3 à fine *Conſtantia*, p. 54 l. 21 Theodovaldi, p. 55 l. 37 Tancm. p. 57 l. 15 nec, p. 56 lin. 32 *circumſiſtis*, p. 58 lin. 15 *Campan*, p. 65 lin. 13 *conſang.* lin. 18 *Veſtali* ult. *Thuriſmodo*, p. 67 lin. 6 à fine *Gumtramno*, p. 68 lin. 4 *violata*, lin. 23 *à Car.* lin. 33 *diſt. VViſilex*, p. 72 lin. 11 dele parentheſin, p. 73 lin. 24 *appetentes*, p. 75 lin. 30 *infeſt.* lin. 32 *ſomniant cui*, p. 80 lin. 8 à fine ἐκλαιώ, p. 82 lin. 25 *ſit*, p. 84 lin. 15 dele *pœna*, lin. 16 *cadens*, *teſt.* p. 85 lin. 6 *imit.* lin. 9 *loco*, p. 87 lin. 10 à fine *Tros*, p. 89 à fine *Pacenſem* &2 *Hiſp.* p. 91 lin. 9 *expulſiſſe*. pag. 92 lin. 25 *Eudone*, p. 93 lin. 4 *Horat.* p. 93 lin. 7 à fine *vetuſtiſſimorum*. p. 95 lin. 30 marcus. l. 8 à fine φανὸς, pag. 99 lin. 15 *Beuer.* p. 100 lin. 20 *Latharin.* l. penult. inſere parentheſim poſt *adverſariorum*, pag. 101 lin. ult. 1124. p. 102 lin. 2 *ſuit*, p. 102 lin. 14 à fine *Rem.* p. 104 lin. 1 *Mariraque*. p. 106 l. 2 *Ac*, lin. 10 *nimor*. l. 21 (*quod*; lin. 23 *eſt*) l. 27 *Bohem. Reg.* l. 26 *Comit.* p. 107 lin. 5 *gemmis*, lin. 7 à fine *Lau.* lin. 3 à fine 637. p. 108 lin. 10 *Epternacum*, *pauperi*. *indicenda*, p. 109 l. 6. *Guid.* lin. 7 *nocturno*. lin. 33 *impoſita*. p. 110 l. 8 *queſt.* lin. 31, *judicio*, *mil.* l. 4 à fine *collocat.* lin. 3 à fine *Trevir.* p. 111 l. 8 xlii, l. 21 *quæſtieris*, p. 113 l. 24 *veniunt*, *nam.* ult. *fuit etiam*, p. 114. l. 2 *Treuiros*, p. 115 l. 17 *eſt*, p. 117 l. 31 *Atine*, λεγῶν, l. 31 *Pannon.* p. 118 l. 23 *ad Muros*, l. 33 *Save.* p. 119 l. 5 *cauſa facti*. p. 125 l. 31 *Hangil.* p. 126 l. 8 *teſtium*. l. 14 *Calviment.* p. 127 l. 7 *montes*, p. 128 in prin. p. 131 l. 3 *refellit*, l. 22 *Pher*, p. 132 l. 5 *Bona*, p. 132 l. 17 *Hintmar.* p. 134 l. 14 *Cunig.* p. 135 l. 25 *jimxit*, *fin.* l. 4 *Pippinianam.* p. 136 l. 17 *congregarit*, l. 18 *Imperator*, *olſ.* l. 23 *confundit*, l. 25 *ſcripſit*, l. 26 *in annis*, l. 41 *proſ.* p. 137 l. 16 diſparabat, certe. l. 26 *Iveline*, l. 35 *illatis*, p. 138 l. pen. *Charta*. p. 142 l. 42 *te in* p. 143 l. 1 *hanc*, lin. 3 *Ebroic.* l. 20 *propitio*, l. penult. *Carnot.* p. 149 l. 36 *videmur*, p. 150 l. 6 *Beatric.* p. 151 l. 1 *Herivei*, p. 163 l. ult. *alius*. p. 164 l. 25 *ſcripſit*, pag. 166 lin. 29 *exemplari*, p. 167 l. 22 *libri*, l. 27 *Ducem Par.* p. 167 l. 1 *bis*. *aqua*, *ne*, l. 2 *cozumur*, l. 3 *adeundus*, 167 l. 5 *ne*, l. 38 *repetitur* 1784, Sigeb. l. 29 *ulsim*. p. 168 l. 27 *neris*, p. 169 l. 4 *materna marito*. l. 18 *jubilato*, *Danos ne*. lin. 21 *videatur*. l. 25 *holitum*, p. 171 l. 26 *tranſfor.* l. 37 Saxo. &c. p. 172 l. 26 *Autiſſ.* p. 173 l. 33 *à Car.* p. 174 l. 4 *deſignant*, l. 14 *fuit*, l. 35 vocat) p. 177 l. 8. 865, p. 178 l. 17 *Salicus*, p. 180 Bertin. 8 Dig. lin. 10 *filios*, *Hugonem*, l. 31 Hildegarde, l. 38 *à Deo* antepenult. *naris*, p. 182 l. 2 *Arrip.* p. 184 l. 7 *Eduardi*. l. 28 *Anſg.* pag. 189 l. 12 *Tetrarcha monarcha*, p. 185 lin. 7 an. 1643. pet. p. 186 l. 5 monuerant, lin. 32 auguſt. 187 l. 8 dele *fuit*, p. 188 l. 35 *prætu ὑπάτου*, l. 40 dele *prima def. ſuer.* p. 190 l. 9 luſt. p. 190 l. 23 natam, p. 191 l. 23 eum. p. 194 l. 33 Remenſis. p. 196 l. 14 fretus, p. 206, l. 9. 53. p. 207, l. 6 Gerberga, 27 Brunoni, Ottoni, 209 l. 32 germ. nati, p. 210, l. 4 Rotruchs. 214 lin. 41 dele *judicus*. 213, 32 Saverici. 43. Alber. p. 226 l. 25 rep. non ut, p. 228, 23 Lemovic. 32 Francis, cum p. 229, 19 poſſeſſionem. p. 230, 12 Gerberga, 32 Gilla, p. 238, 34 Brig. p. 240, 34 cum cæt. p. 240, 38 parte, p. 241, 20 interpolatæ, l. 25 (ſicut. p. 242 l. 9 comprom. p. 243, 4 Balduino, 247, 4 alia. p. 248 lin 43 dement. 260, 3 confiſcies. At, 266. 44 devoti. p 267, 35 motam: 268, 11 heter. 269, 45 in regionem &c. regnum, 270, 28 Miram curtim, 272, 29 Franc. 280, 31 diate in mentem non venit, 286, 3 eum. lin. 7 *cum eo*. 287, ult. ἐμεθυμμάθο, 291. 1 dele patrem, 291, 18 Gerbergam, p. 298. 6 materni. 24 Getes. 295, 1 Rubeus. lin. 24 *harum ſup.* 273, 12 Mariam. 274, 5 gnè. p. 296 l. 4 à fine *uvaque*. 303, 24 Deſinus. 304, 17 dele Carolo, 302, 5 multeo, 308, 10 delirabis, &c 313, 27 excidit Odo; 30 poſſeſſit Henricus. 314, 21 dele *in* ill. 315, 24 poſſederant, deſp. pag. 322, 44 Ludov. Pius. pag. 323, 35 Hildeb. pag. 324, 25 Burgund. 325, 25 filio, 28 *Imperatoris* Menia. 326, 21 Baldarici. 37 Paulo marit. 327, 13 Arcels. p. 330, 1, 25 confoſſo. 44 Lituania. p. 316, 36 ἐνγενεσθαι, 37 *is*, 42 nec. 320, 46 Ioannes. 332, 3 Conſtantiæ, 22 Petrus Petronillæ de Iovinaco mar. 32 Ioannes 2. 240, 2 ex Gundbadum. 341, 35 Landal. 344, 3 Duce. ſubditus. 345, 40 Bohemiæ. 346, 27 eodem poteſt: 347, lin. 38 Hutt. 55 Ioan. Navar. 346, 4 Freder. 351, 32 ſtabilias, 33 quæ. 356, 1 dele *coronam*. 358, 27 gemini. 361, 35, 865. 363, 33 Vindonisſi. 365, 44 Huntfrid. 45 Vadonis. p. 367, 12 Regibus. 368. 12 ſpurcit, 32 effinx. 369, 43 habuerint, 371, 3 videtur legendum; ut feciſſet, 24 ac ſi miles, 23 maſculz. 374, 23 Subiet. 375 30 ringiæ. 378. 14 nas matres. 379, 17 Arnulfus, 380, 23 affinis, 382, 15 Tarraconenſium. 39 primum. 383, 45 Στιλίχωνϑ, 384, 16 καὶ penult. res ult. μὴν 381, 3 VI c. 1. 27 Weſogothos. l. 15 τῶν βασ. 386. l. 14 28, l. 22 niani. 387, 19 vicric. 391, 11 coacerva. 27 periit. Hiſp. 399, 29 caſtrum, Retel. 35 profeſſos ſiculos. 405, 21 Dux. 406. 44 nominis. 408, 21 Saaved. 409, 18 Ioannes legendum, Ioan. 24 Ioannes I Leonoræ. 29, 14. 95. p. 410 l. 28 Andegav. 40 Margareta. p. 412, 20 Cæret. 414, penult. Armen. 415 lin. ult. Ducis. 416, 11 duxiſſe notat. 14 Nicetas. 417, 17 Hungarico. 419, 8 Murz. 20 dele *nate*. 422, 26 Carolo. 423 l. 7 læ, lin. 32 Palzol. p. 426, 45 antea. 427, 7 Pandatariam. 431. 29 Lang. quos. 434, 7 alia. 435, 25 Bracar. p. 437, 12 Ricimerum. 438, 12 Luca. 31 Theodoſii in Ital. p. 439 l. 3 ſint? l. 17 Galuani. 40 Alf. iv. 43 Maria. 69 Ioan, 11, 188, 3 Malleac.

Conſi-

CONſimilia plura quam vellemus in marginibus, de Carolini ſanguinis tradu-ce tabulis, & addendis à typothetis admiſſa facilè peritus & attentus Lector deprehendet, & corrigere dignabitur; hæc ad ſpecimen notabimus in tabula IV, p. VII. l. 13. legendum *Willa Hugonis Tuſc.* l. 44. *Guil. Garſendis mar.* cætera pro benignitate ſolita excuſabit, & prout commodum fuerit, emendabit.

CHIF-

CHIFFLETIANÆ PRÆFATIONIS EVERSIO.

VM nullam bello *aversò numine suscepto* salutem *esse* (*infidas spes sensim deßituente eventu*) *fateri*, pacemque *ab emissariis suis Occidente totò eliminatam illa ipsa poscere videretur Hispania, quæ* [1] Dominici furoris virga, *&* [2] universæ terræ malleus *ab annis plus minus* 120 *habita, tunc verò gravi omnipotentis manu contusa, ac propè gemebunda* (*eu multiplici mactata infortunio*) *invidiam ex adverso stantibus facere conabatur, nollet autem ad necessaria pro dignitate suâ, sociisque vim passis arma provocata Francia Gallia, justæ cum universæ Christianitatis clade iræ indulgere, sed fortunam reverenter habere, ac prosperorum cursum sponte sistere parata, seipsam* (*redeuntibus ad mentem hostibus in communium amicorum gratiam favendo*) *vincere, gestique feliciter belli triumphalia instrumenta Deo optimo maximo appendere gestiret; jam destinatis aliquot tanti boni parariis, ipsoque in procinctu constituto Legationis principe Longavillano Duce, qui Monasterium Westfaliæ nusquam intermisso itinere contenderet; ne cum fructu de salute communi Deo placita consilia Europæ totius ἀκροθῖνια miscerent, insperatus ab infesso Hispanis Belgio, sed ex Sequanorum lustris & Vosagi antris excitus primum turbo Chifletius exortus est, qui ad* vanam *suorum* sine viribus iram *parum sui compos, ulloque deinceps vel tubarum clangore, vel tormentorum tonitru, vel aperto cuneorum in perniciem ruentium impetu Francicum robur labefactari posse desperans; quod unum restabat, congenitò sibilo strepens, attonitos jam fermè despondentium animos excantandos putavit; ne* Hiberis (*quod ajunt*) næniis *secandis, crudarumque & indigestarum calumniarum portentis incredibilibus avidâ aure combibendis intenti Hiberi, malorum suorum sensu tangerentur; nec virum suò aliorumque judicio gravem, bonis literis non leviter imbutum, procurandæ corporum sanitati ex officio addictum, multiplex falsi crimen* (*remediorum quæ spondere visus est locò, venena propinando*) *incurrere, & petulantis scriptionis maleficio credulas lectorum mentes de fede & statu dimovere suamque ipsis impetiginem affricare puduit, sed* (*quod vix fidem apud posteros invenerit*) *cogitabundum naturâ suâ hominum genus Hispanos admiratores nactus, tantâ eos fascini vi corrupit, ut causam quam novi* (*si Deo placet*) *Chironis manibus contrectandam crediderant pessime ex necessitate affectam ac pro periclitante, ne dicam deploratam, hoc ipso quod medicum posceret, à semetipsis habitam non viderint; ac ne nunc quidem indignum prorsus humanitatem professis esse, si adeò pretiosa odia exercenda putent, ut per calcatos patres ad famam & decus pergant; dumque invisis nullò suò meritò propinquis nocere avent, infestò maledicæ linguæ mucrone se totos & Majores ad unum omnes transadigente confossos, advertere possint.*

[1] Esai. 10. 5.
[2] Hierem. 50. 23.

Ne quando oblatæ nostris (imo universis) Regibus injuriæ postulatum à nobis præter meritum sufpicere; Audi (*Lector*) *non ex Hippocratis aphorismis, aut Galeni methodò hausta placita, sed* facinus majoris abollæ, *quod* ἐχθροφαγικὸν *qui eò se solum obtentu* equitem *inscripsisse videtur, ut adversus universorum Regum apicem* equitaturo, *solutis insaniæ habenis ferri impune liceret, quam* ἐχθάτῳ *cui Regii cujusvisunque capitis quomodocunque cura credita fuerit, justius imputes. Quid enim valetudinis sive Regum sive privatorum curatori, cum maledictis, parum sanæ mentis indicibus? longius ex officiorum naturâ à Republica usquè nunc* ἰατρικὴ *distare videri potuerat quam à soliò matula. hodie (quod felix faustumque sit) vel è foricis & meditatoriò latrinarum qui deinceps ad regni clavum sedere cum Principe suo debeant, Hispanici Magnates evocant; qui enim (anno 1643 ineunte)* Protomedicum * *nostrum in Politicorum procerum messem falcem immittere, & Archivi Flandrici forulos scrutari jusserat* Franciscus de Mello Turtis Lacunæ Marchio, tum Gubernator; *eundem antequam annus exiret*, Didaci Saavedræ Faxardi Hispaniarum *Regis* Plenipotentiarii, cui gravi invaletudine tentato de politicis hujus ævi scriptoribus *responderat, precibus permotus, selegit, cui* arcana Regia, Politica, Genealogica, *& quid non?* investigandi, componendi, edendi (Archiatrorum *videliect* Caroli Burgundiæ Ducis exemplo) provinciam imponeret. Accessit *autem* postea favens Emmanuelis de Mourâ, Marchionis de Castel-Rodrigô novi Gubernatoris, cui in explicandis antiquorum principum stemmatis æras nostra (*si Chifletium ipsum gratiæ suspectum auctorem sequamur*) non tulit parem.

* De scribarbato hoc titulo vide præfationem à typographo Antverpiano editioni tractatuum pacis præfixam.

Sic momentò succollantibus (quos in errorem impulerat) Triumviris, in altum præter spem sublatus, ad judicium (non ut olim ex veteris disciplinæ præscripto) de pulsibus, humoribus, languentium purgamentis, *sed (ex animi ulterius se non capientis intemperantiâ)* de Regum capite, Majestate, potestate, gradu, fortunis *prosiliit; jamque totus* μετέωρος καὶ ἀέρολος *desursum in vulgus attonitum*, projicit ampullas & sesquipedalia verba: *Regem suum*, Antiqui orbis Archiregem, novi Imperatorem, ubique Catholicum atque invictum, *non quia* vicerit; *sed forte quia toties terrâ, mari, in Europâ, Asia, novô orbe*, victus, *ferendæ calamitati par fuerit, vocare audet: nec à barbarâ dictione* Archirex *abstinendum putat, cujus tamen alius nullus usus esse jure potest, quam ut principis late dominantis imperium barbariam ipsam (quod nemo qui vel à longè Chifletianas nugas audierit, negare volet) pervadere fidem faciat. Ac ne quis, (vel ferreus) risum teneat*, arcanorum *à sacrô abditorum, nudiustertius ad nomen & gloriam natus* investigator, *assignatis Domino suo in Hispaniâ solâ regnis septemdecim* †, *inter quæ* Portugalliam & Algarbios (*quorum nunc possessione exclusus est*) *&* Navarram (*quâ jure excludendus venit*) *complexus est, admirabundus exclamat.* Ecce * quam modestè Rex maximus multa amplissimaque novi orbis regna solô Indiarum nomine comprehendat quæ alioqui paginas integras implere possent. *Certe qui ad vanissimam pompam (quam Regiæ menti exprobrare animus horret) iterata quæ idem prorsus significent referenda esse vocabula ex animô negaverit, doceat oportet, quid præter Asiaticum* Indicum *littus, nec totum, sub ditione suâ tenuerit unquam, qui post* Indiarum tam Orientalium quam Occidentalium *enumerationem* Dominator in Asiâ *à nugivendis palponibus inscribitur. Annon enim* Indiæ Orientales, Asiæ *illius*

† Vindic. c. 234. edit. 2. p. 145.

* pag. 235. edit. 2. p. 146, abusos Principum suorum facilitate secretarios crediderim sic olim Carolo V *Hungaria, Dalmatiæ, Croatiæ* (quæ Ferdinandi germani erant) *regna* tributa, distinctaque non secus ac si different *Majoricarum* & *Balearium* Regna, Barcinonis Comitatus & Catalaunicæ Principatus. A. D. 1543. Jul. 18. Comment. Lothar. p. 31 & A. D. 1548. Jun. 26. fer. 3. Alfat. Vindic. p. 59.

cujus reſpectu ſynecdochice Aſiæ dominator *audiit, qui* Aſiatici *littoris ad Portugalliæ regnum ſpectantes oras olim ſibi ſubjecerat, pars ſunt & fuerunt ſemper? Quis autem veri amans & ſecum habitans eundem, poſtquam ſibi res ſuas habere à Portugalenſibus juſſus eſt,* Indiarum Orientalium (*in quarum vicinià nihil fere præter* Philippinas *occupat*) Bráſiliæ (*quam hinc Portugalenſes, inde Ordines Fœderati in Occidentalibus ſibi vindicant*) Africæ *cujus littora iidem (everſo Caſtellanorum principum imperiô) inſident, dominiô quomodocumque neget excidiſſe? Eadem plane Neapolis & Siciliæ jam nutantium, Burgundiæ Ducalis, Lotharingiæ ſuperioris, quæ Moſellanica olim dicta eſt, Corſicæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Zutphaniæ, Friſiæ, Vltrajectinæ, Tranſiſalanæ, & Groninganæ ditionis in quibus nihil ipſis, poſt redemptam ab imminentibus ex propinquô pacem, reliqui prorſus eſt, nt & Lucemburgi ad ſuperiorem, Brabantiæ, Geldriæ, Hannoniæ, & Cameracenſis ditionis, ad inferiorem Lotharingiam pertinentium, (quas vis major, cum Catalaunià, Flandriâ & Attrebatibus ex parte in libertatem aſſeruit) rationem eſſe nemo non videt? Qui igitur inanem titulorum nudorum tinnitum amant, ſibi cum Chiffletiô conſimilibuſque aliis (quantum volupe fuerit) plaudant, umbratilem ſuam, quæ ſolis vanis rerum inhiat* modeſtiam *prædicaturi, ut ipſis rerum titulis deſignatarum poſſeſſoribus invidiam faciant, velint nolint nunquam obtinuerint, ne iiſdem univerſiſque non dementatis hoc ipsô nomine ludibrium debeant. Eſt etiam aliud quô ſemet imprudentes Chiffletiani dramatis choragi ludos faciant: cum enim nec Comœdia ad cothurnum aſſurgere, nec Tragœdia in ſoccô ingredi debeat, iiique excuſari vix mereantur, qui (vel inſcientes) jocularia in mala incidunt, ſive ſibi à nugamentis temperare nolint, cum gravia & ſeria moliuntur; ſive effictos ad libitum caſus tragicis motibus exaggerandos putent; ſiquidem utrobique ridiculum de ſe ſpectaculum exhibent. Quotquot inſani ſui moliminis hortatores laudat Chiffletius, ne parvis magna, veteribus nova, Græcanicis Latina, ludicris ſeria componere doctis,* [1] *actæ ante annos fere* 2070 *Athenis poſt Braſidæ & Cleonis mutuam cædem ab Ariſtophane* pacis *titulô fabulæ animum ſcurrili memoriâ refricent, vitare nequaquam poſſunt.*

[1] Olympiadis 89 anno 3. ante Chriſti natalem 422.

Finxerat is Trygæum Athmonienſem vinitorem (cum ſcarabeô vectus in cœlos evolaſſet) exultantem jam per decennium à patriâ pacem ſecum reduxiſſe: hi vero, non unum ex agrô Attico accitum, ſed tres ex aulâ Hiſpanicâ Trygæos in aſpectum lucemque proferunt; qui revehendæ (infeſtô procellæ Hibericæ ſpiritu, compulſæ jamdudum in latebras) pacis ſpe, παροκάνθαρον ſuum Chiffletium è congeneri ſimô ſuperas evadere ad auras *jubeant*, cœlumque ſtultitiâ petere *maleferiatos quoſcunque doceant. Quam idoneus* pacis *procurator, rerumque noſtrarum cognitor in Monaſterienſi* πανηγύρει *feſſurus eſſet plus ſatis evicit* Faxardus, *dum ſe Magiſtri Chiffletii dediſcendæ diſciplinæ (ſibi antea* non liquere *profeſſus) totum poſt ſuſceptum* Plenipotentiarii *honorificentiſſimum munus tradidit.*

Caſtri Roderici Marchionem antiquorum Stemmatum explicatorem *minus peritum, Chiffletius ipſemet exceptione omni major teſtis, dum errores ex erroribus ſerit, probaverit: qui enim* [2] *Elizabethæ Sigiſmundô Germanorum Imperatore & Barbarâ Ciliâ natæ (quæ reverâ Alberto inter Auſtriacos principes, Rodulfi Auguſti poſteros* quinto, *inter Imperatores Germanicos ſecundo anno* 1439 *Octobris* 27 *vitâ functô nupſit) Albertum primum* quinti *abavum anno* 1308

[2] Vindic. p. 157 in 2 emendata.

Maji 1. *à Ioanne fratris filiô confossum*, maritum *tribuenti nugatori credere potuit: Qui Elizabethæ eidem Ladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis annô* 1457 *Novembris* 23 (*antequam Magdalenam Caroli* VII *Regis expetitam* propter sanguinis excellentiam, raramque nobilitatem & majorum ejus late gloriam *filiam duxisset*) *denati*, *& Elizabethæ quam postea Casimirus* IV *Poloniæ Rex duxit, parenti Albertum* II *Austriacum* quinti *proavum annô* 1358 *Iuliô mense defunctum* filium *assignare ex errore immani ausum non revicit: Qui Alberti* secundi *uxori*, Ioannæ *Theobaldi, Firretarum Comitis, Vlrici nepotis*, Ulricum *proavum* patrem *assignanti non reclamavit. Qui Ernesti Archiducis uxorem* Comburgim *pro Zimburge, Zimburgis parentem, pro Ziemovito Vitoldum, pro* Massoviæ *Duce* Lituaniæ Ducem *inscribenti assensus est*; *quid in* explicandis antiquorum principum Stemmatis *præ coætaneis cæteris viderit, nescio*; *sed meridianâ luce clarius esse fidenter assevero, virum qui multiplex falsi crimen in* principum *sub quorum imperiô vixit, ut per se notissimô sic commendatissimo stemmate, à patrono quem ipse elegit, sive sponte, sive ex errore admissum, non modo non deprehendit, sed auctoritate suâ, & intempestivâ Regii nominis interpositione firmavit*; *non eum esse* cui in explicandis antiquorum principum stemmatis parem ætas nostra non ferat; *sed* talpâ (*absit invidia verbo*) cæciorem *in genealogicis jure dici posse.*

[1] verba Pii II Papæ Histor. Bohem. c. 69. 70.

Si ([2] *Cælestinô Papâ auctore*) meritò *eos* causa respicit *qui* silentiô favent errori; *multo magis qui errorem errantiumque ex æquô patronos agunt. Quem vero inter Chiffletiani non tam erroris, quam criminis incitatores pro se nobis colorem dicet Turris Lacunæ Marchio? ut cæteris ultra Pyrenæum in Hispani Regis solô natis, falsa de Regum nostrorum origine, & sentire, & loqui, & mandatis munire, æquum fasque esse velimus*; *quis è Portugalensium principum sanguine* (*qui totus* Capetinus *est*) *oriundum tantâ mentis vertigine correptum ferat, ut in limpidissimum universæ suæ gentis fontem sciens volens aggestas à conductitiis criminatoribus impudentissimorum mendaciorum fæces injici non modo sinat, sed totâ mentis aviditate expetat? Annon jure meritissimô hinc à Christianissimô Rege, inde à proximis agnatis Portugalensibus* (*ceu familiæ universæ* ἀξίωμα) *cum detestatione abdicandus venit? An vero è concubinarum uterô* (*quod à sæculis fere duodecim nunquam per Dei gratiam factum*) *Reges nostros educi sine crimine potuisse putavit, quia Majores ejus hac ipsa originis labes non semel fœdassent, nisi eam virtute summâ, immortalique virtutem consecutâ gloriâ eluissent? Ne quando se à nobis calumniâ pulsatum queratur, En gentilitium Stemma Castri Roderici Marchioni* (*siquidem libet*) *examinandum.*

[2] Epist. ad Gallos c. 1. Concil. Gall. Tomi primi p. 59.

Petrus

Petrus Portugalliæ Rex.

Ferdinandus Rex ex Constantia Emmanuelide legitima uxore susceptus, Leonoræ Tellez maritus.

Ioannes ex Laurentiæ Terezïæ *contubernio natus* Philippæ Lancastriæ maritus, Rex post fratrem.

Beatrix Ioannis I Castellæ Regis uxor exhæres judicio ordinum facta.

Eduardus Rex, Petrus, Ioannes, Isabella unde alii Reges.

Alfonsus Bragantiæ Dux *ex contubernio natus*, Beatricis de Perteira maritus.

Ferdinandus I Ioannæ de Castro maritus. Isabella.

Ferdinandus II Isabellæ Ferdinandi Visei Duce natæ maritus.

Alvarus Philippæ de Mello, vel potius Merlorô, quæ Gallicæ originis fuit, maritus.

Iacobus Leonoræ Mendoziæ maritus.

Rodericus Leonoræ Almeidæ maritus.

Theodosius I à quo cæteri Braganzini.

Eugenia Franciscæ uxor.

Franciscus Eugeniæ cognatæ maritus.

Rodericus II in Africa A.D. 1578 cum Sebastiano Rege cæsus.

Nuño Alvaréz Mariannæ de Castro maritus.

Franciscus Mariæ de Sandoval maritus.

Ioannes Visei Episcopus.

Constantinus Mariæ Ferdinando de Menezez & Philippa Mendoziâ natæ maritus.

Franciscus Hispanici Belgii nuper Gubernator Turris Lacunæ Marchio.

Imperitiæ *igitur* culpam (*ut cum* [1] *Liberiô Papâ loquar*) obliteret resipiscens, *desinat falsis Christianissimorum Regum gentem, cui universum suum decus in solidum debet, sive per se, sive per alios, incessere, qui veris urgetur probris, læsorum in Francicæ domûs injuriâ Regum omnium Majestatis impetrabilem promptâ satisfactione veniam* (*quod ab ingenuô & principe virô merito expectandum*) *orare satagat; infamamque maledici capitis audaciam, quæ ipsi indignissimis imposuit modis* (*ceu monstrum in ultimas terras deportandum*) *deinceps execretur.* [1] Epist. ad Epist. Ital.

Hac potissimùm putidaque φιλαυλίᾳ fretus, ceu Pyrgopolinices *alter* Polymachæroplacides, miles *ad ludibrium* glorioſus, *in arenam Francis insultabundus Chiffletius descendit; nec* [2] fiduciarium ineundæ pugnæ pignus chirothecam dimisisse *contentus, jam triumphos somnians, ac planè de adversariorum timore, fuga, strage securus, contrà stare auso, ni* ad capita singula articulatim respondeat, personam deponat, cassidæ tegmen sustollat, strenuum militem induat, nihil omnino responsi *dandum minatur; caute satis, sed nullô prorsus jure, quo responsum meditantis libertatem minuat; cum ad plenam de insolescente adversariô victoriam, eundem deartuatum convulsis quæcunque præcipua per singula capita habuit machinamentis, totô campô excedere coegisse sufficiat.* Assertor *sane tam anxia se superstitione teneri non passus, ut ventilandis quæ per singulas fere libri refellendi paginas occurrunt nugis intentus, iisdem* (*quô per se carent*) *pondus addere putaretur, supervacuam in pensô quod* (*licet exigendum crediderit Chiffletius*) *sine stomachô ac nauseâ persolvere non posset, accurandô, operam impendere recusavit, idque à se procul dedignabundus abjecit, liberô contemptu quæcunque refutatione suâ indigna videbantur calcans.* [2] Vindic. præf. p. 5. edit. 1. p. 3.

Ne tamen alicujus ad causam Hispanicam momenti fuisse causari quis possit, eadem (non modo non improbante sed suadente dum viveret Assertore *ipsomet, injungentibusque quorum auctoritati ac monitis nihil non debeo) minutius excutiendi tædium devorare, professum Francicii nominis hostem, ne quò locò consistat, καὶ πάσας sequi; Regi patriæ patri; patriæ; veritati (quæ communis proborum omnium hæreditas est) officia qualiacunque mea consecrare decrevi. Tam sancto patrociniò tutus,* dimissam in pugnæ signum chirothecam *penes me esse profiteor lubens, cum adversus infelicem æquivocarum syllabarum aucupem, & testimoniorum captivorum quæque* suis locis non militent, *importunum congestorem certaturo, nec* personâ *aliud quam sim mentiente, nec* cassidâ *cujus* tegmen sustollere (*ne lateam*) *necesse sit; nec armis ullis; sed in luce clarâ, nudâ innocentiâ, sola elenchi justi scuticâ opus habeam, quâ calcitronem meum ad ostri Francici conspectum, non secus ac si æstrò percitus sit, ferocientem procul abigam.*

Et si nunc vox *totus esse videatur,* animisque à crimine sumptis (*pavonis instar ad stellularum suarum miraculum superbientis*) *lasciviat; posit* Vindiciarum *quas mala mente scripsit ἀναγνῶν, pactamque (vel ingratiis ipsius) fidam, Deo placitam, quamque pii nulli non expetant, pacem,* Seriphiâ ranâ *minus vocalem factum,* Orci galeam, *cujus ope plane inconspicuus evadat, exoptaturum nequaquam despero. Subibit proculdubio mentem inauspicati admissi pœnitentia, & ex pœnitentiâ pudor, quò miserum homuncionem publico se antehac (seu pompæ ferculum) vel per nefas ingerentem, in tenebras amicumque tenebrarum silentium compellente, pro deprecandò summæ stultitiæ & improbitatis odiò, ne hiscere deinceps audeat. Ego vero* quo res cunque cadant, *sive* ad cor redire *dignetur, sive* fortem animum rebus quas turpiter ausus *est*, præstare *malit; velut in sacrosancta (utpote Regiâ) lite verba facturus, inculpatâ tutelâ, (illatas Regi, regnoque injurias propulsando, nullas, quod in me erit, vel dignissimis inferendo) utar; Regum quorumcunque (etiam Francici nominis hostium) purpuram venerabundus (quò modò privatum decet) colam;* Christianum *denique* nullos hostes habere, *si quos pati cogatur immeritus, non odisse, Deò dante, factis docebo, ipsique Chiffletio (si per eundem liceat) bonam mentem precabor.*

PRIMI

GENEALOGIÆ FRANCICÆ PLENIOR ASSERTIO.

PRIMI VINDICIARVM CAPITIS EVERSIO.

IRrogatarum temeritate tuâ summâ Francici nominis Majestati contumeliarum, si justas à te pœnas manu reposcere animus vel ad momentum fuisset (Chiffleti) intimô turbonum qui te *Curios simulantem* infando molimine subornarunt, vel quibus, furiis consimilibus agitatis, pudendam operam positô pudore venditasti, sinu abditus, ipsaque (ut sic dicam) *mortis umbrâ* totus obvolutus, nusquam effugisses. Longas, imo fulminatrices Regis etiam pueri manus esse pro meritô expertus, nequicquam blandiente cum summâ potestate luctandi insaniâ, jamdudum tuô damnô sensisses principes quoscunque nostros leoninam juratorum hostium ferociam, in caninam maniis suis immorientium rabiem facilè vertere majorum exemplô potuisse. Tua nunc te vilitas generoso pectori bilem movere, Regiumque fulmen elicere indigna visa, cum te hoc ipsô tutum faciat, quod adversarius impar solisque lixarum calcibus conculcandum caput è sterquilinió tuô emergis, evasisti. Aquilæ Francicæ altô cœlô demissus pullus nec sanie taboque distentas muscas, nec innutritos simô putri scarabeos capere dignatur. Viderint Rudolfi primi, Alberti primi, Caroli quinti (Austriacorum procerum qui in sacras Heroüm nostrorum imagines, earumque seriem longissimam oculô intentô, præcipuô eadem cultu prosecuti sunt) posteri, an tibi homuncioni vix inter lumbricos erepenti, nec minus famosam principi inter principes familiæ litem intendere cœloque oblatrare ausô impune esse debeat, quod manantem è decumbentium corporibus putorem delicias tuas facere solitus, eruendoque è nitentium stercoribus auro natus (dum puriſſimum omnium sanguinem spurcâ somniorum tuorum illuvie fœdare, sed frustraneô conatu, moliris; & in defæcatissimô aurô scorias, eamque quâ nimium captus es æruginem quærere tè fingis) Regum omnium Europæorum quos (velis nolis) Capetinæ stirpis propagines nunc esse constat, venerandum mortalibus quibuscunque caput lotiô tuô ac fœcibus (quantum in te fuit) perfudisti.

Ne te indeprensum falso gloriari, inconsultosque (elabendi spe) dolos consuere ac versare libeat; en *Orsuum* (ut tecum loquar) manipulum. Austriaci principes omnino omnes Ittæ Beatricis (quæ Capeti soror fuit) filiæ, & Johannæ de Firretô Theodoricô Mosellanicæ Duce Ittæ fratre progenitæ; Hadevidi, Adelæ & Gislæ, Capeti filiabus; Adelæ ejusdem nepti quam Balduinus Insulanus Flandriæ Comes duxit: Constantiæ Castellæ Reginæ Roberti II nepti; Adelæ Cortenæ Ludovici VI nepti; Mariæ Ludovici

vici VII filiæ quæ Henrico primo Campaniæ Comiti nupsit; Blancæ Ludovicô IX natæ; Ioannæ Valesiæ Philippi III nepti; Isabellæ Philippi IV filiæ. Yolendi Odonis Burgundi Nivernensium Comitis filiæ; Yolendi alteri Robertô III Drocarum Comite natæ; Aelidi Hugonis IV Burgundiæ Ducis filiæ; Mariæ Ludovici Ebroicensium Comitis soboli; Constantiæ, Leonoris duabus, Isabellis tribus Portugalensibus, è Roberti primi Burgundiæ Ducis stirpito orundis; & Mariæ Caroli posterni Burgundionum Ducis unicæ, ex Isabellâ Borboniâ susceptæ natales suos debent.

Ferdinandos III Imp. cum fratre Renatam Borboniam Gisleberti Montispenferii Comitis filiam uxoriam habuit.

Carolus Magnæ Britanniæ Rex, Beatrice Capeti sorore, Hadevide, Adelâ & Gisla Capeti filiabus, Adelâ nepte, Adelâ Cortenæâ Ludovici V nepte; Mariâ Ludovici VII filiâ; Ioannâ Caroli Valesiæ Comitis filiâ, Philippâ Robertô II Drocarum Comite natâ; Isabellâ Philippi IV, Catharina Caroli VI filiabus, Antoniâ quæ Franciſci Borbonii Vindocinensium Comitis soboles fuit, & Henrica Henrici Magni tertiogenita matribus gloriatur.

Casimirus Polonorum Rex, hoc ipsô quod Austriacæ matris uterô fusus est, Capeti progenies haberi debet; sed Matthildis insuper Hugone magno Veromanduorum Comite natæ; Blancæ Britonum Ducis filiæ; Ioannarum quatuor, Ludovicô X & Ioanne Regibus, Carolô Valesiô, & Philippô Atrebatensi natarum; ac tandem Margaretæ Borboniæ quæ Mariam de Soliacô peperit, sanguine satus est.

Fridericus Danorum Rex, Beatricis Capeti sororis filiam Ittam & Ioannam de Firretô, adneptim, cum Adela Balduini Flandri uxore, communes cum Austriacis Principibus atavias habuit. Christina Suecorum Regina, iisdem cum Austriacis omnibus ad annum usque 1546 Majoribus clara, Mariam Ioannis Burgundiæ Ducis; Philippam Roberti II Drocarum Comitis; Isabellas Philippi IV Regis, & Ioannis Burgundionis Nivernensium Comitis filias (derivatô per Mariam Leonoram Clivensem proaviam traduce) matres ostentare potest.

Singulis igitur Capeti genus procaci animô, impudentiore calamô infamando, pœnas debes. Sed quicquid de te communi universorum singulorumque hoste ad famam per conspurum ostrum grassante, exteri statuendum putent nihil à nostrorum quoquam maledicæ tuæ linguæ manuique sive ih præsens, sive in posterum periculi (ne timeas) creabitur: ut admissi sceleris supplicia expendere cogare, invidiâ tuâ solâ (quâ ne redditi terris Siculorum tyranni tormentum majus invenerint) invidiâ inquam tuâ ceu tortore diro infestis ungulis interanea tua discerpente uti decretum est; quô propriæ existimationi ad crimen & infamiam superstes, impudentissimarum calumniarum convictus, intaminatæ, quæque tibi nihil nocuit, de te nunquam cogitavit, læsæ nihilominus à te Majestatis reus, tantisper dum ejus nullô tenebrionum fumô decolorandam gloriam totâ ambitione pandimus, indignabundam animam trahas.

Nec qui te nuper suo modo depexum dedit, ut ejus dum vivas meminisse te semper oporteat, *Assertor*, nec ego qui everrendis aggestis à te pessimô consiliô sordibus post ipsum institi, ex sacrilegi tui ausus necessariâ bonis omnibus detestatione, infamati à temetipsô nominis tui infinitum odium cepimus; dum te dementiæ quam volens incurristi pudeat pigeatque, tuæ nos infelicitatis miseret; nec aliud stylum in deliramenta tua stringentibus, teque

teque Hippocratis tui vinculis alligandum Occidenti toti denuntiantibus optatius evenire potest, quam si *dominationes adspernando* summamque earum *dignitatem* (adversus * Apostolorum præceptum) *blasphemando, trimen pro laude pacisci*, violatæ Regum omnium Majestatis indignum præmium quasi sceleris pretium ab ipsismet injuriam passis sperando strenue desipere, eorumque quos vel serpentinô, sibilô, vel pestifero afflatu dementasti simplicitati illudere tandem aliquando desinas.

* 1 Petri 2. v. 17. 2 Petri 2. 11. Judæ v. 8.

Quamvis veniâ nullâ dignus, quod falsô ac ridiculô fundamentô stratô immanem præstigiarum molem machinatus cujus ope universa nostra sursum deorsum versare posses, quoscunque pro te testes advocasti, vel cæcis affectibus corruptos, insanâ convitium faciendi libidine cæcus secutus es, vel clarum videntes (harpyæ quicquid invaserit impurô contactu fœdantis more) malignè corrupisti; continuis nostris officiis præter meritum à densis in quas ubique præceps ruis tenebris, ad amabilem indubitati veri lucem (velut injectâ manu) revocatus, verè Francica id est aperta & fellis (vel cum jure indignantur) expertia ingenia, pro Christianissimæ gentis indole experiere. Ne operam (velut Æthiopem dealbaturi) perdere cogamur, præstare tuum (si te verumque amas) fuerit.

I *Glabri Rodulphi de Hugonis Magni, qui Capeti Regis Pater fuit, genere sententia nullam fidem meretur.*

GLabrum cujus [1] opus in annum Domini 1046 à Roberti Capetigenæ dormitione decimumquintum desinit [2] *Roberti* ejusdem *ævô, hoc est ante 600 annos floruisse* tibi jure nemo negaverit; fuerit, si lubet, ipsô Robertô prior. At vera cum compertaque non scripsisse, te autem (quæ tua peritia est) in ipsô disputationis limine turpissimè impegisse, vel ingratiis tuis ὀφθαλμοφανῶς demonstrare, ut eversô, quô imprudens niteris fundamentô, universa, quam superstruxisti moles concidat, *& collapsa ruant subductis tecta columnis*, partium nostrarum fuerit. Glabri à te male laudata verba, quandoquidem vis, reponamus: *Hic* [3] (inquit) *Hugo filius Roberti Parisiorum Comitis, qui videlicet Robertus, brevi in tempore Rex constitutus, & ab exercitu Saxonum est interfectus, cujus genus idcirco adnotare distulimus, quia valde inante reperitur obscurum.* Hic tibi (quasi re quam parturiebat animus jam confectâ) triumphabundo, ipsique Francicæ Majestatis apici insultare gestienti, præmani gaudiô totô pectore subsilit, quem cordis locô habuisse te serio deploramus, pepo; cum Glabrum ex ipsomet refellere, quosque tibi (vel pernefas) spondes *vertere funeribus triumphos* facillimum nescias, eumque qui Robertô natum Hugonem, Robertum vero *brevi in tempore* [4] (ab annô scilicet 922 Junii 30 feria 1, ad 923 Junii 15 feria 1.) regnasse vere scripsit, cætera vel minus plene expressisse, vel temere falsoque commentum constet. Vt ut sit, qui se [5] Chartâ Sancti Martini fratribus A.D. 897. Martii 27 ipsô Paschatis die datâ, *Comitem* inscripsit, eodemque à Flodoardô, & Abbone coæraneis titulô ornatus est, *Comes* vere dici potuerit Robertus Capeti Regis avus; gregalibus tamen *Comitibus* longe major, plures sub manu *Comites* habuit, regia fere (antequam ad regni fastigium eveheretur) potestate auctus, utpote qui post Robertum *fortem* patrem, Hugonem Abbatem

[1] Glaber l. 1. c. 7. Vindic. p. 8.

[2] lib. 1. c. 2.

[3] Flodoardi Chron.

[4] Vide Clariss. Bocheri probat. p. 310.

[5]

uterinum fratrem, Odonem qui suô tempore regnavit, germanum, universum *inter Ligerim & Sequanam Ducatum* plenô jure regendum susceperit; quod ex Flodoardô accuratissimô scriptore *Robertum Comitem Nordmannos, qui Ligerim fluvium occupaverant, per quinque menses obsedisse acceptisque ab eis obsidibus, Britanniam ipsis quam vastaverant, cum Nanneticô pagô concessisse*, ad A. D. 921 scribente confirmari potest: quis enim eum cujus tanta potestas fuit, ut *pacis* publicæ redimendæ spe barbaris, patriæ incubantibus *pagos* imo provincias concedere, jure si non *regiô*, certe *regio proximô* licuerit, de trivió petitum caput, in animum inducat? fuit igitur *maximus*, ipsisque Regibus suppar *Dux*, ut nec aliud qui eundem * sive *Ducem Francorum*, sive *Ducem*, aut *principem* [1] absolute, sive (cum regionis connotatione) *Burgundiæ* † (quæ tota *inter Ligerim & Sequanam* jacet) *Ducem* vocaverunt, voluisse; nec falsò de eô à Berengariô primô Italiæ Rege, [2] *gloriosum post Regem principem Franciæ scilicet & Neustriæ, Aquitaniæ quoque sive Britanniæ* fuisse, annô 915, Febr. 15 scriptum evidentius appareat.

* Dudo lib. 2. Gemmetic. lib. 2. c. 17. 19. 21. Orderic. lib. 1:
† Odorann. Chron. Floriac. Codex S. Maglorii.
[1] Charta S. Martini Turon.

Plures unà pagorum diversorum *Comitatus* eundem per se, utpote præcipuæ toto regnô dignationis virum, rexisse non dubito; cur *Parisiensem* in Sequanici *Ducatûs* limite seu *Markâ* situm, ipsi nominatim commissum affirmanti Glabro credere debeam, non video: nam, nec Robertus ipse, nec Hugo filius sibi in Chartis *Parisiorum Comitatum* nominatim vindicarunt, sed missâ omni titulorum pompâ vel *Comites* absolute, vel *Abbates* dici voluerunt: sic enim anno 897 Martii 27 [3] Robertus *misericordiâ Dei Comes, & Abbas inclytæ congregationis B. Martini*; annô 902 April. 30, & 919 Indict. 7. Iunii 27. annô 915 Iun. 1. *Abbas*, annô 930 Majo mense, *Hugo Comes & Marchio.* annô 931 Martii 26 *Rector Abbatiæ S. Martini*, & eodem annô Mart. 24 *inclytus Abba.* annô 937 Octob. 1 *venerabilis S. Martini Basilicæ atque ipsius rerum Abbas*, inscriptus est.

[3] Bocheti probat. 310. 11. 12. 16. 17. 18. 19.

II. Ad annum usque 915 & quod excurrit, ut beneficiorum quorumcunque, sic Comitatuum regimen temporarium fuit, & à merô Regum arbitriô adeo pependit, ut migrare jussis quandocunque libuit prioribus honoratis, successores dederint; Sic annô 841 [4] *Herioldo* Danorum Regi nonnulla loca *in beneficium contulit.* annô 842 [5] *priores qui desciverant honoribus privavit.* annô 850 Roricho Herioldi nepoti [6] *Doresiadum & alios Comitatus largitus* est Lotharius Imper. annô 856 Karolus Rex, *Calvus* dictus, Ludovico filio *Ducatum Cenomannicum* dedit. annô 858 Ludovicus Caroli frater *invitatoribus suis Comitatus, Monasteria, villas regias distribuit.* annô 860 *Carolus Rex monasterium S. Martini filio suo Ludoico largitus est.* annô 861 Hludovicus *socerum Karlomanni filii sui Arnustum honoribus privavit, qui cum* nepotibus *& Adalardô Carolum adierunt, à quô benigne susceptî sunt, & honoribus consolati*; ab eodem *qui ad Ludoicum defecerant honoribus redonati* sunt. *Rodbertus cum placitis honoribus receptus.* annô 862 *Abbatia S. Martini Hucberto Clerico conjugato, Comitatus Meldensis* cum Abbatiâ S. Crispini Ludoico. annô 863 *pars terræ quæ* inter duas aquas *dicitur & Abbatia S. Albini* Salomoni Britoni *in beneficium donata, Gozfridum & Roricum atque Heriveum honoribus donavit* idem. annô 864 *honores quos Bernardo* annô 841 *dederat recepit, & Rodberto donavit*; *Abbatiam S. Martini Ingelwino commisit:* annô 865 *Ludoico Comitatum Andegavensem, Abbatiam Majoris monasterii*

[4] Annal. Bertin.
[5] Nithard. lib. 4.
[6] Annal. Bertin.

nasterii & quasdam villas, Roberto Comitatum Antissiodorensem & Nivernensem donavit; Adalardo, Hugoni & Berengario *collatos honores tulit, & per diversos eosdem disposuit*. Annô 866 Rodberto *Abbatiam S. Martini ab Engeluvinô ablatam donavit*; *ejus consiliô honores qui ultra Sequanam erant, per illius complices divisit, Comitatum Augustodunensem Ludoico commisit*; *Warnarii* & aliorum *honores tulit* Ludovicus Germaniæ Rex, *Hugoni Comitatum Andegavensem cum Abbatia S. Martini donavit* Carolus. Annô 867 Hugoni *Ducatum Elixatium dedit* Lotharius junior. Annô 868 *Comitatum Bituricum à Gerardô abstulit, & Agfrido* tradidit; *à Roberti & Ramnulfi filiis honores abstulit S. Hilarii Abbatiam quam hic habuerat*, Frotario Burdegalensi dedit: Annô 869 *Bosoni Abbatiam S. Martini cum aliis honoribus* donavit. Annô 872 *Bosoni honores Gerardi Comitis dedit, & dispositionem regni Aquitanici ei commisit*, Bernardo *Tolosam, Carcasonem & Redas concessit*. Anno 875 Engilramnum Camerarium ab honoribus dejecit. Anno 876 *Bosonem Ducem terræ* Langobardicæ *constitutum coronâ Ducali ornavit*. Annô 877 Ludovicus balbus conciliatis proceribus *Abbatias & Comitatus ac villas secundum uniuscujusque postulationem dedit*. Annô 878 Gozfridus & filii *honores quos invaserant Ludovico Regi reddiderunt, & postea per concessionem illius habuerunt*: Rex *honores Bernardi Gotthiæ Markionis per Theodoricum Camerarium & Bernardum Comitem Arvernicum & per alios secreto dispositos dispartitus est*. Annô 879 *Theodoricum cum sociis suis Augustudunum misit* moribundus, *quatenus ipsum Comitatum ad opus Theoderici, cui antea illud dederat evindicarent*; Gozlenus Abbas quibuscunque potuit *persuasit, ut Ludovicum Germaniæ Regem convocarent, & ejus largitione honores, quos hactenus obtinere non potuerant, sine ullâ dubitatione haberent*. Annô 880 *Comitatum Matesicanum Bernardo cognomentô Plantapilosa dederunt* Ludovicus & Carlomannus Reges. Annô 882 *ut Frisiam aliosque honores, quos Roricus habuerat*, Gotafridus Danus *reciperet, obtinuit* Carolus crassus. Annô [1] 887 *Ducatus quem tenuerat & strenue rexerat* Hugo Abbas *Odoni filio Rotberti ab Imperatore* eodem *traditus* est, qui annô 888 ad Franciæ Occidentalis regnum *cum consensu Arnulfi* evectus Rotberto germano *Ducatum* illum commisit. [1] Regino.

III. Necesse non est ut qui *Dux inter Ligerim & Sequanam* creatus est, *Parisiensium* Comes fuerit, quandoquidem Comitatum Parisinum post Begonem Alpaïdis Ludovicô piô natæ maritum Eggebardus, Gerardus Bertæ Pippinô Aquitanorum Rege prognatæ maritus, Conradus, Conrado & Adelheide Ludovici pii filiâ natus, Odo Rotberti & Adelheidis ejusdem filius ex ordine tenuerunt, quâ *tempestate* Ducatum Lantbertus, Rotbertus, Hugo Abbas Rotberti privignus *regebant*.

IV. Vt non semper *ad vitam* data sunt à Regibus *beneficia*, eadem nec denatô, qui largitus erat, principe, sibi vindicare, nec patribus in posteros transmittere invitô novô Rege licuit; hinc annô 841 Willelmus [2] Caroli Calvi *honores quos Bernardus* pater *in Burgundiâ habuerat, donantis, præcepto se commendavit*. annô 851 [3] *Respogium Nomenogii filium paternæ potestatis ditione*, Rex idem *donavit*, annô 861 *Rotbertum cum placitis honoribus accepit*, quos annô 868 *à Rotberti filiis abstulit*: annô verô Caroli simplicis 17 qui cum Christi 914 concurrit, Iunii die primâ non aliâ se filiumque Hugonem quam Majores conditione fuisse professus est, qui annô 922 Rex salu- [2] Nithard. lib. 3. [3] Annal. Bertin.

tatus est Rotbertus, his verbis usus, [a] *Nos Rotbertus in Dei nomine gregis atque rerum inclyti Confessoris B. Martini Abbas: Nec non & filius noster Hugo, cui post nos cum Seniore nostrô Rege Karolô omnes honores nostros impetratos habemus:* quibus se suam filiique dignitatem (quanta quanta fuit) uni Caroli Regis munificentiæ acceptam ex more tulisse manifestum fecit.

[a] Charta S. Martini Turon.

Cum igitur Rotberti patris (simulac [b] *Maccabæus alter* pro patriâ pugnans occubuit) *honoribus* cum fratre spoliatus, sit; Andegavensis, Altissiodorensis, Nivernensis, Tornodorensis & Tricassini, Comitatuum quos (Augustodunensi pulsus) obtinuerat, regimen aliis cesserit; quos postea ab Odone germanô & Carolô Regibus consecutus sit, nec ipse monumentis ullis à se relictis, nec alii coætanei expresse doceant: sive *Parisiensem* Comitatum post fratrem proprie rexerit, sive Parisiensem aliosque sub Duce Francicô constitutos Comites ad jussa paratos habuerit, longe infra ipsum est *Parisiensis Comitis* titulus, quô secundi à Rege capitis, summam dignitatem circumscribendam putavit Glaber.

[b] Regino Annal. Metens. Fuld.

Sed (ut scriptori parum accurato minus excussi sermonis veniam tribuere libeat) alia sunt quæ nullam (utpote falsissima) mereantur, nempe quod * *ab exercitu Saxonum* imo *ab Ottone Saxonum Duce postea Imperatore interfectum, obscuri*que imo *valde obscuri generis* hominem Rotbertum fuisse imperite finxit: Quam temere eum cum *Saxonibus* commiserit videamus. Flodoardus spectatæ fidei scriptor, Rhemensis Ecclesiæ Canonicus, Culmisciacensis parœciæ octo circiter miliaribus à Suessionibus distantis rector; annos (quô tempore Caroli Regis manu Rotbertus concidit) triginta natus, hunc rei sub ipsis propemodum oculis gestæ ordinem fuisse refert; *quidam Lotharienses dederunt obsides, & inducias à Rotbertô acceperunt usque in Kalend. Octobris*, &c. *Carolus cum suis Lothariensibus inducias, quas nuper à Rotbertô acceperant, infringentibus, Mosam transiens ad Attiniacum venit, & antequam Rotbertus suos fideles adunare potuisset, super Axonam insperate, ubi Rotbertum sub urbe Suessionicâ sedere compererat, adiit; & in crastinum die* [c] *Dominicâ horâ jam sextâ prateritâ, Francis dehinc illâ die prælium non sperantibus, plurimis quoque prandentibus, Karolus Axonam transit, & super Rotbertum cum armatis Lothariensibus venit; Rotbertus vero armatis qui cum eô erant, contrà processit; commissoque prælio multis ex utraque parte cadentibus, Rotbertus quoque Rex lanceis perfossus cecidit. Hi tamen qui erant ex parte Rotberti, Hugo scilicet filius ipsius, & Heribertus, cum cæteris victoriâ potiti, Karolum cum Lothariensibus in fugam verterunt; sed ob mortem Regis sui Rotberti eos persequi destiterunt. Campum vero obtinuerunt, spoliaque ab eis, maxime autem rusticanis, & ex Suessionicæ urbis suburbiô confluentibus direpta sunt. Lotharienses denique, perditis multis angariis, quas Rotgarius Comes accipiens in Laudunum castrum abduxit, relictoque infra regnum Francia Karolô, revertuntur ad sua.* Soli igitur *Lotharienses* qui ab annô 911 Karolum Regem salutaverant, datæ Rotberto fidei & *obsidum* immemores, pro Karolô arma sumpserunt, *prælium commiserunt, in fugam* conjecti sunt, quaque levitate Sacramenti religionem violaverant, eadem principem cujus infaustis auspiciis in Franciam Occidentalem armati irruperant, post stragem *spoliorum*que *direptionem* deseruerunt; tum vero qui trans Rhenum infidæ Lotharien sium molitionis ignari degebant Saxones, nec exercitum con-

* lib. 1. c. 2. lib. 3. c. 9.

[c] A. D. 923. Jun. 15. feria 1.

scripse-

scripserunt, nec ullum Rotberti partibus damnum intulerunt vel ab iisdem passi sunt.

Id ipsum confirmant Glabró priores, Vitikindus Saxo, qui (Ottone magno regnante) circa annum 972 Annalium suorum librum primum edidit, Rotbertumque *ab exercitu Karoli vocisum* scripsit. Aimoinus Floriacensis sub Robertô II Rege denatus,[1] qui Rotbertum *Suessionicis in campis bellô * à Ducibus Karoli exceptum vitaque spoliatum* retulit. Chronici S. Martini Turonensis scriptor anonymus his verbis usus, *Karolus ad auxiliandum sibi Lotharienſibus evocatis Mosam transiens, contra Rotbertum Regem juxta urbem Suessionis pugnans, eundem Rotbertum lanceis perforatum cum multis peremit: Sed qui ex parte Rotberti erant victoriam habuerunt, & Karolum cum Lotharienſibus fugere compulerunt.* Fragmentum historicum ex Codice monasterii S. Maglorii Parisiensis in Roberti II tempora desinens,[2] *Rex Karolus cum regni sui Lotharienſibus Mosam transiens contra præfatum Regem Rotbertum ad Attiniacum venit. Rotbertus etiam Rex contra eum processit, densoque commisiô prælio multis ex utraque parte cadentibus interiit etiam Rex Rotbertus lanceis perforatus. Ii tamen qui erant ex parte Rotberti victoriâ potiti, Hugo scilicet filius ejus, & Vermandensis Comes Herbertus, Karolum cum Lotharienſibus fugere compulerunt, sed illos longe persequi noluerunt; Lotharienses denique relictô Karolô recesserunt.* Sigibertus,[3] ex eoque magni Chronici Belgici compilator *Karolus Rex Francorum cum auxiliô Lotharienſium, juxta urbem Sueſſionis pugnans contra Robertum fratrem Odonis Regis, qui contra se Regnum Francorum invadebat, eum cum multis perimit.*

[1] De mirac. S. Bened. l. 1. c. 4.

[2] Vide membranæ Flor. fragmentum Tom. 2. script. Franc. p. 639.

[2] Tom. 3. script. Franc. p. 339.

[3] A.D. 1113. denatus Octobr. 5. anno à Glabri editione 67.

Non à *Saxonum exercitu* (quod Glaber voluerat) sed à *Lotharingorum* fœdifragorum copiis, oppressum Rotbertum fuisse hactenus patuit; conjurare in ejusdem perniciem *Saxonas* nequaquam potuisse oculatus (ut sic dicam) testis Flodoardus ad annum 923 docet. *Rotbertus*, inquit, *in regnum Lotharienſe proficiscitur, locuturus cum Henricô, qui ei obviam venit in pagum Ribuarium, ſuper fluvium Ruram; ubi ſe invicem paverunt & pactâ amicitiâ, datisque ab alterutrô muneribus discesserunt; ubi etiam quidam Lotharienses dederunt obsides, & inducias acceperunt:* alia itaque *Saxonum* eorumque principis Henrici *amicitiam* cum Rotbertô *pacisecntis*, alia *Lotharienſium inducias* post trimestre *infringendas, accipientium* conditio fuit; nec si calcatum à *Lotharienſibus* Karolo ab annô 911 addictis, gentium jus fuisse demus, par Henrico heroïci pectoris viro, crimen impingere fas fuit, vel fuerit unquam.

Falsò itaque veteris Codicis Tiliani scriptor anonymus,[4] *Karolum Regem cum Henricô Saxonum Rege, & Robertum cum filio suô Hugone, convenisse ad prælium apud Sueſſionem civitatem* literis mandavit, quandoquidem Henricus non modo nihil adversus Robertum molitus est, sed ei paulo antè eædem fidam *amicitiam* spopondit. Æquè falsò Odorannus, & vitæ S. Genulfi compilator, Carólum cujus copiæ *in fugam versæ* & *spolia direpta* sunt, *victorem extitisse* finxerunt: Absurdius Glaber noster lib. 3. cap. 9. *Ab Ottone Duce Saxonum postea Imperatore:* Odorannum fragmenti Aquitanicæ historiæ & Chronici Malleacensis auctores *ab Ottone Imperatore accitô auxiliô Carolum prælium cum Francis qui eum repulerant commisisse* somniarunt: Perperam vitæ rursus historiæ Aquitanicæ fragmentum *Carolô Calvô de sæculô*

[4] Tom. 3. script. Franc. p. 376.

migrante Bajoarios & Alamannos ex gente eorum sibi Regem Ottonem creavisse; *his diebus quibus Otto Rex Bajoariorum, Longobardorum regnum sibi subjecit, ab Ebbone Bituricensi Dolense monasterium ædificari cœpisse*; *Carolum minorem* seu simplicem *post Odonis mortem ab Episcopo* nescio quo *Ardebertô unctum, adversus* Robertum *cum multô exercitu partim de Bajoariâ partim de Franciâ, Franciam ingressum* Robertum ab eô *ascensionis die interfectum*: vita S. Genulfi cum historiæ Aquitanicæ fragmentô *Carolum* post interfectum Robertum *regnum recuperasse*; *Hugoni* Roberti filiô *Ducatum paternum regendum commisisse, regnum deinceps obtinuisse*. Odorannus & Sigebertus *annô* 922 prælium adversus Robertum commissum fuisse. Conradus Urspergensis, *Galliâ Celtica Roberto collatâ* Carolum *in Saxoniam secessisse, ejusdem urbes & sedes regias* non modo *lustrasse*, sed *obtinuisse*; Henrico *Ducatum* concessisse; Henricum *conventui Aquisgranensi* cum Robertô interfuisse: inde Carolo male ob Haganonem ominatum *recessisse*; eundem *ab Heriveo Rhemensi*. Carolo *reconciliatum*: Gislebertum *Gerbergæ Henrici filiæ conjugiô latum pro* Caroli *abjectione multa molitum*; à Carolô *in oppido Harburg obsessum* clam evasisse, *annis aliquot apud socerum patrimoniô privatum exulasse*, postquam Henricô socerô adnitente *receptus est*, rursus adversus regem conjurasse: cumque Henricum socerum ad rebellionem concitans frustra fuisset, Roberto ut *regnum susciperet suasisse* sive credidit, sive commentus est. Nam Carolus Calvus anno 877 Octobris 6 defunctus, nec *Bajoariis*, nec *Alamannis*, imo nec *Lotharingis* universis imperavit: Carolus simplex *Saxoniam* non modo non *obtinuit*, sed ne vidit quidem: Henricum Saxonum Ducem nunquam subditum habuit; Ducem non creavit. Henricus anno 919 Conrado Franciæ transrhenanæ Regi suffectus est, antequam à Carolô Haganonis odio deficerent Occidentales Franci: Heriveus A. D. 922 Iulii 2 triduo post coronatum Iunii 30 feriâ 1 Robertum denatus, Carolo deinceps neminem reconciliare potuit. Fundationis Dolensis charta annô 912 Caroli 20 Sept. 2. solidis annis 24 antequam Henrico patri succederet, 39 antequam *Langobardos subjiceret* Otto data est: nec *Bajoarius* ipse nec *Alamannus*, nec *Carolo Calvo de sæculô migrante* à transrhenanis Rex creatus sed gente *Saxo* annô à Caroli Calvi dormitione 59 ad regnum evectus est: nec *Francis*, nec *Bajoariis* qui subditi non erant, nec *multô exercitu* stipatus, utpote quem pauci cum Robertô inopinatô irruentium impetu provocatô *antequam suos fideles adunare potuisset*, armati fuderunt; nec annô 922 quô 17 *Kalend. Iulias*, in feriam 7 non in primam à Flodoardô notatam cadebat, nec denique ipsô *ascensionis die* sed 31 sequenti adversus Robertum pugnavit Carolus: nec *regnum* post Roberti cædem *recuperavit*, aut *deinceps obtinuit*, imo nec *Ducatum Roberti* Hugoni commisit, qui *reversis ad sua* Lotharingis, cum frustra *Seülfum Rhemensem cæterosque regni principes* ad pacem invitasset, *trans Mosam refugere* coactus, Rodulfum *à cunctis electum* Iulii 13 feriâ primâ, die à Roberti casu 29 *Regem apud urbem Suessionicam in S. Medardi monasteriô constitutum* audiit, continuoque post fraudulentâ Bernardi Comitis Legatione illectus in Heriberti casses nunquam ad vitæ ærumnosæ finem sui juris futurus, aut Regiâ in quanquam potestate usurus incidit. Cum (Sigebertô auctore) annô 927 à Caroli dejectione quartô, vel (si Reginonis continuatorem audiamus) annô Christi 929, Henrici 10, Rudolfi

dolfi qui Caroli solium conscendit sexto, Gerbergam Henrici filiam duxerit Gisilbeertus; ejusdem *conjugiô lætus nec multa pro Caroli* jamdudum abjecti *abjectione moliri* nec socerum qui inter Caroli subditos nunquam fuit, *multiplici, ut creari* Caroli locô *Rex non abnueret, suasione permovere*, nec Roberto qui jam in vivis esse desierat, *de regni susceptione* quicquam *suggerere* potuit: nec Otto qui annô 936 à Caroli dejectione 14 regnare cœpit, annô 962 *Imperator* primum salutatus est, à Carolô annô 923 *accitus* est, aut *Imperator* qui regiâ potestate carebat audiit; sed forte Ricuini filius Otto cui Lothariensium Ducatus ab Ottone Rege Henrici filiô annô 942 commissus est, pro Carolô anno 923 adversus Robertum stetit, eumque cum Ottone magno confuderunt qui *Ottonem Imperatorem* â Carolô *accitum* tam imperite quam incuriosè scripserunt.

Robertum nostrum *à Saxonum exercitu* (quod vel primus vel è primis Glaber finxerat) *interfectum* nequaquam fuisse hactenus evicimus, gravior nunc ejusdem de Roberti gente, gentisque imaginariâ *obscuritate*, quæ Chiffletii facilem ad fabulas mentem tenebris opplevit, profligandus error venit, nobisque nec *obscurum*, nec *ante obscurum*, nec *valde obscurum*, nec *valde inante obscurum* Roberti genus fuisse probandum incumbit: Non certe *obscurus* ipse Robertus, qui annô 886 antequam de eô falsa ulla somniaret Glaber 160, adeoque *valde inante*, cum Odone germanô post biennium Rege, in Parisiensi obsidione [1] *radiabat*, annô vero 915 ante Glabrum 130 Berengario Imperatori [2] *gloriosus post Regem Franciæ, Neustriæ*, &c. *princeps* & Carolo Regi annis 902, 918 & 919 *vir specialius venerabilis, venerabilis Marchio regni & consilium & juvamen* dictus est, quemque Odonis germani regnum & Francorum in Carolum insurgentium electio sempiternæ (velint nolint tenebriones somnolenti) memoriæ commendavit.

[1] Abbo lib. 1 de obsid. Paris.
[2] Chartæ S. Martini. Turonens. & S. Germani Paris. de cruce S. Leudefridi.

Non *pater* Robertus cognomentô *fortis* Chartæ S. Martini *Illustrer*; Chronico Floriacensi *miræ potentiæ inter primos prior*; Reginoni, & Annalibus Metensibus, *generosæ stirpis vir*, qui *commendatum* à Karolo Calvô *cum Optimatum consiliô Ducatum inter Ligerim & Sequanam cum ingenti industriâ rexit, & fortiter pugnans occisus est, alter quodammodo* suis *temporibus Maccabæus*; *cujus prælia* (transrhenano Annalium Fuldensium scriptore ex Reginone referente) *si per omnia scripta fuissent, Maccabæi gestis æquiparari potuissent.*

Non avus Robertus Aganæ maritus Eginhardo, Caroli Magni (ex nonnullorum sententiâ) *genero, Magnificus & honorabilis atque illustris vir, gloriosus Comes*; auctori vitæ S. Genulfi, *insignis, honestæ potentiæ vir, primusque Palatii Pippini Regis, qui ad suæ nobilitatis excellentiam, Regalis etiam stemmatis per sororem* Ingeltrudem *adeptus est consortia.* Auctori vitæ S. Iacobi eremitæ Robertus *princeps, Saxiaci vici & circumjacentis regionis Dominus, vir potens & nobilis, ex Regum Francorum genere ortus, & (quod optabilius est) Christianâ pietate insignis.*

[3] epist. 11.

Non proavus Theotbertus *Matricensis* pagi *Comes* [4] *cujus filiam* Ingeltrudem annô 822 ante Glabri editionem 224 Pippino filio Aquitaniæ Regi *conjugem* Hludovicus pius Imperator *junxit.*

[4] vita Ludovicii Pii. Eginhardi Bertiniani Metenses. Annal.

Non abavus Nibelungus *Comes, vir inlustris*, cujus *auctoritas*, ut Fridegarius Scholasticus Chronicon ab annô 750. continuaret *successit*, quemque *reginæ*

reginæ uxoris avum (Chartâ S. Iuliani Brivatensis monasterio *annô regni* 22 *Indict.* 14, Christi 836. 4 *Idus Martias* datâ) Pippinus Aquitaniæ Rex vocavit; & Charta in gratiam monasterii in pagô Madriacensi sub *crucis S. Audoeni* & *S. Leufridi* titulô fundati ab ipsomet Nibelungo anno Caroli magni 20, Christi 788 Martii 23, antequam Glaber historiam suam publici juris feciſſet 258, scripta, effusæ in religiosas domos liberalitatis fuisse docet.

Non atavus *Childebrandus* Dux, & Comes, Nibelungi pater Caroli Martelli *germannus*, *Pippini Regis avunculus*, *industrius* & *illustrior vir*, illi ipsi qui *historiam* (principe eodem *diligentissime scribi procurante*) edidit, Fredegario circa annum 750, trecentesimum fere antequam Glaber farraginem suam vulgaret, nominatim nuncupatus.

Quid communes Martelli & Childebrandi patres, *Pippinum*, *Ansigisum*, *Arnulfum*, ac forte *Arnualdum*, & *Ansbertum* Clotarii primi (si non aliis, certe tibi) *generum* memorem? an laudatâ capitis tui decimi paginâ 149 quæque (velut *Solis radiô scripta*) judicio tuo lucent, *inante*; *valde*; *valde inante obscura* populi filiorum nomina (ne cæcutientem monitorem odiô in gentem Francicam cæcus non sequare) tibi deinceps videbuntur? ut ut aliis universis ignoti esse potuerint Roberti Regis majores; Glabro, qui Altisiodori (cujus Comitatum ab annô 865 ad ipsum vitæ exitûm rexit Robertus *fortis*) aliquandiu vixit, & ab anno 861 ad sua tempora Roberti ejusdem, vel privigno Hugoni Abbati, vel natis antequam regnarent, vel nepotibus Hugoni, Ottoni, Henrico, Roberto Capetigenæ commissam magna ex parte in ipsô terrarum *inter Ligerim & Sequanam sitarum Ducatu*, Burgundiâm vidit, incomperta esse nullô jure debuerunt. Nec si contectâ (cucullô demissô) facie noctem quærens, irrumpentem per cellæ rimas ex continuis ducentorum & quod excurrit, annorum experimentis exortum diem expellendum crediderit, vim coruscantis ex Capetini generis gloriâ luminis effugere potuerit; si enim Hugonis Capeti germanus Henricus, Glabro ipsi, *nobilissimus Burgundiæ Dux* fuit, imperite & falso *obscurum*, sive *valde*, sive *parum* Roberto (qui communis Hugonis & Henrici germani avus fuit) *genus* assignavit: vel si vere assignavit, ut inique, sic (suô ipsius judiciô) falso eum *nobilissimum* vocavit, cujus tam abjecta novitas fuit, ut (quod hospitalis Hierosolymitani milites, qui nunc *Melitenses equites* vocantur, ab allegendis in ordinem suum fratribus quotidie exigunt, nullum nisi qui avitas quatuor ad minimum graduum imagines ostentare possit, admissuri) præstare nequaquam potuerit, nec ad *abavos* cum gregalibus Melitensis militiæ professis assurgere ausus, solas ultra *avi* Roberti nomen tenebras, pudendam caliginem, longamque *inante obscuritatem* obvias habuerit.

Quis nunc Dantem Gibellinæ factionis hominem, Regibus nostris Welficarum partium patronis infensissimum, Philippi v i genti poeticâ licentiâ convitium impudens ante annos 300 feciſſe, ipsiusque fontem *lanium* finxisse miretur; cum alterô tantô antiquior, nullaque injuriâ exasperatus Glaber eidem *obscuritatem* (quasi maculis fœdum Solem demonstraturus) objecerit? Sed quod vel incogitanter male affecto fraterculo excidit, vel dolô malô infida recentioris alicujus manu historiæ ejus infartum est, aperte quasi dicâ scriptâ, ætate superiores aut certe æquales & suppares falsi coarguerunt. Abbo Floriacensis annô 1004 antequam lucem Glabri historia adspi-

adſpiceret 42 Novembris 14 feriâ 3 confoſſus, hic Robertum Regis verbis compellans, [1] *non multum moveor*, dulce decus meum *Roberte*, *quem* atavis editum Regibus, *divina pietas perduxit ad Regni faſtigium*. Helgaldus Roberti Regis æqualis, *fuit Rex Francorum Rotbertus origine natus nobiliſſimâ*, &c. *ejus inclyta progenies* (*ſicut ipſe ſuis ſanctis & humillimis aſſerebat verbis*) *ab Auſoniæ partibus deſcenderat*, &c. *corona capiti impoſita decernebat eum avis & atavis ſtirpe proceſſiſſe regia*: Auctor epitaphii Philippi primi, *Rex fuit hic magni progenies Priami*. Item, *Progenies Regum*, *virtute potens*, *genus altum*. Chartæ electionis Waltherii Cabilonenſis, *Acta eſt hæc Eccleſiaſtica & generalis electio annô incarnati unigeniti verbi* 1080 *præſidente divinâ diſpoſitione Romanæ Sedi excellentiſſimô Papâ Gregoriô*; *ſceptra quoque moderante Regni*, *nobiliſſimô Regum Philippô*, &c. Auctor anonymus de bello ſacrô *Pater Regum Rex Philippus*, &c. His & aliis quæ congerere infinitum eſſet Capetinæ Claritudinis teſtimoniis, ut careamus; quam tui compos ejuſdem abnegator fueris hinc conſtare poteſt, quod tibi nobiſque Glabrum, non equidem malum, ſed rerum imperitum, judicii pertenuis, dotibuſque ad conſcribendam hiſtoriam neceſſariis parum inſtructum hominem, omnium inſtar eſſe volueris. Vis tibi vel ingratiis tuis ſententiæ de eo noſtræ confirmationem extorqueamus? Libri primi capite 2 *Heribertum* Veromanduorum Comitem *vinctum* Carolum ſimplicem *uſque in diem mortis ſuæ tenuiſſe* refert. Ac nec (proprie loquendo) *vinctus* unquam fuit Carolus; imo nec ſemper *ſub* Heriberti *cuſtodiâ detentus*, ex quô ſe fidei ejus permiſit, ut ut abſolute liber nunquam deinceps evaſerit, nec univerſis *ſub cuſtodiâ detentis*, nedum Regibus, *vincula* injici ſolent: ipſe vero Flodoardus oculatus Carolinæ calamitatis teſtis, totidem nos verbis docet, annô 923 jam affectô Heribertum *in Caſtellô ſuô ſuper Somnam apud S. Quintinum* male credulum principem *ſuſcepiſſe*, *indeque in quandam munitionem ſuam Caſtellum Theodorici deductum ſub cuſtodiâ detinuiſſe*, annô 925 Carolum miſſô è cuſtodiâ legatô qui imploratæ opis præmium Lotharingiæ regnum offerret, ſanctique Dionyſii dextram *non de ſinu proferret* (quod Witichindus ſomniavit) ſed polliceretur (quod Ditmarus notavit) Henricum Aucupem excitaſſe qui *Tulpiacum* cisrhenanum *oppidum vi cepit*, Gisleberto Duci *obſides* imperavit, *Lotharienſes* certatim *ſe committentes*, vi ceſſionis à Carolô factæ ſubegit; univerſis annô 926 Ebrardum præfecit; Heriberti legatos primum, ac exinde Heribertum ipſum admiſit; qui paulo *poſt abſolutionem Synodi apud Troſlejum habitæ*, annô 927 [2] *Carolum de cuſtodiâ ejecit*, *ſecum in pagum Veromandenſem ſcilicet ad S. Quintinum deduxit*, cum eodem *colloquium petiit Nordmannorum ad caſtellum quod Auga vocatur*, *ubi ſe filius Rollonis* Guillelmus *Carolo commiſit*, *& amicitiam cum Heribertô firmavit*. Annô 928 *Heribertus Rhemis cum Carolô venit*, *indeque literas Romam Ioanni Papæ miſit*, *ſignificans ei de reſtitutione & honore Caroli*; exinde *Laudunô potitus placitum cum Nordmannis habuit*, *amicitiamque cum eis pepigit*; *non tamen filius Odo* (*quem Rollo habebat obſidem*) *illi redditus eſt*, *donec ſe Carolo cum aliis quibuſdam Franciæ Comitibus & Epiſcopis commiſit*; *ad Henricum colloquii causâ profectus*; *rurſus ſe Rôdulfo commiſit*, *iterum redactô ſub cuſtodiâ Karolô*; [3] *cum* quô tandem *Rhemis veniens Rodulfus*, *pacem fecit*, *& Attiniacum reddens muneribusque illum honorans*, ſed ad paucos dies mitior, crebris aſpero-

[1] Aimoin. in ejus vita.

[2] Sic quadriennii fuerit prima cuſtodia per annos 924. 925. 926 & 927 partem.

[3] paucorum itaque mensium 2 cuſtodia fuerit.

asperorum temporum procellis eversum principem afflavit aura, siquidem annô 929 Octob. *7 apud Perronam obiit*, tertium si quid nonhullorum conjecturæ valeant libertate præcisâ. Sed alia Glabri παρεφθαρμένα advertamus.

Capite 3. cum *Ludovicus* transmarinus *unctus est, jam Heribertum crudeli morte obiisse* falso statuit : nam Flodoardo & [1] Ivone vel potius Hugone testibus annô 936 Iunii 28 feriâ 3. Lauduni *ab Artaldô Archiepiscopô, præsentibus regni principibus, cum Episcopis* XX *& amplius unctus est & coronatus Ludovicus.* annô 938 *Heribertum per deprecationem Hugonis ad pacem recepit:* annô vero 943 à Ludovici unctione 8. *Heribertus Comes obiit, quem sepelierunt apud S. Quintinum filii sui.* Cap. 5 *egressum ab Hispania Regem Saracenorum Algalif*, & Aquilonarium *linguâ* Mint, *populum appellari* inepte scripsit; nam nec *Mint* Teutonibus in usu est, nec *populum* (quem *folch* vocant) denotat, nec ab eorum quoquam cum vocabulô *Nord* (quô *Septentrio* denominatur) junctum est, sed cum dictione *Man* quæ *hominem* significat ut *Nordmannus* idem sit cum *homine Aquilonari :* nec *Algalif* vox sincera, aut simplex est, sed articuli adjectione aucta; nec propria (quod Glaber putavit) Hispani alicujus Regis denominatio habenda est, sed eorum omnium inter Saracenos ad quos Muhammedis pseudoprophetæ ex ordine *successio* pervenit, communis, quod ipsa tituli *Al-Chalif* interpretatio indicat *Successorem* enim significat : nec ulli Hispanicorum Saracenorum principi, (quos soli *Sultani* seu *Chalifarum Vicarii* aut *Locotenentes* regere solebant) convenit unquam, cum unicum semper Damasci primum, deinde Bagdadi, sedentem *Chalifam* universa Saracenorum gens coluerit, Hispania nullum vel proprium habuerit, vel ad momentum viderit; Eodem igitur imperitiæ ausu *Al-Chalif*, in *Algalif* à Glabrô mutatum, quo præcipuam *Chalifarum* inscriptionem *Amir-al-Muminina* quæ Latine *Imperator fidelium* reddi potest, Græci in Αμηρᾶν Latini in *Amiralium, Admiralium, Amiram, Admirabilem, Amiravisum, Miramolinum, Miralumminum*, & *Al-cadi* (quod *judicem* sonat) in *Arcadium*, barbarâ vocabuli detorsione transformarunt.

Libri 2 cap. 2 eversô rerum ordine, *in regnô illorum qui* Danimarches *cognominantur, mortuô Rege Adelredô, regnum illius, Occidentalium Anglorum Regem videlicet Canuc invasisse fingit*, quandoquidem Adelredus *Anglorum*, Canutus (quem corrupte *Canuc*, ut *Malcolmum* Scotum *Melcolo* pronunciat) Danorum Rex fuit. Cap. 5. pro *nongentesimô octogesimô octavô* incarnationis annô, solidi centenarii jacturam passus, *octingentisimum octogesimum octavum* incogitantur reponit.

Libri 3 præfatione plura peccata admittit, Henricum (qui *claudus* dictus est) ex Bajoariæ Duce Germanorum post Ottonem III Regem sui nominis secundum, Romanorum verò primum, *Saxonum Regem* vocans, eundemque *ab omni Romanorum populô intercedente Papâ Benedictô in imperium Longobardorum adscitum*, eam verò *gentem, cum adsciscretur* Henricus *in Imperium Longobardicum, sibi Regem Arduinum quendam instituisse*. Henricum *ubi Papiam venit, miri operis palatium sibi construi fecisse, potito decenter imperiô, accepisse in regnô conjugem filiam Sigefridi Saxonum Ducis; monasterium ædificavisse in Saxoniæ locô qui dicitur* Bavobergh, *id* denique *monasterium à supradicto Benedicto dedicari fecisse; ejusdemque pontificis usum consiliô eandem Ecclesiam in Episcopalem sedem sublimavisse* falso scribens. Quandoquidem

[1] epist. 70.

dem Henricus non *potitô Imperiô*, sed (quod diserte Ditmarus monet) *vivente* Imperatore Ottone III qui (annô 1002 Ianuarii 24 antequam Româ *potiretur* Henricus, decimô tertiô denatâ) est, Cunegundim duxit, *Sigefridi* non *Saxonum*, qui ab annô 965 ad 1011 Bernardi primi regimini commissi sunt, non *Bajoariorum* quibus Henrici tres ordine præfuerant, non *Lotharingiæ superioris*, seu *Mosellanicæ* quam Theodoricus I Capeti ex sorore nepos regebat, non *inferioris* quæ Ottoni Caroli à Capetô triumphati filio subcrat, non *Alamanniæ* quæ Hermanno, non denique *Franconiæ* quæ Conrado parebat, *Ducis*, sed *Lucemburgi Comitis* filiam duxit: annô 1002. 8 Idus Iunii (vel potius 7 qui in feriam primam incidit) à Willegisô Moguntinô Franciæ Orientalis Aquisgrani consecratus, Paderbornæ in *B. Laurentii Natali* Augusti 10 feria 7 uxori *coronam imponi* procuravit; annô 1004 subactis Italis, regnique Langobardici invasore Arduigô, Ticini coronatus est, [1] Anno 1006, antequam Benedictus anno 1012 Iunii 7 electus sederet, *sexto Indict.* 5 ineunte, Octob. 27 Francofurti congregata Synodô, Bambergæ non in *Saxoniâ*, sed *in Orientali Franciâ* monasterium fundavit, & Episcopatum instituit Eberardo primum commissuni, quem Willegisus (anno 1011 proxime Benedicti electione antecedente defunctus) consecravit. Anno 1011 3 Nonas Maji feriâ 1. *ab Episcopis* 46. *B. Georgio* dedicari Bambergense monasterium *fecit*; anno 1014. non 6 in feriam 5 incidente, sed 16 *Kalendas Martias die Dominicâ* (prout Ditmarus αὐτόπτης notavit) *à Romanis electus & à Benedictô Papâ consecratus* est *in Imperatorem*, non *Langobardorum*, in quos nihil Romanis juris erat, quoscque ei, ut Regi suo sacramentum fidelitatis anno 1004 (sedente Ioanne XVIII cognomentô Fasano) dixisse, nullos sibi unquam *Imperatores* vindicasse, *Arduinum* sive *Arduinum* anno 1002 aut 1003 *Regem* non Imperatorem salutasse constat; sed iteratô anno 1014 rebellantes compescuit, idemque tunc Romanorum *Imperator Dei gratiâ factus*, *Papiam rediit*, *ibi sanctum Pascha feriavit*. *Inde regrediens Pentecosten Babenberg festive peregit, ejusdemque loci privilegia sigillô sua auctoritatis firmata, & jure Romani pontificis roborata inscribere jussit*; prout nos Hildensheimense Chronicon monet: [2] anno vero 1020. Aprilis 14 feria 5 *in Cœnâ Domini* Bambergam ejus rogatu Benedictus Papa advenit, S. Stephani Basilicum consecravit, privilegiô suo Episcopatum ante annos fere 12 constitutum, fundatumque eodem tempore S. Georgii monasterium præsens muniit: quæ omnia (quidvis ex quovis colligens) depravavit, suisque deliramentis incrustavit Glaber.

[1] Ditmar. Marian.

[2] Marian. Scot. Chron. Bambergh.

Capite primô *Trojam* oppidum, à Græcis in Apuliâ circâ annum 1020 condi cœptum, deformatô nomine *Troadem civitatem*, imo *veterem civitatem*, veri securus (quasi de antiquô Iliô verba faceret, nec à veteribus *nova* imô *nascentia* differrent) vocavit. Capite 2. *inter eos quos aut ex mediocri, aut ex infimô genere tam ipse Robertus quam uterque Hugo pater & avus sublimes fecerant*, Odonem seniorem Carnutum Comitem, quem *rebellionum maximi* pudendô elogiô infamavit, antequam Hugoni Robertus succedisset vitâ functus; Odonem juniorem hoc ipsius judiciô culpandum, quod *cum obiisset Stephanus Comes Trecorum & Meldorum, Heriberti filius, ipsius Regis consobrinus, absque liberis, arripuit idem Odo contra Regis voluntatem universa quaque latifundia in Regis videlicet dominium jure cessura*; & Wil-

lelmum Burgundiæ Comitem cum favitoribus Brunone Lingonensi fororio, Landricô Nivernensium Comite generô, Rainaldô filiô numerare ausus est. lib. 3. c. 9 Odonem minorem *à patris proavis obscuræ duxisse genus lineæ* absurde & falso inculcat. At his universis illustrius nihil, aut quomodocunque anteferendum, si generis decus spectes, Gallia nostra tulit; Letgardis Odonis senioris parens chartâ donationis, villæ Gizei Februarii 9 regnante Lothario Rege annô 24 in gratiam monasterii S. Petri in valle Carnotensis diœcesis fol. 56 verso scripta. *tam pro meis criminibus impetrandis, quam pro nobilissimi Senioris mei atque gloriosi Comitis Tetbaldi, ut utrisque Dominus indulgere dignetur omnium peccatorum remissionem, consentientibus omni honore dignissimis Archipræsule scilicet Hugone, & excellentissimo Comite, Odone filiis meis,* &c. *Huic maternæ donationi iccirco, Ego Hugo primorum primus Archipræsul & Odo Comes ditissimus assensum præbuimus.* Petrus Monachus de antiq. &c. Malleac. insulæ lib. 1. cap. 2. *sororius Odonis famosissimi Comitis Hemmæ,* &c. *conjugio donatus est* Willelmus III. in Ragenfredi libro Lotharius ipsemet Charta Annô *incarn. Dom.* 985, *regni* 31 *Compendio palatio* scriptâ, *illustrissimus Comes, ac inter alios magis dilectus Odo.* in Magenardi S. Petri in Valle Abbatis Chartis *Comes civitatis Odo longe lateque famosissimus.* Chron. Mauriniacense lib. 2. Script. Franc. Tom. 4. p. 365. *habebat* (Henricus I Angl.) *etiam ex sorore nepotem Theobaldum nomine Comitem Carnotensium, Blesensium, Meldensium aliarumque multarum provinciarum. Qui* Comes Palatinus, & intrà Franciam secundus à Rege, *divitiis* & nobilitate tumefactus *ab adolescentia suâ, velut hæreditario bellorum jure Regem Ludovicum cœpit infestare*; nec tam Roberto Regi, quam propinquis Veromanduorum Comitibus damnum creavit Odo minor; nec justis (suô judicio) retinendæ Burgundiæ Ducalis caussis caruit Willermus: quod ex sequenti tabellâ Glabri quicquid forte fortunâ somniavit, Lectoribus suis obtrudentis, *νυφίας δόξας* (ne quenquam iis deinceps indormire libeat) revincente, manifestum fiet.

Ludo-


Ludovicus Pius Imp. Ermengardis ac exinde Iudith maritus.
Adelhais Conradi Comitis ac exinde Roberti forti uxor.
Carolus Calvus Imp. 2. nupt. Ermentrudis maritus.
Gisla Everardi Forojulien-sium Ducis uxor. 1. nuptiis.
Ludovicus Balbus Rex Anſgardis ac exinde Adelheidis maritus.
Berengarius Imper. Bertilæ maritus.
2. nuptiis. Robertus Rex Beatricis maritus.
Hildebrantha Veromand. Comitis uxor.
Herberti II
Richildis Richardi Trecarum & Carnutum Comitis Roberto qui Willam duxit nati uxor.
1 nupt. Conradus Comes Ermentrudis maritus.
Hugo Abbas Dux Franc.
Welfo Abbas.
Petronilla Terculfi uxor.
1 nupt. Willa Roberti Comitis uxor.
2. nupt. Carolus Simplex Otgivæ marit.
Gisla Adalberti Eporediæ Marchionis uxor.
Hugo magnus Hadwidis Saxonicæ maritus.
Albertus I Gerbergæ marit.
Heribertus Trecarum Comes Otgivæ regnæ maritus 2.
Robertus Trecenſ. Comes Adelæ Werræ marit.
Letgardis Theobaldi Tricatarii uxor.
Rudolfus Rex Burg. Willæ maritus.
Adelhais Richardi Ducis uxor.
Ingelgerius Adalindis maritus.
Theobaldus Tricator. Letgardis maritus.
Ludovicus ultra marinus Gerbergæ maritus.
Berengarius II Willæ Boſone Marchione & Willa natæ maritus.
Henricus Dux Gerbergæ maritus, qui Ottonī Willelmo privigno Burgundiam donavit A.D. 998.
Hugo Cæſar us Rex Adelheidis Pictonicæ maritus.
Heribertus III Verom. Comes Ermengardis marit.
Odo.
Lindulfus Epiſcopus Noviomenſis.
Guido Sueſſion. Comes.
Stephanus cujus hæreditatem invaſit excluſis Alberto I I, & Ottone conſobrinis, Odo II.
Agnes Caroli Lotharingiæ inferioris Ducis uxor 2.
Adela Lamberti Cabilon. Comitis ac exinde Gaufridi Grisagonellæ Andeg. uxor.
Rudolfus II Bertæ maritus.
Willa Boſonis uxor.
Ermengardis Gilleberti Ducis uxor.
Fulco Rufus Roſcillæ maritus.
Odo primus Bertæ Burgundicæ maritus.
Matthildis Conradi Burgundiæ Regis uxor.
Albrada Rangenoldi Rhemorum Comitis uxor.
Carolus Dux Bonæ ac exinde Agnetis maritus.
Adelbertus Rex Gerbergæ maritus quæ exinde Henrico Duci nupſit.
Dodo.
Robertus Rex Conſtantiæ Arelatenſis maritus qui Henrici patrui donationem inofficioſam cenſuit.
Albertus II Gertrudis Pa-mariturs.
Otto Comes Pa-mariæ rinus.
Rainaldus Comes A.D. 1057 cæſus.
Hugo Epiſcopus Autiſiodorenſis 1 nupt. editus.
Fulco Nerra 2 nuptiis editus.
Conradus Rex Matthildis maritus.
Adela Werra Roberti Trecenſ. uxor.
Fulco Bonus Gerbergæ maritus.
Odo I I Ermengardis Arvern. maritus.
Berta Odonis I ac exinde Roberti Regis uxor.
Gilleberti Comitis de Roceiô.
Brunonis Lingon. Epiſcopus.
Ermentrudis Ottonis Willelmi uxor.
Otto, Willelmus Ermentrudis maritus, Henrici Ducis Donatarius.
Ardui-nus qui Ottoni I I I denato Italiæ regnū invaſit.
Hebertus IV Adelh. Criſpacenſis maritus poſterior.
Guidonem parre cæſus.
Adela Guilelmi Auvenſis uxor.
Berta Odonis I Carnutum Comitis uxor.
Gaufridus Grisagonella Adelæ maritus poſterior.
Adela Blanca Guillelmi Arelat. ac exinde Roberti Arvern. uxor.
Odo II.
1 nupt. Conſtantia Roberti Regis uxor.
2 nupt. Ermengardis Odonis I I uxor.
Rainaldus Adeliciæ Normanniæ maritus.
Matthildis Landrici Comitis uxor.

C 3

Ibidem.

Ibidem. Constantiam Roberti Regis uxorem *Willelmi prioris Aquitaniæ Ducis filiam*, *Fulconem*que Nerram *Andegavorum Comitem ejusdem Reginæ avunculum* fuisse improprie scribit, quandoquidem nec Fulco matris fratre genitus *avunculus* sed *consobrinus* accurate loquendo fuit; nec *Willelmus Dux* sed *Comes*, nec Arelate cujus is Comitatum rexit ad *Aquitaniam* stricte sumptam pertinuit, sed ad *provinciam Viennensem* Gallias Narbonensis quamdiu Romanum Imperium stetit partem nobilissimam; quæ tum demum Aquitanica facta est cum *regnum Aquitanicum*, à reliquâ Franciâ anno 781 distinxit Carolus Magnus, ejus fines ultra Rhodanum ubi Arelate sita est ad *terminos Italicorum montium* promovens. Ibidem rursus, Rodulfum Burgundiæ Regem, & cap.9 ut & lib. 5. capite 6 Conradum Rodulfi filium *Austrasiorum Reges*, veteri *Austrasiorum* & *Neustriorum* distinctione, quæ utrosque à *Burgundis* disparabat, abusus vocavit; eodem libri 3. capite 9 & lib.4. cap.8. Gocilonem cui totius *regni Lotharienſis Ducatus* ab anno 1026 ad 1044 commissus est, *totius Rhætiæ primæ Ducem* fuisse, *primam Rhætiam corruptè Lotharii regnum nuncupatam*, *in parte Rheni Occidentali conjacere*, *utramque à Rhenô dictam* falso monuit: nam *Regnum Lotharienſe* quod initiô cum Viennensis provinciæ parte *Maximam Sequanorum*, & *Alpes* Penninas cum *Græcis* complectebatur; ab annô 888 angustius factum, *Germaniæ primæ* & *secundæ* partem, *Belgicam* primam & *Germaniam* secundam, longe à Rhetiâ utraque semotas ambitu suô deinceps continuit; [2] Neutra Rhætiâ ad Gocelonis Ducatum pertinuit, sed prima Rheno contermina Curiensibus & Forojulienſibus, secunda à Lyco amne incipiens Bajoariæ Ducibus paruit. 3. Etsi primæ limitem Occidentalem Rhenus præterfluat, ab eô denominationem nequaquam traxit, multo minus, à Rheno remotior, secunda, cum *Rhenus* Ῥῆνος, *Rhætia* Ῥαιτία Græcis scribatur; diversaque vocabulorum commune fere nihil præter primam literam habentium conformatio, diversas rerum vocabulis designatarum origines [1] indicet: eodem capite 9 Guillelmum Normannorum Ducem qui *Longa spatha* dictus est, *per fluvium Sequanæ* (ut Arnulfo Flandriæ Comiti colloquium poscenti *velociter adesset*) *evectum navigiô* commentus est, quandoquidem in *Somonæ* quæ Normannorum & Flandrorum communis limes erat, alveô colloquium habitum est; nec per Sequanam navigans Arnulfo longius remoto occurrisset Guillelmus, quem in [2] Pinchiniaci ad Somonam in Ambianis cæsum constat: paulo post *Guillelmo filium ex concubinâ* (quam *Brittannam* Flodoardus asserit) *Richardum nomine* fuisse contendit, contra stantibus Normannicæ historiæ scriptoribus, qui Richardum Guillelmô & Sprotâ Bernardi Silvanectensium Comitis sorore legitimô matrimoniô ortum ἐμοθυμαδὸν scribunt: libri quarti præfatione, *Comum* (*in descensu Alpium* Rhæticarum ad Larium lacum situm oppidum) [3] *Cumas* male Reginonis & Luitprandi exemplo nuncupans, eo ipso cum Sibyllæ veteris in Campaniæ felicis aditu ad Tyrrheni maris litus positô domicilio confudit, nec hunc errorem erasse contentus *descensum Alpium*, Curiam Gallorum *licet corrupte vocatum*, absurde putavit, quasi vel *Curia Rhætorum* ad Orientalem Rheni ripam, in ipsis Alpium jugis sita, earum *descensus* sit, aut *Gallorum* à quoquam mediæ ætatis auctore dicta, aut denique idem cum *Comô* 70 & quod excurrit passuum millibus dissitô haberi debeat. Ejusdem libri cap. 3. inter *Alpium loca*, *Vizeti-*

[1] à Rhæto Tuscorum Duce Rhætia Iustin. lib.20. Plin. 3. c.20.

[2] Piquigny.

[3] Κῦμαι Κύμη.

Vizeticam in Gotthia seu prima Narbonensi procul ab Alpibus positam, sed Cebennis montibus vicinam urbem, cum *Maurienná* & *Gratianopoli*, quarum in *Moriannam* & *Gratianopolim*, nomina barbare deformavit, numerandam ex errore censuit. Capite 4. *Imminente annô incarnati Christi* 1033. Benedictum Papam, Robertum Regem, Fulbertum Carnotensem quasi annô 1032 jam affectô decesserint *obiisse* scripsit, sed Benedictus ante decennium annô nimirum 1023. Nov. 8, Fulbertus ante quadriennium annô scilicet 1029 April. 10 Robertus Rex ante sesquiannum annô nempe 1031 Iulii 20 feriâ 3 mortalitatem expleverunt; ut quod *imminens* putavit Glaber, *imminens* nullô modô fuisse in apertô sit. Capite 8 *In* secundâ Rhætiâ *gentem Leuticorum barbaram cujus vocabulum à lutô derivetur* (nullâ Geographiæ ratione habitâ) collocavit; nec minus falsô *omnem illorum habitationem circà mare Aquilonare, in paludibus sordentibus, & idcirco Leuticos quasi* luteos *vocari* scripsit; si enim *Rhætia secunda* universa à Septentrione Danubiô, à Meridie Alpibus clausa fuit, in eâ *Leuticorum* inter Suevum seu Oderam & Albim habitantium sedes, nec fuerit, nec esse potuerit; si ad *mare Aquilonare* adeoque ad 54 latitudinis gradum posita *Leuticorum habitatio* fuit; eam in *Rhætiâ secundâ* trans meridionalem Danubii ripam, & 48 latitudinis gradum nemo quæsierit sanus; si *Leutici* (Sarmaticæ originis, gens cui nihil cum linguâ Latinâ commune fuit) in mediâ barbarie (quod clarius est quam ut negari à quoquam possit) vixere; nulli rerum perito eosdem à *luti* Latinâ ipsis vicinisque quaqua versum ignotâ voce denominationem sortitos verisimile fiet: quocirca nec *circa mare*, quia toti mediterranei fuerunt, nec *in Rhætiâ*, quia Suevi & Albis longè à Rhætia utraque dissitorum accolæ, qui nunc inflexô veteri nomine *Lusati* dicuntur, sedes habuerunt; nec *Leutici* quasi *lutei* (quod Glaber ineptè conjeceratur) dicti sunt. Utque à Glabri de *Capeti genere* fabulis exorsi in easdem desinamus, libri 2 capite 1 Capetum *Parisiensis Ducis filium*, Ottonem *primum ex Hugonis Magni sorore natum*, Robertum (*cum se jam aliquantulum viribus defici cognovisset* Capetus) *Regem* ab eodem *constitutum* deliravit; cum nullus Capeti sæculo *Parisiensis Dux* fuerit, sed *Comes*, Ottonis *sorore* genitus Capetus, Ottonem *avunculum* non *amitæ filium* habuerit; nec qui corpore *& mente vividus, cunctos sibi rebellantes* (expressis verbis fatente Glabrô) *paulatim compescuit*, Robertum filium quod *se jam aliquantulum viribus defici cognovisset*, *Regem constituere* potuerit ille ipse Capetus; quem annô 987 Indictione 10 Iulii 3 feriâ primâ Ludovicô materteræ nepoti suffectum, & Ianuarii sequentis Kalendis antequam annus verteret, *rebellantesque compescere* datum fuisset, Robertum filium Regem salutasse, Roberti ipsius Charta *annô* 988 *regni primô Indictione* 11 *Ianuarii* 25 pro Dionysianis scripta docet; eumne qui anni 987 Iuliô ineunte *corpore & mente adeo vividus erat*, ut *cunctis rebellantibus compescendis* per se sufficeret, momentô invalidum factum, ob *virium defectum* de cooptandô collegâ cogitare coactum fuisse, dixerit in Glabri gratiam Chiffletius, præsertim cum nullô post consecrationem morbô (quod sciamus) tentatus imo necdum quinquaginta annos natos inter effœtos reponi minime meruerit? annô certe 938 Hugoni Magno patri, Hadewide matre nuptâ ante 939 nasci non potuit; 986 Martii 2 feriâ 3 (prout ex epitaphiis constat) mortalitatem explevit Lotharius; 987 Iunii 22 denatô Ludovico Lotharii filio successit annos circiter 48 natus Hugo;

Hugo; in quem patruus insurgens Laudunum Clavatum invasit, Hemmamque Ludovici Regis matrem, cum Adalberone Episcopô *captivavit* Lotharingiæ inferioris Dux à Regibus propinquis, & Francis abdicatus Carolus; qui mox ibidem ab Hugone obsessus ante Augusti 25, *omnem obsidionis bimestris apparatum incendit, Montem acutum* Annô 988 Roberti 1 *cepit, ad Suessionem usque vastando processit:* annô eodem Ianuarii Nonis defuncto Adalberoni Rhemensium Præsuli, Arnulfus Lotharii Regis filius naturalis suffectus est; quem (*sextô ab ejus ordinatione mense necdum elapsô*, prodente Adalgerô presbyterô) volentem universique machinamenti conscium *in Ecclesiâ Rotgerius & Manasses* Comites *ceperunt*, & Laudunum ad Carolum perduxerunt. Annô 990 Roberti 111 *obsidiô Laudunensis urbis* (*præteritâ pace sequestrâ*) 10 *Kalend. Novembres repetenda* fuerat; sed cum *civitas vi assultuum inexpugnabilis* videretur *consiliô* cum Adalberone seu Ascelinâ Episcopô *habitô*, annô 991 Roberti Regis 1 v Aprilis 2 feriâ 5 in Cœnâ Domini, *ii quorum intererat, Lauduni arcem occuparunt, captumque Carolum Aurelianis in carcere* (*ubi tandem mortuus est*) *posuerunt*, nec ante qui *rebellaverant* (contrà quam putaverat Glaber) subacti sunt.

Præf. p. 4. cap. 1. p. 9. & 2 edit. p. 8.

Sentis (opinor) quammulta subornatum à te, malignô in Capetinam gentem consiliô, testem fugerint; nec injuriâ nobis in Regum maximorum causâ, ab omni testimoniorum jure eundem submovendum videri: sive tamen sentis, sive non sentis, homo (tuô judicio) configendis cornicum oculis natus, illuminatorem non antiquitatum quarumcunque, sed Glabri tenebrarum etiam nunc polliceris; qui Francis vel invitis *arcana regia, ex intimis latebris eruat*, nec ipsis, quod ante 600 annos nato *obscurum* fuit, *intellectu difficile* manere patiatur. At te solvendo non esse, emisitiisque illis oculis quos inter Hispanos, Lamiæ instar, sponte cæcus, ac plane supinus ponis; in alienâ republicâ supra modum & ad injuriam curiosus fumis, non modo non acutum, sed nihil prorsus cernere, (cum imperitiam tuam oculato nulli *obscuram* non videas) *Vindiciarum* tuarum ἀναγνωσὴ demonstrabit; illius hoc de te aliisque tua præjudicia secutis meritum erit, ut *quam sit tibi curta supellex* neminem deinceps lateat; te ipsum quam *gravis illi mors incubet qui notus nimis omnibus ignotus moritur sibi* experiri pudeat; qui denique *magnum aliquem esse*, & *Sibyllæ folium recitare* hactenus crediderunt, ejuratô quem male imbiberant errore, utpote infelici temeritatis tuæ experimentô edocti, volentes fateantur [1] *cæcitatis duas species facile concurrere, ut qui non vident quæ sunt, videre videantur quæ non sunt.* Sic autem favente benigni numinis gratiâ per omnia ostendam.

[1] Tertull. Apol. c. 9.

II *Non* masculinum Stemma Hugonis Capeti Regis, Francis ipsis incompertum ; *sed commenta sua tabulâ sequente edidit Chiffletius.*

Vindic. p. 9.

III *Incerta falsaque Stemmati à Chiffletio delineato inserta notantur.*

CVim Welphum *de nobilissimâ Bajoariorum stirpe* fuisse, coætaneus auctor Theganus scripserit ; cæteri vel ætate pares vel suppares, (vitæ Ludovici Pii scriptor anonymus, Bertiniani, Metenses, Fuldenses, &c. Annales) *Comitem* absolutè, nullâ vel patriæ vel Comitatus qui ei commissus fuerit designatione vocaverint; quæro quâ veterum testificatione munitus, *Bajoaro* natale domicilium inter *Alamannos* collocaveris, ut eum *Altorffi* (non *Norici*, sed *Suevici*) *Comitem* putares ; nec enim nos decimi sexti sæculi scriptorum, Aventini annô 1534 Ianuarii 9 denati, Iacobi Manlii æqualis, Gasparis Peucceri (qui annô 1562 Aventini vestigiis institit) & similium recentiorum

 nisi

nisi quos prævios habuerint fide dignos auctores videamus, movere debet auctoritas. 2 Scire velim à quô *Erhiconem* tuum, quem mox (velut virgulâ divinâ actum) in *Henricum* transire cogis, expiscatus sis, cum nulla in Germanorum monumentis *Erhiconis* extet memoria, sed *Etichonis*, cujus ab *Henricô* longe diversum nomen nemo nescit. 2 quâ fiduciâ *Erhiconem* tuum Welphi *filium*, & *stemmatis in Germaniâ propagatorem* asseveris; cum Etichonem suum, *Conradi & Rodulphi* Welfô natorum *sobolem* fuisse Aventinus putaverit; tabulæ verò de Conradi Constantiensium Præsulis familiâ delineatori post A. D. 1450 nato (*an* Welfi & Irmentrudis Altorffensis monasterii fundatricis *filius* esset, *an nepos*, pronunciare non auso) aqua hæserit; utrique multa, quorum meritô fides ipsis etiam in aliis abroganda sit, exciderint: Exempli causâ, dum tres *Etichoni* ad alium pertinentes liberos, Henricum scilicet, *Bardonem* sive *Barbonem à Danis* annô 880 *in mari suffocatum*, & Ludgardim Ludovici Francorum Orientalium Regis annô 882 denati uxorem (*Welforum* Bajaoriorum familiâ cum *Wibelingâ* aut Saxonicâ, & Saxonum liberis cum patribus confusis) assignavere; quandoquidem Luitpoldo Saxoni Odæ marito revera nati sunt, non imaginarius nescio quis Barbo, sed Bruno annô 880 Februarii 2 (quô tempore in procinctu adversus Danos erat) aquis haustus, Otto post fratrem Dux, Hatwi vel Hadwigis maritûs, annô 914 Novemb. 30 (Henricô Aucupe filiô relictô) denatus, & Ludgardis Ludovici Regis annô 882 Novemb. 19 defuncti uxor. Dum Henrici Etichone nati uxorem, Aventinus *Hattam*, tabulæ genealogicæ scriptor *Beatam de Hohevart*, (Aventino parum concors) fuisse voluit. Dum Rodulphum Henrici & *Hattæ* sive *Beatæ* filium, Idæ maritum, Conradô de Oeningen & Richlinde (Ottonis Magni filiâ quam nullus ex coætaneis Ottonis Magni scriptoribus novit) natæ maritum fuisse asseruere. quis enim Rhoswitam, Witikindum, Ditmarum (Ottonum familiares, qui liberorum primô natorum Catalogum ex professô texuerunt) Richlindim Idæ Oeningensis matrem, si quam novissent, omissuros fuisse credat? Dum denique Welphi Rudolphô & Idâ progeniti uxorem Ermengardim, *Chunegundæ Augustæ sororem* Aventinus; *Giselberti Comitis Lucelburgensis filiam* tabulæ scriptor fuisse putavit; uterque falsô; siquidem Giselbertus non pater, sed patruus; Cunegundis non soror sed amita; Friderîcus Ermentrudis maritus, pater; Giselbertus alius Ermengardis istius germanus fuit. Si tam multis erroribus obnoxios oculis clausis sequi, iisque te (qui affectibus servili more indulges) totum committere juvat; nobis, quibus una veritas cordi est, non licet.

Bardones tres cum Brunone Duce à Normannis occisos ex Annalib. Fuld. constat, sed cujates fuerint non notant.

* in Antiquitatibus quas A. D. 1606 recudit Goldastus; Alaman. Tom. 3. p. 74. Chartæ finis. *Notavi diem Jovis in 8. Idus Octob. regnante Domino Hludovvico Rege Alemannorum & Pejoariorum sub Chunrato Duce nobilissimo feliciter Amen.* Est autem in A.D. 845 aut 851. aut 856 conferenda.

Hinc fit ut tibi Conradum majorem, quem Alamannorum Ducatu sub Ludovico Rege fororio insignitum fuisse (ex antiquâ ante annos 100 à * Vadianô editâ chartâ) constat: *Burgundiæ Ducem & Parisiorum Comitem*, sine teste, audacter tamen, ac velut ex tripode, fuisse pronuncianti assentiri non possimus: cum enim nullum qui Burgundionum *Ducatum* sub Ludovicô Pio, & Carolô *Calvô* rexerit, nominatim designatum in veterum quæ supersunt monumentis habeamus, nonnisi divinatoriæ tuæ, nobis merito suspectæ, *Ducalem*, quô ipsum ornandum putas, inter Burgundos titulum debuerit Conradus: Eum vero ne *Parisiorum Comitem* Ludovicô imperante fuisse credamus; ipse Conradi ab annô 829 *attonsi* & ad 831 sub custodiâ positi

ſtatus, expreſſaque Nithardi, *Gerardum Pariſiorum Comitatum* (quô tempore Ludovicus pius è vivis exiit) adminiſtrantem memorantis, auctoritas vetant. Nec poſt ſub Carolô Calvô *Comitatum Pariſienſem* ei creditum fuiſſe indicio eſt; quod à Lotharii minoris adverſus Carolum Iudithæ ſororis filium partibus ſtetit, prout nos (ad annum 862 quô vitam clauſit) Bertiniani Annales docent.

De *Burgundicô Conradi minoris ſive Comitatu*, (cujus nec volam nec veſtigium inter Sequanos reperit conterraneus tuus Golutus) ſive *Ducatu*, Richardo per Alaïdem uxorem (quod putas) partô, non minor difficultas eſt: Vbi Conradum *Burgundiæ tranſjuranæ Comitem* fuiſſe probaveris, ſponte manus dabimus; tantiſperdum tibi cauſæ per ſe labantis firmamenta deſunt, Rhæticarum partium & Iurenſium Ducem, Lingonum & *Pariſiaci Comitem* à Ioanne VIII Papâ, Annalium Bertinianorum optimæ notæ ſcriptore & Fulcoino Laubienſi moniti credemus. Richardo Boſonis & Richildis (quam ſecundis nuptiis Carolus Calvus duxit) germano commiſſus ab annô 879 Auguſtodunenſium Comitatus fuerat, quem ubi ad annum uſque 883 adminiſtravit; à Carolomannô Rege * *Aquitaniæ & Septimaniæ Dux Marchio* creatus eſt; an uxoriô (quod nullum vel fuit vel eſſe potuit) jure? At poſteà forte *per uxorem* (quod tibi ſomniorum è patriâ in mentem venit) *Burgundiæ Ducatum* adeptus eſt: imo nullus prorſus infruniti hujus commenti color: unde enim Adelhaidi Richardi *Ducis* uxori in *Burgundiam* noſtram Ducalem jus? an à patre annô 881 (forte ante elocatam filiam) denatô, quemque *Lingonico* & *Pariſiaco* pagis, non Burgundionibus (*Comitis* non *Ducis* titulô) præfuiſſe docuimus, ut quem non habuit *Ducatum* in alios quoſcunque tranſmitteret? Etſi Conradum, non cujuſcunque populi, ſed *Burgundici* hæreditarium (qualis tunc nemo erat) *Ducem* fuiſſe, imo Richardum generum à multis annis habuiſſe animô fingamus; cum Rudolfum filium qui regnum Burgundicum annô 888 fundavit, legitimum dignitatis hæredem reliquerit; ea quanta quanta fuit ad Richardum generum (excluſô filiô) tranſire non debuit: Nec Rudolfus qui annô 888 novum ſibi regnum extra Franciæ Occidentalis (Odoni avunculo ſubditæ) fines paraverat, in alienô regnô ſororis maritum *Ducem* creare potuit: Richardo (qui Hugoni II Abbati affini A.D. 888 ſuffectus videtur) ob Adelhaidis (uterinô fratre natæ) matrimonium caro, Odonem Regem tam pronâ voluntate gratificatum ut eum Burgundionibus ſubditis præficeret; eidemque confirmatum (poſt Odonis dormitionem) à Carolô *Simplice* honorem fuiſſe res ipſa clamat: fuit itaque Odonis & Caroli Regum *beneficiô*, non *uxoriô* (quod nullum fuit) jure *Burgundiæ Dux* Richardus idem, nec hæreditatis titulo ſibi ſuisque, ſed ſibi tantum *Ducatum* ſuum tenuit; quod ipſe te eventus vel invitum fateri coget: eô enim annô 921. Septembris 1 denatô Manaſſes ducatum aliquandiu tenuit, eoque ſublato, cum regni (poſt Robertum ſocerum) invaſor Rudolfus, Hugonem *Nigrum* germanum Burgundionibus præfeciſſet; ne quis eum materno jure ad *Ducatum* evectum tecum ſuſpiceetur, ſimulac annô 936 Ianuarii 15 vivis exemptus regnandi finem fecit tantæ dignitatis auctor; nutavit, imo magnâ ex parte concidit fratris ſuperſtitis dignitas, nec niſi [1] *diſpertitâ inter* Hugones *Album* Robertô natum, & *Nigrum* Richardi filium *Burgundiâ, pax facta* eſt.

* Vita Theodardi Narbon.

[1] Flodoard. Chron.

Quam projecta sit, atque emineat in te quidlibet vel fingendi, vel ab aliis effictum credulis lectoribus obtrudendi audacia, ex præcedentibus plus satis constat: ulla ne de ingenio tuo, falsa falsis cumulante, spes reliqua esse possit, periculum faciamus; si enim quâ historica monumenta versare videris fide, medicinam facias, te non vitam ac salutem, sed præsens exitium plenis faucibus propinante, quotquot se tibi curandos commiserint, certam perniciem manere necesse fuerit. Adelhaidem Hugone Abbate Caroli magni ex Reginæ contuberniô filiô natam fidenter admodum asseveras; sed quô auctore? nullô nisi forte teipsô, paucisque ab Hugonis sæculô longius remotis, quorum tenebras oblatæ à coætaneis luci prætulisti; ad quam ob oculos positam nisi caligare libuisset, Hugonem (quem ab ipsis adolescentiæ annis religioso voto obstrictum, & in sacris constitutum, cælibem ad supremam usque horam vitam duxisse memorant) Adelhaidis parentem non modo non fuisse, sed nec esse potuisse, eumque quem Capetinæ familiæ fontem falso jactas, reverâ nullius fuisse, imo (ab ipsô fere vitæ initiô pro suscepti muneris conditione) prorsus exaruisse tecum statuisses.

Post Ludgardis (annô 800 Iunii 4 defunctæ) *mortem, Reginam concubinam habuit* Carolus, *quæ ei Drogonem & Hugonem genuit*, prout ipse nos, ex [1] Eginhardo qui Principi maximo à secretis fuit [2] doces, ex hujus tuaque testificatione ante annum 802 nasci Hugonem nequaquam potuisse clarum est. Carolô annô 814 ineunte denatô, *fratres adhuc tenerâ ætate Drogonem, Hugonem, & Theodericum participes mensæ effecit, & in palatiô una secum nutriri præcepit:* annô vero 818 (post fusfaminatum Bernardi Italiæ Regis machinamentum) *eos ad conventum publicum venire præcepit, totondit, ac per monasteria sub liberâ custodiâ commendavit* (attestante [2] ex Bertâ sorore nepote Nithardô) Ludovicus Pius: Id ipsum coætaneus Theganus confirmat, [3] *eodem* quô Bernardus oppressus est *tempore*, Imperatorem *fratres suos tonsurari Drugonem, Hugonem & Theodoricum, & liberalibus disciplinis instrui jussisse* scribens: ut Hugonem annô vitæ 15 vel ad summum 16 religiosæ vitæ addictum fuisse necesse sit; annô 822 [4] *fratribus suis* (*quos invitos tonderi jusserat*) *reconciliatus* Imperator, eosdem [5] *postmodum honorifice constituit, Drugoni* annô 823. Mentensium *Episcopatum, & Hugoni cœnobialia monasteria* S. Quintini in Veromanduis, S. Bertini in Pontico, ac forte S. Petri Novaliciensis trans Alpes *dans*. Hinc Frothario Tullensi [6] *famulus Christi devotissimus*, Lupo S. Petri Ferrariarum Abbati [7] *summâ veneratione suscipiendus Abbatum summus*; sermonis de tumulatione sanctorum Quintini, Victorici & Cassiani auctori anonymo, *monasticus*, & *Sophisticus*, id est non laïcus *Abbas*; sermonis in elevatione B. Quintini scriptori *monachus præsul*, utpote monasticæ totus mancipatus audiit Hugo, qui [8] *annô* 825 *die* 8 *Kal. Novembris, Dei quamplures ministros convocans, sacrum B. Quintini corpus elevans optimô locô, aromatibus conditum, holosericis & deauratis vestibus involutum sepelivit*, annô 838 [9] Imperatorem fratrem ut *B. Quintini martyris festivitatem honorifice alacriterque celebraret invitavit*; annô 840 [10] *missis* ad Moduinum Augustodunensium præsulem *legatis, corpus B. Cassiani postulavit*, eidemque *postquam infra Laudunensium Comitatum venit, cum sacerdotibus Ecclesiasticoque ordine cum magnâ gaudiô reverenter occurrit; susceptum pretiosis aromatibus die alterâ condivit, & rore balsami perfudit, involutum sin-*

[1] Vindic. p. 16. & 12 edit. 2. Vitæ Caroli lib.

[2] lib. 1.

[3] cap. 24.

[4] Eginhard.

[5] Thegan. c. 24.

[6] epist. 21.

[7] epist. 88.

[8] lib. de mirac. S. Quintini. c. 40.

[9] Annal. Bertin.

[10] Passionar. Eccl. S. Quintini.

done mundâ & pretiosâ purpurâ involuò posuit, ac elevatum sequenti die ad monasterium S. Quintini ferri præcepit : annò 843 [1] *per Maurum monachum B. Audomari corpus in Veromanduos adsportari* curavit; ac tandem annò 844 qui vitæ 42 fuit [2] *in pagò Ecolesimò inopinatâ* Pippini minoris *congressione ad Carolum* fratris filium *Tolosam civitatem obsidione vallantem properans, cum aliis pluribus* ipse *presbyter & Abbas interfectus est.*

[1] I. Mejer. Annal. lib. 1.

[2] Annal. Bertin.

Chronici Novaliciensis absurdis (si de Hugone nostrò locutum statuamus) commentis fœdati auctoritate niti putant : quid enim alienius à verò fingi potuit, quam *reverente* [3] *post Italiæ invasionem* (annò 773 ante Hugonis natalem 29 factam) Carolò *Vgonem filium puerulum adductum, Frodoino* Abbati *commendatum, multa ob illius amorem* Novaliciensi monasterio donata; eundem (qui annò demum 818 à Caroli dormitione quintò *tonsus* est) vivò patre [4] *Abbatiam Novaliciensem feliciter atque prudenter dominavisse*, imo *adjutores & amatores Karolum patrem & Hludovicum fratem habuisse*; quemque [7] *Idus Iunias in Ecolesimò pago*, Pippini ferrò cæsum notant [5] Annales nostri, in *cænobiò vero Elnonensi apud S. Amandum*, Tornacensis dicecesis *quiescere* monet Hugo Victorinus; [6] *in S. Medardi monasteriò* apud Suessiones *cum aliquantis commoratus esset diebus, infirmitate corporis tactum, illic Idus Iunii obiisse ?*

[3] cap. 15.

[4] cap. 26.

[5] Bertiniani, Fuldenses Metenses.

[6] cap. 31.

Sed facessere procul jussis vel oscitantis vel de alio loquentis fraterculi (qui tammulta de Hugone suo retulit) observatiunculis, id (velis nolis) certo constat, Hugonem Reginæ filium annò ætatis 16 religiosum habitum susciperecoactum, necessitatem postea in voluntatem vertisse; commendatorum ab annò 823 *cænobiorum* curam nunquam deposuisse; clero allectum imo *presbyteriò* functum decessisse; nec liberos ullos (nisi ex incestò & furtivò concubitu, (quia *presbyter* & vixit & mortuus est) relinquere potuisse : Vnde ergo Conradi conjux Adelhaïs prodierit ? eamne ex impuris, illegitimi *presbyteri* lumbis ulterius educendam putabis, ut Regum nostrorum, imo Hispanicorum (quotquot à Ferdinandi & Isabellæ temporibus vixerunt) communem parentem, multiplex infamis originis vitium dehoneſtet, nec ullus deinceps nothi & sacerdotis ex quò in sacris constitutus est, filiâ prognatos negare audeat ? Si adeo honorifica de iis sub quorum imperiò vivis cogitare pergas; viderint quam se gratos memoresque præbeant. Dum tantis tuis meritis *grates persolvere dignas* parant, longe alium quam velis Capetinæ domûs fontem recludentes Bertinianos Annales sequimur.

Abstentos enim annò 864 à Nicolao Papa, ob repudium passæ Theutbergæ injuriam, Guntharium Colonienſem & Treverenſem ubi retulere, hæc mox addunt *Cæteris Episcopis apud Lotharium id satagentibus, Episcopatum à Gunthariò Lotharium tulisse, & suò tantum consiliò Hugoni Conradi Caroli Regis avunculi, & matertera suæ filio, tonsurâ Clericò, & ordinatione tantummodò Subdiacono donavisse*, quibus audax tuum de Adelhaïde Hugonis majoris filiâ pronunciatum velut ex professò refellunt; Si enim (quod negare jure non potes) Lotharii minoris *matertera* fuit, Hugonis Abbatis (qui Lotharii ejusdem *magnus patruus* fuerat) *filia* esse non potuit Adelhaïs; si verò Hugone nata est, non Lotharii minoris *matertera*; sed majoris *consobrina*, & pari gradu *consanguinea* dici debuit, quæ reverâ

Lotharii minoris respectu impari gradu *propinqua*, utpote *magni patrui filia* fuit, prout ex subjecta tabellâ evidentius fiet.

Falsa Adelhaidis origo ex Chiffletiô.

Carolus Magnus.

Ludovicus Pius ex Hildegarde uxore natus.	Hugo Abbas ex Reginæ contuberniô natus, Lotharii majoris *patruus*, minoris *patruus magnus*.
Lotharius major Hugonis fratre natus, Adelhaidis *consobrinus*.	Adelhais Lotharii majoris *consobrina*.
Lotharius minor qui annô 864 Hugoni propinquo Colon. Episcopatum commendavit.	Hugo Abbas cui à Lothario Colonienſium Episcopatus datus est.

Adelhaidem Hugone Abbate natam ne crederemus, vetantibus Bertiniani monasterii Annalibus, in alterutram partem tibi ex necessitate inclinandum est, ut vel Ludovici Pii *filia*, Lotharii majoris *germana*, minoris impropriè * *matertera* pro *amitâ* dicta censeatur; vel Hugonis Comitis & Bavæ *filia*, Ermengardis, quam Lotharius major duxit, *soror*; minoris proprie *matertera*, ideſt *matris soror*, nuncupata fuisse videatur. Si Hugone Comite & Bavâ genitam putes, utrinque te ineluctabilia incommoda (velut inter concurrentes Symplegadas collidendum) urgebunt; ut vel hinc Canonum, inde Ioannis VIII Papæ, Chronici Senonenſis, & scripti de Consulum Andegavenſium gestis, auctoritate obruaris; nec enim Ermentrudem Luitfridô Ermengardis (quæ Lotharii minoris mater fuit) fratre prognatam, Conrado minori Adelhaidis filio ducere per Canones licuerit, ſi Ermengardis & Luidfridi sorore genitus sit; nec Hugonis fratrumque (ſi Hugone Comite & Bavâ à familiâ Regiâ alienis parentibus editi sint) *regalis prosapia*; nec Hugo Caroli simplicis *ex parte matris consanguineus* dici jure potuerit. At Ermentrudem Luitfridi (qui Ermengardis Lothario majori nuptæ germanus erat) filiam Conradus minor, nemine (quod scîamus) violatos Canones conquerente, duxit, [1] Welfonem vero Adelhaidis filium Senonenſe Chronicon, Hugonem Welfi germanum, *regali prosapia editum*, inscripſit expreſſaque teſtificatione [2] confirmavit Ioannes Papa, hæc ad eum de Carolomannô Bajoariorum Rege scribens, *Carolomanno glorioſo Regi mittatis; conſilium dantes, ut*, &c. *Romanam Eccleſiam, quæ vobis, veſtriſque omnibus decus Regale & Imperiale contulit, venerandò diligat*, &c. Ergo Conradus minor nullâ Ermentrudem uxorem conſanguinitate contigit; Conradi mater Adelhais Ermentrudis nurûs, nec *matertera* fuit, nec *amita*: Hugoni ſuiſque *Regale decus & Imperiale collatum cum ſit*, quô Conradus major pater *Bajoaro* & *Saxonicâ* parentibus prognatus caruiſſe videtur; per matrem Adel-

* eodem ſenſu quo Carolus *Craſſus* à Flodoardo hiſtor. lib. 4. c. 5. Arnulfi *avunculus* dictus eſt.

[1] Senon. Chron. A.D. 881.

[2] epiſt. 86.

Adelhaidem id quantum quantum fuit adeptus fuerit, ipſaque per ſe Carolinæ ſtirpis ſurculus, Ludovicô Piô & Ermengarde nata, Lotharii primi *germana*, ſecundi *matertera* vel potius *Amita* fuerit.

Vera Adelhaidis origo ex Annal. Bertin.

Carolus Magnus.

Ludovicus Imp. Ermengardis maritus.	Hugo *Presbyter* & *Abbas*, cælebs annô 844 lunii 7 denatus.
Lotharius Imper. Ermengardis maritus.	Adelhais Conradi uxor Lotharii majoris germana minoris *matertera* pro *amita* dicta.
Lotharius Rex.	Conradus Ermentrudis maritus. / Hugo Abbas & Dux Lotharii *matertera filius.*

Lotharii Regis & Conradi minoris per Ermentrudem uxorem affinitas.

Hugo Comes Bavæ maritus.

Luidfridus Comes.		Ermengardis Lotharii Imp. uxor.
Hugo.	Luidfridus. / Ermentrudis Conradi minoris uxor.	Lotharius Rex.

Deterſâ pudendorum, quæ regiam Adelhaidis originem adulterare videbantur fuligine, de Roberti natalibus ex ordine videndum: Conradô natum fingis, *ſtat* tamen *contrà ratio & ſecretam gannit in aurem*, cum enim adeo benignam in hanc uſque diem naturam expertus ſit nemo, ut geminis patribus editus dici poſſit, Roberti autem *fortis* parentem *Robertum* alium, non *Conradum*, vetuſta quæ etiamnum ſuperſunt monumenta fuiſſe doceant, Caroli ſcilicet *Calvi* privilegium à Franciſcô *Courtin* [1] S. Martini Turonenſis Canonicô ante annos centum in hæc verba laudatô, *Robertus Comes Andegavenſis, filius * R. conceſſu Caroli Calvi fuit Abbas in monaſterio B. Martini, ut habetur in privilegio ſuô annô 866*, & Roberti qui poſtea regnavit Charta annô 897 Martii 27 *in die ſanctiſſimæ Paſchæ* Turonibus hoc tenore ſcripta, *Ego in nomine ſummi Salvatoris Dei Robertus, miſericordiâ Dei Comes & Abbas inclytæ congregationis B. Martini*, &c. *in quâ mercede glorioſum & à Deo electum Regem, Dominum & Seniorem ac germanum noſtrum Odonem participem volumus adeſſe. Inſuper etiam ejuſdem muneris beneficiô ſimul conſortem volumus eſſe Dominum genitorem noſtrum Robertum glorioſum dum vixit in terris Comitem & ejuſdem loci Abbatem, Adelhaidem quoque genitricem noſtram, & Robertum Comitem avum noſtrum.* Non modo falſô, ſed abſurdè admodum, Roberto forti *patrem*, minori *avum*, qui nullus in eorum gente fuit, *Conradum* aſſignas.

[1] Repertorio privilegiorum Eccleſiæ S. Martini Turon. conceſſorum A. D. 1540 ſcripto.

* ideſt *Roberti*: Sammarthani fratres *Richardi* legendum initio ſuſpicati poſtea in aliâ ſententiam tranſierunt.

Æquè in Adelhaide falleris, quam ex unâ geminam (ceu Pentheus alter) facis, patri filioque nuptam, cum una eademque binuba fuerit, Roberti *fortis*, non *mater*, ſed (poſt Conradi mariti prioris elatum funus) *conjux*. De Conradô nec diffiteris, nec (ſi velis) poſſis; quandoquidem Hugonem Abbatem (quem Adelhaide progenitum jure cenſes) hinc Herricus [1] Autiſiodorenſis, inde Bertiniani Annales ad annos 864 & 866 *Conradi filium* nuncupant: ejuſdemque matrem ille proprió nomine vocat, hi (dum nomine proprió abſtinent) Lotharii Regis *materteram* inſcribentes, ſingulari & maxime genuino charactere conſignant. Si quam Roberti *fortis* matrem falſo putas,

[1] de mirac. S. Germani lib.

putas, ejusdem uxorem Odonis & Roberti Regum parentem fuisse negare, audi Roberti *Adelhaidem genitricem* memorantis jam laudatam Chartam: Audi aliam à Carolô crassô annô 887 Iun. 16 datam quâ Odonem Roberti Regis majorem natu fratrem *propriâ voluntate fratribus congregationis S.Martini Turonensis* [1] *res in Italiâ sitas ad eorum confugium & necessaria subministranda, pro remediô animæ suæ, suique genitoris Rotberti ejusdem loci quondam Abbatis, nec non pro remediô animæ suæ genitricis Adelhaidæ reddidisse* refert. Audi citatos à temet testes; Herricum qui Hugonem Abbatem Conradi & Adelhaidis filium Roberto *forti* annô 867 surbogatum *paternis* ideſt Roberti vitrici *honoribus suffectum* scribit; & Chronicon Benignianum, Odonem & Robertum Reges Hugonis Abbatis *fratres* (uterinos scilicet non germanos) cum Warnerii præpositi S. Stephani Divionensis Gestis Mis. Albericô, Bezuense Chronico, aliisque veterum monumentis appellans. Audi denique Berengarii primi Chartam [2] annô 915 Febr. 15 scriptam quâ Robertum *fortis* filium, *propinquum* suum (utpote *materterâ* natum) agnovit.

[1] integram edidit Cl. Bochetius p. 307.

[2] Ibid. p. 265.

Berengarii & Roberti Regum propinquitas.

Ludovicus Pius Imp. Ermengardis maritus.

Gisla Everardi Forojul. Ducis uxor.	Adelhais Conradi Comitis ac exinde Roberti *fortis* uxor.	
Berengarius Rex.	1 *nupt.* Hugo Abbas.	2 *nupt.* Odo Rex. Robertus Rex.

Ex his omnibus & singulis conficitur, Adelhaidem Roberti *fortis*, (cui secundis post Conradi majoris dormitionem nuptiis juncta est) matrem non modo non fuisse, sed esse nullomodô potuisse; te verô qui *Entia sine necessitate multiplicare* absurdum non putas, in re seriâ ludere, & lectorum patientiâ abuti; si geminos unius ejusdemque hominis patres comminiscei, motæ mentis videri non injuriâ possit; quis sani te capitis dixerit duplicem eidem matrem compingere, quodque ne terræ filiis evenit unquam, quos passiva prostitutarum matrum libido incertæ adeo originis fecit, ut populum parentem ostentare cogantur, quia nullum notum habent, Heroï suo tempore constante famâ, atque omnium sermone celebrato, affingere ausum? Ne illos quibus natalium vitium adeo infestum fuit, ut quo furtim seminante orti sint ignorare necesse habeant, quô uterô ad dedecus fusi sint latere solet; at tanta tua in Robertum *fortem* Francosque posterorum subditos iniquitas est, ut postquam falsum ei patrem subornasti, suppositâ à temet matre prognatum fingas, universosque quâ vere editus sit vel invitos ambigere jubeas: non tamen in plano nos hærere sinet, cui uterque maximi principis parens quam tibi notior fuit, ut antiquus, sic fide dignus Vitæ S. Iacobi Genuensis scriptor, cujus hæc verba sunt, *Robertus* Saxiaci *vici & circumjacentis regionis Dominus, vir potens & nobilis*, ex Regum Francorum genere ortus erat; *& (quod optabilius est) Christianâ pietate insignis; cui affectu & origine respondebat*

bat uxor ejus nomine Aganâ, ex patre Wicfridô Comite quondam Bituricensi Regali prosapiâ exortô, *& matronâ Odâ nomine, filia, & hi omnes* à sanguine Regiô Francorum *traxerant originem*, &c. *ipse Dominus Robertus & Agana jugalis ejus exemplô hoc evidenti probaverunt*, &c. Paria refert alius vitæ S. Genulfi scriptor, hæc nimirum, *quidam Bituricensium Comes extitit, vocabulô Wifredus: hic ex illâ nobilium Scarâ Francorum, quam gloriosus Rex Dominus Pippinus Augusti Ludovici avus in urbe Biturică ad Guaiferii Ducis Aquitumiæ partes expugnandas reliquerat. Cui non impari, verum aque generosô stemmate celebris, ex clarissimô genere Francorum, Oda nomine conjux fuit; quibus alii præter filiam fuerint ne liberi parum comperimus: quæ videlicet illorum filia nomine Agana, Roberto cuidam insignis honestaque potentiæ viro, primoque palatii Pippini Regis nupta fuit. Qui Robertus ad suæ nobilitatis excellentiam, Regalis etiam stemmatis per sororem adeptus erat consortia, quam isdem Dominus Pippinus uxorem duxit, de quâ Pippinum & Karolum liberos, totidemque filias habuit.*

Theodeberti Matricensis pagi Comitis, qui Robertum Aganæ maritum genuit, Vita Ludovici Pii, Eginhardus, Bertiniani & Metenses Annales meminere, ut & Charta ex S. Iuliani Brivatensis archivo deprompta, annô vero 836 Ludovici Augusti 23 Pippini Aquitaniæ Regis 22 *Indict.* 14 Martii 12 scripta, in quâ hæc Pippini verba leguntur; *pro incolumitate nostrâ, uxorisque nostræ Ingeltrudæ Reginæ, & pro remediô animarum Hermengardæ quondam Reginæ genitricisque nostræ, Theuberti, ac Nebelungi Comitum, Patre & Avô ejusdem Ingeltrudæ, & prole, regnique statu*, &c. ut hæc indubitata Roberti *fortis* Majorum sit series. Theoderi- cum vitiate nomine vocat Abbas Vrsperg.



In pronunciatô ut falsô, sic obelô jugulandô desinit *stemma* à te nobis obtrusum; *postremum* enim *è masculinâ Caroli magni stirpe Ottonem* Caroli filium *inferioris Lotharingiæ Ducem* annô 1005 denatum, asseris; cum tamen ad annum usque 1248, in Ludovici (qui Ottonis ex aliâ matre frater fuit, &

Thuringiæ Landgraviorum parens) posteris stirps illa Carolina duraverit: ne quis de Ludovicô illo Caroli Ducis filio dubitandi locus sit, obstant hæc Rainerii Rhemensis Ecclesiæ Vicedomini in Concilio ad S. Basoli ædem adversus Arnulfum Archiepiscopum annô 991 Iun. 17 & 18 congregatô verba; *nescis* (inquit [1] Arnulfo indignabundus) *te Ludovici amorem filii Karoli omnibus prætulisse mortalibus, & si tibi placere vellem, ut de ejus salute cogitarem?* jam igitur in vivis erat, imo jam de Arnulfo consobrinô (quando Carolus pater in Hugonis Regis manus incidit) bene meritus erat, nec vere Ademarus *, vitæ S. Genulfi, historiæ Aquitanicæ fragmentum & Chronicon Malleacense *Carolum Aurelianis in carcere trusum ibi filios Carolum & Ludovicum genuisse*, Guillelmus Nangius *Ludovicum patri in Ducatu Lotharingiæ successisse* volunt: sed non sine causa [2] *expulsos à Francis* Caroli *filios, & ad Imperatorem Romanorum profectos, cum eô habitavisse*, à prioribus, & [3] fragmentô Floriacensi additum; sic enim Annales Thuringiæ Landgraviorum breves. *Erant duo fratres germani ex Francis orinndi, cis Rhenum de elegantissimâ stirpe Regum Francorum Caroli & Ludovici, consanguinei Gisiæ Imperatricis, Hugo Comes & Ludovicus cum barbâ, &c. Ludovicus cum barbâ cum 12 militaribus viris veniens Thuringiam in confiniô sylvæ Loybe inter montem Kaltheberg, & Aldemberg & Cornberg indutus μήλωτῃ quasi peregrinus habitare cepit, &c. postea accepit in conjugem matronam nobilissimam de Sangerhusen Cæciliam nomine, de Saxoniâ, quæ ad eum septem millia mansorum cum innumerabilibus mancipiis ex hæreditariâ successione devolvit, per quam susceptis duos liberos, Ludovicum & Berengerum Comites, & tres filias, &c.* Historia Landgraviorum Thuringiæ cap. 11. *Annô Domini* 1025. *Conradus Francigena (quondam Dux Francorum) Imperator, habebat duos consanguineos; scilicet Hugonem [5] & Ludovicum fratrem suum, qui ex stirpe Regum Franciæ progeniti & multum pecuniosi, &c. iste Imperator diligens Ludovicum cognatum suum, volens sibi providere de aliquâ hæreditate & beneficiis, misit eum ad Archiepiscopum Moguntinum Bardonem antea Abbatem Herfeldensem, mandans ei ut amore sui, & propter servitium fratris sui Hugonis, conferret Ludovico cognato suo aliqua beneficia in diœcesi in feudum, &c. Et etiam ipse Imperator quædam donavit, sicut ex sequenti privilegio videri potest.* Privilegium Chunradi Imp. de terminis donationis factæ Ludovico cum barbâ. *In nomine Summæ & individuæ Trinitatis, Chunradus divinâ annuente clementiâ Romanorum Imp. Augustus. Notum esse volumus omnibus sanè volentibus tam præsentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos ob interventum dilectæ conjugalis nostræ Gisilæ, cuidam Ludovico Comiti consanguineo nostro prædium quod ab incolis Thuringiæ comparavit, villam scil.* Aldenberg, *& novalia prope hinc, & inde hinc adjacentia scil. & partem vastæ solitudinis* Loybe *nostræ dominationi subjacentem, quam ei nostrâ donatione contulimus, libere & quiete perfruenda Regiâ auctoritate stabilita fecimus*, &c. *ut autem hujus nostræ pietatis traditio ab omnibus semper credatur, & stabilis perpetualiter permaneat, hanc inde chartam testamentariam conscriptam & manu propriâ roboratam sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Udalricus Cancellarius, vice Bardonis Archicancellarii recognovi. Data 5 Kal. Maji anno Incarnationis Domini* 1039. *Indictione* 7, *annô Domini Chunradi Imp.* [6] *Augusti*, [7] *imperti* 13 *regni* [8] *vero* 15. *Actum Gotzlariæ villâ Regiâ feliciter.* Siffridus Presby-

[1] cap. 30.

* Ademarum Cabanensem 20 antequam Ludovicus Caroli Ducis filius defungeretur annis sub Roberto Rege anno 1031 denato scripsisse, ex his ejus verbis constat: *reversus in Franciam* [Lotharius] *post paucos dies mortuus est, & progenies ejus deinceps regnô privata est; nam frater ejus Carolus in carcerem missus est ab Vgone Duce, & ipse Hugo Rex factus est, cujus filius Robertus Rex sapientissimus & piissimus usque hodie vivit.*

[2] Tom. 3. script. Franc. p. 635.
[3] p. 632. & Tom. 4. p. 142.
[4] Carolum Franci, rectius vocant.
[5] Carolum Lege.

[6] eodem anno decessit Iunii 5 die Pentecostes.
[7] Imp. coronatus A. D. 1027 Apr. 26 in Paschate.
[8] ad regnum evectus A.D. 1024. Sept. 8.

Presbyter Epitomes in annum 1307 desinentis lib. 1. ad annum 1140 *Landgravius Turingorum Ludovicus obiit, cujus filius Ludovicus ab Imperatore Conrado III principatum suscipit*, &c. *Nota, quod primus Ludovicus, de quô Landgravii Turingiæ nati sunt vocabatur Ludovicus dictus Barbatus, & ipse descenderat de genealogia Caroli Magni Imperatoris, & cum esset de Ducibus Sueviæ, prælius annihilatus, inde cessit*, &c. *& ipse & filii ejus, & filii filiorum super sæpe dictam Turingiam à tempore S. Henrici Imp. usque ad tempora Imp. Friderici II per sex generationes principantur.* Paulus Langius Chronicô Citizensi ad A. D. 1025. *His temporibus fuit quidam Baro dictus* Ludovicus cùm barbâ *qui supradictæ Gisilæ Imperatricis consanguineus existens, bellorum assiduitate & rabie depauperatus fuerat. Hic instantiâ dictæ Gisilæ per Bardonem Archiepiscopum Moguntinum nostri ordinis assumptus, Vicedominus Thuringiæ constituitur*, &c. *Conradus Rex ipsum Ludwicum Comitem, fecit Thuringiæ & Hassiæ Dominum*, &c. Gaspar Peucerus Chron. lib. 4. *Habuit Gisela agnatum Ludovicum ex veteri stirpe Francicâ, cui nonnulli tribuunt titulum Comitum Aurelianensium. Huic Conradus, intercessione conjugis impetravit ab Hugone Episcopo Moguntinô fratre partem quandam Thuringiæ*, &c. Sed hîc 3 corrigenda veniunt; nam 1 Ludovicus *Aurelianensium Comes* nec fuit, nec dici debuit, nisi fortè eum à paterni carceris locô nomen traxisse velimus. 2. Hugo qui rectius Carolus secundus fuit Ludovici *frater*, Clero nunquam nomen dedit. 3. in totâ Moguntinorum præsulum serie nullus occurrit *Hugo*; sed Ludovicum Vicedominum constituit Bardo.

Conradi Imp. Gisla conjugis & Ludovici Comitis propinquitas.

Henricus I Rex Auceps dictus Matthildis maritus.

Otto I Imper. Edgitæ Eduardo Angliæ Regis natæ maritus.	Gerberga Ludovici IV Regis uxor.		Hadwidis Hugonis magni uxor.
Ludolfus Dux Iuttæ Hermanno Sueviæ Duce natæ maritus.	Matthildis Conradi Burgundiæ Regis uxor.	Carolus Dux ab Hugone Capeto in carcerem conjectus.	Hugo Capetus Adelhaidis Pictav. maritus.
Otto Dux Ittæ maritus.	Gerberga Hermanni Sueviæ Ducis uxor.	Ludovicus Comes Thuring.	Robertus Rex.
Henricus Dux Adelhaidis maritus.	Gisla Conradi Imp. uxor.		
Conradus Imper. Gislæ maritus tertius.			

Alia Conradi Imper. Giſlæ conjugis, & Ludovici Comitis propinquitas.

Eduardus Anglorum Rex Egurinæ exinde Elpledæ ac tandem Eadgiuæ maritus A. D. 924 denatus.

1 *nupt.* Æthelſtanus.

2 *nupt.* Edmundus Edredus. Rex.

3 *nuptiis.*

Otgiua Caroli *ſimplicis* uxor ſecunda; anno circiter 915 ducta.

Eadhild Hugonis magni uxor 2, anno 927. Eadgiua Ludovici cæci uxor circa 902 Adelâ Ebaſi II Aquitan. Ducis uxor.

Eadgit Ottonis I uxor prima A. D. 930 nupta 946 Ianu. 26 denata, forte cadē cum Sithrici relicta.

Eadid Sithrici Nordanhumbrorum Regis uxor A.D. 924 repudium paſſa eſt.

Edwinus.

Eadgarus.

Ludovicus IV Gerbergæ maritus poſterior.

Ludolfus Dux Iuttæ maritus.

Edwardus martyr.

Ethelred.

Matthildis Conradi Regis uxor.

Carolus Dux Agnetis Heriberto III Trecenſium Comite natæ maritus.

Otto Dux Iuttæ maritus.

Edmundus ferreum latus.

Gerberga Hermanni Ducis uxor.

Ludovicus Comes.

Henricus Dux Adelhaidis maritus prior.

Giſla Conradi Imp. uxor.

Conradus Imp. Giſlæ maritus tertius.

Alia Conradi Giſlæ & Ludovici Comitis propinquitas.

Ludovicus *Pius* Ermengardis ac exinde Iudith maritus.

Ludovicus Germaniæ Rex Emmæ maritus A.D. 876. Auguſt. 28 denatus.

1 *nuptiis.* Adelhais Conradi Comitis uxor.

2 *nuptiis.* Carolus *Calvus* Ermentrudis maritus A. D. 877. Octobris 6 denatus.

Hatwi Ottonis Saxoniæ Ducis uxor.

Conradus Comes Ermentrudis maritus A. D. 881 denatus.

Ludovicus *balbus* Adelheidis maritus A.D. 879. Apil. 10. fer. 6 denatus.

Henricus *Auceps* Matthildis maritus A.D. 936. denatus.

Rudolfus Rex Willæ maritus A.D. 912 denatus.

Carolus *ſimplex* Otgiuæ maritus A. D. 929 denatus.

Otto I Imper. Edgitæ maritus A. D. 973. denatus.

Rudolfus II Bertæ maritus prior A. D. 937 denatus.

Ludovicus IV Gerbergæ maritus poſterior A. D. 954. Octob. 15 denatus.

Ludolfus Dux Ittæ maritus A. D. 957 denatus.

Conradus Rex Matthildis maritus A. D. 993. Octob. 19 denatus.

Gerberga Hermanni Sueviæ Ducis uxor.

Matthildis Conradi Regis uxor Novemb. 26. denata.

Carolus Dux Agnetis Heriberto III natæ maritus A.D. 991 aut 92 denatus.

Otto Dux Ittæ maritus A.D. 982. denatus.

Giſla Conradi Imp. uxor.

Ludovicus Comes.

Henricus Dux Adelheidis maritus.

Conradus Imper. Giſlæ maritus.

Expulſos

Expulsos à Francis Caroli abdicati *filios, ad Romanum Imperatorem profectos*, ex Ademaro [1] Cabanensi expulsorum coætaneô, aliisque tam nostræ quam Thuringicæ historiæ scriptoribus audivimus; non tamen simul ac abdicatus est pater, sed post annos circiter [2] 20 cum infelicium partium Guillelmum Ducem in Aquitania, tædere cœpisset, Heribertusque Trecensium Comes maternus avus, qui Arnulfi Archiepiscopi patrocinium palam susceperat vivere desiisset, expulsos fateri necesse est, Certe de Guillelmo Duce Ademarus, & vitæ S. Genulfi scriptor anonymus, cum *Hugoni* Capeto *propter abjectionem Caroli & injustam (ut videbatur) assumptionem regni, subdi noluisse*, Hugonem cum *ad urbem Pictavam exercitum duxisset, frustratum abscessisse, postea* tamen Guillelmum *pacem cum Roberto habuisse* tradant; Cumque ex S. Petri Uzerchiensis in Lemovicibus ad Guillelmi Hugoni rebellis ditionem pertinentibus chartulario, Ludovicum & Carolum annô Domini 1008, quo jam Otto Dux eorum germanus natu major decesserat, regium nomen affectasse constet, utrumque ad hæc usque tempora sub Guillelmi auspiciis de regnô cum Roberto contendisse oportet. Idipsum confirmat Guillelmi 4 Aquitanorum Ducis, Guillelmo tertio patri A. D. 993. Feb. 3. à Ludovici V morte 7, antequam regnum ordiretur sextus 116 denato suffecti edita [3] à Clariss. I. Besly charta sequens *Guillelmus Comes Pictavensium. Notum fieri cupimus omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, quod quidam fidelis noster Adraldus & conjux sua Emma petierunt à nobis quatenus eis aliquid ad illorum beneficium pertinens, quod est situm in pago Pictavo in Vicaria & infra quintam ipsius civitatis, in villâ quæ vocatur Exoletia, in rem S. Dionysii & S. Petri majoris, quartas 15 cum terris, vineis, mansionibus, curtiferis, ortilis, cultum & incultum, terminatur vero ipsa terra de una parte terrâ S. Florentiæ; aliâ parte terrâ S. Hilarii, de tertia parte terra S. Cypriani & S. Martini; quartô fronte via publica: per nostræ auctoritatis scriptum sub censu eis concedere dignaremur; quod omni modô nobis placuit feciisse, eo tenore ut quamdiu superstites fuerint, teneant, possideant, plantent, ædificent, & faciant exinde quicquid voluerint, nemine contradicente. Censum vero prænotavimus Kal. Novembris Sol. 1. post illorum quoque discessum ad unum ex propinquis illorum quemcunque elegerint sub eodem censu concedimus.*

[1] Ademarus Rainnundo & Aldearde Ainardi (qui anno 993, &c. Bernardi Marchiæ Comitis tutorem Petrum omni ope juvit) sorore natus.

[2] anno forte 1010 quo Robertus Rex Angeriaci Guillelmum invisit.

[3] Hist. Pict. p. 384.

S. Willelmi Comitis.

Castri Airaldi	Hecfredi Vicecomitis.
Hecfredi germani	Bosonis.
Oniacensis.	Cadelonis Vicecomitis.
	Ebboni. Aquini.
	Isemberti. Rainaldi Vicecom.
	Rorgoni. Girorgii,
	Gombaldi. Galterii.

Regnante LODOVICO *Rege*,

Caroli Ducis filio, nullus enim hunc temporis alius orbe toto Ludovicus fuit, qui regiam sibi dignitatem vindicaret; nec ab hac de Ludovico sententia abludit Petrus Malleaci Monachus lib. 2. c. 3. de antiquit. Mall. *tum* (inquit) *ab incarnatione Redemptoris nostri* 1003 *annus volvebatur, cum hæc* insulæ nimirum donatio, &c. *mense Iulio Pictavis agebantur, ac regnare*

Francis Rex Robertus ferebatur: Hinc enim Aquitanos parum, morigeros fuisse clarum est.

IV Stemmatis *à Chiffletiô delineati* probationes, *vel inutiles sunt vel prorsus nullæ.*

QVod iis qui *fumum ex fulgore*, non *ex fumô dare lucem cogitant* evenire solet; hoc locô strenue præstas Chiffleti, in congerendis confessorum probationibus, nullâ cogente necessitate multus, in controversis confirmandis, planè mutus, imo nullus. Quid enim tibi probandum incubuit? [1] Vin lic. p. 10. An quod ex [1] Theganô hauris Welfum *de nobilissimâ stirpe Bavarorum*, Iuditham filiam *ex parte matris nobilissimi generis Saxonici*, eandem *Reginam* à Ludovicô piô *constitutam* fuisse?

[2] p. 11. An quod [2] ex Nithardo, Theganô, & vitâ Ludovici sumis, Iuditham *velatam*, Conradum & Rudolfum *fratres tonsos*, ac postmodum cum eâ *revocatos?* An quod ex Annalibus Bertinianis, Bibliothecæ Thuanæ fragmentô, & Chronicô Floriacensi colligis, Conradum & Rudolfum *Caroli Regis avunculos*, hunc vero *Palatii primatem* & *Colicâ mortuum?* An quod tibi Regino subministrat, [3] p. 12. [3] *Roberto Comiti Ducatum inter Ligerim & Sequanam* à Carolô *adversus Britones commendatum*, eundemque annô 867, à Nordmannis *interfectum?* An quod te Ioannis VIII epist. 86 docuit Hugonem II *Abbatem regali prosapiâ editum?* An quod ex Reginone, & S. Benigni Divionensis Chronicô promis, *Hugonem Abbatem* anno 867 *in locum Roberti substitutum, parvâ manu Danorum hostium phalanges fudisse?* An quod ex Reginone, Aimoinô *de S. Benedicti miraculis*, & Divionensi Chronicô exscribis, *Odonem & Robertum, Roberti filios quando pater extinctus est, adhuc pueros fuisse, & ideo non esse illis Ducatum commissum?* [4] p. 13. An quod [4] ex Reginone, Alberico, & Divionensi Chronicô refers, Hugonis Abbatis annô 887 denati *Ducatum Odoni Roberti filio traditum*, *Odonem* vero & *Robertum* minorem *fratres* fuisse? [5] p. 14. An denique [5] quod ex Albericô ad annum 906 & Romani monasterii charta annô 928 *Rudolfi* Francorum *Regis* V, *Indictione* 2 Iunii 23 scripta & à Guillimannô *Habspurgic. lib.* 3. c. 1. laudata ruspatis, Alaydem Richardi Ducis uxorem, Rudolfi Francorum Regis, Hugonis, & Bosonis matrem, Rudolfi I Burgundionum Regis Willæ mariti germanam, secundi amitam, Ludovici Rudolfo & Emma nati aviam, Hugonis Abbatis ex fratre neptem fuisse? Atqui universa hæc & singula tecum admittimus, qui pro Capetinâ gente in acie adversus calumniarum tuarum cuneum stamus, nec modo admittimus, sed in pugnum ne quando nobis excidant contrahimus.

Welf

Welf Comes.

Conradus Adelhaidis maritus prior A. D. 862. Febr. 20 denatus.

Rudolfus S. Richarii Abbas A.D. 866 denatus, ex prosapia regali. Chron.

Iudith Augusta A.D.843. April. 14 denata.

Conradus I I Ermentrudis Luitfrido natæ maritus A.D. 881. denatus A. D. 879 de invadendo regno cogitavit.

Welf Abbas S. Germani Autisiod. A.D. 881 denatus *ex prosapia regali* Chronico Senon. dictus.

Hugo Abbas Dux Francorum A. D. 887 denatus, Joanni V I I I. *regali prosapia editus*, libro de Consulum Andegavensium gestis Caroli simplicis *per matrem consanguineus* id est *cognatus*.

Petronilla Terculfi Wastin. Comitis uxor Gaufridi *grisagonnelle* abavia.

Rudolfus I Burg. Rex A. D. 912 denatus.

Willæ maritus

Adelhais Richardi Ducis uxor.

Rudolfus I I Bertæ maritus prior A.D. 937 denatus.

Waldrada Bonifacii Spoletani uxor.

Willa Bosonis Tusciæ Marchionis uxor.

Rudolfus Francor. Rex Emmæ maritus A. D. 936 Ianuar. 15 denatus.

Hugo *Niger* Dux A. D. 952 denatus.

Boso Comes A.D. 935 denatus.

Ermengardis Gisleberti Ducis A. D. 956 denati uxor.

Adela Raineriі Comitis uxor.

Conradus Rex Ruthildis A.D. 993. Octob. 19 denatus.

Ru- Matthildis dolmaritus fus.

Burchardus Vesuntion. Archiepiscopus.

Adelhais Lotharii Italiæ Regis, ac exinde Ottonis M. uxor secunda.

Ludovicus antre patrem denatus.

Adelhais *VVerra* Roberti Trecensium Comitis uxor.

Ludgardis Ottonis Ducis anno 965 denati uxor.

Rodolfi Gisla Hendrici Bajofis ar. Ducis I I I uxor. *denata.*

Berta Odonis I Campan. Comitis uxor.

Gerberga Hermanni Ducis uxor. Gislæ parens.

Matthildis.

Burchardus Lugdun. Archiepisc.

Adela Lamberti Cabilon. ac exinde Gaufridi *Grisagonnelle* Andeg. Petronillæ abneptis uxor.

Richardi Ducis Stemma.

Boso.

Hugbertus Abbas conjugatus A.D. 864 cæsus, qui Mauriennæ Comitum fons fuisse videtur.

Buvinus apud Caroli locum sepultus.

Albuinus qui Carolum, Caroli Calvi filium vulravit.

Teutberga Lotharii II Regis uxor.

Boso Engeltrudis Matfridonatæ, ac exinde Ermengardis Ludovici I I Imp. & Engelbergæ filiæ maritus Provinciæ Rex.

Richardus Dux Adelhaidis maritus A.D. 921. Septemb. 1. denatus.

Richildis Caroli *Calvi* uxor 2.

Ludovicus Imp. orbus dictus.

N. Carlomanno Regi desponsata Ratholdi Comitis uxor.

Rudolfus Rex.

Hugo *Niger* Dux.

Boso

Ermengardis Gisleberti Ducis uxor.

Rerum

Rerum ab A. D. 800 ad 892 gestarum Summa.

A.D. 800 Iunii 4. denatâ Luitgarde Reginam concubinam thoro admovit Carolus M. *Eginhard.*

801 hoc annô vel sequente Carolo M. ex Reginæ contuberniô natus Drogo.

802 hoc annô vel sequente Carolô M. ex eadem Reginâ natus Hugo.

814 Ianuarii 28 feriâ 7 denatô Carolô, *tenerâ adhuc ætate fratres, mensâ* dignatus est Ludovicus Pius. *Nithard.*

818 Bernardô Italiæ Rege April. 17 oppressô Drogonem & Hugonem *tonsurari jussit* Ludovicus. *Nithard. Thegan.*

819 Iudith Welfi filia Conradi & Rudolfi soror Ludovico nupsit.

821 Lotharius Ermengardim Hugonis Comitis & Bayæ filiam duxit.

822 Drogoni & Hugoni *reconciliatus* est Ludovicus Pius, Engeltrudim Theodeberti Matricensis pagi Comitis filiam, Roberti Aganæ mariti sororem duxit Pippinus Aquitan. Rex.

823 Drogo Metensium Episcopus constitutus est & Carolus *Calvus* Iuniô mense natus.

825 Octobris 25 S. Quintini corpus elevavit Hugo Abbas.

829 Ob datam, Carolo à Ludovicô patre *Alamanniam, Rhætiam & Burgundiæ partem*, indignati fratres, Iudith novercam *velaverunt* & fratres ejus *totonderunt* in quadragesimâ. *Thegan.*

831 *Revocata* Iudith cum *fratribus jam attonsis.*

833 In filiorum manus incidens abdicare coactus est Ludovicus: Iuditha Dertonam deportatâ & Carolô Prumiæ commendato. Hugo Abbas à Drogone fratre & Ludovicô Alamannorum Rege ad Pippinum missus est.

834 Quadragesimæ tempore libertati restitutus Imper. uxorem & filium Carolum recepit: eodem annô Adelhaidem filiam Conrado Iudithæ germano matrimoniô junxisse videtur.

835 Exeunte vivere desiit Hugo Comes Lotharii socer.

838 Hugo Abbas Ludovicum Imper. germanum Octobris 31 apud S. Quintinum Veromanduorum excepit. Pippinus Aquitaniæ Rex Decembris 13 fatis concessit.

840 Ludovicus Imper. Iunii 20 feriâ 1 mortalitatem explevit: Hugo Abbas Autisiodorô S. Cassiani reliquias transtulit.

841 Lotharius Imp. & Pippinus minor, à Ludovicô Franciæ Orientalis & Carolo *Calvo* Occidentalis Regibus Iun. 25 feriâ 7 apud Fontanidum in Autisiodorensi pago profligati sunt.

842 Ermentrudis Odonis Comitis & Ingeltrudis filia Carolo *Calvo* nupsit.

843 Iudith Augusta Aprilis 24 in Dominô dormivit. Carolus *Calvus* regnum Francorum cum fratribus divisit.

844 Hugo Abbas *inopinatâ* Pippini minoris *congressione* oppressus *in pagô Ecolesimo* Iunii 7 concidit.

851 Ermen-

851 Ermengardis Lotharii Imp. uxor obiit.

855 Lotharius Imper. Prumiæ comâ capitis depoſita diem clauſit extremum Septemb. 29 feriâ 1.

856 Lotharius junior Teutbergam Reginam ſibi in matrimonium junxit. Edilwulf Rex Occidentalium Anglorum Octob. 1. Iuditham Caroli filiam in matrimonium accepit.

858 Lotharius abjectam uxorem Theutbergam coactus recepit: Iuditham Edilwulfi relictam Adalboldus duxit.

860 Teutberga Lotharii viri *inſidias* verita *ad Huchertum* fratrem *aufugit.*

861 Robertus Roberti & Aganæ filius Dux inter Ligerim & Sequanam conſtitutus eſt.

862 Conradus Comes Adelhaidis maritus prior Febr. 16 vitâ functus eſt, eodemque annô relictam Adelhaidem duxit Robertus Dux. Ludovicus cognomento *Balbus* in ipſo Quadrageſimæ initiô Harduini Comitis filiam Anſgardim ſibi matrimonio copulavit: Waldradam favente Concilio Aquiſgranenſi ſuperduxit Lotharius. Balduinus Iuditham Edelboldi Regis relictam rapuit.

863 Guntharium Colon. & Teutgaudum Trevirenſem depoſuit Nicolaus Papa. Iuditham Balduino conjugio ſociari permiſit Carolus.

864 Epiſcopatum Colonienſem Hugoni Conradi & Adelhaidis *matertera ſuæ*, vel potius *amitæ filio* donavit Lotharius. Hucbertus Abbas à Conrado Duce cæſus eſt.

867 Robertus Dux Febr. 20 Chartam in gratiam Cœnobitarum S. Martini Turonenſis ſcripſit: Iulii ſequentis 25 à Nortmannis ad Briſertam in Cenomanis cæſus Hugonem Abbatem privignum in Ducatu ſucceſſorem habuit.

869 Lotharius Placentiæ Auguſti 8 feria 2 vivendi finem fecit. Ermentrudis Caroli uxor Octob. 6 in S. Dionyſii monaſterio obiit.

870 Richildem Buvini filiam Boſonis & Richardi ſororem duxit Carolus Calvus in Septuageſimâ.

875 Ludovicus Imp. Auguſti 13 vitam cum morte commutavit. Decemb. ſequentis 25 coronatus Romæ à Ioanne Papâ V III Carolus Calvus. Emma regina anno exeunte deceſſit.

876 Ludovicus Germaniæ Rex Auguſti 28 obiit. Boſo Langobardorum Dux creatus, Ermengardim Ludovici Auguſti filiam duxit.

877 Carolus *Calvus* Imper. Octob. 6. veneno à Sedechia Iudæo Medico propinatô confectus, deceſſit.

879 Aprilis 10 feriâ 6 in Paraſceue obiit Ludovicus *Balbus.* Septembris ſequentis 17 Carolus poſtumus *Simplex* dictus natus eſt. Octob. 15 Boſo Burgundiæ & Provinciæ Rex apud Mantalam territorii Viennenſis coronatus eſt.

880 Decembris 25 Carolus *Craſſus* dictus, Romæ coronatus eſt Imperator: primogenito fratre Carolomanno Martii præcedentis 22 è vivis ſublatô; de Matiſcano Caſtro à Ludovico & Carolomanno Regibus Boſonis homines ejecti ſunt: ab iiſdem Vienna obſeſſa in qua Boſo uxorem cum filia relinquens fugam ad montana arripuerat.

881 Conradus Dux Ermentrudis maritus, & Welfus S. Germani Autiſiodorenſis

dorensis Abbas Hugonis Abbatis germani obierunt.

882 Ludovicus Franciæ Occidentalis Rex Augusti 1 v ejusdem nominis consobrinus, in Orientali Francia regnans Novemb. 19 decessit. Vienna Septembri mense capta Carolomanno Regi nunciatur.

883 Wido reus Majestatis accusatus profugus evasit, in eum immissus Berengarius.

884 Carolomannus Franciæ Occidentalis Rex Decembris 6. vitam cum morte commutavit, bellum à conventu in Cholonpurum habito in Widonem decretum est.

885 Widonem Papiæ Ian. 6 Bosonem Wormaciæ suscepit Carolus Crassus.

887 Hugone Abbate denato, ejusdem frater uterinus Odo à Carolo *Crasso* sussectus est. Boso qui Burgundiæ regnum invaserat Ianuarii 11 denatus est, Carolo *Crasso* Novembri mense à Germanis depositio Arnulfus Carolomanno ex Litovindæ contubernio natus successit.

888 Ianuarii 12 Carolus *Crassus* vita functus est: electus à Francis Occidentalibus Odo, à Burgundis transjuranis Rudolfus Conradi & Ermentrudis filius, ab Italorum parte Veronæ Berengarius Fotojulienſium Dux, ab adversa factione Ravennæ Wido Engeltrudis quæ Berengarii germana fuit maritus posterior.

889 Berengarius à Widone superatus est.

890 Wido Rex Februarii 21 coronatus; Ludovicus Bosone & Ermengarde natus Valentiæ Rex à Provincialibus salutatus est.

891 Indict. 10 ineunte Wido Imperator coronatus. Lambertus à Widone patre regni consors factus est.

892 Ianuarii 28 feriâ 1 à Fulcone Rhemensium Præsule & Belgis coronatus Carolus cognomento *simplex*. Lambertus à Widone patre & Romanis Cæsar salutatus est.

Huc usque præcipua historiæ momenta, quibus (ceu fibulis) vaga quicquid lubet exemplo tuo somniantium licentia adstringatur, compendio notavimus; videndum nunc quam fideliter imperatum tibimet pensum exolveris. [1] Robertum *fortem* Conradò majore & illâ ipsâ quam post Conradum duxit Adelhaide natum probandum susceperas: qui vero probas? Reginonis *Ducatum* Robertò annò 861 *commendatum*, eundemque (cùm annò 867 *absque galeâ & loricâ incautius dimicaret*) *interfectum*, non quò parente editus fuerit, (quod unum quærebatur) scribentis verbis abuteris, nec quid inde conficere jure possis doces, imo nec te à lineis exeidisse sentis, cum Roberto Robertò & Aganâ nato, & *Ducatum commendatum*, & vitam ereptam non neget; Roberto Conradi filio qui nunquam fuit, utrumque evenisse non asserat Regino: illudis igitur chartis, fronte ac fide nullâ aliena à quæstione lectoribus ad ludibrium obtrudens. Odonem rursus & Robertum germanum, non uterinos Hugonis Abbatis *fratres*, sed Hugonis *fratre* (quem primus enixus es) *Robertò* natos probare debueras; an præstas? imposturam vel passus, si mendosum Chronici Divionensis codicem nactus es; vel facere ausus, si (calcatâ manuscriptorum omnium auctoritate, quam Albericus, Chronicon Bezuense, & Warnerii S. Stephani Divionensis præpositi gesta summò consensu confirmant) locum corrupisti, veterem lectionem interpolas; scripserat auctor *superexerant duo filii Roberti Andegavorum Comitis*

[1] p. 11. edit. 2. p.

Comitis fratres *Hugonis Abbatis*, reponis [1] *supererant duo filii Roberti* fratris *Hugonis*. nec nobis testem suô, sed tuô ore loquentem in judicium producis: redde igitur (ut Augustini exemplô & phrasi te ad incitas redigam) *redde* inquam vetusto auctori *verba* sua, *& statim evanescet calumnia tua.*

[1] p. 14. edit. 2. p. 11.

Alia etiam minutiora peccas: his de Ludovicô *piô* verbis. [2] *Accepit filiam Welphi Ducis, qui erat de nobilissimâ stirpe Bavarorum*, diversa duo docuerat Theganus. 1. Welfum *Ducali* dignitate ornatum, 2. *nobilissimâ Bajoariorum stirpe* oriundum fuisse; priore singularem personæ Regum beneficio prærogativam, posteriore commune gentis decus, ejusque fontem velut intentô digitô designans: tu qui præ aliis (licet palatiô hebetiore sis) *patruos* tibi *sapere* videris, antiquum imo rerum quas scripsit oculatum testem præcipiti censurâ vexas, eique quod in verbis ejus non comparet, nec ex iisdem sequitur temere affingis, *præpropere* scil. ipsum *Welphoni primo*, *Ducalem Bavariæ dignitatem tribuisse*, quasi vero quisquis gente Bavarus *Ducali* titulô quomodocunque ornatus est, *Bavariæ Ducatum* non alium ex necessitate administraverit; potuit igitur Welfoni *Bavaro*, extra patriæ fines *Ducatus* commendari, potuit & in patriâ, siquidem post Fridericum Ultrajectinæ Ecclesiæ Episcopum A. D. 838 cæsum Marianus Scotus (anno 1083 denatus, eoque Monachô Weingartensi & Bertoldô Constantiensi, post annum 1100 superstitibus, antiquior) *Ludovico Imp. Iudith filiam Welphi Ducis Bajoariæ reginam sociatam* scripsit; nec Welphum IV (quod falsô jactas) *primum Bavariæ Ducem* Monachus Weingartensis & Bertoldus *diserte vocaverunt*, sed annô 1071. *Welf Ducem Bajoariæ* (nullâ prioritatis mentione factâ) *effectum* docuerunt; nec si docuisse fingamus, vere docuerint, quandoquidem Ottoni Saxonici generis viro annô 1071 exauctorato ab Henricô IV Welfum suffectum, eoque non *primum* expresse cum Lamberto notaverunt: Sed tibi in Veteri Francorum nostrorum jure, eorumque historiâ (quicquid de te sentire libeat) hospiti, *Eginhartus*, *Contractus*, *Vita Ludovici aequalis auctor*, qui Welfum non *Ducem* sed *Comitem* inscripserunt, *rectius* locuti sunt cur vero? an quisquis *Comitem* asseruit *Ducem* negasse videri jure potuit? sic nec Robertus, nec Hugo ei suffectus, *Duces* fuerint, quia eos nusquam Bertiniani, Metenses, Fuldenses Annales *Duces* inscripserunt; *Ducatum* tamen eumque nobilissimum eis commissum ne ipse quidem inficiari ausus es. Sed veteribus eos quibus *Ducatus* commendabantur *Comites* vocare, imo *Ducis* & *Comitis* titulos concatenare, alioque aliis cumulare solenne fuit. 1 quia, nonnisi ex *Comitatu* sacrô seligebantur, palatii, *Civitatum*, *limitum*, *regionum*, *pagorum* præfecti. 2 quia fere semper ad tempus *Ducalis* & *Comitiva* dignitas; quanta quanta ea fuit, non *patrimonium* ad posteros hæreditariô jure transmittendum (ut nunc fieri amat) sed *officium* quandocunque princeps sententiam mutaret deponendum designavit: tu vero qui veteres tuô (idest) breviori) metiris pede, pro eruditionis quam ambitiosius affectasti laude, nullâ veniâ dignæ imperitiæ contractâ culpâ, deceptus & exspes in ipso altius assurgendi conatu supinus corruis.

[2] p. 10. edit. 2. p. 9.

Vita Friderici apud Surium ad Iul. 18.

Ubi *Iuditha* [1] Augustæ *fratres*, (quorum *Bajoaricam stirpem* fuisse monuit Theganus) *Alamannos* haberi debere, ullumque in Welfi sive *Ducis* sive *Comitis* familiâ, *Erkinonem*, fuisse docueris, tibi non inviti assentiemur: at quamdiu nudis nos assertionibus pascendos putabis, in tua nos verba jura-

[1] p. 11. edit. 2. p. 9.

re nolle patienter feres: nec tibi indefatigabilis diligentiæ virum Chesneum patronum invocasse profuerit, cum enim ex nuperorum Teutonum inexplorata (quia explorandi necessitas nulla eum cogere videbatur) sententiâ de Welfi liberis scripserit, aliena non sua publicasse censendus est, veri unius non sui studiosus cultor.

Ibidem & compugnantia congeris, *velatam* scil. *revocatamque annô* 831 Iudithan; & falso Nithardum (quasi annô 831 *velatam attonsos fratres* scripserit) laudas; reverâ enim annô 830 ad oram libri vel à Nithardô, vel ab editoribus appositô, *quadragesimæ tempore velum susceipere* coacta est, annô vero 831. ineunte *revocata*, *se* (*legali præscriptô modô*) *ab objectis purgavit.*

[1] p. 12. in 2 edit. emend. p. 10.

[1] Postquam vel tu, vel typographus tuus, *Ioannem* III *Papam* pro IIX scripsistis, *Hugonem Abbatem regali prosapiâ editum, quia Hugonis primi filii nothi Caroli Magni filiâ* (quæ nunquam fuit) *natus sit*, à Papâ dictum *similemque ob ortum tumulo Arnulphi Remensis Archiepiscopi qui Ludovici* IV *Regis ex concubinâ filius erat, hæc fuisse insculpta, in choro S. Remigii Remensis* anno 1009. *Hic jacet Arnulphus regali stemmate fusus*, &c. apertis oculis somnias. Sed hic plura castiganda veniunt: nam 1. falsam elogii Hugonis causam assignas, cum *Hugo primus* cujusquam nec *maritus*, nec *parens*, sed *presbyter* ab ipsis adolescentiæ annis cælibatûs votô adstrictus, Adelhaidis Ludovicô piô oriundæ non *pater*, sed *patruus* fuerit, quam matrem in mente habuerit Ioannes Papa epistolâ 49 scribens, *agat vestra gloriosa nobilitas, ut decet tantæ naturæ decentiam.* 2. Longe dispar fuit Arnulfi Rhemensis conditio, cujus natalia nonnulla infecit labes. 3. Arnulfus non *Ludovici* IV sed Lotharii Ludovico nati *filius* fuit. Decretum Ecclesiæ Rhemensis de ejus electione attende [2] *Arnulfum dictmus Regis Lotharii filium*, &c. Concilium ad S. Basoli ædem anno 991 congregatum c. 5 ex Brunonis Lingonum Episcopi verbis, *tanti erant apud me Regis Lotharii merita, tantumque me carnis affinitas permovebat* c. 6. *movet etiam homo affinitate carnis mihi conjunctissimus, nepote avunculi mei Regis Lotharii filius.* c. 11. ex Adalgeri presbyteri in reatu positi verbis, *cum Karolum* (Lothar. Ducem Lotharii Regis fratrem) *sibi patruum esse dixisset.* c. 25. ex Regis Hugonis epistolâ, *Arnulfus Regis Lotharii (ut dicunt) filius.* Gerberti ad Wilderodum Argentinensem epistola. *Arnulfus Regis Lotharii (ut fama est) filius*, &c. Hugonis Flaviniac. Chron. in annum 1102 desinens, *Regebat tunc Ecclesiam Arnulfus Lotharii Regis*, &c. *filius.* Sigebertum ad annum 992 *Arnulfus nepos Caroli Ducis*, &c. 4. Arnulfus non annô 1009 sed 1023 Martii 5 vivendi finem fecit prout ex S. Remigii Chartulariô, & Alberico constat. 5. Arnulfum nequaquam ex *concubinæ* proprie dictæ complexu, sed [3] ex *Roberti Palatini* Carolo Duci fidelis adversus Canones ductâ *sorore*, ex quâ susceptus sit & alius nomine Richardus Lotharii Regi natum, suadent hæc Ecclesiæ Rhemensis verba. *Arnulfum dicimus*, &c. *quem etsi altus sanguis vitiô temporis sub Anathemate positus aliquô infecit contagiô*, &c. sed quô impedimentô faciente matrimonium solutum sit, divinet qui potest. Quod eodem locô [4] *Aimoinum Floriacensem verba* à te laudata è *Divionensi Chronicô cum glossemate veritati minimè congruô* hoc nim. *Hugo* (*ut fertur*) *Roberti filius*, &c. *exscripsisse* puras, & falsum est, & absurdum; qui enim Aimoinus in editô

[2] Tom. 2. Script. Franc. p. 828.

[3] de quo Gerbert. epist. 37. Concil. ad S. Basol. congreg. c. 11.

[4] p. 12. edit. 2. p. 10.

annô

annô circiter 1005 qui Abbonis Abbatis Novembris præcedentis Idibus feria 2 confossi cædem proxime secutus est, opere, *Chronici Divionensis* (longe post Alinardo * Archiepiscopo jam defuncto compilati) *verba exscripserit?* an divinando, quodque (quia absolute non erat) inimitabile fuit, imitando? falsam vero tuam de infartô *glossemate* suspicionem non negaverit, quisquis Hugonem Roberti fortis *privignum*, latoque modô *filium*, seu (ut vulgo loquimur) *filiastrum* fuisse meminerit.

* Obiit Alinardus ex S. Benigni Abbate Lugdun. Archiepiscopus A.D. 1051. 4 Kal. Augusti.

In Sammarthanorum geminorum lectum par pessimâ fide grassatus, justam bonorum omnium indignationem pro meritô incurris; eos enim varia in utramque partem de Hugonis Abbatis natalibus disputasse dissimulans, laceram ex eorum historicô opere laciniam arripis, ac *stringens argumentum* vocas, quod secundæ ipsorum curæ, velut elumbe ac nihili spongiâ deterserunt, nos vero capite, & extrema sui parte à te minutum locum ex auctorum mente restitutum ob oculos omnium, (ne quem deinceps incautiorem tua fraus lateat statuemus) *Encore* [1] *qu'aucuns soyent d'advis, que ce Prince fut fils aisné de Robert le Fort, Duc de France, neantmoins il y a plus de sujet de croire qu'il a esté son frere, veu mesmement que* [2] *l'Abbé Regnon* qui vivoit peu d'annees apres, ayant disertement escrit, qu'il fut substitué au lieu de Robert, pour joüir de son Duché de France, d'autant qu'Eudes & Robert fils d'iceluy estoyent encore fort jeunes; c'est un argument assez fort pour induire que Hugues ne succeda pas immediatement de son Chef, mais seulement en qualité d'oncle & tuteur. Puis le continuateur du religieux Aimoin, & l'autre Aimoin de Fleury disent expressément, qu'il laissa seulement deux fils a luy survivans [3] *Bien y a il de grandes raisons qui font estimer que Hugues estoit fils de Robert, comme nous avons dit, & frere de l'autre Robert le Fort selon la Chronique de Dijon*; id est, [4] *Licet principem hunc* (Hugonem) *Roberti fortis Franciæ Ducis primogenitum fuisse quidam sentiant, fratrem tamen fuisse, credibilius videri possit, cum id ipsum quod*, Reginô Abbas, qui paucis post annis vivebat, subst itutum Roberti locô, ut ejus Ducatu Francicô frueretur, quod Odo & Robertus filii ejus parvuli essent, diserte scripsit, argumentum sit firmum satis ad inducendum Hugonem non immediate ex capite proprio sed patrui solum & tutoris nomine successisse. Continuator *etiam* Aimoini religiosi, & Aimoinus alter Floriacensis conceptis verbis Robertum duos tantum filios superstites reliquisse ajunt. *Verum magni momenti argumenta non desunt, quæ Hugonem Roberti filium* (*prout diximus*) *fuisse, alteriusque* (*secundum Divionense Chronicon*) *Roberti fortis fratrem credere jubeant.* Audin' illos ipsos quos testes advocasti *argumento* quod *stringens* putabas, *constringi* se nequaquam passos, *magni momenti argumenta* quæ diversum suaderent perspexisse? Addo nunc cum Reginone, Aimoino, ejusque continuatore, Chronicon Divionense revera concordare, quandoquidem Hugo Roberti fortis *privignus*, late sumptô vocabulô, ejusdem *filius* dici potuit, fuitque *Odonis & Roberti* (quos *solos filios habuit*, & *parvulos* reliquit) *frater* uterinus. Quid clarius velis?

[1] omissa.

[2] Citata.

[3] omissa.

[4] lib. 5. c. 6. à Chiffletio maligne omissa diverso charactere expressimus.

Chiffletius perperam vertit *maximo*.

Alberici, [1] *ex quô Ludovicus Balbus obiit*, Hugoni Abbati *septennii* regimen assignantis, benigne accipiendus est, quem laudas, locus; quandoquidem post *Balbi* annô 879 April. 10 denati dormitionem, *octennium* fere solidum ad clavum sedit, annô 887 ineunte vita functus: Castigandum

[1] p. 13. edit. 2. p. 11

etiam venit (quô corruptô niteris) Divionense Chronicum, quod enim asseverandum putavit, Ludovicum Balbum *biennio regnum administravisse*, Carolum simplicem *in cunis* sive *annum*, sive *ævum agentem patre orbatum remansisse* Odoni *tutorio* tantum nomine *regnum commissum fuisse* falsum est: cum Ludovicus patri annô 877 Octobris 6 defuncto, per menses tantum 18 diesque 4 superstes, annô 878. Novemb. 1. quô conventus Furonensis habitus est, [1] solos *Ludovicum & Carolomannum* Ludovico patrueli commendaverit, & Adelhaidem Caroli *simplicis* (qui sextô post mense natus est) matrem [2] *gravidam reliquerit*. Odo vero non modo *tutorio* nomine *regnum* non administraverit, sed Carolum XIII jam ætatis annum agentem (quod inscio se ad regnum evectus esset) in ordinem coegerit, nec ab eodem regni totius compote, *tutor* tantum, sed *Rex verus*, imo *Dominus Rex prædecessor* jam defunctus audierit; prout ex Chartis S. Martini Turonensis annô 902 April. 30 Indict. 5. regni 11, & annô 919 Iun. 27 Indict. 7 datis, constat.

[1] cap. 3.

[2] Regino Annal. Metenses Sigebert. Marian. Scotus Otto Frising. lib. 6. c. 6.

Vindic. p. 15. edit. 2. p. 12.

V Stemma Femineum HVGONIS CAPETI, Regis, *nec* antehac imperfectum *fuit*, *nec subjectâ tabellâ restituit Chiffletius.*

LEGITIMI.	ILLEGITIMI	
1 Carolus *Magnus* uxor Hildegardis.	1 Carolus *Magnus*; Concubina nomine Regina.	
2 Ludovicus *Pius* uxor Iuditha.	2 Hugo I Abbas, Dux Burgundiæ uxor N.	Drogo Episcopus Metensis.
3 Carolus Calvus Imperator.	3 Adelhaid, uxor Conradi *majoris*, Ducis Burgundiæ & Comitis Parisiensis.	3 Petronilla uxor Tertulli Comitis Gastinensis.
4 Robertus *fortis* Dux Francorum.	Hugo II Abbas Dux Franciæ & Burgundiæ.	Conradus *junior* Comes Burgundiæ transjuranæ.	4 Ingelgerius Comes Andegavensis.
5 Odo Dux & Rex Francorum.	Robertus Dux & Rex Francorum.	Rodolphus I Rex Burgundiæ transjuranæ.	5 Fulco *Rufus* Comes Andegavensis.
6 Arnulphus Rex Aquitaniæ sine liberis.	Hugo magnus *Albus* Dux Franciæ & Burgundiæ.	Rodolphus II Rex Burgundiæ.	6 Fulco *bonus* Comes Andegavensis.
	7 Hugo Capetus Rex Franciæ.		

VI *Admissa*

VI *Admissa à Chiffletiô in præcedenti Stemmate peccata breviter indicantur.*

1. HVgonem I Abbatem Carolo Magno ex Reginæ contuberniô annô 802 vel 803 natum, quemque vitæ religiosæ ab annô 818 (qui vitæ 15 vel 16 fuit) mancipatum, & *presbyterum*, quô tempore vitâ functus est, fuisse docuimus, *uxoratum* absurde nulloque ex totâ sæculorum præcedentium antiquitate teste munitus fingit.

2. Adelhaidem quam reverâ ex Ermengarde priore uxore Ludovicus Pius Imp. susceperit, Hugone Abbate, qui *maritus* nec fuit unquam, nec secundum Canones esse potuit, & nescio quâ, cujus ipsi (quia *ex non Entibus* est) nomen incompertum *uxore* natum nugatur.

3. Petronillam Terculfi (quem perperam *Tertullum* vocat) uxorem, Conradi *majoris* & Adelhaidis filiam, Hugone prorsus illiberi, cum Adelhaide matre natam somniat.

4. Robertum *fortem* qui Adelhaidem Conradi majoris relictam duxit; eadem natum comminiscitur.

5. Quæcunque de Hugonis primi *Burgundico Ducatu*, de Conradi *majoris Ducatu*, & *Comitatu Parisiaco*, de Conradi *junioris*, *Burgundiæ transjuranæ Comitatu*, garrivit, ineptè & ad nauseam recentat.

VII Stemmatis *à Chiffletiô delineati* probationes, *vel inutiles sunt, vel falsæ, vel adversus ipsummet militant.*

INstituto tuo non modo non servit, sed primarium ejus fundamentum penitus subruit (Chiffleti) quod ex Eginhardi non *Annalibus* in libri tui margine perperam laudatis, sed libellô *de vitâ & conversatione Caroli Magni* hausisti, *post mortem* Luidgardis *Carolum concubinas* 4, (*Reginam* inter alias *quæ ei Drogonem & Hugonem genuit*) *habuisse*. Cum enim annô demum 800 Iunii 7 denata sit Luidgardis, Regina post Drogonem Hugonem pepererit qui ex consequenti ante annum 802 nasci nequaquam potuit, is denique ab annô ætatis 15 vel 16 cælibatus votô obstrictus *presbyter* decesserit nec *maritus*, nec *parens* cujusquam ex Canonum præscripto esse potuit, iisque qui sanô capite sunt, tu qui contrarium persuadere conaris, ludibrium debes. Pag. 16. edit. 2. p. 11.

Quod eodem locô ex Theganô affers, *Hugoni* à Ludovicô piô fratre *data cœnobialia monasteria*, unde *iste* Abbas *cognominatus sit* adversâ te fronte terit; cum enim *cœnobialia* illa *monasteria*, jam *attonso* & *monastico*, idest monasticen professo *Abbati* data sint; nec uxorem ei nec liberos jure assignaveris, ut ex *Abbatum* illorum sæcularium censu fuisse videatur, *quibus pro suis erga Reges officiis opulentissima cœnobia possessionesque Ecclesiis dicatæ addicebantur*. Histor. transl. S. Quintini.

An Hugonis germanus Drogo *Metensium Episcopus Archiepiscopali* titulô auctus fuerit; quod ex Anastasiô in Sergii 2 vitâ, & falsis Gorziensium Chartis (quibus Concilii apud Theodonis villam in Ebbonis Rhemensis causâ annô 835 congregati Acta, ipsusque Drogonis epitaphium adjungi potue-

potuerunt) confirmandum susceptisti, an idem *Archicapellani* munere functus sit, quod rursus (qui ex Hinmaro poteras) ex Chartis illis hypobolimæis adstruis: An Drogone prior Chrodegangus *Archiepiscopali* palliô insignis fuerit, quod ex Anastasiô in *Stephani* III *vitâ*, Alberico, aliisque Gorzienſibus ejusdem furfuris chartis probas. An post denatum Drogonem, Walo & Robertus *Archiepiscopalem* titulum sumpserint; an denique *de Archiepiscopalis dignitatis liberâ nimis permissione apud Formosum Papam conquestus sit Fulco Rhemensis*, quod ex scriptô Flodoardi, loco illustras; ab eâ quam tractas causâ alienum prorsus est, nec nobis qui Hugonem primum Abbatem *maritum* fuisse negamus, obest, nec tibi qui asseris favet: pudendum tamen ac monstro par, quod tibi *arcana omnia regia*, *politica*, *genealogica* retegere apto, tam hebes animi acies fuerit, ut Gorzienses illas quas venditas chartas suppositicias esse non videris, nec ulla (si fortè Synodica excipias) Francorum nostrorum monumenta totâ Pippini, Caroli magni, Ludovici pii, & filiorum ætate, Christi annis (quod postea in more positum est) consignata fuisse didiceris; hinc enim fit ut charta tua anni 851 quâ *excellentissimus Archiepiscopus*, *sacri palatii summus Capellanus*, *Dominus nobilissimus Drogo Archiepiscopus*, dicitur; hoc ipsô nomine vel subditicia vel interpolatia esse convincatur, quod annum Christi 851 appositum habeat; eodem vitiô Chrodegango affictæ sub expressa annorum 745. 54. 56. notæ Chartæ, ut & diplomata ementitô Pippini nomine annisque 752 & 57 annotata laborant; falsa etiam Chartæ Drogonis nomen præferentis consignatio, *annô ab incarnatione Domini* 849 *Indict.* XI *Epactâ* 23 *concurrente* 1. *annô vero Regni Lotharii Imperatoris* X. 7 *Kal. April.* quandoquidem cum incarnationis annô 849 *Indict.* 12 & Lotharii * 9 *annus* in Iunii 20 desinens, concurrunt. Sed absurdissima omnium Chartæ *de Paterni villâ* à te allegatæ subscriptio ab eo qui ante menses 2 dies 20 decesserat, apposita *Chrodegangus peccator Archiepiscopus. S. Grifonis Majoris domûs fratris Domini Pippini Regis. S. Carli filii Regis*, &c. *Ego* † frater *Adeodatus recognovi & scripsi. Actum Metis publice*, *annô ab incarn. Domini* 765 *Indictione* 3. *Epacta* 25. *concurr. primâ*, 25 *die mensis Maji*, *Lunâ ipsius dici* 30, *annô* 4 *regni Pippini* * *Senioris*. quod ex subjectâ tabellâ planius.

* Ludovicus *Pius*. Lotharium filium Imperatorem A. D. 817 salutavit. 840 Iun. 20. fer. 1. decessit.

† titulus *fratris* Adeodato adscriptus à recentiore efficiam chartam indicat.

* *Senioris* epitheton cum nullus *junior* fuerit hic absonum nemo negaverit, nisi forte *Senior* hoc loco pro *Domino*. Gallice *Seigneur* dicto positum censeat.

Anni Domini	Indict.	Epact.	Concurr.	Anni Pippini	
750	3	9	3	1	Pippinus à Bonifacio legato primum unctus.
751	4	20	4	2	
752	5	1	6	3	
753	6	12	7	4	Indict. 7 ineunte, cæsus Grifo, qui nunquam *Majoratu domus* functus. *Veteres Annal. Fredegarius*, *Eginhard*, &c.
754	7	23	1	5	Pippinus à Stephano Papa cum Carolo & Carolomanno filiis Iul. 27 unctus.
755	8	4	2	6	
756	9	15	4	7	
757	10	26	5	8	
758	11	7	6	9	
759	12	18	7	10	
760	13	0	2	11	
761	14	11	3	12	
762	15	22	4	13	
763	1	3	5	14	
764	2	14	7	15	
765	3	25	1	19	à Grifonis morte 12 Chrodegangus obiit Martis 6. Sigebert.

Hugo-

Hugonem Abbatem annô 844 Iunii 7 *in prælio cecidisse*, cum Fuldensibus & Metensibus à te laudatis, Bertiniani Annales notant; sed hinc vel unquam *maritum* fuisse, vel eô quomodocunque prognatam Adelhaidem Hugonis secundi matrem (quæ sola in quæstione fuerunt) nequaquam conficitur, nec quenquam Lectorum adeo stipitem experiere, ut tibi (cui quandocunque confessa tractas confirmantia argumenta abunde suppetunt) ubi controversa attingenda sunt, aquam hærere non videat. p. 18. edit. 2. p. 14.

Conradum Augustæ Iudithæ germanum, *principem famosissimum, collegam Regum*, * *inter Primates aulicos apprime inclytum, regiâ munificentiâ maximum: Conjugem* vero Adelaid, *primorum* † *natalium titulis gloriosam, avitâ antiquorum procerum oriundam propagine, splendorem generis augustissimæ æquiparasse stemmate dignitatis* ab Herricô Altisiodorensi moniti negaturi non sumus, qui eundem Adelhaidem *cante* summô locô natam *vocare* tibi sponte concedimus; vide tu quâ vertigine correptus maximæ principi Hugonem *presbyterum* cui nulli unquam liberi vel fuere, vel esse (post emissi voti religionem) potuere, parentem assignaveris; nobis enim (qui te non probasse, sed vigilantem somniasse novimus) *summô locô natam*, quia Ludovicô *piô* Imp. & Ermengarde priore uxore prognata sit, ex præcedentibus constat. * Ibid. utpote eorum sororius. † ideſt *imperialium* & regalium, quandoquidem regio & Imperiali titulo *prior* nullus est.

Quô Herricus tempore *geminos de S. Germani miraculis libellos* edidit, post Conradum majorem, Adelhaidem uxorem, & *filios acerbô præventos occasu* Hugonem unum *superstitem* relictum fuisse, tam facile confitemur; quam te inter Conradi *majoris* & Adelhaidis *liberos*, Robertum *fortem* Adelhaidis ejusdem posteriorem maritum numerantem errare totô cœlô certum est; alios enim intelligit Conradum nim. minorem *Rhæticarum & Iurensium partium Ducem, Parisiaci Comitem*, & Welfum S. Germani Autisiodorensis Abbatem, quos annô 881 denatos Senonense Chronicon docet. p. 19. edit. 2. p. 14. Chron. Laubiense.

Æque absurde sequentia Herrici ejusdem de Hugone verba torques, *paternis annuente Deô suffectus honoribus, avitæ memor gloriæ & potestatis, & probitatis patriæ robustissimus hæres existat*; quasi Conrado *patri suffectum* insinuare voluerit: Sed nec Conradus *Ducatum* (Hugoni postea commissum) administravit quod sciamus, unquam, nec ex tuâ (si tibi constare velis) sententiâ Conradi *patris hæres* Hugo fuit, sed Roberti *fortis* vitrici quem *fratrem* natu majorem fuisse falsô putas: è vivis enim annô 862 Febr. 16 excessit Conradus *major:* Roberti *fortis* qui *Ducatum inter Ligerim & Sequanam* annô 861 (vivô Conradô) administrare cœperat, annô sequenti exeunte Adelhaidem Conradi relictam duxerat: anni vero 867 mense Iulio pro patriâ fortiter pugnans occubuit; paucis post mensibus, *paternis* (ideſt *vitrici* qui *patris* locô fuit) *honoribus* Hugo *suffectus* est; qui *avitæ* Pippinorum & Carolorum per Adelhaidem matrem atavorum *gloriæ & potestatis memor, patriæ* (ideſt vitrici Roberti) *probitatis robustissimus hæres extitit:* nequando negandi spe contra hiscere audeas, audi ex Annalibus Bertinianis ad annum 866 *Hugoni Clerico avunculi sui Chonradi filio Comitatum Andegavensem, cum Abbatiâ S. Martini, & cum aliis etiam Abbatiis donat* Carolus *eumque in Neustriam locô Roberti dirigit:* audi rursus ex Reginone, & Annalib. Metensibus ad 867. *Non multô post interjectô* à Roberti cæde

tempore, Hugo Abba in locum Roberti subſtituitur, &c. *ſiquidem Odo & Robertus filii Roberti adhuc parvuli erant quando pater extinctus eſt, & idcirco non eſt illis* (utpote ad ſummum quadrimis) *Ducatus commiſſus.* Poſtquam Hugonis ex Herricô elogium protuliſti, Sigeberti de Herricô ad annum 877 teſtimonium laudas, eumque *S. Germani Autiſiodorenſis vitam heroicô metrô in ſex libellis luculenter exaratam Karolo Imper. tradidiſſe*; & præfixam *operi* illi *ad Carolum epiſtolam à Chefneô editam* memoras, in qua ſe *ex miraculis præcellentiſimi Germani opuſculum geminis diſtinctum libris confeciſſe* refert: reverâ epiſtolâ illâ ad Carolum jam *Imperatorem* adeoque poſt anni 875 Decemb. 25 data Lotharii *Claudi* Abbatis ſui annô 865 denati triſtem Carolo patri memoriam refricat; ne quis tamen ex eô quod ibidem *confectum* à ſe *de S. Germani miraculis opuſculum* dixit, eodem cum commentariô *de S. Germani vitâ* tempore editum ſuſpicetur; commemoratio luctuoſa tam Conradi Ducis, quam Welfi poſt Lotharium Caroli filium Abbatis, quos annô demum 881 vitâ functos diximus, *confectum* annô circiter 876 *de S. Germani miraculis opus*, recuſum vero ac tandem poſt annum 881 editum fuiſſe demonſtrat: *Hoc hactenus ineditô ad retegenda omnibus arcana* noſtra *regia* te *feliciter uſum* facete admodum (ne quando deſiderari poſſit ineptiarum tuarum præco) tibimet gratularis ex infelici ſcil. *gloriæ animalium* ſaperdarumque grege, qui *laudant quicquid ſcripſere beati*; ſed in Herrici quem ad manum habebas, lectione, Herricum te quæſiviſſe, nec inveniſſe (cum ab ejus mente infeliciter aberraveris) ex univerſorum ſomniorum tuorum refutatione jam patuit.

p. 20. edit. 2. p. 15.

Ibid.

Verum nunc totius erroris tui fontem aperire juvat: *Canonicus* (inquis) *S. Martini Turonenſis, qui vivebat* annô CIↃ CC XXV. *Torquatius moritur; cui Terculfus filius ejus ſucceſſit, armis ſtrenuus, facie decens, cui Karolus* (Calvus) *Petronillam*, [1] filiam *Hugonis magni Ducis Burgundiæ*, [2] matertera[m], *alii Hugonis magni, Abbatis B. Martini Turonenſis, dedit in uxorem, cum totâ terrâ Gaſtinenſis pagi*, &c. *Ingelgerius Comes Andegavenſis*, nepos *Hugonis Ducis Burgundiæ erat, & apud Autiſſiodorum magnos redditus poſſidebat.* Nactus ſcil. qui Petronillam Waſtinenſium Comitis uxorem, Conradi & Adelhaidis *filiam*, Hugonis Ducis *germanam*, Hugonis ejuſdem (ex memoriæ lapſu) *filiam* vocaret, quaſi re confectâ triumphas, nec modô erranti gratularis, ſed errori ejus ſimplici multiplices tuas hallucinationes ſuperinducis, totamque illuſtriſſimæ (quæ Petronillam edidit) gentis ſeriem turbas, Hugonem Caroli magni filium *presbyterum*, totô vitæ tempore cælibem (quem vel ad momentum *Ducem* fuiſſe, vel teruntium *apud Autiſſiodorum poſſediſſe*, nunquam probaveris; imo de quô ne cogitare S. Martini Turonenſis Canonicus jure potuerit) loco non ſuo intrudens Hugonem alium Petronillæ germanum, Roberti vitrici *Ducalibus honoribus ſuffectum*, & poſt Welfum fratrem, S. Germani Autiſiodorenſis Abbatem Herrico referente, audierat, eumque *magnos apud Autiſſiodorum reditus poſſidentem* in mente Turonenſis habebat) non priorem, quem ad Capetinæ gentis invidiam ubique ſomnias; cum reverâ Hugonis Ducis *germana*, Roberti Regis *ſoror* uterina, *Hugonis magni* Robertô Rege & Beatrice nati, ſuoque tempore *S. Martini Turonenſis Abbatis matertera*, ideſt *amita* Petronilla fuerit; Ingelgerius vero Terculfi & Petronillæ ejuſdem *filius*, Hugonis Ducis

[1] male *ſoror* enim fuit.
[2] recte.

Ducis Conradô & Adelhaide nati jure *nepos* (utpotę Petronillâ *germanâ* prognatus) nuncupandus venerit.

In monachi anonymi Majoris monasterii, historiâ veteri Consulum Andegavensium, Odonis Cluniacensis tractatu de reversione corporis non (ut putas) S. Germani, sed *S. Martini* (prout monitus agnovisti) *ab Autisiodorô annô* 887. & *Albertici* verbis à te deflorātis, nihil prorsus (si Odonem inter eos præcipuum audiamus) difficultatis est, *Tertullum* vel potius *Terculfum nobilem duxisse uxorem, Ducis Burgundiæ filiam, nomine Petronillam, quæ* Ingelgerium *filium peperit*, vere (si *Ducis Burgundiæ* mentionem excipias) scripsit Anonymus, quia Roberti *fortis*, qui *Ducatum inter Ligerim & Sequanam* administrandum susceperat, & Adelhaidem Conradi *patris relictam* duxerat, *privigna* fuit, & late sumptô vocabulô *filia. Eô tempore* (quô reversum S. Martini corpus) *virum illustrem Gastinensem Comitem Ingelgerium, Hugonis Burgundiæ Ducis* nepotem, *Lochiæ & Ambasiæ Dominum*, *Andegavensem Consulatum procuravisse* jure scripsit Odo, Odonemque imitatus Albericus, quia ex Hugonis, Conradi & Adelhaidis filii, *germanâ* Petronillâ natus est: nec hinc *Petronillam* Adelhaidis *sororem*, aut Hugonis Carolô magnô nati (qui nullos unquam liberos genuit) *filiam* fuisse (quod errante calamô tibi scribere visum est) sed longe aliud *colligitur*.

p. 21. edit. a. p. 17.

De *Conradô juniore*, qui *Huchertum Teutbergæ Reginæ* germanum, & *Burgundiæ transjuranæ* (non *Ducem* sed invasorem) ex Reginonis mente *Acephalum* annô [1] 864 vel [2] 66 *juxta castrum Vrbam peremit*, Reginonis, Annaliumque Metensium à te laudatorum auctoritate munitus, facile Guillimannô [3] & Belleforestio [4] *Rudolfi Regis Burgundiæ* patrem *fuisse* assentior; moneo tamen in postremi sententiâ castigandum, quod *Robertum magnum*, seu *fortem, Hugonis & Conradi* (quorum revera *vitricus* fuit) *fratrem* fuisse putans, te quodammodo in errorem impulit. Vt Sammarthanos fratres in partes trahas, te *fagacitati* eorum nonnihil deferre professus, eorum sic verba refers, ut *Robertum fortem Conradi minoris fratrem*, *forsan ortum à Dominis Altorffi*, non tamen *omni dubitatione remotâ* credidisse videantur, qui in contrariam partem inclinaverant; at quantum memoriæ tuæ debeant, judicium certius ferent lectores, ubi Latine expressa eorum verba audierint, [5] hæc nim. *Si nupero auctori credamus, fuit* Robertus fortis *Conradi Parisiorum Comitis, ex Dominis Altorffensibus, Welfoque Ravenspergico Comite forsan oriundi, frater, cui Conrado Iudith Ludovici pii Imp. & Francorum Regis uxor secunda soror fuit, fraterque* (lege filius) *Conradus alius Burgundiæ Regum aliquot stirps. Sed id nullâ validâ auctoritate confirmatur.* En quâ literatorum (quorum auctoritate ac nomine tibi abutendum putas) monumenta religione verses, eâ scil. quâ audacissimi interpolatores solent, *quidlibet ex quolibet*, imo *contraria ex contrariis* exculpere certi. Iubes deinceps Clarissimos viros *Robertum fortem* Welfo (quod noluerant) *ortum affirmare*, quô tandem auctore? *Ioanne Besly Pictone, doctrinæ singularis virô*, quem Deus à biennió ad meliorem vitam transtulit: atqui ea tantum ex ejus apud [6] Chesneum verbis habes, *Conradi minoris* ortum ad *Welfum Iudithæ & Conradi* parentem *referri* debere, *patrem vero Rudolphi Burgundiæ Regis fuisse*, quæ omnia etsi verissima sint, nihil ad *Robertum*, cujus *Stemma* investigaturus, vel nihil prorsus affers, vel muros testes citas, vel pro Capetinâ gente loquentium testimonia ob-

[1] Annal. Bertin.
[2] Regino.
[3] Helvet. l. 1. c. 13.
[4] Tom. 1. l. 2. c. 51.
[5] Vind. c. 18.
[6] Tom. 1. Hist. Geneal. lib. 5. c. 2.

latô vitiô adulteras, quocunque te vertas malum malæ causæ actorem confessus. Cum igitur nec ex *Conradi majoris* cum *Adelhaide* matrimoniô susceptum, nec *Conradi minoris* & *Hugonis fratrem* Robertum fortem (*ex adductis Stemmatis* additisque quomodocunque *probationibus*) planum feceris; nos vero *Robertô* Theodeberti filiô & *Aganâ* prognatum, Adelhaidis (quæ Ludovici Pii Imp. & Ermengardis uxoris, non Hugonis ex contubernió nati filia fuit) maritum posteriorem fuisse, evicerimus; eorum posteros omnes *genuinos* Caroli Magni *nepotes* haberi, teque primâ congressione victum, *projectæ in pugnæ signum chirothecæ* non immemorem, sed (velis nolis) pœnitentem, abjectis armis, terga vertere *totoque campô* (quod Capeti Regis hæredibus felix faustumque sit) *excedere* necesse est.

[1] lib. 2 de mirac. S. Bened. c. 1.
[2] Chron. Ivoni perperam tributa.
[3] p. 22.

Sed antequam alium titulum ordiamur, quâ occasione Aimoinus [1] circa annum 1004, [2] Hugo Floriacensis annô circiter 1100, Aimoini continuator annô plus minus 1180, Albericus annô 1240 *Robertum* Fortem *Saxonici generis virum*, Chron. Ms. Thuanæ Bibliothecæ *de Saxonibus* dixerint, inquirendum: tu nos [3] ad Conradum majorem *Saxonicâ* (si Theganum audiamus) *matre* natum, nullô judiciô remittis, cum aliam Conradi *ejusdem Bajoaricâ* stirpe oriundi, aliam Roberti *Francicô*, imo (si Roberti Regis auctoritate 4 standum putemus) *Ausoniô* sanguine creti, familiam fuisse meridianâ luce clarius sit. Alii eruditione celebres, quia totâ Neustriâ (cujus ut & adjacentis Aremoricæ & Belgicæ *littus Saxonicum* dictum est) late dominati sunt ejus Majores, *Madricenses pagi* &c. Comites, *Saxonici* nomen traxisse suspicantur, eoque fine commendatum ipsi Andegavensium Comitatum ab *Odoacre Saxone* Childerico primô regnante subactum, [5] *Otlingam Saxoniam* in Cenomanorum vicinia, quorum Comitem Gauzlenum *Saxoniæ patriæ Marchionem* Chartâ *annô Imperii* 25 cum Christi 838 concurrente data vocavit Ludovicus *Pius*; *Bajocasinos Saxones*, Gregorio Turon. lib. 1. c. 27. & lib. 10. c. 9. notos memorant. Sed quid necesse est nos, quô consiliô apertissime falsa scribere in animum primus omnium (quod sciamus) Aimoinus induxerit, aliisque exemplô præiverit divinare? Cum *Ducatus inter Ligerim & Sequanam* annô demum 861, post Lamberti cædem Roberto *Forti* commissus sit, nec ante Coloniarum à *Saxonibus* per Neustriam quomodocunque ductarum curam totius provinciæ præfectus susceperit, *Saxonicum* ex eô quod nonnisi septenniô ante obitum contigit, (quô tempore Ludovicus Caroli Regis filius, *Andegavensem*, alii alios Comitatus possidebant) nuncupatum parum verisimile est; quanto minus Aimoino *Saxonici generis virum*, quod *Saxonicæ* originis hominibus, nonnisi à congeneribus (si Deo placet) regendis præesset inscribere licuerit? sed nec sic proprie *Saxonicus* fuerit, cui non *Saxonum* Neustriæ incolarum, sed *Neustricorum* omnium undecunque oriundi fuerint præfectura obvenerit.

[4] Helgald. in ejus vita.
[5] Greg. Turn. lib. 2. c. 18. 19.

Si quis in re nihili (ne suus Aimoini somnio color desit) conjecturis locus esse debeat, forte Theodebertus Madricensis Comes Witikindi annô 785 ad fidem conversi filiam aut sororem duxerit, * ex quâ Robertum Aganæ maritum, *fortis* parentem *Saxonici generis* (per matrem cujus nomen ignoramus omnes) *virum* susciperet, nec enim Nebelungum Theodeberti parentem aut Childebrandum avum (quo tempore alieni à fide *Saxones* erant) *Saxonis* matrimonium, ex quô *Saxonici* deinceps *viri* Aimoino pullulascerent,

* Childebrandum Roberti Hasbanii, Nibelungum Hugonis Turonici affines fuisse credideris, & ex inde Robertorum & Hugonum nomina in familiam Childebrandicam invecta.

rent, expetiisse credibile est: vel forte (quod probabile admodum videtur) ex eô quod in Iacobi Genuensis Anachoretæ vitâ occurrebat, Robertum *fortis* patrem, *Saxiaci vici & circumjacentis regionis Dominum* fuisse (cum *Saxiacum* nonnisi à *Saxonibus* denominationem suam sortitum videretur) nescio quos *Saxonici generis*, in ipsô fere Biturigum meditulliô, *viros*, sibi procudendos putavit, de posteritatis judiciô securus Aimoinus; si qua meliora habes (erudite lector) *candidus imperti*; *si non, his utere mecum*. Quod ad Chifletium attinet, qui Robertum nobis (Aimoini exemplô) ex *Francô* in *Saxonem* transmutaverat; Roberti posteros (quæ ejus in Capetinam gentem benevolentiæ constantia est) pro Hugonis de Cleriis, [1] Fulconis Hierosolymitani somnia venditantis libidine, ex *Saxonibus* in *Burgundiones* transire jubet, non tamen ut *Saxonici* generis esse absolute desinant, aut ita *Burgundiones habeantur*, *quia longa serie Burgundiæ Ducatum possederant* (quod adversus Glabrum in nobilissimam omnium familiam [2] ab eodem subornatum notandum) ut *Francî* rursus (quia Francici *Imperii* Monarchæ à sæculis fere septem evaserunt) fieri non desperent. Ipsis (vel per infestissimum adversarium) quod ab initiô fuerant, esse licuerit: tantisperdum tot mutationum orbis fiat, Adelhaidis tantorum Regum fontis liberos universos ac nepotes, tabellâ subditâ ad perpetuam memoriam complectemur.

[1] p. 23.

[2] sup. tit. 1.



APPENDICES ad Vindiciarum Caput I.

I. *An solus Martellus Pippino & Alpaide parentibus editus sit.*

VIx fidem apud credulos inveniam, si (quod res est) Chiffletium, *lumina, faculas, lampadas* indesinenter crepantem, non *ex fumo dare lucem*, sed *vana in tenebris incendia* vomere dixero; certius tamen nihil esse potest; qui in delineando Austriacæ gentis stemmate, fabulosos, nulli veterum notos novem gradus, è somniatorum nuperorum mantissâ depromere ausus fuerat, & Hispaniarum Reges Austriacorum Principum majores, illegitimis, non uni aut alteri, sed ad minimum x, natales suos debere (salvo pudore) inficiari nequaquam poterat, nullamque sibi jam publici probri fugam superesse noverat, *faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) evomit, involvitque domum caligine cæcâ, prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro fumiferam noctem commistis igne tenebris.* Quis veri studiosus animus ferre, aut sibi temperare possit, quominus Francici ostri deturpatorem, in nodum complexus corripiat, seque per medios illos, quos vibrare videtur, ignes (cœlo, quæ malè commentus est, ostensurus) præcipitem saltu jaciat?

[1] Lampad. à p. 1. ad 6.

De tribus prioribus [1] Carolinæ familiæ gradibus controversia nulla cum sit, iisdem demonstrandis supervacuam adversarius operam posuit; Arnulfô nim. & Dodâ editum Ansigisum, Pippinum ex Beggâ, Pippinum ex Plectrude Drogonem & Grimoaldum Theodonaldi parentem, ex superductâ Alpaide, (quam *Alpheidem* Fredegarius, *Calpiadem* Monachus Egolismensis, *Alpagedem* Moissiacense Chronicum, *Alberdam* Petrus *Bibliothecarius*, *Alheidem* Annales Fuldenses, *Adelheidem* Marianus, *Alpiadem* Sigebertus, *Alpadem* genealogia S. Arnulfi, suo quique modô, vocant) Carolum *Martellum* male in genealogiâ illâ inscriptum *Regem* suscepisse in confessô est. An verô solum? ne temere asseverare videatur Chiffletius, Fredegarium velut obtortô collô in jus trahit, ac (ne quod reverâ sensit ex ipsô sentiamus)

[2] cap. 103.

his ejus verbis [2] nos oppugnat, *Pippinus aliam duxit uxorem nobilem & elegantem, nomine Alpheidam, ex quâ genuit filium, vocavitque nomen ejus linguâ propriâ* Carolum, *crevitque puer elegans, atque egregius effectus est*; Quid hinc in rem tuam, mi homo? an Pippinô & Alpaide progenitum, Caroli Hasbaniensis abavi nomine insignitum, *elegantem* à puerô, ac procedente tempore *egregium effectum* Martellum negamus? *hæc* (inquis) *Fredegarii verba sunt in historiæ suæ* prologô, *Acta Regum, & bella gentium quæ gesserunt, legendo simul & audiendo, etiam & videndo cuncta, quæ certificatus cognovi, hujus libelli volumine scribere non silui, sed & curiosissime quantum*

[3] Lamp. p. 7.

potui inserere studui. Quærerem rursum, quorsum hæc? nisi adderes, [3] *Ille ergo perquam accurate Pippini Herstallii ex utraque conjuge natos enumeravit*; ego vero, quod contendis, ex laudatis à te verbis sequi (vel temet judice fretus) negare, tuumque (velim nolim) acumen requirere cogor Chiffleti: dic sodes, an qui *Acta Regum & bella gentium* partim *visa*, partim *audita* memoriæ mandavit, & *curiosissime libelli* sui *volumini inserere studuit*, quæcunque Pippino Herstallio privatim evenerant, eadem curâ (ne nos lateremt) scriptis

scriptis consignare necesse habuit? obtinueris sane, si Plectrudis & Alpaidis parturitiones ad unam omnes, Pippinique à priore divertere ausi domestica jurgia, *acta Regum, bella gentium, gesta Francorum* quæ *diligentissime* Fredegarius Childebrandi jussu scribenda susceperat, fuisse docere nos possis; si (quod in apertô est) non possis, *ἀυτλοφωνίας* tuæ nebulas acutum cernentibus obtendere (ne cum ratione insanire adversus rationem videare) desine: errore pari addis, *è Pippini* natorum *numerô si fuisset Childebrandus, haud dubie præclaros ejus à Pippino* eodem *natales non omisisset Historicus, qui ejus jussu* gesta Francorum diligentissime scribebat, *uti legitur ad finem Chronici in Ms. codice Alexandri Petavii Senatoris Parisiensis.* cum enim te *ἀυτγκλωσμε κλώθειν* jam evicerimus, potuit *gesta Francorum diligentissime scribere*, & *præclaros Childebrandi à Pippino natales*, qui à *gestis* illis alieni erant, *omittere* Fredegarius; *non* tamen (quod perperam putas) *omisit*, quandoquidem Childebrandum *Caroli germanum* bis professus, eodem patre prognatum & censuit & censere nos (imo teipsum) jussit.

Pergis: *Accedit aliud Chronicon vetus ex Codice MS. Ioannis Tillii.* Hic Pipinus de Plectrude uxore habuit filios duos, Drocum & Grimoaldum; de aliâ uxore habuit Carolum primum. *Addo Gesta Regum Francorum & Moissiacense Chronicum:* Erat autem Pipino uxor, nobilissima & sapientissima nomine Plectrudis: ex ipsa genuit filios duos: nomen majoris Drogo; nomen minoris Grimoaldus. Habebatque Pipinus præfatus Princeps filium ex alia uxore Alpagede nomine Carolum; virum elegantem, egregium atque utilem. *Consentit Genealogia S. Arnulfi Metensis scripta anno* 1108, *hoc est sub Ludovico* VI *Rege Capetinô*; Anchisus genuit Pipinum Majorem Domûs ex Beggâ sorore S. Gertrudis de Nivellâ. Hic genuit Grimoaldum, Drogonem, Duces; & Carolum Regem Martellum dictum, ex Alpade sorore Dodonis, qui S. Lambertum Episcopum Leodiensem martyrizavit.

Moneo 1. Gesta Francorum *Alpagedis* nomen non edidisse. 2. Gencalogiam S. Arnulfi à Chesneo Tomo 2 pag. 642 editam (cum Matthæi Lotharingiæ Ducis annô 1228 Theobaldo germano suffecti meminerit) sub Ludovico IX ex necessitate scriptam fuisse. 3. ordinem filiorum Plectrude natorum invertendo Chronico Tiliano, Gestis Francorum & Moissiacensi Chronico repugnare. 4. aliis multis mendis scatere. 5. universos 1 cum *taceant, non utique fateri, sed tamen verum esse eos*, quod asserimus, *non negare*; eadem fere ratione vitæ S. Matthildis auctor anonymus, *quibus* Ottoni & Hactwic *duo gignebantur filii*, &c. *major natu vocabatur Tanemarus, & alter Henricus*, atqui tertium Ludolfum memorat Witikindus libro primo; unius ex Adelhaide ab Ottone *Magno* susceptι Ottonis meminit lib. 2. Ditmarus, cum tamen alios duos Henricum & Brunonem præcessisse noret lib. 2. Witikindus, *Robertum* Regem *Hugonem & Henricum genuisse* refert, Chronicon breve Tilianum Tom. 3. Franc. script. pag. 357. Odone cujus expressam mentionem Bibliothecæ Thuanæ Chron. à S. Martini Turonensis Monacho scriptum cum aliis habet omisso. Sexcenta similia omissionum exempla occurrunt. 6. Eorum testimoniis cum manca sint, stare nos nec posse, nec debere; nam primum 2 ex Brabantinorum sententia *Plectrudis Pipino peperit non duos*, sed *tres filios Drogonem scilicet Campien-*

1 Reg. jus. 142.

2 Magn. Chron. Belg.

sem,

sem, & Grimoaldum qui martyrizatus Leodii, & ibidem apud S. Iacobum in altari cryptæ humatus, & S. Silvinum qui Ciniaci in Ecclesia S. Petri quiescit: 2 Childebrandum Martelli *germanum* diserte vocat Fredegarius; nec dissentit *MS. Codex Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellensis*, ex quô Carolum Martellum & Childebrandum Pipini secundi filios, Drogonis & Grimoaldi fratres fuisse eruit, & Chesnei nostri *in Burgundiâ suæ lib. 2. c. 1.* sententiam probavit ante annos 19 [1] Miræus. Cum igitur *mutos*, quique nihil quod tuam causam vel tantillum juvet pronuntient, testes producas, frustra, quod necesse fuerat loquentibus nostris os occludere paras.

[1] Notit. Eccles. Belg. p.2c.p.30,31.

Instas tamen obfirmatô magis ac magis animô, novum scilicet inconsultæ temeritatis exemplum editurus; *præterea ex tribus filiis Pippini Herstallii jam recensitis, Drogo* [2] *diem obiit anno* 708, *Grimoaldus autem Aprili mense anni* 714, *quô eodem annô mense Decembri excessit è vitâ Pippinus parens, cui* Carolus *Martellus, tertius ordine filius, superfuit solus.* At *quartum* non *tertium* fuisse jam te Brabantini monuerunt; *solum* vero *superfuisse*, nullâ veterum auctoritate (quidquid in contrarium obtendas) munitus asseveras: ne tibi aliisque ulterius imponas testimonia à te citata mecum expende. Fredegarius in Childebrandi Chronicô, *sequenti quoque tempore idem Pippinus Dux ægrotans mortuus est, rexitque populum Francorum annos* XXVII, *reliquit superstitem* Carolum *filium.* Auctor vitæ Pippini Landensis de Herstallio, *Is Pippinus aliis ante se præcedentibus filiis, Karolum superstitem non solum dignitatis suæ hæredem, sed & virtutis reliquit.* Annales Francorum Metenses fuse & perspicue: *Annô ab incarn. Dom.* 708. *Drogo filius Pippini primogenitus defunctus est. Anno* 714. *ægrotante Pippino in Iopilâ villâpublicâ, quæ sita est super flavium Mosam, cum ad visitandum eum Grimoaldus filius ejus properaret, & ad orationem in Basilicâ S. Lamberti martyris processisset, & diutius in oratione pronus persisteret, à nequissimô virô nomine Rangariô gladiô percussus occubuit. Pippinus vero Princeps de infirmitate convalescens, omnes qui in illô consiliô fuerant justâ ultione interemit; in locumque Grimoaldi, filium ejus parvulum ex concubinâ natum nomine Theobaldum, Majorem domûs cum Dagobertô Rege constituit. Eodem quoque anno* (714) *Pipinus Princeps iterum molestiâ corporali correptus, circumsitus gentibus Francorum dominationi subactis, in pace obiit* 17 *Kal. Ianuarii. Rexit autem populum Francorum annis* 27 *& mensibus* 6, *reliquitque superstitem filium nomine Karolum:* poteris (si lubet) alios qui idipsum doceant allegare. Regino ad annum 632 *Pippino vitâ exemptô, ejus filius Carolus in Principatu successit.* Hermannus ad 715 *Pippinus Major domûs obiit, pro quo Carolus.* Lambertus ad 714 *Mortuus est Pipinus Major domûs, cui successit Carolus Martellus filius ejus.* Sigebertus ad 714. *Pipinus princeps obiit & filium suum ex Alpiade Carolum Tuditem sive Martellum cognomentô principatus sui hæredem reliquit.* Carolus *Pippini filium aliis* præmortuis patri *superstitem*, paterni *principatus dignitatis & virtutis hæredem* (quod spontanei recum fatemur) fuisse ex universis audio; universos Pippini *filios* (exceptô Carolô) præmortuos, Carolum *solum* ipsi *superstitem* fuisse, (quod in quæstione fuerat) à nemine audio; hæc tu solus comminisci potuisti, qui Pippinos geminos avum & nepotem Landensem, [3] à *Landen in Brabantiâ ubi* prior Ittæ maritus, & *mansit, & primo sepultus est*; & Herstallium [4] (ab *Herstallô castro ad Mosam prope Leodium in quo natus & educatus* ejus nepos *Martelli*

[2] *in vernali tempore.* Tom.3. Scrip. Franc. p.127.

[3] Magn. Chron. Belg. ex Dinter.

[4] Vindic. Hispan. c. 9. p.137. vel 86.

telli parens) in unum compingere, hunc *Pippinum Landensem de Herstallio* vocare non dubitas, perinde ac si te *Vesuntionensem de Bruxellâ*, quam nunc incolis, inscriberes.

Sed felicius forte Pippino parenti Martellum *solum superfuisse* ex sequentibus Annalium Metensium verbis probabis; *defuncto autem Pippino, maxima conturbatio orta est in gente Francorum; nam majores natu filii ejus, Drogo & Grimoaldus, ipso* vivente vita discesserant. *Theobaldus vero Grimoaldi ex concubinâ filius, adhuc puer erat; qui etsi Patri in Principatu successerat, minime tamen tantum Regnum digne gubernare prævalebat. Karolus vero, quem* solum *Pater* dignum *hæredem tantæ potestatis*, superstitem reliquerat, *novercales insidias graviter tolerabat:* Imo in unum Childebrandi (ex Pippinianâ familiâ si te audiamus, exterminandi) caput collimans; tantopere aberras, ut vix ejusdem, quem petis, calcaneum stridore tuo perstringas. Post elatum Drogonis, Grimoaldi, & Silvini ex Plectrude susceptorum funus, omnis in Carolum Alpaide natum Herstallia domus, non quod nepotibus careret Pippinus, qui Arnulfum, & Godefridum Duces à semet salutatos cum Hugone Clerico & Pippino Drogone natos sub oculis habuerat moriens, & Theodoaldum (puerum licet & nothum) Grimoaldo patri suffecerat; sed quod illi, Carolo filio jam marito & bellica laude claro remotiores, & rebus gerendis minus pares essent) inclinata ex necessitate recumbebat: hinc enim factum ut Plectrudis novercali odiô in Carolum (à quo solo sibi suisque timebat) furens, tamque de se quam de nepotibus anxia; simulac *Pippinum defunctum sensit, cum nepotibus suis, vel Rege* (Dagobertô) *cuncta gubernare* exorsa, *Carolum captum sub custodia* (ne clavum invaderet) *tenere* conata sit, prout coætaneus libelli *Gesta Francorum* inscripti anonymus auctor c. 51 notavit; De Childebrandô secundogenito, qui Carolo *germano* primas, velut quodam naturæ ductu, concederet, ac forte regimini necdum idoneus esset, cur animo angeretur nulla causa fuit; nec mirum si Fredegarius, quique vestigiis ejus institerunt, ubi de subrogandô Pippino summæ dignitatis hærede egerunt, Caroli unius mentionem habuerint: quandoquidem *solus* (quod Annales Metenses volunt) & erat, & ab universis habebatur, *dignus*, qui paterno oneri succederet; etsi nec *solus* Patri ex Alpaide natus, nec *solus ex fratribus eidem superstes* (quæ tibi, ni vehementer fallor, stertenti in mentem primum venerunt) esset; tene Chiffleti, ex Sequanis universis *solum* genio (ut Hispanis servias) indulgere crediderit, quisquis te *solum* Vindicias Hispanicas scribere *dignum* dixerit? ipse tu judica. Ne vero, si internos oculos comprimere, diemque (eô potissimum nomine, quod se sponte ingerat, invisum) expellere amas, melius affecto cuiquam supercilium tuum fraudi sit; En totius Pippinianæ familiæ, quod te animô styloque indignis modis abuti fidem faciat, stemma.

Pippiniana Familiæ ſtatus.

Carolus Hasbanienſis.

Carolomannus Dux Ermenbergæ alias Ermentrudis maritus.

Amalberga N. Hannon. uxor.

Pippinus Dux *Landenſis* dictus Ictæ Modoaldi Trevirenſis germanæ; quam Annal. Metenſes *Iubergam* vocant maritus A. D. 647 denatus.

Walbertus Bertiliæ maritus.

Amelberga Wicgeri uxor.

Grimoaldus Major domus A. D. 655 denatus.

Begga Anſigiſi Arnulfo Metenſium Epiſcopo & Doda nati uxor A. D. 698 denata.

Gertrudis Nivellenſis monaſterii Abbatiſſa A. D. 664 Mart. 17. fer. 1. denata.

Waldetrudis Vincentii Scoti antea Maldegarii dicti uxor.

Aldegundis Abbat. Malbodienſis A. D. 667 Ianu. 30. feria 7 denata.

Ansbertus Camerac. Epiſcopus.

Pharaildis.

Crem-elindis.

Reinhildis.

Gudula.

Childebertus à patre ad regnum evectus.

Pippinus Major Domus *Herſtallius* dictus, Plectrudis, ac exinde Alpaidis maritus A. D. 714 Decembris 16 denatus.

Wilfetrudis poſt Gertrudem materteram Abbatiſſa.

Landricus Epiſcopus.

Aldetrudis.

Madelberga.

N. Chriſtiani Comitis uxor. Amelbergæ mater.

1 *nuptiis.*

Drogo Campaniæ Dux A. D. 708 *vernali in tempore denatus.* Adelrudis Waratone & Anſfredo natæ maritus circa A. D. 691 Annal. Metenſes Drogonis uxorem *Auſtradem*, ejus matrem *Anſfledem* Geſta Franc. & Fredegarius vocant.

Grimoaldus Major Theudeſindis Radbodo Friſion. Ducis maritus A. D. 714 April. necatus.

Silvinus.

Carolus Martellus Major, anno circiter 686 natus à Begga avia educatus.

2 *nuptiis.*

Ruotrudis A. D. 715 denatæ ac exinde Suanichildis maritus A. D. 741 Octob. 22 denatus, 22 denarus.

Childebrandus Dux poſt A.D. 750 denatus.

Arnulfus Burgund. Dux A. D. 723 denatus.

Hugo Eccleſiæ Metenſis primicerius.

Godefridus.

Pippinus.

Theodoaldus Major ex contubernio natus A.D. 741 cæſus.

Carolomannus ex Majore Domus Caſſinenſis monachus A. D. 755 denatus anno circiter 712 natus.

Pippinus Rex Bertæ maritus A.D. 768 ætatis 54 Septemb. 14 denatus.

Bernardus Comes.

1 *nupt.*

Comes.

Hieronymus Comes.

Theodora Abbat.

Aldana Theoderici.

Landrada Sigiramni.

Hiltrudis Odilonis uxor A. D. 744 denata.

2 *nupt.*

Griſo A.D. 753 cæſus.

Remigius A.D. 755 Rotom. Archiep. ex contubernio natus.

Nebelungus Comes quē Rotberti Hasbanienſis generum fuiſſe ſuſpicor.

Hugo Bertæ Wicberto natæ maritus.

Drogo.

Drogo & alii tonſi A.D. 752.

Carolus Magnus Imp.

Carolomannus Rex.

Adelhardus Abbas.

Walach nanus Abbas.

Berrius.

Gundrada Monial.

Theodrada Abbat.

Otwinus Comes.

Fulradus Abbas.

Fucoinus Epiſcopus Tarnuenſis.

Theodebertus Matric. Comes.

Theobaldus Matiſcon. Comes.

Cum

Cum primogenitos post natis, patruos fratrum posteris (quandocunque cernenda paterna hæreditas erat) antestare debere, vetusto gentis nostræ more cautum sit, Pippini Herstallii Principatum sibi vindicandi (posthabitis Drogonis & Grimoaldi liberis, *germano*que natu minore Childebrando) jus penes unum Carolum fuit, quo, superstitibus Drogone, Grimoaldo & Silvino germanis, perinde catuisset, ac Childebrandus natu inter fratres minimus caruit, *solus* igitur (ex natalium prærogativâ, & spiritus heroïci præstantiâ) inter Pippini parentis posteros, fratrem scilicet, ac nepotes, *paternæ potestatis dignus hæres*, non *solus superstes* fuit, aut cuiquam visus est, nisi forte tibi uni, qui ex prætermissis (non *dolose*, sed bonâ fide, quia eas referre non intererat) à Bochetô nostrô *posterioribus* Annalium Metensium *periodis*, *relictum à Pipino solum ex filiis Carolum superstitem constare Childebrandum absque dubiô Pipini filium non fuisse*; *nullum prisci ævi scriptorem inter Pipini Herstallii filios Childebrandum censuisse*, tam falso, quam fidenter laudati à temet dicti immemor, pronuncias: Idipsum (ne te deinceps fugiat) reponam [1] *Ergo exploranda est veritas multum prius Quam fulta prave judicet sententia.*

[1] Phædrus lib. 3. c. 49. *Phædrus* scribendum fuit.

Erit autem totius primæ tuæ adversus Childebrandum Ducem velitationis hæc summa. ut cum Fredegarii aliorumque veterum sive obliviones, sive *reticentias*, sive *omissiones*, eorum quæ ad palatum tuum non faciunt, totidem *negationes* esse velis; ego (ratione, experimentis, & antiquorum aliorum testimoniis stipatus) nolim, an ex vero? Attende si placet, Fredegarius & alii complures, Pippinum [2] *ex* Plichtrude *filios duos genuisse* memorant; Brabantini tui ex vetustis monumentis *Silvinum tertium* eruunt. [3] 2. Fredegarius idem nec solus, Pippinum *ex* Alpheide filium Carolum genuisse; *superstitem Carolum filium* (quasi alius nullus ex Alpheide natus sit, aut patri superfuerit) *reliquisse* scribit: at ipsemet alium Pippinô natum *Caroli germanum* Childebrandum fuisse asseverat. [4] 3. Idem *Plichtrudem matronam* (post Pippini mariti dormitionem) *suo* [5] *consiliô atque regimine cuncta egisse*, (quasi ad clavum una sederit) refert: cum tamen Moissiacense Chronicon eam *cum nepote suô Theodoaldo*, Gesta Francorum [6] Fredegariô priora, à Moissiacensi scriptore defloratà, *cum nepotibus cuncta sub discretô regimine gubernavisse* moneant. 4. Idem [7] Carolum Martellum *filiis suis regna divisisse*, *primogenito Carolomanno nomine*, *Auster*, &c. *alteri vero Pippino nomine Burgundiam*, &c. *permisisse*. Annales Metenses ad A. D. 735. Hunaldum sibi (Martello) *& filiis suis*, *Pippino & Carlomanno fidem promisisse* A. D. 741. *principatum suum inter filios æquâ lance divisisse primogenito suo Carlomanno*, *Austriam*, &c. *filio vero juniori Neustriam concessisse* Genealogia ex veteri Codice Serenissimi Britanniarum Regis deprompta, & libellus de Majoribus domus *principatum obtinuisse*, *filios ejus Karlomannum & Pippinum fratres* Chronica Tilii à temet laudata. *Carolum supradictum*, *genuisse Carlomannum & Pippinum.* Chronicon Hildensheimense, *post Carolum Martellum duos liberos ejus regnasse* notant; quantumvis plures *duobus* ex Rothrude Carolo Martello Carlomannum nimirum Pippinum, Bernardum, Hieronymum natos constet, & unius Hiltrudis eorum omnium sororis meminit Fredegarius, tu [8] tamen Landradam alterum sororem agnoscis; tertiam Aldanam Theoderici Comitis uxorem ad 5 Kal. Iunii addit

[2] c. 100.
[3] c. 105.
[4] c. 104.
[5] c. 105.
[6] c. 49.
[7] c. 110.
[8] lumine 14 geneal.

addit Martyrologium Gellonense, de cujus fide ipse dubitare non potes, qui [1] Theodericum Caroli *Regis propinquum* ideſt *amitinum*, Bernardum nepotem *de ſtirpe regali* fuiſſe audis. 6 Fredegario [2] *Carolomannum regnum una cum filiò ſuò Drogone manibus germani ſui Pippini commiſiſſe* ſcribente, unigenitus videri poterat Drogo, at ex pervetuſtis Annalibus [3] non unius Drogonis, ſed duorum ad minimum parentem Carolomannum cujus annò Domini 793. *filii tonſi ſint*, fuiſſe diſcimus. 7 Veteres [4] Annales Petaviani, & Caniſiani, vita Caroli ab incertô, & monachô Ecoliſmenſi ſcripta, Eginhardus, Poeta Saxonicus, aliique fere omnes unum Theodonem annô 788 cum Taſſilone parente deditionem feciſſe volunt, Annales [5] è contra S. Nazarii à Marquardo Frehero editi, *duos* Deſſilonis *filios his nominibus Theoto & Theotbertus tonſuratos atque exiliatos fuiſſe* referunt. 8. Eginhardus [6] Annalium initiô Rhuotrudis & Suanihildis liberos univerſos in ſpeciem complexus, *Carolum Majorem domus tres filios hæredes* (*Carolomannum ſcilicet Pipinum, & Griſonem*; *quorum Griſo, qui cæteris minor erat, matrem habuit Suanihildem*) *reliquiſſe* notat: Annales vero veteres, ut & vita Caroli utraque, Bernardum Caroli Magni *avunculum* vocant, imo Eginhardus ipſemet *patruum* [7] nuncupans Pippini germanum fuiſſe, nonnullaque comperta vel optimis aliquando excidiſſe evincit: ut finem faciam, eodem Annalium Metenſium collector ſenſu ad annum 714 Carolum *ſolum* à Pippinô patre *dignum hæredem poteſtatis ſuperſtitem relictum* dixerat, quô ad annum 880 Arnulfum *ſolum de tam numeroſa Regum poſteritate idoneum inventum, qui Imperii Francorum ſceptra ſuſciperet*, Reginonis exemplô ſcripſit; quô enim modô ex Pippino editis *ſolus* Carolus *ſuperſtes* non fuit, cum Childebrandus *germanus*, Arnulfus, Hugo, Godefridus & Pippinus, Drogone itidem germano nati, cum Theodoaldo Grimoaldi filio naturali in vivis eſſent: ſed *ſolus* inter ſuperſtites *dignus* habitus eſt, qui *poteſtate* paternâ fungeretur; eodem Arnulfus non *ſolus* ex Caroli Magni poſteris anno 888 *vixit*, quandoquidem hoc ipſo tempore Carolus *Simplex* Ludovici *Balbi* filius, Bernardus, Heribertus & Pippinus, Bernardi Italiæ Regis nepotes, Bernardus Caroli *Craſſi* filius naturalis, Zuentiboldus & Ratholdus Arnulfo ex contuberniô nati cœlô vitaque fruebantur; ſed *ſolus idoneus inventus* eſt, qui Carolo *Craſſo* patruo naturali ſuccederet. Quid clarius? ſit itaque quæſtionis, [8] ex Paulo Diacono ætate ſuppari finis. *hic* (Pippinus) *& alios filios habuit, ſed ex his Carolus præcipuus extitit, qui ei in principatu ſucceſſit.*

[1] Eginhard ad A. D. 782. Thegan. [2] c. 110.
[3] Tom. 2. ſcript. Franc. p. 7.
[4] p. 23. 31. & 76. 77. 98. 151. 245.
[5] p. 233.
[6] p. 28. 52. 71.
[7] p. 138.
[8] Hiſt. Langob. lib. 6. c. 37.

II. *An Carolus Martellus & Childebrandus diverſis patribus prognati ſint.*

DE Fredegarii verbis ut nobis conſtet, ea ob oculos ponere ante omnia neceſſe eſt, *vir* (inquit) [9] *egregius Carolus Dux* germanum ſuum *virum induſtrium, Childebrandum Ducem, cum reliquis Ducibus & Comitibus, illic partibus cum apparatu hoſtili dirigit*; & paulo poſt,[10] *Denuo curriculô anni illius menſe ſecundo prædictum germanum ſuum, cum pluribus Ducibus atque Comitibus, commotô exercitu, partibus Provinciæ dirigit.* Hæc ille, ex quibus ipſaque rationis luce habemus, [11] 1. de Childebrando nihil ante A. D. 731 à Pippini morte 17, quô Sarracenis Mauronti Ducis ſcelere tradita, à Carolô *Martellô* Avenio obſeſſa eſt, auditum fuiſſe. 2. Eum ſi poſt Pippini dormitionem natus eſſet, Imperatorio muneri anno 731 exequendo minus idôneum

[9] c. 139 A.D. 731.
[10] A. D. 738 April.
[11] Annal. Fuld.

neum (utpote nondum virum) futurum fuisse. 3. Cum longe post Carolum fratrem, nec nisi sub eô bella gesserit, imo ultra annum 750 (in quem conscriptum ejus jussu à Fredegario Chronicon desinit) vitam produxerit, natu ex necessitate minorem fuisse. 4. Idipsum quod de Alpaide communi Caroli & Childebrandi parente *monasticen* (ante elatum Pippini funus) *coluisse*, nec alii nupsisse, aut nubere potuisse laudatus à te Bartholomæus Fisen refert, post Pippini mortem nequaquam natum Childebrandum exigere. 5. Cum nemo antequam à Pippino superduceretur, vel alii nuptam vel viduam fuisse scripserit, Childebrandumque nonnisi post Carolum pepererit, utrumque Pippino non alii natales suos debere.

His quæ convellere nequeas, causæ Childebrandinæ fundamentis jactis, te fere semper extra aleas vagantem, quæ nemo negat multis probantem, quæ in quæstione sunt vix attrectare ausum, καὶ πόδας sequi non pigebit.

CHIFFL. *Festus Pompejus:* Germen est, quod ex arborum surculis nascitur; unde & germani, quasi eadem stirpe geniti: *Glossæ meæ veteres membraneæ*; Germen initium floris. Germina, semina. Pullulat, germinat, nascitur, oritur. *Hinc* germinare *à plantis ad homines translatum, pro* generare, *&* producere *usurpant Regino Prumiensis,* [1] *& Annales Metenses, ubi de populosa Germaniâ:* multæ quoque ex eâ, pro eô quod tantos mortales *germinet*, quantos alere vix sufficit, frequenter gentes egressæ sunt. *Germaniam ideirco vocat Solinus,* [2] divitem virorum terram, frequentem populis numerosis & immanibus. *Addit S. Isidorus* [3]; Unde & propter fœcunditatem gignendorum populorum *Germania* dicta est. *Eadem metaphorâ* germen, *quasi* genimen *aut* generamen, *pro semine & stirpe ab ævi medii Scriptoribus plereque acceptum.* [4] *Regino de S. Arnulpho Metensi*, De cujus sanctô *germine* Germanorum Francorum prosapia pullulaverat. *Rothaidis filia Pippini Regis in suô sepulchrali elogiô*, quæ genus excelsô nimium de *germine* duco. *Saxonicus poëta de Principibus, à quibus Carolus Magnus ortum ducebat.* [5] Unum commemorem tantô de *germine* Patrem, Quem sancta Christi prædicat Ecclesia; *Arnulphum scilicet. Idem Vates de Rhuotrude Caroli Magni filiâ, Constantino* VII *Imperatori Orientis desponsatâ annô* 781. Inclyta Constantinopolis de *germine* nostri Optabat Karoli nobilior fieri. *Eodem intellectu* [6] *Albericus Guillelmum S. Benigni Divionensis Abbatem* altô satis *germine* & nobili prosapiâ oriundum *scribit. Sic etiam ille* [7] *de Henrico* III *Imperatore*, in eo dignitas Imperialis, quæ per longum tempus, à *semine Karoli* exulaverat, ad generosum & antiquum *germen* Caroli reducta est; *per matrem scilicet Giselam, quam* [8] *Otho Frisingensis* oriundam, *tradit* de antiquô & glorioso *sanguine* Carolorum.

[1] ad A. D. 889.
[2] c. 25.
[3] lib. 14. c. 4.
[4] A. D. 880.
[5] lib. 5.
[6] lib. 6. c. 28.
[7] ad A. D. 1040.

82. Universa hæc sive admittenda, sive exsufflanda judicem, Childebrandi nostri natalibus nihil vel accedit, vel decedit, nec enim de vocabuli *germen* vi & notione, sed de solâ voce *germanus* contendimus; non tamen te quid in verbosâ tuâ farragine desiderandum videatur, celabo. 1. parum idoneos Latinitatis Magistros è novi sæculi jam præcipitis fæcibus Reginonem, quem post annum 900 Chronicon suum scripsisse; & Annalium Metensium consarcinatorem quem Reginonem defloraſſe constat arcessis. 2. eos nihil quod in rem tuam sit literis mandasse. 3. de vocis *Germaniæ* origine nihil pronunciasse. 4. Solinum Melæ imitatorem, Germaniam,

quod *dives virorum* esset, *Germaniam* dictam non docuisse. 5. Isidorum qui *propter fœcunditatem gignendorum populorum Germaniam dictam* sensit, vel hoc nomine falsum fuisse, quod non à Romanis, sed à Gallis antequam Latini sermonis ullus inter eos usus esset *Germania* nomen sortita sit. 6. Alberico ex errore *dignitatem Imperialem per longum tempus à femine Karoli exulasse*, asseveranti, fidem te nullam debuisse, nunquam enim, (nisi forte Widonis quinquennale Imperium à tua sententiâ discedentes excipiamus) reverâ *à Carolino sanguine exulavit Imperialis dignitas*, cum Lambertus Engeltrude Ludovici Pii nepte prognatus, Ludovicus *Cæcus* Ludovici II per Ermengardim parentem nepos: Berengarius I Ludovici Pii per Gislam matrem nepos; Otto I. Otto II. Otto III. Henricus II Conradus Salicus, Henrici *Aucupis* à Carolo Magno per matrem (quod ex Ditmaro, & Adelboldo discere debueras) oriundi, posteri, ordine *Imperium* tenuerint: nihil itaque lucis, quâ Conradus maritus careret, sibi jure vindicare potuit Gisla, quam *de antiquo & glorioso Carolorum sanguine ortam* Othoni Frisingensi ejusdem abnepoti sponte assentior.

CHIFFL. *Advertendum deinde duplicem esse fraternitatem propriam scilicet ex naturali propinquitate; & impropriam ex amicitiâ & studio. De ipsâ*

[1] Declam. 321. *Quinctilianus*; [1] Certe quoties blandiri volumus, his, qui esse amici videntur; nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, ut fratres vocemus.

[2] Homil. 4. Apost. [2] *Eucherius similiter*, fratres, sorores, patres & matres, uxores & filii dicuntur, non naturâ, sed officio & affectione; quos enim diligimus, his nominibus vocare solemus. *Sic Edui, Batavi, Arverni, quia amici, fraternitatis nomen cum populo Romano usurparunt.*

Altera fraternitas propria, & quæ oritur ex necessitudine sanguinis, vel latiore sumitur significatu, vel stricto; latiore usurpatur in Divinis Scripturis, in quibus fratrum *nomine* cognati *sæpe intelliguntur. Exempli causa D. Paulus*

[3] Baron. ap. par. n. 41. Tyrinus lib. 4 Chron. facri. Iacobum Alphæi *vocat* fratrem Domini, [3] *qui vere Christi consobrinus erat in secundo gradu; Maria enim, Christi mater, Alphæi patris S. Iacobi minoris consobrina erat in primo. Sed en aliud exemplum ex Elegiacorum Principe, (qui*

[4] Ovid. epist. 8. *eodem primo sæculo vixit) apud quem* [4] *Hermione ad Orestem scribit, ut eam Pyrrho eripiat, nec patiatur diutius in vinculis esse:*

Vir (precor) uxori, frater succurre sorori
Instant officio nomina bina tuo.

Agamemnon & Menelaus germani fratres erant; ille ex Clytemnestrâ genuit Orestem; iste ex Helenâ Hermionem, quæ Oresti patrueli suo nupta deinde fuit; illa tamen Orestem suum fratrem *seque* sororem ejus *nuncupat. Quin & ipsâ S. Augustini ætate, qui florebat anno Christi* 420 *consobrinis indita est fratrum*

[5] de civit Dei lib. 15. c. 16. *appellatio. Sic enim ille de jure conjugiorum?* [5] Quod fiebat cum consobrinâ, pænè cum sorore fieri videbatur; quia & ipsi inter se, propter eam propinquam consanguinitatem fratres vocantur, & pænè germani sunt. *Petrus*

[6] Serm. 49. *etiam* [6] *Chrysologus ævo suppar*: usus ait, temporis etiam præsentis germanorum & germanarum filios fratres noscitur nuncupasse.

Stricto sensu rursum sumpta fraternitas propria triplex est. Primi generis fratres sunt, qui ex utroque parente nati, quos Iureconsulti vocant germanos

[7] lib. 2. de Abraham. fratres: *Demosthenes ὁμοπατρίους καὶ ὁμομητρίους. Ad quæ* [7] *D. Ambrosii pulchra est istiusmodi cogitatio.* Omnes homines unius naturæ partus sunt, juxta ejus con-

concepti viscera, & unô fœti atque effusi uterô; unde nobis jure quodam germanitatis veluti fratres convertimur, ab unô Patre conditi. *Alterius generis fratres ex eodem tantum patre nati sunt, sed non ex eadem matre, dicti* ὁμοπατρίοι *&* consanguinei. *Paulus* [1] *I. C. diserte*; Consanguinei sunt eodem patre nati, tamen diversis matribus. *Unde & à Cteſiâ soror consanguinea dicitur* ὁμοπατρία ἀδελφη. *Tertii porro generis fratres, eadem matre geniti sunt, sed diversis patribus, Græcis* ὁμομητρίοι, *Justiniano* [2] uterini.

[1] lib. 7 Sent.

[2] Inst. lib. 3. de bonor. possess.

82. Hactenus nos (procorum Penelopes instar) pro vestibulô (quod monstrosô conatu ædificiô majus machinatus es) detinuisti; dignissimus qui patientiâ lectorum (quos ludos facis) abusus, trium vocalarum virgulâ *nihil ad propositum* abigare: Quid enim ad Childebrandi causam, an *fratris*, & *fraternitatis* vocabula ἀνώνυμα sint? cum de solô *germani* nomine (quicquid de *fratrum* & *fraternitatum* multimoda significatione sit) quæstio tota vertatur? non tamen per avia loca deerranti amicam manum (si forte hac ope in viam reduci possis) porrigere desinam; moneo primum ψευδώνυμον illum quem venditas Eucherium, à genuinô, qui Lugduni sedit, annoque 449 defunctus est, longe diversum fuisse; ne dubites, judicia doctorum gratiæ minime suspectorum audi. Sixtus Senensis *Biblioth.* lib. 4. verbo Eusebius Episcopus Emissenus. *apparet homilias illas esse rhapsodias ex Latinis Patribus consarcinatas, & stylum respere aut Bedæ aut Rabani, aut aliius utrique non dissimilis.* Bellarminus Cardinalis *de Scriptoribus Ecclesiast.* in Eucherio, *verus auctor ignoratur.* Chronologia P. Canisii Catecheſi præfixa, *qui explicavit Euangelia, post Gregorium Magnum scripsit.* Andreas Schottus *Bibliothecæ Patrum* Tom. 5 parte 1. p. 543. *Bedæ, vel Rabani Mauri esse collectanea ex B. Augustino, Gregorio, aliisque Patribus esse videntur*; quâ nos ad populi filium mente abducis? 2. Cujuscunque meriti esse statuas, ut *uxores* cujuscunque *naturâ dicerentur*, aut à quocunque, *quos dilexit, nomine uxorum vocari solerent*, factum nunquam fidenter dico. 3. Longe plenius à S. Hieronymo vim ac notionem vocabuli *frater* exhiberi. *Doceberis* (inquit) [3] *quatuor modis in Scripturis divinis*, fratres *dici*; *natura, gente, cognatione, affectu. Natura Esau & Iacob, duodecim Patriarchæ, Andreas & Petrus, Iacobus & Ioannes. Gente, qua omnes Iudæi inter se* fratres *vocantur*, &c. *cognatione qui sunt de una familiâ, ideſt* πλησιος, *quod Latini* paternitate *interpretantur, cum ex unâ radice multa generis turba diffunditur, ut in Genesi*, dixit autem Abraham ad Lot, &c. fratres nos sumus, *&c. certe Lot non est frater Abrahæ, sed filius fratris ejus Aram*, &c. *Iacob indicavit Rachel, quia* frater *est patris ejus, & quia filius Rebeccæ est; ecce & hic eadem lege, qua supra*, frater *sororis filius appellatur*, &c. *ne longum faciam, ad extremam divisionis partem revertar; ideſt & affectu* fratres *dici, qui in duo sciniditur; in spiritale, & in commune. In spiritale, quia omnes Christiani* fratres *vocamur*, &c. *in commune, quia omnes homines ex uno patre nati, pari inter nos germanitate conjungimur.* 4. ex affinitatibus, & adoptionibus exurgentes *fraternitates*, naturalem propinquitatem quadamtenus æmulari. 5. Baronium Cardinalem ex fæculentis [4] Nicephori, nuperi pusillique judicii hominis, quem fictas à tenebrione fabulas Hippolyto Martyri affingere non puduit, lacunis hausisse dolendum est; cum Pseudo Hippolyti commento Apostoli, Dominum Iesum [5] *ex tribu, quæ nunquam allari* præsto fuit, ortum Ἀναφάλλω pronunciantis sententia funditus evertatur.

[3] adverſ. Helvid. c. 8. & ex eo Isid. l. 9. etym. c. 6.

[4] lib. 2. c. 3.

[5] Hebr. 7. 13.

Beatæ

Beatæ Mariæ subditum à fabulatore Stemma.



Certe si Anna B. Mariæ parens *sacerdotis* filia fuit, Christum Dominum *ex tribu ab altari aliena* prodiisse, falso scripserit Apostolus, quod ἄτοπον; *Restat* itaque (ex Hieronymi Isidori & Baronii quem laudas, sententia) *ut Maria quæ Iacobi minoris scribitur mater, fuerit uxor Alphæi, & soror Mariæ matris Domini.* 6. utcunque de PseudoHippolyti commento statuendum putes, nihil in eô esse, ex quô Iacobi *minoris* (quem ne nominat quidem) *fraternitatem* eruas. 7. Alphæum ‹ si Veteres audiamus B. Virginis cujus germanam duxerat, non *consobrinum* (quod putas) sed *sororium* fuisse. 8. etsi *consobrinus* fuisset, *in primo gradu*, qui consobrinorum nullus est; esse nequaquam potuisse, sed in 2 aut 3 tantum. 9. Nec Aeduos (quos male *Eduos* vocas) nec *Batavos*, nec *Arvernos*, nec (quos missos fecisti) *Remos* delatum à Romanis *fraternitatis* nomen proprie *usurpasse*. 10. Hermionen quamdiu sub Pyrrhi potestate fuit, cui à Menelao parente (insscio Tyndaro avo, qui eam Oresti destinaverat) desponsata dicitur, *in vinculis* nequaquam fuisse, sed marito exoso caram vixisse. 11. non simplicem, qualis Ajacis & Achillis (quos fratres Ovidius vocat) fuit, sed duplicem Orestis & Hermiones propinquitatem (prout ex subjectis tabellis liquet) fuisse.

‹ adverſ. Helvid. c. 7.

Metam. 13. *frater erat* Achilles, *fraterna* arma *petit* Ajax.



12. Quod (ex confessione tuâ) solos *ex utroque parente natos*, Iurisconsulti *germanos fratres* nuncupare solent, institutæ à te adversus Childebrandum litis iniquitatem ostendere. 13. perperam te Græca *Clytemnestrâ*, *Hermionem*, ὁμοπατρία ἀδελφή, ὁμοπάτριοι, ὁμομήτριοι; pro *Clytæmnestrâ*, *Hermionen*, ὁμοπάτρια ἀδελφή, ὁμοπάτριοι, ὁμομήτριοι scribere.

CHIFFL. *Atqui Fredegarius ejusmodi sensu triplici*, fratres *unô nomine* germanos *absolute nuncupavit*; *utpote qui* (*auctore Festô*) omnes à germine dicti sint, *sen parentis utriusque, aut patris duntaxat, vel matris tantum.*

R. De primô & secundô *sensu* assentior, de tertio quem Iurisconsulti repudiant, & usus ante Fredegarii ætatem antiquaverat, & Fredegario æquales & suppares abjecerant nego.

CHIFFL.

CHIFFL. Carlomannus (*inquit* [1] *Fredegarius*) devotionis causâ in instinctu successus, Regnum una cum filiô suô Drogone manibus *germani sui* Pipini committens, ad limina beatorum Apostolorum Petri & Pauli Romam in Monachorum ordine perseveraturus advenit. [2] *Annales Francorum eadem locutione utuntur, Bertiniani*, Tunc Carlomannus confessus est Pipino germano suo, quod decreviſſet sæculum relinquere. [3] *Metenſes*, Carlomannus germanus Domini Pippini Regis. *Carlemannus & Pippinus Caroli Martelli & Rotrudis conjugum filii erant, & ſic ex utroque parente fratres.*

[1] In Chron. Childebr. c. 110.
[2] ad an. 745.
[3] ad an. 754.

R. Eodem ſenſu; Plautus Captiv. verſu 1017. *eccum fratrem germanum tuum* Philopolemum Tyndari (qui antea Pægnium dicebatur) germanum Hegione & N. communibus parentibus natum. Terentius *Adelph.* verſu 269 *ô mi germane* (ſic enim Æſchinum conſaguineum & uterinum fratrem Cteſiphontem compellaſſe vult poeta, qui Demeam *uxorem duxiſſe natos duos filios* (hos nimirum) dixerat. & verſu 860 quô Demeam utriuſque parentem, Mitioni fratri blanditum fingit; *nunc tu mihi germanus es pariter corpore & animo.* Cicero orat. *pro M. Fontejo*, cujus parens *Aſculanorum manu* ante annos 22 ſuperſtite uxore & Veſtuli filia cæſus erat, *Virgo Veſtalis ex alterâ parte germanum fratrem complexa teneat.* Virgilius Æneid. 1. *Imperium Dido Tyria regit urbe profectа Germanum* (Pygmalionem) *fugiens*, &c. *incantum*, (Sichæum *ſuperat* Pygmalion) *ſecurus amorum Germanæ* Didus lib. 4. *quid bella Tyro ſurgentia dicam, Germanique* Pygmalionis *minas? Inveni germana* (Anna) *viam*, &c. *Teſtor charа Deos & te germana*, &c. *Non tamen Anna novis prætexere funera ſacris Germanam* Dido *credit*, &c. *tu prima furentem Hic germana malis oneras*, &c. *Hoc illud germana fuit?* &c. *Semianimemque ſinu germanam amplexa fovebat.* lib. 9. *Turnique minorem Germanam nuper thalamo ſociatus habebat.* Numanus. Ibid. *Pandarus ſuſô germanum* (Bitiam *Idæo Alcanore* (communi patre) *cretum*) *corpore cernit.* Ibid. *Iupiter* Irim *demiſit germanæ ὁμοπατρίῳ* Iunoni lib. 10. *ô germana* (Iuno) *mihi* (Iovi) *atque eadem gratiſſima conjux.* Ibid. *germani Sarpedonis* (ex Euandro [4]. & Deidamia) *ambo Et Clarus & Hæmon Lyciâ comitantur ab altâ* lib. 12. *Tu* (Iuturna) *pro germano* Turno, *ſi quid præſentius audes.* Ibid. *Iamque hic germanum* Turnum, *jamque hic oſtendit ovantem* Iuturna. Ibid. *nec me* (Turnum) *indecorem germana* Iuturna *videbis.* Ibid. *& germana Iovis Saturnique altera proles* Iuno. Ibid. *Quid nunc te tua Turne poteſt germana juvare* Iuturna? Ex Iuriſconſultorum mente Adalſinda Monaſterii Dornatiaci Abbatiſſa. [5] *Domino Sancto & Chriſto amabili fratri Waldaleno Adalſinda Abbatiſſa. Dum malorum hominum vexata injuriis & variis adverſitatibus, ibidem ſtare non poſſem, inde ego & germanus meus Adalricus nobis & fratribus noſtris petivimus, ut ad monaſterium S. Petri habitare ſub regula & ordine in Dei nomine deberem; quod & vos pro charitatis ſtudio conceſiſtis. Ideo monaſterium Dornatiacum in honore S. Martini ſitum, quod genitor meus* Amalgarius *& Aquilina mater mea conſtruxerunt*, &c. *reliqua vero quæ ad ipſum monaſterium Dornatiacum genitores noſtri delegaverunt à die præſenti in veſtrâ dominatione revocate*, &c. *anno ab incarn. Domini* 652 *Indict.* 10. *Epactа* 6. *Clotario Rege regnante in Francia, primô anno regni ejus.* Gregorius Turon. lib. 2. c. 7. *ait* Ætius *Thoriſmodi, feſtina velociter*

[4] Diodor. lib.
[5] ex Chron. Beſtenſi.

lociter redire in patriam, ne insistente germano (Theuderico) *patris* (Theudonis) *regno priveris.* lib. 3. c. 6. Chlotharius *uxorem germani sui* Chlodomeris (*Gundeucam nomine, sibi in matrimonium sociavit.* lib. 4. c. 26. Guntchrammus) *faciam* (Theodegildem) *magnam in populis, ut scilicet majore mecum honore quam cum germanô meô* (Chariberto) *potiatur,* &c. *indigne germani mei thorum adivit.* lib. 6. c. 13. *cum hi germani* (Lupus & Ambrosius) *pariter epularentur.* lib. 7. c. 7. Guntchramnus) *ingressus in eam urbem* (*Parisios*) *germanus unius Sigebertus.* c. 31. *Nicetius Comes germanus Rustici Vici Iulensis Episcopi,* lib. 8. c. 2. Guntchramnus Palladio Santonico lib. 9. c. 20. *Chlodesvindam germanam Domini Childeberti Regis,* &c. *Gailesvindam* germanam *Domnæ Brunechildis.* c. 33. *ad Bertechramnum germanum* (*Bertegundis, communis utriusque* mater (*direxit*) Ingeltrudis, &c. Bertegundis *donationem* Bertechramni *germani sui ostendit dicens, quia hæc & hæc mihi germanus meus contulit.* c. 38. ait Vuaddonis filius, *relinques genitricem meam viduam orphanosque germanos.* lib. 10. c. 26. *germanus* Ragnemodi Parisiacæ urbis Episcopi *Faramodus presbyter* cap. 29. *ad patriam* (*genitore ac germanis defunctis*) *regreditur* (Aredius) *consolaturus Pelagiam genitricem,* ejusdemque Fredegarius (ubi de Childebrando agit) vestigius institit.

CHIFFL. *Exemplum de secundô fratrum genere ex eodem Fredegario,*

[1] In histor. epist. c. 71. [1] Hi tres *germani,* Sigebertus, Guntrannus, & Chilpericus, Trecas junxerunt. *& paulo inferius, ubi adfert S. Germani Parisiorum Episcopi verba ad Sigebertum Regem, qui Chilpericum fratrem suum consanguineum bello turbabat:* "si *germanum* tuum ita persequere cogitas, ut eum interficere disponas, & Regnum suum auferre, scriptum est, foveam quam fratri tuo parabis, in eam cades. *Guntramnus, Sigebertus & Chilpericus Clotarii I Regis filii erant, sed Guntramnus & Sigebertus ex Ingunde matre Chilpericus ex Arigunde; illos tamen omnes Fredegarius* germanos *appellat.*

Præterea hæc sunt aliô locô verba Fredegarii de Rege Pipinô Bonnæ ad Rhenum agente;

[2] In Chron. Nibelungi. [2] nuncius venit ad præfatum Regem de partibus Burgundiæ quod *germanus* ejus nomine Gripho interfectus est. *Ita quoque Annales Bertiniani;*

[3] Anno 753. [3] nunciatum est ei, quod Gripho, qui in Wasconiam fugit, *germanus* ejus occisus fuisset. *Carolus Martellus uxorem habuit Hrotrudem, aliàs Geltrudem, ex qua genuit filios Carlomannum & Pippinum; habuit quoque Suanichildem concubinam, ex quâ Griphonem tulit. Eginarthus in Annalibus,*

[4] Anno 741. [4] hoc annô Carolus Major domus diem obiit, tres filios hæredes relinquens, Karolomannum scilicet, Pipinum, atque Grifonem; quorum Grifo, qui cæteris minor natu erat, matrem habuit nomine Suanihildem neptim

[5] Anno 741. Odilonis Ducis Bajoariorum. [5] *Annales Metenses de Carolô Martellô:* Tertio filio suo Gripponi, quem ex Sonihilde quam de Bavariâ captivam adduxerat, habuit, suadente eadem concubina suâ, partem ei in mediô Principatûs sui tribuit. [6] *Hermannus Contractus Canisii,* Gripho ex concubinâ frater Pipini, tyrannidem affectans ad Saxones se contulit, Pipinoque adveniente pacificari cum eô nolens, in Bajoariam fugit.

[6] Anno 748.

Pippinus ergo & Grifo eodem patre Carolo Martellô geniti erant, sed ille ex conjuge Hrotrude, iste ex concubinâ Suanichilde, illos tamen Fredegarius germanos *appellat. Quô eodem intellectu Arnobius adversus Gentes;*

[7] lib. 1. [7] Picus & Iupiter

Iupiter *germanitatis* sibi sociati jure, utpote unô ex sanguine, unoque ex semine procreati erant; *patris Saturni scilicet: illis enim diversas matres Poëtæ assignant.* [1] *Guido Basochius etiam perspicue*; Regnum Lotharii, quod *fratri* [1] ad an. 871.
suo jure successionis debebatur Imperatori Ludovico, cui Paganis ab Italiâ propellendis intento regredi non licebat sine populi Christiani detrimentô, Francorum Rex *Carolus Calvus* occupavit; Sed dissidentibus ab eô terræ potentibus, & insurgente adversus eum, *suo* (Germanorum Rege) *germano Ludovicô*, pro regno *Nepotis* restituendo, relictô, quod invaserat, vix evasit. *Ludovicus* I *Rex Germaniæ, & Carolus Calvus Rex Franciæ, ex Patre Ludovico Piô, consanguinei duntaxat fratres erant, ὁμοπατρίοι; nam Ludovici Ermengardis mater erat, Iuditha Caroli. Guido tamen* Ludovicum *vocat* Caroli germanum; *scilicet ex ejusdem patris germine, non autem matris, procreatum. Metensis Annalista* [2] *& Prumiensis Abbas, eodem sensu narrant, post mortem* [1] ad an. 876.
Ludovici I *Regis Germaniæ, quæ Francofurti contigerat, Carolum Calvum rursus regni ejus partem vi occupasse; ad quem Legatos statim direxit Ludovicus* II. *Rex, Ludovici vitâ functi filius*, orans, ut memor esset germanitatis atque consanguinitatis; memor esset juramenti, quod fratri suo fecerat. *Illa porro* germanitas, *ἀδελφότης, inter Ludovicum* I *& Carolum Reges erat solum ex parte patris Ludovici Pii, quia ex diversis matribus prodierant, ut jam monui.*

¾. Hoc sensu Gregorii Turonensis (qui Guntchramnum [1] *maximam* [1] lib. 6. c. 31.
partem de germani sui Chilperici exercitu interfecisse, Palladio Santonico, quod [4] *Chilpericum germanum scriptis invitasset*, Theodoro quod [5] *germa-* [4] lib. 8. c. 2.
num suum Chilpericum interfici fecisset, exprobrasse; quod [6] *germanus Chilpe-* [5] c. 5.
ricus moriens filium reliquisse diceretur, monuisse, scripserat) exemplum epi- [6] c. 9.
tomes cap. 71. secutus, Childebrandum Martelli *germanum* nec vocavit, nec vocare potuit Fredegarius, qui eum post *Martellum* fratrem, sed ante Pippini patris dormitionem natum, ejusdem vero matrem Alpaidem ad secunda vota non modo non transiisse, sed paulo post Lamberti cædem, & diram Dodonis mortem, vivente adhuc Pippinô maritô, velum sumpsisse, imo alii (ut diversis patribus editi viderentur, quos utero fudit, liberi) nequaquam nupsisse noverat. Ad communem Carlovingorum cum Capetinis originem Carolum & Childebrandum *ὁμοπατρίους* fuisse sufficeret: sed *ὁμομητρίους* etiam fuisse, quæ jam notavimus exigunt. Ad ea nunc quæ in locis à te citatis, tuaque ex iisdem disputatione observanda veniunt, accedamus.
[7] 1. quæcunque de Chilperici & Sigeberti adversus Guntramnum conju- [7] c. 7.
ratione, Trecensi conventu, trium fratrum firmatâ ibidem pace, & Austrasiorum, in Guntramnum vel Chilpericum duci postulantium, tumultu, congessit Fredegarius, ea universa vel inde commentus evincitur, quod à Gregorio Turonensi, & anonymo qui gesta Francorum scripsit, velut ex professo refellantur; illi enim à Theudeberto Turones & Pictavos *pervasos*, fugatumque in *Pictavis* Gundoaldum, Chilpericum cum Guntramnum arma sociasse asserunt: hic *Chilpericum Pictavos & Toronos pervasisse, Sigulfum Ducem fugâ vertisse*, Chilpericum cum Sigebertô fœdus (Guntramni opprimendi animo) percussisse scribit. Theodebertumne cum patre, Sigulfum cum Gundoaldo, Guntramnum cum Sigeberto confundere æquum fuit? post pactam inter fratres pacem, Austrasios nulla novâ injuriâ provo-

catos in Chilpericum irruisse vult idem, cum tamen reconciliatum Chilperico Tornacum perfugere compulso, Sigebertum fuisse neget Gregorius. 2. nulli veterum Martelli conjux *Gertrudis* dicta est. 3. etsi Gertrudim ullam ipsi nuptam constaret, eam in *Geltrudem* quæ nulla fuit, violatæ linguæ analogia transformare nefas esset. 4. Suanichildis nec *concubina* fuit, nec superducta. [1] eo enim anno Hrotrudis decessit, quo *Carolus primum fuit in Bajoaria*, idest 725 *subactaque regione illa, thesauris multis cum matronâ quadam Bilitruda & nepte suâ Sonichilde egressus* est; [2] quam Fredegarius Chiltrudis Martello natæ *novercam*, ipsiusque Martelli charta pro Dionysianis *illustrem matronam* diserte vocat. *Actum Cariciaco villa in palatio, quod fecit mensis September die 17. annum 5 post defunctum Theodericum Regem. Signum Inlustro viro Karlo Majorim Domus, qui hanc epistolam donationis fieri rogavit.* † *S. Ratberti Comitis. S. Raygaubaldi Comitis. S. Salaconis Comitis. S. Inlustris matronæ Sonechildis consent. S. Grifonis filii sui consent*, &c. 5. Carolus Martellus non *tres*, sed ex Rotrude filios ad minimum. 4. ex Suanichilde quintum Grifonem reliquit. 6. male *Eginarthus* vocatur, qui vel *Einhardus*, vel *Eginhartus* ex Teutonicæ linguæ idiomate dici debuit. 7. Guido Bazochius, post annum 1120 natus, cum nonnihil labis contraxerit, nec tibi nec nobis imponere debuit: Saracenos abusive & ex errore *Paganos* vocavit, quandoquidem ii proprie *Pagani* olim dicti sunt, qui sub Augustis Christianismum professis in *pagis* occulte falsis Diis servierunt, quod Mahumetanis unici Dei cultoribus nequaquam convenit. Lotharingia Carolo Calvo non anno 871 sed 869 Septembris 9 *occupata* est; ab eo non *dissensere terræ potentes*; *adversus* eum eô fine non *insurrexit Ludovicus Germanorum Rex*, ut *regnum nepoti restitueretur*: sed ut in semet transferretur: *quod invaserat* non *reliquit*, sed cum Ludovicô fratre annô 870 Iulii 28 divisit: nihil ultra minas conatus Ludovicus, in eum necessitatis articulum, ut *vix evaderet*, Carolum fratrem nunquam conjecit. 8. rursus ὁμοπατρίοι pro ὁμοπάτριοι perperam scripsisti.

[1] Annal. Tom. 2 script. Franc. p. 3. 7. 11. Tom. 3. p. 117.
[2] Fredeg. c. 108. c. 110.

CHIFFL. *Ad ultimum, de tertiô genere fratrum, idem etiam Fredegarius, ubi loquitur de Carolô Martellô*, germanum suum Childebrandum Ducem cum apparatu hostili dirigit. 32. *Tertio illi generi quod* à *fratribus* & *sororibus* expresse distinguit, Wisigothorum ex Fredegarium & coætaneos ullos *germani* vocabulum (adversus communem scriptorum omnium & Iurisconsultorum, quem ipsemet agnoscis, usum) aptasse unquam pernego. Auctor libelli *Gesta Francorum* inscripti c. 38. Theudericus *exercitum plurimum commotum contra Theudobertum germanum suum direxit*, quem ὁμοπάτριον non ὁμομήτριον fuisse (hac in parte falsus) putabat. Fredegarius *epitomes* c. 19. hæc Aredium Gundebadô Chrothildis patruo respondisse fingit, *genitorem Chrotechildæ*, germanum *tuum Chilpericum gladiô trucidasti*, &c. *duos ejusdem* germanos *capite truncatos in puteum feci projicere*. c. 34. *admonebat* (Chrotechildis) *filios mortem patris, matrisque, vel* germanorum *ulcisci*. c. 71. *hi tres* germani *Sigebertus, Guntramnus & Chilpericus* ὁμοπάτριοι tantum. Ibid. *si* germanum *tuum ita persequere cogitas*, &c. Chronici Childebr. c. 30. *instigantibus verbis Brunechildæ aviæ & Theudilanæ* germanæ *efficitur odiosa* (Ermenberga c. 34.) *Ago Rex Langobardorum accepit uxorem Grimoaldi & Gundoaldi* germanam *nomine Theudelindam*, &c. *Gundoaldus cum omnibus*

lib. 2. tit. 4. c. 12.

nibus rebus se cum germanâ *Theudelinde in Italiam transtulit.* c. 42. *Brunechildis ab Erpone Comestabulo de pago Vltra-juranô ex villa Vrba, una cum Theudelane* germanâ *Theuderici producitur.* c. 50. *Charoaldum Ducem Taurinensem, qui* germanam *Adoloaldi Regis habebat uxorem.* c. 53. germanam *Sichildæ Reginæ nomine Gomadrudem in conjugium accepit* Dagobertus. c. 54. *jubet Arneberto Duci qui Godini* germanam *uxorem habebat* Chlotarius c. 90. *Willebadus cernens inimicum consilium à Flaocato &* germano *suo Amalberto.* c. 96. *Girenum* germanum *ejus* (Leodegarii) *diversô tormentô trucidavit* Ebruinus c. 109. *Carolus Dux* germánum *suum virum industrium Hildebrandum Ducem,* &c. *dirigit,* &c. *prædictum* germanum *suum cum pluribus,* &c. *dirigit* c. 110. *Carlomannus atque Pippinus principes* germani, &c. *inde reversi prædicti* germani, &c. *Carlomannus regnum una cum filio suo Drogone manibus* germani *sui Pippini committens,* &c. *fidem quam suo* germano (Carlomanno) *promiserant* Saxones *mentiri conati sunt.* Chronico Nibelungi, *Germanus ipsius Regis, nomine Gripho ἐμοπτεύω* tantum. Annales ex antiquis codicibus Ioannis Tilii & Loiselli, ut & Bertiniani, Metenſis, &c. ad A. D. 745. *Carlomannus confessus est Pippino* germano *suo,* &c. Pippino *quomodo* germanum *suum Carlomannum honorifice direxisset,* & ad A. D. 753. *nunciatum est ei quod Grifo, qui de Wasconiam fugivit,* germanus *ejus occisus fuisset.* Loiselli codex ac Bertinanus, *similiter & Carlomannus Mônachus &* germanus *supradicti Pippini Regis.* Loiselli, Tilii, Bertiniani, Metenſes ad A. D. 769. vita Caroli auctore incerto, & Monacho Ecolisinenſi. *Rex cum* germano *suo Carlomanno in loco qui dicitur Duas dives.* Pöeta Saxonicus ad A. D. 798. *Is* Sisinnius *germanus erat præfatæ Præsulis urbis* Tarasi ex Georgio & Eneratia. Passio S. Bertharii *germanum suum Hattonem ad se callide convocans* Waifarius, Hunaldi filius. Paulus Diaconus libello *de Episcopis Metensibus*, in Rothaidis epitaphiô, *mihi* germanus *gentes qui subdidit armis Ausonias, fretus Karolus virtute Tonantis, Pippinus pater est,* &c. *Chlodulfus B. patris Arnulfi genitalis filius, Anschisi quoque, à quô semen propagatum est regium,* germanus, &c. historiæ Langobard. lib. 1. c. 3. *ordinatis super se duobus ducibus, Ibor scilicet & Ayone, qui &* germani *erant.* c. 20. Germanus *Rodulphi Regis ad Tatonem ferendæ pacis gratia venerat,* &c. *dictum est illi, Rodulphi Regis* germanum *legatione perfunctâ patriam ingredi,* &c. *tam crudele* germani *funus ingemuit* (Rodulphus) cap. 21. *irruit super eum Wacho, filius* germani *sui Zuchilonis.* cap. 24. *perge ait* (Langobardus filio Turisendi Gepidarum Regis) *in campum Asfeld,* &c. *ubi sic tui dispersa sunt ossa germani* Turismodi, *Turisendi ejusdem quondam filii* lib. 2. c. 2. *Leutharius Buccellini germanus* lib. 3. c. 10. *Sigisbertus Rex Francorum occisus est, fraude Hilperici* germani *sui ὁμοπατρίου.* c. 29. *Flavius Rex Authari, legatos ad Childebertum misit, petens ejus* germanam *suo matrimonio sociari, cumque Childebertus acceptis muneribus à Langobardorum legatis, suam* germanam *eorum Regi se daturum promisit; advenientibus tamen Gothorum de Hispaniâ legatis, eandem suam* germanam, *eo quod gentem illam ad fidem Catholicam conversam fuisse cognoverat, repromisit,* c. 31. *Theudolinda ejus* (Garibaldi) *filia cum suô* germanô *nomine Gundoald, ad Italiam confugit.* lib. 4. c. 38. *puer* (Grimoaldus) *frenum equi manu accipiens, fugientes* germanos *Tasonem & Rodoaldum* Gisulfo, & Romildâ natos) *& ipse secutus est* cap. 39.

quintus (ex Leuphi genitorum) *germanus*, *nomine Lupicis*, *qui noſter poſtea proavus extitit*, &c. *Warnefrid ex Theudelinda conjuge ſua genuit me Paulum meumque* germanum *Arichim.* cap. 40. *Taſo cum Caccone* germano *ſuo* &c. cap. 41. *Dux Forojulianus Giſulfi* germanus *conſtituitur*; *Radoaldus vero & Grimoaldus deſpectui ducentes ſub patrui ſui Graſulfi poteſtate degere.* cap. 47. *mortuo Radoaldo Duce*, &c. *Grimoaldus ejus* germanus *Dux effectus eſt.* cap. 50. *Huic* (Radoaldo) *ſucceſſit in regni regimine Aripertus filius Gundualdi, qui fuerat* germanus *Theudelindæ reginæ.* cap. 51. Heracleone *vitâ decedente ſucceſſit in locum ejus Conſtantinus* germanus *ejuſdem*, ἐμοπάτωρ. cap. 53. *Aripertus*, &c. *regnum duobus filiis ſuis adhuc adoleſcentibus Bertarido & Godeberto, regendum reliquit*, &c. *Godebertus Garibaldum Taurinatium Ducem ad Grimoaldum Beneventanorum ſtrenuum tunc ductorem direxit, invitans eum ut quantocius veniret, & ſibi adverſus* germanum *ſuum Bertaridum auxilium ferret, regiſque filiam, ſuam* germanam, *ei ſe daturum repromittens*, &c. *Audito Bertaridus, qui apud Mediolanum regnabat, quod* germanus *ejus* (Godebertus) *eſſet extinctus.* libro 5. cap. 1. *Ariperti Regis filiam, cujus* germanum *Godebertum extinxerat*, duxit uxorem Grimoaldus. cap. 28. *Erat Grimoaldo contra Romanos non mediocre odium, pro eo quod ejus quondam* germanos *Taſſionem & Cacconem in ſua fide deccpiſſent.* lib. 6. c. 2. *defuncto Grimoaldo Guſulfus ejus germanus* (ex Romoaldo & Theuderada) *Ductor effectus eſt.* cap. 30. *Wachilapus* germanus *fuit Traſemundi* (Spoletanorum Ducis. cap. 35. *Hujus Ariperti ex Ragumberto* germanus *Gunthertus in tempore in Franciam fugiens, ibidem uſque ad ſuæ mortis diem permanſit.* cap. 55. *Ahiſtulfus dolorem non ferens, evaginato pene gladio, regem* (Luitprandum) *perecutere voluit, niſi eum Ratchis ſuus* (ex Pemmone & Rathberga) *germanus cohibuiſſet.* cap. 56. *Ratchis cum ſuo germano* (Ahiſtulfo, &c. cap. 60. [1] *poſt hunc* (Ratchis) *Langobardi* germanum *ejus Ahiſtulfum ad regni gubernacula levaverunt.* cap. 61. *Ratchis dudum Rex, & poſtmodum Monachus*, germanus *præfati Ahiſtulfi.* Theganus c. 35. *illi* (Lotharius & Ludovicus Reges) *indignati cum Pippino* germanô *eorum* (ex Ludovico Pio & Ermengarde. Regino ad annum 612 *venerabilis patris Benedicti, ejuſque* germanæ *Scholaſticæ corpora auferunt.* ad annum 745. *Carlomannus confeſſus eſt ſuo* germano *Pippino.* ad annum 751. *Carlomannus Monachus &* germanus *ſupradicti Regis* Pippini: & paulo ante, *nunciatum eſt quod Gripho, qui in Vaſconiam fugerat,* germanus *ejus* (ἐμοπάτωρ) *occiſus eſſet.* ad annum 864. *proteſtati ſunt, quod eadem Thietberga confeſſa fuiſſet, ſemetipſam* (Hucberti) *fratris germani* (ex Boſone) *inceſtuoſo concubitu eſſe pollutam.* [2] ad annum 877. *Boſoni germano Richildis reginæ* (ex Buvinô) Annales Bertiniani ad A. D. 834. *cum Ludovicus comperiſſet quod nihil ejus petitio apud germanum* (Lotharium) *prævaleret*, &c. *Lothario Italiam, ſicut tempore Domni Karoli, Pippinus* germanus *Domni Imperatoris habuerat, conceſſit*; ad annum 856. *Ludovicus Imp. Italiæ, & Lotharius frater ejus Rex Franciæ, cum Karlo puero* germanô *ſuô apud Vrbam conveniunt.* Annales Metenſes ad annum 743. *compulſi ſunt glorioſi germani* (Carlomannus & Pippinus.) ad annum 747. *fratrem ſuum* Grippone*m de cuſtodiâ in quâ eum* germanus *ſuus Karlomannus recluſerat, liberavit.* Pippinus. ad annum 754. *Karlomannus* germanus *Domni Regis Pippini.* ad annum 804. *ad colloquium* germanæ *ſuæ Giſlæ, qua in his diebus ægrotabat, ad Calam monaſterium pervenit.*

[1] Anaſtas. vita Stephani 3.

[2] Annal. Metenſes ibid.

Veram

Veram de Childebrandi *germanitate* sententiam singulorum ex Fredegariô & supparibus locorum in quibus *germani* vox occurrit, adnotatione; ne qua infestus irrumpas, circumspice, te vero qui falsam & improbabilem obtrudis, ne quando nobis elabare, in manifestô errore deprehensum concludere necesse fuit; cum enim ter tantum ὁμοπατρίους, decies octies à patre & matre fratres, *uterinos* nunquam *germanos* vocaverit; idemque de coætaneis, aut ævo proximis (quotquot nunc extant) statuere necesse sit; ut ab impactorum, sive temere, sive dolô malô, mediæ antiquitatis homini somniorum tuorum culpâ immunem te præstes, fieri nequaquam potest. Sed forte *germanos* de uterinis Fredegarium intellexisse, non quia tua est pro ratione voluntas, sed quia recta idipsum exigit ratio sentire nos jubes. videamus ergo quam firmô tua stet fabula talô.

CHIFFL. *Constat Childebrandum Pippini Herstallii filium non fuisse, cum inter ejus proles à nemine annumeretur, ne ab ipsô quidem Fredegariô, qui ejus jussu Herstallii liberos sedulo percensuit: supereſt igitur clarâ certaque consequentia*, Childebrandum *ex laudatô Fredegariô, fuisse Martelli* verum fratrem ac germanum, *sed* uterinum; *hoc est, ex ejusdem cum Martellô matris germine procreatum*, Alpaidis *scilicet, quam sibi assumpsit Pippinus, sive eam à maritô adhuc vivente abstraxit*, [1] *ut Childericus Rex Francorum Basinam Bissini Thoringorum Regis uxorem: sive juvenculam & formosam viduam, jamque ex defunctô marito Childebrandi matrem, uxori suæ legitimæ Plectrudi superinduxit.*

[1] Aimoin. lib. 1. c. 8. Ado Vien. & alii.

Bz. *Pictoribus atque poetis, æquam semper quidlibet audendi potestatem fuisse* jam dudum audierant omnes; tibi tamen ad meliora vocato, sive negandum, sive adstruendum quid suscipias, quod libet licere, nemo nisi fungus crediderit.. *Constat* (inquis) *Childebrandum Pipini Herstallii filium non fuisse*; unde nisi ex uno arbitratu tuo? at ego contra, *fuisse* vel inde *constare* ajo, quod veterum nemo neget; coætaneus autem Fredegarius, qui *germanum nullum*, nisi ὁμοπάτριον noverat, bis eum Caroli Pippino & Alpaide nati *germanum* vocet, factoque ipso *inter* Pippini *proles annumeret*: alios non *annumerasse* si dixeris, ne hilum proficies; quandoquidem nec omnes Plectrude natos *annumeraverunt*, nec Childebrandi (cujus jussa Fredegarius præsens capessebat) usquam meminerunt, quem ipse tu (hoc uno nomine, quod ejus obliti sint) *non Entibus* accensendum nequaquam putas; quod Fredegarium *jussu Herstallii ejus liberos sedulo percensuisse* addis, aperte falsum est, cumque id, à nobis (ut temere confictum) jam explosum sit, *supereſt clarâ certaque consequentiâ* tibi quicquid in buccam venit garrienti fidem omnem abrogandam esse: quod rursus uterinos quoscunque, *veros* ac *germanos*, seu *genuinos fratres* dici posse mones, etsi ferri possit, cum ad mysticam fraternitatem *germani* vocabulum trahi (Chrysologô pios omnes à Christo [a] *corporis sui germanos* factos pronunciante) videamus: ad Fredegarii tamen, sive phrasim, sive mentem, nec est, nec esse potest: de phrasi clarum est, quia Childebrandum Martelli non *fratrem*, non *verum fratrem*, non denique *germanum fratrem*, sed *germanum* absolute vocat; de mente certissimum, quia nec ipsi, nec coætaneo cuiquamid, in mentem venit, ut ab usu vocabuli communi recederet; si tibi quicquid vis (ut aliis affingas) somniare promptum est, nos somniis tuis indormire, te à quoquam (ut indormiat)

[a] Serm. 80.

miat) exigere unquam decuerit; te igitur, publicaque luce indignarum (si famæ tuæ propitius es) nugarum desine, nec ultra cordatis stomachum move, quis enim te (ut commento tuo quomodocunque blandiare) inaudita hactenus Pippino communi Regum nostrorum parenti, & Childerico ante annos 1167 tumulato crimina pro libidine impingentem tulerit? *abstractam à marito adhuc vivente Alpaidem*, finxisse, & Pippinum Christianum nullique non laudatum principem, cum Childerico Pagano & libidinoso (nullo nisi teipso auctore) composuisse leve est, hunc tu Basinam à marito abstraxisse primus nullo colore confinxisti, nec finxisse contentus, tuam Aimoino, qui non *raptam*, sed (cum perfugeret) inconsulte *susceptam* Basinam scripsit, Adoni qui de eâ & Childerici adulteriis nihil prorsus habet, & (aliis quos quia aqua hærebat) non nominas scabiem affricasti; sic Aimoinum, quod injuria commentus es, ex professo scripsisse, tunc hominem post annos 500 natum, quique farraginem suam quâ propriis, qua alienis somniis à capite ad calcem nulla veri, nulla famæ cura, infecit, Gregorio Turonensi universorum qui historiam nostram versarunt primitivô fonte præteritô consulere debueras? sed nec ejus qualemcunque fidem secutus es, *Basina* (inquit) *Bissini Thoringorum Regis uxor, cognoscens Childericum paternum recepisse regnum, ad eum (priori abjecto viro) ire contendit*; dicebatur autem idem Princeps consuetudinem stupri cum ea habuisse, dum apud præfatum exularet Regem. *Childericus ergo dum ab ea quæreret, quâ de causâ ad se venire curasset, hoc ab ea responsum accepit:* quod *de consuetudine stupri* Gregorio ignotâ habet (cum ex anonymô gestorum scriptore, qui post annum 730 vixit, hauserit) ipsi imputare nolim; sed geminum ex eo telum, quo criminationis tuæ jugulum transverberem depromere juvat; si absente & ignorante Childericô *priorem virum abjecit*, & *ad eum ire contendit* Basinâ, qui eam *abstrahere* (procul positus, & longe aliud mente volvens) potuit? si rursus ubi ea advenit, *ab ea* (quasi consilii ignarus) *quæsivit, quâ de causâ ad se venire tantopere curasset*, qui eam abstraxisse dicendus est? quæro deinceps quô teste Alpaidem vel *priorem virum abjecisse*, vel *ab* eô *abstractam* dixeris; an non eodem qui te Childericum plus satis infamatum, nova infamiæ labe adspergere docuit, id est teipso? Siccine soles, ut virorum principum nomen impune lacessas, infanda cogitare? quantum ab eô qui reipsâ admittit abest, qui pudenda & execranda comminiscitur? *superesse claram certamque* (quâ te ita meritô urgeam) *consequentiam* vides, sed me contineo. A calumniâ in Pipinum, ad novam, de Alpaidis ab eô *superductæ* statu, conjecturam transis, eamque ceu viduam nobis subornas, quo vel auctore, vel saltem colore? nullô prorsus, nisi forte hoc unô, *Childebrandum eam ex Pippinô suscepisse displicet*: sed veritas fastidio tuo supparasitari nescia, alio nos trahit; Cum Alpaidem *binubam* nemo veterum dixerit, Childebrandum Martelli fratris vitæ ultra decennium sospitem superfuisse, *ejus jussu* ad Pippini coronationem (Chronico perducto) docuerit, eundem nonnisi sub fratre qui Ratbodum Frisionum Ducem, Raganfridum Majorem domus, Bajoarios, Saxonas domuerat militasse, nec ante annum 731 à Pippini Herstallii obitu 17 exercitui præfectum fuisse scripserit, Martelli denique *germanum* (quod de ὁμοπατρίοις vel ex utroque parente fratribus semper dixerat) semel atque iterum vocaverit Fredegarius; Pippino ex Alpaide natu minorem filium fuisse velis nolis ex ejus mente necesse est. CHIF-

CHIFFL. Sigebertus Gemblacensis: [1] *Sanctus Lambertus Pipinum Principem increpare ausus, quod pellicem Alpaidem suæ legitimæ uxori Plectrudi superduxerit; à Dodone fratre ipsius Alpaidis Leodii martyrisatur, & Trajecti tumulatur.* Bz. Cum de S. Lamberti cæde gesta Francorum, Fredegarius, Annales Moissiacenses, & Metenses altum silent, nec nisi post 400 annos circa A. D. 1112. Chronicum suum scripserit Sigebertus; dissemináte ab eo criminationi quam ex Flodoardi aut Anselmi Leodiensis figmentis, & vulgi tam falsi pravique, quam veri tenacibus minoribus hauserat, adversus Majorum auctoritatem fidei nihil tribuendum est. Vita Lamberti à coætaneo scripta. [2] *Cum jam Dominus vocasset S. Landebertum, ut propter tanta opera dignam redderet ei mercedem, insurrexerunt duo pessimi homines Gaullus & germanus suus Roldus in adversitatem ejus, & servientes Ecclesiæ suæ, in tanta opera perversa, ut nullus eos ferre potuit, nec evadendi erat locus ante illos. Repleti amici Pontificis irâ & tristitiâ, calamitate magna compulsi, & humilitate depressi, interfecerunt eos ex meritô eorum. In illis diebus erat Dodo domesticus jam supradicti Principis Pipini, proprius consanguineus eorum qui interfecti fuerant; Et erant ei possessiones multæ, & in obsequio ejus pueri multi. Cum audisset necem proximorum, collexit magnam copiam virorum, fortissimos ad prælandum; mox irruit ad interficiendum beatissimum virum Landebertum Pontificem.* Alia vita à Godescalco Leodiensis Ecclesiæ Diacono, Agilfridi Episcopi Annô circiter 784 denati, jussu ex priore defloratâ cap. 7. *Cum jam Dominus S. Lambertum ad supernam gloriam vellet transferre, ut ejus dignis meritis dignam contemperaret retributionem, adversum eum insurgunt duo fratres, Gallus & Rioldus vocati, appetentes cum convitiis & contumeliis, & in rei familiaris direptione gravibus dispendiis opprimentes; Præterea non contenti pontificis injuriâ, in ejus famulos, quam cæperant in Domino, calumniam extendunt: in quibus nequiter grassantes, quicquid molestiæ suggerebat furor efferatus, sine respectu humanitatis, sive loquendo, sive feriendo in illos contorquebant. In tantum vero processit eorum malitia, ut intolerabilis omnibus esset, quam nec illi moderari volebant, nec ab ea desistere, sed diutina infectatione eos graviter perurgebant. Cum autem istiè nullus evadendi locus pateret, & à parte illorum parcendi spes nulla suppeteret, omnes qui pontifici dolebant ab illis derogari; sibi vero contumaciter omnimodam contumeliam irrogari, irâ, calamitate & dispendiis dictantibus, quâ vindictâ innocentiam Episcopi & suam defensarent, illis non jam patientiam opponentes, sed jamdudum conceptum dolorem ingerentes, occurrerunt, & mortis ultione prostraverunt. Horum consanguineus quidam Dodo vocatus, de primatibus Palatinis unus (utpote Pippini Ducis familiaris) abundans possessionibus, multorum servorum & militum constipatus obsequio, & Comitatu; cum audisset affinium neces, ad vindictam expectandam animatur, & sanguine sanguinem judicavit ulciscendum, & veritus sibi opprobrio reputari, si ipse succinctus in inferiores personas gladium suum deflecteret, & sanguine vilium hominum cruentatum pollueret; erexit animum & manum ad feriendum caput illorum, qui mortem suorum amicorum, suo Episcopo devoverunt & persolverunt: quapropter cæteris omissis, mors Episcopi devovetur mortibus illorum, & sanguis ejus sanguini eorum decernitur refundendus.* Tertia à Stephano Tungrorum ab anno 903. ad 920. (quô jam prope conciderat Martelli familia) Episcopô, ducentis & quod excurrit à Lamberti

[1] Anno 698.

[2] Tom. 1. Script. Franc. p. 675.

[1] apud Sur. Tom. 4. ad Sept. 17.

transitu annis scripta. [1] *In ejusmodi pietatis certamine, illo forti & invicto animo versante & bella immortalis Regis gerente, ad triumphalem martyrii palmam (eo donante) pervenit. Erant duo fratres, homines scelesti, Gallus ac Rioldus, qui famulos beati viri multis modis affligere & vexare non dubitarunt. Eos antistes patientissimus summisse admodum rogabat, sæpe etiam objurgabat, volens eos ad meliorem frugem revocare. At illi tanto pertinacius infestabant Ecclesiæ familiam, quanto id (ceu oves Christi) moderatius ferebant, qui ab eis vexabantur. Itaque pontificis clientes & cognati, qui erant generis nobilitate insignes, & rebus valde locupletes, animi dolore & Zelo permoti, illas subditorum injurias sibi nulla ratione ferendas, sed maleficos illos oppressores persequendos statuunt, sancto Episcopo id ignorante. Illorum igitur protervia crescente, viri clarissimi & armis strenui, bello illos petunt, & utrumque interficiunt. Quæ res pessime habuit Dodonem infelicem, illis sanguinis affinitate valde propinquum. Quamobrem eis in infando crimine succedens, superbiâ tumidus, consilio hebes, armis rigidus, cædem machinatur B. Antistiti, quotidianasque ei insidias comparat; adjungit ad eam rem socios sibi, homines audaces & flagitiosos, in armis egregie exercitatos; cum iis petit Leodium,* &c. Hæc una vera patratæ à Dodone cædis causa fuit; hanc unam cum noverint, qui post annos 200. Leodii vixerunt, eorum ætate nondum è primi fabulatoris cerebro, quem postea Sigebertûs (nullo delectu adhibito) excepit, fumum exhalasse oportet: peremptorum propinquorum desiderium, non denegatæ sorori communionis dolor, pronum in iras, ultionisque avidum hominem furere compulit; quid detonantem in Dodonis flagitium Stephanum, in Alpaidem si culpæ affinis fuisset invehi vetuisset? sed nec *pellex* fuit (ut ut eam *pellicis* loco habuerit æmula Plectrudis) nec Veterum ullus ei *uxoris* nomen negavit, aut impuros Caroli natales pronunciavit. Gesta Francorum c. 49. anno à Lamberti cæde plus minus 30. *habebat Pippinus filium ex* alia uxore *nomine Carolum.* Fredegarius c. 103. *Pippinus aliam duxit* uxorem *nobilem & elegantem nomine Alpheidam.* libellus de Majoribus Domus, *Plectrudis Pippini quondam uxor; Carolum ex* uxore *alia Pippini filium captum tenuit.* Chron. Moissiacense *habebat Pipinus fillum ex alia* uxore, *nomine Alpagede.* Ado Chron. *Carolus Pippini filius ex alia* uxore, &c. Annales Fuld. & Marianus ad annum 714. *hujus filius Karlus ex Alpheide, quam (posthabita priore conjuge Waltrude) duxit uxorem.* Annales Metenses ad annum eundem, *Karolus, novercales insidias graviter tolerabat.* Sigebertus ipse Alpaidi iniquior, eam *superductam*, Carolum ex eâ natum *Plectrudis relictæ Pipini privignum*, cumque *de custodia novercæ divino nutu ereptum* fateri cogitur. Nobis post annos fere mille natis, nullaque Majorum ope sublevatis, nec quæ solvendi Pippini cum Plectrude conjugii causæ fuerint, divinare nec justas veteribus qui divortia facilius permiserant visas fuisse dubitare licet: Quod enim eorum nemo Plectrudem quomodocunque abjectam fuisse Pippino vitio vertit, nulli divortium displicuisse evincit. Id certe Lambertum non improbasse, vel inde manifestum fit, Pharamundo turbonum, qui Childericum Regem mactaverant, factione intruso cedere coactus, in Strabulensi monasterio cum aliquamdiu delituisset; post septennium, & quod excurrit, à Pippino Majore domus, jam tum Alpaidis marito, imo Martelli (ni fallor) parente, in integrum annô circiter 690 (quo debellatus) *ad*

Vide apud Marculfum lib. 2. tit. 30 *libellum repudii* ob solam *discordiam.*

Textricios

Textricios in Veromandensi pagô Bertharius Majoratu Domus excidit) restitutus est, tunc vero non modo dimissam Plectrudem, sed natum ex Alpaide Carolum fuisse oportuit, qui anno 714 Pippinum secundogenitum ex Hrotrude susceperat cujus annus 54 cum Christi 768 concurrit: si Alpaidem exosus, ejusdem (quod recentiores asseverant) convictum ferre nequaquam poterat; qui factum ut fœdis pellicis amplexibus pollutum Pippinum non abstinuerit, sed impœnitentis per sexennium limina venerabundus terere, imo se ab eô convivio nonnunquam excipi sustinuerit? sed coætaneo nemini pudendum, imo carum & gratâ à posteris mente colendum Alpaidis nomen visum fuisse, Ludovicus Pius abnepos memorando facto docuit, qui natu maximam, Begoni Comiti suo tempore elocandam, filiam Alpaidem dici voluit. Cum igitur Pippinum sive à Lamberto, sive ab aliô (ob superductam Alpaidem) *objurgatum*, Alpaidem (quod pellex esset) à Lamberto asperius habitam, Lambertum ejus causâ obtruncatum, Alpaide natos spurios habendos ante annum 900 nemo dixerit, in Pippinianam familiam (ne intaminatis æternum fulgeret honoribus) quicquam moverit nemo; valeant dira Sigeberti aliorumque recentiorum, ad fabulas nimium facilium, somnia.

CHIFFL. *Consentiunt Beda, Vsuardus & Ado in Martyrologiis. Et Beda quidem vetustior (qui excessit è vivis annô 734 imperante Francis Carolô Martello, Alpaidis filio) hisce verbis.* [1] Tungrensi Diœcesi Leodiô villâ publicâ, natale S. Lamberti Episcopi, qui dum *Regiam domum* zelo religionis increpasset, cum rediens orationi incumberet, ab iniquissimis viris de Palatio missis, ex improviso concluſus intra domum Ecclesiæ occiditur, cujus sepulchrum celeberrimis miraculis illustratur. *Eadem narrant Regino Abbas Prumiensis,* [2] *Nicolaus Leodiensis Canonicus, Renerus ad S. Laurentium Monachus, & multi alii.* [1] 17 Sept. [2] apud Chapeauville.

82. Ut ut inter se (utpote verbis iisdem usi) Martyrologi *consentiant*, eorum nullus cum Sigeberto, tribusque vitæ Lamberti scriptoribus consensus est; *Pipinum* ob Alpaidem Sigebertus; vitæ Lamberti scriptores Gallum & Rioldum ob *infectatam Ecclesiæ familiam*, Martyrologi *domum regiam* (nullâ expressa increpationis causâ) *increpitam* volunt. Martyrologi *intra*, alii extra *domum Ecclesiæ* in proprio domicilio confossum somniant cui ex tam diversis verum consensum exprimere datum sit? an cum Rioldô & Gallô Pippinus idem? an *superductæ pellicis*, & *infestatæ Ecclesiæ familiæ* causa eadem? an vel Pippinus, vel Pippini (quæ *regia* nunquam ipso vivo fuit) domus, *regia domus* à quoquam jure dici potuit? Imo nec efficta in Alpaidis injuriam (post annum 900) fabulæ primis choragis, ut ut Alpaidem Pippini *pellicem*, & Dodonis *sororem*; ejusque *incentricem* fuisse (nullâ vetustiorum auctoritate fulti) scribant, inter se per omnia convenit, sed suâ quisque viâ (ceu *singulares feri*) furibundi feruntur, post Flodoardum, qui hist. Rhem. lib. 2. c. 12. *ex ancillæ stupro natum* Martellum, ei ob Rigobertum infensus scripserat, Anselmus scilicet Canonicus, qui suam de Leodiensibus Episcopis farraginem Annoni Colonienſis Ecclesiæ Præsuli A. D. 1075. Decemb. 4. fetiâ 6. denato inscripsit, & Sigeberto annô 1113. Octobris 5. defuncto imposuit, Pseudo Marcellinus, in Swiberti vitâ; Nicolaus Canonicus qui *partim ex gestis Regum Francorum, partim ex* [3] *Chronicis Reginonis Prumiacensis Abbatis, & Sigeberti venerabilis monachi de cœnobio*

[3] de Alpaide & Dodone nihil Regino, vitaque tam Landoaldi quam Landradæ habent.

Gemblacenſi, partim ex epiſtolis diverſorum Epiſcoporum, partim ex vita B. Landoaldi presbyteri ſeu S. Landradæ Virginis, partim ex relatione Majorum, & ſcriptis virorum fidelium (in Wederici Letienſis Abbatis anno 1143. S. Vedaſti in Attrebatibus cœnobiô præfecti gratiam) excerptam à ſe Lamberti vitam videri voluit. Renerius *ad S. Laurentium prope Leodium* paulo poſt Monachus. Ægidius Aureæ Vallis in Treverenſi diœceſi, anno 1250. Monachus Anſelmi interpolator, in eundem ſcopum (cum damnatum à Lambertô Alpaidis conjugium, Dodonemque Alpaidis ejuſdem fratrem fuiſſe, quæ vetuſtiorum nemo dixerat, fuiſſe ſcripſerint) collimaſſe videri poterant; alii tamen ab aliis diſſentiunt; eoque (velut indiciô ſuô ſorex) mendaces
[1] c. 14. produntur. Nicolaus [1] *rectores Eccleſiarum Auſtriæ*, Pippini *delictum per adulationem diſſimulando augere ſtuduiſſe*; imo *tanquam canes mutos factos*, unum Lambertum *Zelum Phinees vel Heliæ tota mente concepiſſe, in ſpiritu & verbis Ioannis Baptiſtæ ad Pippinum ingreſſum fuiſſe* Renero perſuaſit, &
[2] c. 15. finxit primus; [2] Dodonem de *corrumpendo Lambertô* conſilium ſumpſiſſe,
[3] c. 16. [3] *Proceres*, qui cum Lamberto & Pippino diſcumbebant, *pateras ſuas viro Dei ad benedicendum ſumma cum devotione per pincernas tranſmiſiſſe*, Alpaidem, *ſcyphum ſuum ſanctificandum latenter ingeſſiſſe Epiſcopo*, Pippinum Lambertum *aulam, relicto prandio, egreſſum, blanditiis & magnis beneficiorum promiſionibus aggreſſum*, cum nihil promoviſſet, *furore plenum, talem ſic ei præbuiſſe qualem ſe vel ſacrilegus Achab Eliæ, vel adulter Herodes Ioanni Baptiſtæ*, ut Alpaidem *placaret ſibi humili ſatisfactione præcipiſſe*; [4] Alpaidem
[4] c. 17. Pippini *animum, verbis Lamberti* recuſantis *exaſperatum graviter, facile ad interfectionis ejus conſilium impuliſſe, miſſis Dodoni fratri de palatio per noctem ſatellitibus, dum principi placeret, maturandum* mandaſſe, poſt annum à Lamberti tranſitu 447. ſomniavit ſolus. Anſelmus [5] *duplicem martyrii cauſam extitiſſe, impulſumque à ſorore* Dodonem, annô circiter à Lamberti cæde 370. primus commentus eſt. Renerus, qui poſt Nicolaum ſcripſit, Pippinum
[5] c. 11.
[6] c. 16. [6] *ſi amantem pellicem fallere potuiſſet, lucroſe increpantem præſulem auditurum*
[7] c. 18. fuiſſe, [7] *oblatum ſibi à pincernâ poculum Epiſcopo offerendum inveniſſe*, Lambertum *nullum Pippino prætuliſſe. Exemplum principis ſecutos minores proceres, omnes à ſancta manu S. Epiſcopi, poculum ſibi porrigi eſflagitaſſe: dumque ad hoc omnes mixtim irruunt, & ſe confuſe ingerunt, ut alter alterum præveniret; pellicem ſua manu clanculum manibus aliorum intermixta ſategiſſe, vel ſic de manu Epiſcopi præcipere poculum.* Lambertum *præcaviſſe fœmineas inſidias, ad principem converſum de nimietate fœminea præſumptionis conqueſtum, inde ſe aula propripuiſſe*, eum Alpaidem Dodoni fratri continuo poſt truci-
[8] c. 8. dandum objeciſſe, ſolus imaginatus eſt. [8] *Gladium* à Lambertô *arreptum*
[9] c. 9. *quaſi ſe ſuoſque à Dodonis* vi *defenſurus eſſet*, Godeſchalcus, & [9] Stephanus
[10] c. 21. ſcripſerant; illum poſt 379. hunc, poſt 200. & quod excurrit, annos [10] ſecutus eſt Renerius, at Anſelmum, Nicolaum Ægidium fateri puduit. De infelici Dodonis exitu, quantumvis eum *ultione divinâ percuſſum, omnibus inteſtinis putrefactis & horribiliter egeſtis, infeliciter peſſimam vitam finiviſſe, & in profundum inferni detruſum* (ſub Carolô Magnô Pippini & Alpaidis pronepote) Godeſchalcus [11] aſſeveraſſet, nihil Stephanus & Nicolaus ſcriptis
[11] c. 13.
[12] c. 24. mandarunt; eum poſteà *inteſtina ſua per os egeſſiſſe*. [12] Renero & [13] Ægidio
[13] c. 11. placuit; *Propter intolerantiam nimii fœtoris, corpus ejus in fluvium Moſam projectum*, ſolus Renerus cap. 24. fabulatus eſt. Id

Id etiam in [1] Nicolai & [2] Reneri fabula putidum ac plane ἄλογον occurrit, quod Lambertus quem cum Pippino & Alpaide *discubuisse*, Pippini *poculum benedictione sua sanctificasse*, *nullum Pippino prætulisse* volunt, simulac *scyphum latenter ingessit* Alpais, *prandio relicto*, *ne per cujuslibet communionis vel benedictionis consortium reatui impudentis adulteræ aliquem videretur præbuisse consensum*, se *nunquam fornicariæ communicaturum* protestatus fingitur; fidem tuam, Chiffleti, an tradita à propinquis, & solenni more nupta puella, depereunte, imo medullitus exardescente proco, cujus blanditiis seducta cesserit, contaminatior, Episcopali *communione* indignior censenda fuit? si (quod se superduci passa sit) *fornicariæ* & *adulteræ* pudendo elogio infamanda fuit, quo sapone *superducere* ausi crimen eluet? si *quia scripsit & mandavit Paulus dicens* [3] *ne commisceamini fornicariis*; Alpaidis (suo judicio *fornicariæ*) convictum & salutationem exhorrere debuit, quo jure Pippino sceleris auctori (Alpaide ipsa præsente) assedit, *nullum ipsi prætulit*, ejus *poculo benedixit*, eidem *demulcendo* & *laudando* blanditus dicitur? Si rursus *amico Dei Ioanni* edicenti, [4] *si quis non permanet in doctrinâ Christi, non eum recipiatis, nec ave ei dixeritis, qui enim dicit illi ave, communicat operibus illius malignis*, parere certus fuit; quâ fronte, Pippino (hoc ipso, quod libidinum mancipium fuit) *in doctrinâ Christi non permanenti*, vel ad momentum adhæsisse, prona mente *ave dixisse*, *ave dicendo operibus* ejus *malignis communicasse* fingitur? Vides, Chiffleti, quos ἐμέφρονας putas & ἀφρονες esse; & à se inviceem distrahi? vim in *regiæ domus*, (quæ Childeberti non Pippini fuit) vocabulis, si facis; an [5] Childeberto *viro inclyto*, *Regi justo*, tunc autem puero, nec fundendi sanguinis ullius auctori, Lamberti cædem imputabis? si Pippini domum, *regiam* vocare libeat, qui Pippinum truculenti facti, (cujus conscius non fuit, quodque veris, simulac resciv it, lachrymis deploravit) reum perages? quis *iniquissimos viros de Palatio* in Præsulem innoxium immiserit? an Alpais? at eam nemo nisi recentior, infesto in Lambertum animo fuisse comminisci ausus est; Vetusti vero Lamberti vitæ scriptores Dodonem non à sorore ulla *missum*, aut incitatum, sed unius, ex Rioldi & Galli propinquorum cæde concepti, doloris œstrô percitum, nec *viris de palatio* vel à se, vel ab alio quoquam *missis*, sed ex proprio *obsequio* collectis stipatum, *ad interficiendum Landebertum*, *mox*, antequam scelus antevertere quis posset, *irruisse* asserunt. Hinc meridianâ luce clarius elucescit, eum qui Martyrologio Lamberti nomen inseruit primus, vel minus comperta, vel parum attentâ mente scripsisse. 2. reliquos eum, clausis (ut sic dicam) oculis secutos esse. 3. universorum testimonium inexploratum nequaquam admittendum fuisse. Ipsa martyrologii verba Lamberti memoriam (non simulac passus est, sed postquam Trajecto transferri λείψανα ejus placuit) posteris commendatam fuisse evincunt. Cum enim annô 696. Septembris 17. feria prima; Leodii confossus esset [6], *qui sicariorum manus evaserant*, *navi corpus celeriter imposuere*, *& Trajectum advehentes in Apostolorum principis Ecclesiâ honorifice tumularunt*, annô vero 708 [7] *ordinationis duodecimo*, *commonitus* Hubertus, *uti à Trajectensi oppido ossa Sancti levaret Lamberti*, *& in loco*, *quo celebratam ejus passionem nosset*, *iterum humanda reduceret*, tertio decimô reduxit; exinde vero *Leodiô villâ publicâ* Lamberti *sepulchrum* inclaruit, prout ex martyrologiis habemus; Denique nec *annô* 734. *è vivis excessit*

[1] c. 16. [2] c. 18.

[3] 1 Corint. 5.

[4] 2 Ioan.

[5] Gesta Franc. cor. c. 49. 50.

[6] Stephan. vita Hu. berti.

[1] Epitaph. [2] epist. discipuli de ejus obitu. Florentius Wigorn. Matth. Westmonast.

cessit nec excedere potuit Beda, quandoquidem *Iuni* [1] *septenis viduatus carne Kalendis, Angligena Angelicam commeruit patriam*; vixit autem [2] *usque ad diem Ascensionis Dominicæ*, quæ annô 735. in Maji 26. seu 7. *Kal. Iunias* incidit. Nec Bedæ martyrologium purum, sed à Florô (qui plurima post Bedæ dormitionem peracta addidit) interpolatum nunc habemus; prout epistolâ ad Carolum Magnum datâ docuit Usuardus.

[3] Anno 698. n. 1.

CHIFFL. *Hic autem serio advertendum, quod etsi* (*Baronio tradente*) omnes tam veteres, quam recentiores Historici absque controversiâ affirmarint à S. Lambertô Tungrensi Episcopô, factam Pippino Herstallio objurgationem ob introductam pellicem Alpaidem; *Fredegarius tamen Childebrandi Ducis historicus, dum illud datâ operâ reticuit; quinimo Alpaidem absolute vocavit*, uxorem Pippini nobilem & elegantem, *plane ut Childebrando, ex aliô thorô Alpaidis filio, gratificaretur, ejusque matris probro velum obtenderet.*

Bz. *Serio* (si sapis) *advertes*, 1 Baronium nebulonis (qui Marcellinum Swiberti socium mentitus ejus vitam insulsis mendaciis fœdavit) præstigiis fascinatum, *de veteribus*, non quod res erat, sed quod videbatur inconsultius scripsisse. 2. PseudoMarcellinum nec illi, nec ulli cordato (si modo oculos aperire dignatus esset) impostoram facturum fuisse: ne fabulatorem infrunitum, fere ubique monstra locutum, & fide indignum dubites, ab unô aut altero nævo discernes omnes. 1. *Annô* 647 *Martino Papa* (quem annô demum 649 Iunii 30 feriâ 1. Theodoro suffectum constat) sedente Swibertum natum vult. 2. Swiberto *Sigebertum Nortingramiæ Comitem* & Bertam parentes assignat; nullam unquam in Angliâ *Nortingramiam*, [4] raros tunc nec patrimoniales inter Anglos *Comites* fuisse nequaquam capiens. 3. Willibrordum annô ab Incarn. 696. *Leonis Imperatoris* (qui nullus fuit) *primo* ad Sergium Papam missum (*Leonem* suum *Leoncii* locô subornans) refert. 4. *Flandriæ, Hollandiæ* & *Lotharingiæ* (quarum nulla ætate illa mentio) meminit. 5. *Ratbodo Frisionum Rege mortuo* Willebrordum & Swibertum *in Hollandia & Frisia libere prædicasse* refert, cum tamen ex vetustis Francorum Annalibus Switbertum annô 713, Ratbodum annô 719 defunctum constet. 6. Plectrudem *Agrippinensium, Austrasiorum* & *Lotharingiæ* (cujus nomen post annum 855 innotuit, & Austrasiæ pars fuit) *Ducissam* vocat. 7. *Iopiliam* cum *Herstallo* confundit. 8. nescio quem *Geraldum Palatinum de Ardennâ*. 9. Pippinum *super Lamberti* A. D. 696 Sept. 17 cæsi *morte* annô 714 ab ejus passione 18 *dolentem ad mortem ægrotasse* nugatur. 10. Swibertum à Plectrude ad Pippinum decumbentem anno 714 missum, ut filios Drogonem & Grimoaldum hæredes scriberet, Alpaidem eum re infecta *abire jussisse*, Pippinum posthabitis Drogone & Grimoaldo in Carolum hæreditatem transcripsisse, Swibertum ad Plectrudem reducem [5] A. D. 715 Martii 1 feriâ 6 in Dominô dormiisse impudenter mentitur: annô enim 708 Drogo decesserat, Swibertus vero 713, Grimoaldus 714 Aprili mense Pippinus Decembris sequentis 16 denatus est. Vt ad rem revertamur, *Veterum* ad annum usque 900 (quicquid in contrarium Baronius Cardinalis sentiat) *Veterum*, inquam, nemo *Pippinum ob introductam pellicem à Lambertô objurgatum* dixit, *recentiores* adversus veterum fidem quicquid libuit somniantes non moramur. Fredegarius qui *objurgatum* ignoravit, objurgatum

[4] forte Nottingham dicere voluit, sed hæc *Mercionum* non *Nordanhumbrorum* fuit & Pendæ Ethnico paruit.

[5] Mart. 1. fer. 6 convenit anno 715 sed Annales *Swiberti depositionem* in 713 Mart. 1. fer. 3 conferunt. Tom. script. Franc. p. 6.

fingere

fingere non debuit. *Alpaidem* nec primus nec solus *Pippini uxorem absolute vocavit*, ubi vocavit, non *Childebrando gratificandi*, sed veritati ex officiô serviendi animô vocavit; Childebrandum denique *ex alio thoro filium* nec credidit, nec credere jure potuit.

CHIFFL. *Quamvis Childebrandi avunculus Dodo* (*vir nobilis ac potens, sed scleratus*,[1] *qui arcem in Aurotano agrô Iupiliæ vicinam inhabitabat*) *tanto decori sibi ante adscripsisset fratrem esse Alpaidis, ut S. Lambertum, qui Pippinum Iupiliæ incolam de illicito illo connubio objurgaverat, occiderit, Childebrandus tamen, ne vulnus refricaret quod in cicatricem coalescere optabat, sat sibi laudis esse censuit, si de industriâ à Fredegario, Caroli Martelli, recte factorum famâ principis inclyti*, germanus *nuncuparetur cujus* frater uterinus *tantum erat. Quod equidem ab historicô illô propriô per quam apte pronunciatum jam ostendo.*

[1] Nicol. Leod. c. 14. *Auridum vicum* vocat non *Aurotanum.*

BZ. Dodonis Lamberti sanguine respersi causam agere animus non est; ad molimina tua universa evertenda, sat haberem Pippini cum Alpaide *connubium* (*quod Dodonem* decori sibi adscripsisse vis) *illicitum* reputatum, nulli veterum fuisse; Lambertum (ob Pippinum *objurgatum*) *à Childebrandi avunculo* cæsum, te nequaquam ex veteribus hausisse; At insuper Childebrando ex *objurgatione* nunquam factâ, ullum *infligi vulnus*, potuisse, idque quod nunquam fuit, eum *in cicatricem coalescere* vel *optasse*, vel *optare* debuisse; Martelli denique *germanum* (quod *uterinus tantum frater* esset) sive *apte*, sive inepte à Fredegariô *pronunciatum* fuisse, & te (quod temere spondes) legitime unquam *ostensurum* esse pernego.

CHIFFL. *Soboles ex eadem matre, ac variis patribus progenitæ* (*quales erant Childebrandus & Carolus Martellus*) *non minus* frater *ac* sorores *vocantur, quam quæ ex eodem patre matribusque diversis. Exempla ejus appellationis obvia sunt, apud veteres; unum illustre protulisse sit satis.* BZ. Diversis patribus sed *eadem matre progenitos fratres* dici, tam verum est, quam à causa alienum: *tales Childebrandum & Carolum* (quod fingis) *fuisse*, Fredegarium *fratris* (ubi de Childebrando egit) vocabulo usum fuisse, *illustre* illud (quod *proferre* paras) *exemplum* hypothesi tuæ servire posse nego.

CHIFFL. *Genuerat* Agrippina *Augusta ex priore marito Cn. Domitiô Ænobarbô* Neronem, *qui postea vitrici Claudii Cæsaris adoptione in Imperium irrepsit; secundis deinde nuptiis Claudio Cæsari copulata ex eo suscepit* Britannicum atque Octaviam, *quam ipsa Neroni in conjugem elocavit, sororem uterinam uterino fratri, à quô postea Poppææ adulterinis amoribus dementatô, dire necari jussa, cum prius etiam uterinum fratrem Britannicum rapidissimo venenô sustulisset.* BZ. Tam *illustre* ἀξιλπεξίας & prostitutæ in versandis veterum monumentis fidei tuæ *exemplum* edis, Chiffleti, ut te æternum ejus pudere merito debeat. Agrippinam Domitio primum, ex quô Nero ortus est, ac exinde tertiis nuptiis Claudio Cæsari patruo nupsisse, Octaviam Neroni *in conjugem elocatam*, & post Britannicum germanum ab eo *dire necatam* fateor; Britannicum atque Octaviam ab Agrippinâ ex Claudio *susceptos, uterinumque* eorum *fratrem* Neronem aut fuisse, aut esse potuisse nego. illum ipsum cujus testimoniô niteris purgatis auribus audi, [2] *Iam erat in aspectu* (Claudii) *Messallina, clamitabatque audiret Octaviæ & Britannici matrem*, &c. *ictu Tribuni transfigitur; corpus matri concessum; nuntiatumque Claudio epulanti periisse*

[2] Tacit. Annal. 11.

[1] lib. 12. *periisse Messallinam*, &c. [1] *ubi sui matrimonii certa fuit* (Agrippina) *struere majora, nuptiasque Domitii*, quem ex Cn. Ænobarbo genuerat, *& Octaviæ Cæsaris filiæ moliri, quod sine scelere perpetrari non poterat; quia L. Silano desponderat Octaviam Cæsar*, &c. *necdum celebrare solemnia nuptiarum audebant* (Claudius & Agrippina) *nullo exemplo deductæ in domum patrui fratris filiæ*; &c. *Senatum ingressus* (Claudius) *decretum postulat, quo justæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur*, &c. *Die nuptiarum Silanus sibi mortem conscivit*, &c. *despondetur Octavia, ac super priorem necessitudinem, sponsus jam & gener Domitius æquari Britannico studiis matris*, &c. *adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur*, &c. *biennio majorem natu Domitium filio anteponit*, &c. *adnotabant periti nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri*, &c. *rogata lex, quâ in familiam Claudiam & nomen Neronis* (Domitius) *transiret*, &c. *obvii inter se, Nero Britannicum nomine, ille Domitium, salutavere? Quod ut discordiæ initium, Agrippina multo questu ad maritum defert; sperni quippe adoptionem, quæque censuerint patres, jusserit populus, intra penates abrogari*, &c. *nondum tamen summa moliri audebat, ni prætoriarum cohortium curâ exsolverentur Lusius Geta, & Rufus Crispinus, quos Messallinæ memores, & liberis ejus devinctos credebat*, &c. *Testamentum* (Claudii) *haud recitatum, ne antepositus filio privignus*

[1] lib. 14. *injuriâ & invidiâ animos vulgi turbaret*, &c. [2] *Agrippina ruere ad terrorem & minas, neque principis auribus abstinere quo minus testaretur, adultum jam esse Britannicum, veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio, quod infitus*

[1] lib. 14. *& adoptivus per injurias matris obtineret*, &c. *Puella* [1] *vicesimo ætatis annô, inter centuriones & milites, præsagiô malorum jam à vitâ exempta nondum tamen morte acquiescebat; paucis dehinc interjectis diebus, mori* (Octavia) *jubetur.*

Vt Tacitum silere, ac vere sui nominis virum præstare jubeamus, coætaneus Suetonius depravatæ nullo fructu historiæ pœnas à te repoſcere non

[1] in Claudio. desinet. *Liberos* (inquit) [1] *ex tribus uxoribus tulit*, (Claudius); *ex Vrgulanillâ Drusum & Claudiam; ex Pætinâ Antoniam; ex Messallinâ Octaviam, & quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit*, &c. *Claudiam ex liberto suo Botero conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam, alique cœptam, exponi tamen ad matris januam & aulam jussit abjici. Antoniam Cn. Pompejo Magno, deinde Fausto Sullæ nobilissimis juvenibus. Octaviam Neroni privigno suo collocavit, Silano ante desponsatam, Britannicum vicesimo*

[1] in Nerone. *imperii die*, &c. *natum sibi*, &c. *assidue commendabat*, &c. [1] *Gratiâ & potentiâ revocatæ restitutæque matris, usque eo floruit* (Nero) *ut emanaret in vulgus, missos à Messallinâ uxore Claudii, qui eum meridiantem quasi Britannici*

[1] lib. 60. *æmulum strangularent.* Accedet tertius vindex Dio [1] ἔτω τι ὡς ἀληθῶς ἐς πάντα τὰ παιδικὰ ἐμελλεν ὀκνεῖν; ὥστε γοῦν ἐπειδὴ τὸν αὐτοκράτορα ὁ τότε μὲν Κλαύδιος τοιοῦτος Γερμανικὸς, ὕστερον δὲ καὶ Βρεττανικὸς ἐπωνομάσθη, ἀπ' ἄλλου τινὸς φανῆναι ἐποίησεν, ἀπ' Αὐγούστου αὐτὸν ἢ τοῦ Μεσσαλίνου Αὐγοῦσαν θηλυκῶς ἐφήκεν. *Adeo certe in hujusmodi omnibus sibi temperavit, ut nato sibi filio, qui tunc Claudius, Tiberius Germanicus, ac exinde Britannicus vocatus est, nec illustre aliud quid fecerit; nec Augustum se, aut Messalinam Augustam salutari siverit.* τῷ τε υἱεῖ αὐτοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐπωνυμίαν ἐπίθεσιν, ὥστε καὶ κυνός τρόπον τινὰ Βρεττανικὸν αὐτὸν ὀνομασθῆναι καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ τοῦ πρωτοβρίου ἰῶ καὶ ἡ Λιβία ἐχρήκει καὶ τῷ καρπίνῳ χρῆσθαι ἔδοσαν.

illam

illam ipsam denominationem, indidit, ut (quasi proprio nomine) Britannicus vocaretur; & primum consessum (quem etiam Livia habuerat) usumque carpenti Messalinæ dedit Senatus ὅπως ὁ Κλαύδιος τὴν Νέρωνα τὸν αὐτῆς εἰσποιήσηται, τότε καὶ μάλιστα ἐπιθυμοῦντα τοῦ γαμβροῦ ἐπιμήσασθαι τοῦ γυναικείου ἤθους. *quo tempore Claudius Neronem ejus* (Agrippinæ) *filium adoptavit, eodem generum adscivit, filiam in aliâ familiâ adoptandam dedit, ne fratres conjungere videretur.*

Historiæ summa.

Nero Domitio & Agrippinâ nono à Tiberii morte mense, Decembris 15 natus est, anno Christi 37, Urbis 790, Proculô & Nigrino Coss.

Domitius decessit Anno Christi 40, Urbis 793. Caligulæ IV, vitæ Neronis III. Agrippina à Cajo germano relegata est.

Cajo trucidato Ianuar. 24. suffectus Claudius patruus, cui 20 post die, seu Febr. 12 natus ex Messallina Britannicus, anno Christi 41, Urbis 794. eodem anno revocata à Claudio Agrippina.

Messallina Claudii mariti jussu cæsa est anno Christi 48, Urbis 801 jam affecto.

Agrippinam fratris filiam ducit Claudius, Neronem adoptat, Octaviam in alienam familiam transductam ei despondet, anno Christi 49, Urbis 802.

Octaviam ducit Nero anno Christi 53, Urbis 806.

Claudium maritum & patruum venenô tollit Agrippina, Octob. 13. anno Christi 84, Urbis 807.

Britannicum Octaviæ germanum veneno Nero anno Christi 55, Urbis 808 exeunte, in Saturnalibus necat.

Agrippinam matrem ferro tolli imperat Nero, anno Christi 59, Urbis 812 Martii 12.

Octaviam jam relegatam venarum sectione tolli jubet Nero, anno Christi 62, Urbis 815. qui Octaviæ 20 erat.

Ipse anno Christi 68 Urbis 821 Iunii 10 perit.

Familiæ Neronianæ status.

Drusus Tiberii Neronis & Liviæ Drusillæ filius, post matris cum Augusto nuptias natus, Antoniæ minoris maritus, Anno Urbis 745 ante Domini æram 9 denatus.

Germanicus Agrippinæ Agrippa & Iulia natæ maritus A. D. 19 denatus.

Claudius Imper. Vrgulanillæ, Pætinæ, Messallinæ, Agrippinæ maritus A.D. 54 Octob. 13 denatus.

Nero, Drusus A. D. 26 periere.

Caligula A.D. 41 Ian. 24 cæsus.

Agrippina Domitii, Crispi Passieni Claudii uxor A.D. 59 Mart. 12 denata.

Drusilla Livilla.

Nero Octaviæ maritus.

1 *uxor.* Drusus puer de natus.

Claudia in cunis exposita.

2 *uxor.* Antonia Pompeji ac exinde Sullæ uxor à Nerone A.D. 65. cæsa.

3 *uxor.* Britannicus A.D. 41 Febr. 12 natus, A. D. 55 exeunte cæsus.

Octavia Neronis uxor A.D. 62 ætatis 20 cæsa.

Tunc, ut Neronem & Octaviam *uterinos* fieri cogas, Agrippinam anno (antequam ex Claudio uterum ferret) octavô, liberos ei quos (ipsâ non

agnoscente) Messalina sibi jam tum vindicaret, quique plures una matres haberent parere potuisse dixeris? ipse tecum reputa.

Lib. 13. Annal. CHIFFL. *Cum tamen illius teterrimi matricidæ, fratricidæ, & sororicidæ scelera narrat Tacitus, absolute & simpliciter hunc ejus* fratrem, *illam vero* sororem *appellat.* Nero intellectâ invidiâ odium intendit; urgentibusque Agrippinæ minis, quia nullum crimen, neque jubere cædem *fratris* palam audebat, occulte molitur. *Tum inferius* Nox eadem necem *Britannici*, & rogum conjunxit, proviso ante funebri apparatu, qui modicus fuit. In campo tamen Martio sepultus est, adeo validis imbribus, ut vulgus iram Deum portendi crediderit adversus facinus, cui plerique hominum etiam ignoscebant, antiquas *fratrum* discordias, & insociabile Regnum existimantes. *Tum post nonnulla* festinationem exequiarum edicto Cæsar defendit, id à majoribus institutum referens, subtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus aut pompâ detinere: cæterum & sibi amisso *fratris* auxilio, reliquas spes in republica sitas. *Alio autem loco sic de Octaviâ:* Paucis dehinc interjectis diebus mori jubetur: cum jam viduam se & tantum sororem testaretur; *hoc est repudiatam, neque amplius Imperatoris uxorem, sed uterinam duntaxat sororem.*

lib. 14. Annal.

§. Tacito Neronem à Claudio tertio Agrippinæ matris marito adoptatum, Britannicumque & Octaviam Messallinâ (longe antequam Claudius idem fatis concederet, ejusque Agrippina thalamo irrumperet) natos conceptis verbis pronuntianti, Nero, Britannicus, Octavia *fratres*, imo *absolute fratres* fuere; non tamen *naturâ*, sed *adoptione*; si nescis * ex Paulo disce, *qui* (inquit) *in adoptionem datur, his quibus adgnascitur, & cognatus fit,* &c. *filiæ meæ is, quem adoptavi, frater sit; quoniam in familiâ meâ est filia, nuptiis tamen etiam eorum prohibitis,* hoc jure cum Britannici & Octaviæ *frater factus* Nero, ab hujus *nuptiis prohiberetur*, eam alienis à patre *in adoptionem dari* necesse fuit (prout nos Dio monuit) nec ut sororem, antequam in alienam familiam transiisset, sed ut alienam, postquam alienorum fuit, duxit Nero: ubi de *germanis* non de cujuscunque generis *fratribus* disputamus, *uterinos* † fuisse ad ravim usque si lubet inclama; *ista* (ut cum † poeta loquar) *mihi sunt, quod dici solet* gertæ germanæ; *adepol, liræ, liræ.*

* de adopt. §. 23.

† in Pœnulo.

lib. 3. Æn. CHIFFL. *Verumenimvero sic omnino ad Fredegarii mentem Servius in Virgilium*; *etsi aliâ quam Festus* germani *originatione*; Germanus *est* (*secundum Varronem in libro de gradibus*) de eadem genitrice manans; *non* (*ut multi dicunt*) ab eodem germine; *secundum quem, bene nunc Ericem, Butæ &* lib. 1. pf. 412. *Veneris filium, Æneæ dicit esse* germanum. *fabulantur poetæ Ericem & Æneam Veneris fuisse filios, sed illum Bute, hunc Anchise patre genitum. Vnde Entellus ad Æneam, Ericis uterinum fratrem dixit:*

Hæc germanus Erix quondam tuus arma gerebat, *quô sensu Æneæ prius dixerat Palinurus*; nec littora longe Fida, reor fraterna Ericis, portusque Sycanos.

§. Cum laudatus Varronis *de gradibus* liber non extet, an eô, quô Servius scripsit, sensu *germanos* dici voluerit, incertum est. 2. forte Virgilius ad latiorem quam Varro significationem vocabulum traxit. 3. ut Varronem Virgilio & Servio *germanos*, qui *uterini* sint, vocantibus præiviisse demus; nihil hoc ad Fredegarium, de cujus unius sententia disputamus. 4. usus

ille

ille qui Virgilio ac forte Varroni placuit, cum ante annos mille fere antiquatus sit, nemini à quoquam temere obtrudendus, nemini pro libidine affingendus est. 5. Fredegarium de eo ne cogitavisse, sæculi quo vixit, ut & sequentis idioma evincit. 6. non *ad Fredegarii*, sed *ad tuam* (quam inconsulte admodum & solo contradicendi desiderio ardens Fredegario imputas) *mentem*, quod ex Serviô notas, facit. 7. Homini vix cum vulgo Latina balbutienti eam imputare absurdissimum est. 8. Etsi cum Latini sermonis peritissimum (quod à verô longissime est) fuisse largiamur; eadem cum cum Virgiliô & Serviô mente scripsisse cogitare, hoc ipso inconveniens fuerit, quod Childebrando homini militari, & promiscuo vulgo, scripsit; quibus obsoleta, peregrina, à sæculi more abhorrentia, quæque nemo nisi doctrinæ reconditioris caperet, revehere ausus, ludibrium (quasi sonum sine mente dans) debuisset. 9. Non *Erix*, & *Sycanos*, sed *Eryx* & *Sicanos*, Ἔρυξ, Σικανὸς (si quod inter eruditos nomen speras) in posterum scribes. Strabonem aliosque veteres consule.

CHIFFL. *Præterea Varronis in Latinâ linguâ sectator S. Isidorus, Hispalensis Episcopus, Fredegarii contemporaneus, in hæc verbâ locutus est:* Germani ex eadem genitrice manantes; *uterini* vocati, eo quod sint ex diversis patribus, & unô uterô editi. *Germana* ita intelligitur ut *germanus* eadem genitrice manans. lib. 9. c. 6.

BZ. Hoc ipsô, quod *Varronis in Latinâ linguâ sectator* fuit, aliud quam putas Varronem sensisse, ejusque verbis abusum Servium credere cogor. Cum enim *germanos* ab *uterinis* distinguat, imo invicem opponat Varronis discipulus, iidem ex ipsius mente esse non possunt; ne qua justa de ejus mente dubitandi causa esse videatur, Braulionis Cæsaraugustani Episcopi cui *etymologiarum Codicem transmisit*, de eô quod laudamus opere judicium; deinde operis verba proferam: *edidit* (inquit) *libros differentiarum duos; in quibus subtili discretione, ea quæ confuse usu proferuntur, sensu discrevit*; audi nunc quid ex prioris numero 242 hauserimus, *Inter* germanum & fratrem *hoc interest, quod* germanus *est verus frater ex patre & matre*, frater *vero, ex diverso patre vel matre*; hoc sensu Braulio ipse Isidorum *Leandri Episcopi successorem & germanum*, &c. *ad* germanum *suum Fulgentium Episcopum Astigitanum Officiorum libros duos*, &c. *contra Iudæos postulante Florentiâ* germanâ *suâ, proposito virgine, libros duos* edidisse monet; erant enim (ex tua sententia) Severiano Ducæ & Flavia Theodora nati omnes, non ὁμοπάτριοι aut *uterini* tantum. & Hildephonsus Braulionem Ioannis *fratris in Cæsaraugustâ locum adeptum*, eique *germanitate conjunctum* refert; cum igitur *germanos*, de iis solis qui à patre & matre fratres sunt, interpretatus sit Isidorus, ne secum committatur, mutuo ab eo sumpta sive Varronis sive Servii verba, longe aliter quam velis ex necessitate accipienda sunt; ea quia mutila protulisti, integra reponam. *fratres dicti, eo quod sint ex eodem* fructu, *idest, ex eodem* semine *nati*; Germani *vero de* eadem genitrice manantes; *non* (*ut multi dicunt*) de eodem germine, *qui* tantum fratres *vocantur. Ergo* fratres *ex eodem fructu*, germani *ex eadem genitrice manantes.* Uterini, *vocati eo quod sint ex diversis patribus & unô uterô editi; nam uterus tantum mulieris est.* Germana *ita intelligitur, ut* germanus, *eadem genitrice manans. Soror autem, ut* frater; *nam* soror *est ex eodem* semine *dicta, quod sola cum fratribus in sorte* agnationis *habeatur.* In præmotatione librorum Isidori. Vide etiam Hildephonsum in Isidori elogio. Lumine prærog. 7.

Hinc *fratres* & *sorores* qui *ex uno patris fructu*, *germine*, *semine nati*, in eadem *agnationis* (quæ *per* solas *virilis sexûs personas venit*) *sorte* positi sunt ὁμοπάτριοι tantum Isidoro proprie dici clarum est: *Germanis* amplius aliquid accedere, cum *de eodem germine*, à quo *fratres tantum* aut *sorores vocantur*, ita sint, ut *de eadem genitrice* etiam *manent*; eoque sint à patre & matre fratres; *Vterinis* à sola uteri communitate (qua *fratres* & *sorores* carent, quæque sola *germanis* non competit) nomen veniat: opponit ergo *germanos* & *germanas* tam *fratribus* & *sororibus*, quam *uterinis*, illis quia *ex eodem germine* in diversis *uteris* ceu nativo solo sati sunt; his quia ex diversis *germinibus* in unô eodemque *uterô* concepti sunt, cumque nihil opponi sibimet possit, *germanos* quos *fratribus* ceu ὁμοπατρίοις tantum, & uterinis ceu ὁμομητρίοις tantum opponit, ab utrisque diversos, quodque unum restat, ὁμοπατρίους καὶ ὁμομητρίους facit, eoque commentum tuum funditus evertit. Tene ad incitas redactum sentis? Elige nunc utrum consentanea, an vero dissentanea locutum Isidorum malis: si enim consentanea scripsit, temeritatis tuæ pœnas causa cadens testemque qui pro Childebrando adversus te testimonium dicat producens; si dissentanea malæ fidei pœnas nobis debes, qui testem *adversus testationis suæ fidem vacillantem*, *varie testimonia dicentem*, tuaque ex confessione, *utrique parti prodentem*, eo ipso *non audiendum* (existimationis tuæ securus) in nos subornas. Aliud est etiam quod in allegatione tuâ desideremus *Isidorum* enim *Fredegarii contemporaneum* vocans, perinde loqueris, ac si te eorum, qui ante annos 150 denati, avi tui natale antecesserunt, *contemporaneum* diceres. Redemptus Clericus Isidorum semestri ægritudine confectum eo die quo *devotus populus sacri fontis undam percepturus* fuit (idest sabbato sancto) *pœnitentiam accepisset*, & *post diem pœnitentiæ quartum*, *pastoralem jugiter curam & finem suum consummavisse in pace*, *pridie Nonas April. Luna* 19 *Æra* 674 scribit, id ipsum Braulio confirmat, qui eum *temporibus Heraclii Imperatoris*, *& Christianissimi Chintilani Regis* hac ipsa æra ad regnum evecti *abiisse* refert; obdormivit igitur anno Domini 636 *April.* 4 *feria* 5. pœnitentiæ semet subdidit Martii 30 feria 7, intercessere *dies* 4 feria scil. prima in Paschate, ac exinde secunda, tertia & quarta post Pascha, prout Redemptus notavit. Desinit Chronicon à Fredegario Nebelungi Comitis jussu scriptum, in Caroli Magni Coronationem anno 768 Septembris 18 feria 1. peractam, quo tempore effluxerunt ab Isidori morte anni 132 menses 5 dies 14: quis autem nisi cerebro luxato eum *Isidori contemporaneum* fuisse crediderit, cujus avus vix ex utero prodierat, quando Isidorus ad meliorem vitam translatus est?

D. de testib. §. 3. & 16.

CHIFFL. *Ad Isidori mentem & Fredegarii sensum, aliud à decimô sæculo exemplum accersô lubens. Hugo Rex Italiæ, & Guido Marchio Tusciæ ex eadem matre Bertâ Lotharingâ uterini fratres erant: prior namque Theobaldô Comite, posterior Adelberto Marchione genitus erat; illos tamen Luitprandus germanos nuncupat ubi Maroziam sic arguit.* Quid Veneris facibus compulsa Marozia sævis, *Conjugis* ecce tui spectas tu suavia *fratris*, Nubere *germanis* satagens Herodia binis? *Marozia Guidonis vidua*, *cum Hugone uterinô ejus fratre matrimonium inivit & sic duobus* germanis *incestuosa nupsit.*

lib. 3. c. 12.

BZ. De *Isidori mente*, *& Fredegarii sensu* jam constitit; ab utroque, cæterisque qui sæculis septimo, octavo, & nono vixere, poeticâ licentiâ anno circiter

circiter 962, ab Isidori dormitione 326, à Caroli Magni exordio 194 abreptum, longe diversum abiisse Luitprandum, nec nos negamus; nec in rem tuam est, cum poeticus character historiarum scriptores minime deceat, utque decere largiamur; cum rudis ac plane infans scriptor Fredegarius exprimere nequaquam potuerit; suo arbitratu Luitprandus, sæculi sui more Fredegarius locutus est, cui Virgilium invitandum proponere perinde fuisset, ac si Camelum saltare ad numeros jussisses.

CHIFFL. *Ad hæc non latet, Justinianum*[1] Agnatos *à* cognatis *ita distinxisse, ut illi sint, qui per mares conjunguntur, isti qui per feminas. Quò loci notatum ab interpretibus,* agnatos *respondere genti,* cognatos *stirpi, Tullii suffragiò, cujus hæc sunt verba,*[2] cum Marcelli à liberti filio *stirpe,* Claudii patricii ejusdem hominis hæreditatem ad se rediisse *gente* dicerent. *Vbi Ludovici Cerdæ sententia est, Marcellos per fœminam, Claudios per marem in hæreditatem devolvi; dum hæc Iunonis apud Virgilium verba interpretatur;*[3] Heu stirpem invisam, & fatis contraria nostris fata Phrygum. *Trojani enim (ait Cerda) per Electram à Iove ortum ducebant. Itaque quia Festus* (germanos) *facit quasi* eadem stirpe genitos, *& quia* stirpi *respondent* cognati, *seu femineò nexu junctì; haud dubie Fredegarius pro maternò fratre, seu uterinò, rectè* germanum *dixit; hoc est γνήσιον, verum & legitimum.*

[1] Instit. de legitima agnatorum tutela.
[2] lib. 1 de orat.
[3] lib. 7 Æn.

82. Quod nos *non latere* mones, vel tibi inutile, vel falsum est; nam 1. *Iustiniani & interpretum distinctionem* ignoravit, tam juris quam Latinitatis imperitus Fredegarius. 2. si eam non ignoravit nullo numero habuit, quod pluribus evincitur, 1 *agnati & agnatorum* vocabulis constanter abstinet. 2. *cognati* vocabulo nonnisi semel usus, id aliená significatione * Gregorium Turon. imitatus induit, ut *sororis maritum*, non autem *matris propinquum* designet[4] *annò* (inquit) *secundo regni* (idest 743) *eorum* (Carlomanni & Pippini) *cognatus Odilo*, qui scilicet *Chiltrudem* utriusque germanam *ad conjugium copulaverat*; 3. alias hanc *cognati* significationem refugisse videtur, cum enim Gregorius lib. 6. c. 43. de Eurichô Mironis Suevorum Regis filiô scripsisset, *cognatus ejus Auduca, qui sororem illius desponsatam habebat*, ejusdem phrasi suppressâ, sensum suis verbis expressit,[5] *post mortem Mironis Regis Gallicæ filiô ejus Euricô, & generô nomine Audegane de regnô certantibus.* 4. *consanguinei* vocabulum ad quosvis propinquos traxit, ubi Chrodinum Domus Majoratum, hoc obtentu respuisse finxit, *pacem ego in Auster facere non valeo, maxime cum omnes Primates cum liberis in totô Austro* mihi consanguinei sint, *non possum ex eis facere disciplinam.* & de Erchinoaldo Majore alio loco addidit[7] *consanguineus fuerat de genere Dagoberti* (qui eum per matrem contingebat. 5. tam *agnatos*, quam *cognatos* promiscue *parentes* vocavit. Chron. c. 71. de Aubedo Chlodovei 11 ad Chrotharium Langobardorum Regem Legatariô, *Chrotharioregi suggessit, quod illam* (Gundebergam) *parentem Francorum* & c. 51. de Chlothario 11 *legatos dirigens ad Charoaldum Regem inquirens quâ de re Gundebergam Reginam parentem Francorum* (id est per matrem propinquam) *humiliasset.* & c. 83. de Ermenfrido *gravissima strages de suis rebus, jussione & permissu Nanthildis à parentibus* (idest propinquis quibuscunque) *Ainulfi & populo plurimò fitur.* 6. *gentilitatem* denique non (ex Iuris peritorum usu) de *propinquitatis* jure, sed (suo peculiari more) de *affectuum corruptelâ* intellexit;

[4] lib. 10. c. 27.
[4] c. 110.
[5] Epitom. c. 83.
[6] c. 58.
[7] Chron. c. 84.

c. 68. *at* (inquit) *habet gentilitas* (ideſt ethnica conſuetudo) *& ſuperbia pravorum.* Abſurdum, vero ab eo qui Priſcianum ſubinde vapulare jubet, Latini ſermonis leges, & Iuriſconſultorum ἀκρίβειαν, quæ ne ipſis Latinæ linguæ parentibus ſemper placuit, exigere.

In *Ciceronis ſuffragiô* (quicquid Ludovicus Cerda ſenſiſſe videatur) ſubſidii tibi nihil eſt. Cum enim *liberto* nati *hæreditatem*, Marcellis *ſtirpe*, Claudiis *gente ad ſe rediiſſe* contendentibus, *in eâ cauſâ de totô* ſtirpis *ac* gentilitatis *jure dicendum* fuiſſe ſcripſiſſet, eô, quem tu cum Cerdâ putas modô, *gentilitati* ſtirpem opponere non potuit, ſed contrariô; quandoquidem
[1] Æneid. 7. (Virgilio auctore) non *libertinô*, ſed [1] *Sabinorum priſcô de ſanguine magnum Agmen* egit *Clauſus*, *Claudia à quô diffuſa* eſt *& tribus & gens.* cum igitur qui paternum genus à Clauſô, non *libertô*, trahebant, libertini *hæreditatem* ſibi vindicarint; nullô aliô quam *maternô* jure ad ſe devolutam cenſere potuerunt; nec *agnatos genti*, *cognatos ſtirpi reſpondere* ſemper verum fuit; ad
lib. 3. c. 2. Fredegarii fontem Gregorium Turonenſem te provocare poſſem, qui te his Guntchramnum verbis, *parens eras nobis ex matre noſtra*, *& ſuper* gentem *noſtram* (ideſt genus maternum noſtrum) *non debueras inducere peſtem extraneam*, uſum fuiſſe refert: ſed errorem tuum antiquiorum, medii ævi Gothorum, tuaque auctoritate revincere malo. Audi [2] Cæſarem *magna* (inquit)
[2] de bello Gall. 6. *multitudine circumfuſa*, *ſtirps ac nomen civitatis* (Eburonibus) *tollatur.* an ſolos Eburonum per matres propinquos tollere, *agnatiſque* parcere decretum erat? imo utroſque unâ eademque ruinâ obruere, & univerſam gentem *ſtirpis* vocabulô deſignatam exſcindere conſilium fuerat. Virgilio etiam *ſtirps*, *gens*, proles, ſæpe ſynonyma ſunt. Æneid. 1 *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.* 3. *Poſtquam res Aſiæ Priamique evertere gentem Immeritam viſum eſt ſuperis.* Ibid. *Dardanidæ duri*, *quæ vos à ſtirpe parentum Prima tulit tellus*, *eadem vos ubere læto accipiet reduces*; quomodo? *hinc* (Italiâ) *Dardanus ortus*, *Iaſiuſque pater genus à quô principe noſtrum.* Ibid. *Nos patriâ incenſâ diverſa per æquora vectæ*, *Stirpis Achilleæ* (Pyrrhi) *faſtus*, *juvenemque ſuperbum Servitiô enixæ tulimus.* Æn. 7. *Externi veniunt generi*, *qui ſanguine noſtrum Nomen in aſtra ferant quorumque* à ſtirpe *nepotes*, *Omnia ſub pedibus qua ſol utrumque recurrens Adſpicit Oceanum*, *verti regique videbunt.* Ibid. ut *Saturni gens* Latini, & *genus egregium Fauni* Latinus, *Iovis* ipſius *gens* Trojani, *ab Iove principium generis*; *Iove Dardana pubes Gaudet avô*, *Rex ipſe Iovis de gente ſuperna Troïus Æneas.* Ibid. Turnus qui proprie *cognatus* (utpote diverſis patribus Inachô & Acriſiô editus) erat, Latini *conſanguineus* dicitur; ſic enim poeta *& conſanguineo tôties data dextera Turno:** quinimo *Turnus Terrorêm* (popularibus) *ingeminat*, *Teucroſque in regna vocari*, Stirpem *admiſceri Phrygiam*, *ſe limine pelli*: & lib. 8. Æneas Euandro, *Non equidem extimui Danaum quod Ductor & Arcas*; *Quodque à ſtirpe* (ideſt origine paternâ) *fores geminis conjunctus Atridis*; lib. 9. *fandi fictor Vlyſſes*, *Durum à ſtirpe* (ſeu prima majorum origine) *genus*, &c. Theodoricus Oſtrogothorum Rex apud Caſſiodorum var. lib. 1. epiſt. 24. *Innoteſcenda ſunt magis Gothis quam ſuadenda certamina*, *bellicoſæ ſtirpi* (ideſt genti bellicoſis atavis editæ) *eſt gaudium comprobari.* lib. 9. epiſt. 21. Athalaricus *Iſte* (Caſſiodorus) *Amalos cum generis ſui claritate reſtituit*, *evidenter oſtendens in decimamſeptimam progeniem* ſtirpem *nos habere regalem.* Gregorius Turonenſis lib. 1.

* Æneid. 12 *cognato Turni ſanguine victus* Latinus & paulo poſt. *Quid conſanguinei* Latinis *Rutuli?*

c. 29.

c. 29. *Leocadium quemdam primum Galliarum Senatorem, qui de* ſtirpe *Vetii Epagathi fuit.* lib. 2. c. 9. de *hujus* (Chlogionis) *ſtirpe* quidam *Meroveum Regem fuiſſe aſſerunt.* lib. 7. c. 26. apud eundem Guntchramnum *Verumne eſt ergo, quod nullus de ſtirpe* (ſeu gente) *Francorum remanſit?* cap. 36. *cognovi generationem noſtram valde attenuatam; nec ſupereſſe de* ſtirpe *noſtra niſi Childebertum & Guntchramnum fratrem ſcilicet, & fratris mei filium,* &c. lib. 8. c. 9. *ſi de* ſtirpe *noſtra fuiſſet, ad me utique fuiſſet deportatus* Clotarius minor. lib. 9. c. 39. *Epiſcopi* S. Radegundi B. Martinum *peregrina de ſtirpe,* ideſt gente ſcripſerunt. Alfonſus Caſtus in privilegio pro civitate Lugo; *Adefonſus Rex, Petri Ducis filius, qui de Recaredi Regis Gothorum ſtirpe deſcendit;* Odoarius Epiſcopus Charta A. D. 744. data, *ipſe Adefonſus erat de ſtirpe Regis Recaredi & Ermenegildi.* Fulco Remenſis Archiepiſcopus apud Flodoardum lib. 4. c. 5. Odonem *ab regia ſtirpe* (ideſt linea regum maſculina) *alienum* fuiſſe vult, eoque nomine eum in luminibus tuis pag. 259. 61 laudas; Nivellenſis Codex, *Hugo Chapet Regnum Francorum,* &c. *poſteris ſuis hæreditarie reliquit, cum tamen ipſe non eſſet de ſtirpe Caroli Magni, nec filii fui;* Genealogiſta alius tibi notus, *ſtirps* (ideſt progenies maſcula) *Caroli Magni ceſſavit.* Tu ipſe luminum. p. 324. *prætermiſſa virili ſtirpe principum Habſpurgicorum* p. 339. *geminos fuiſſe Lotharingiæ Moſellanicæ Duces Theadoricos, & quidem diverſæ ſtirpis,* &c. *alter vero ſtirpe Alſatius.* p. 340. *Ducem Lotharingiæ ejus nominis ſecundum, & ſtirpe Alſatium;* ut idipſum (ex Virgilii tuaque mente) *gens inimica,* quod *ſtirps invisa;* tuque qui in alia ſententia confirmanda tibimet contrarius laboras, hircos mulſiſſe videare.

At *Trojani per Electram à Jove ortum ducebant;* non nego (Chiffleti) ſed ἀπόκρυφον eſſe contendo, quia eodem, tam Iuno, quam Electra, avô paternô editæ fuerant, nec tantum *cognatæ*, ſed etiam *agnatæ*, & *conſanguineæ* erant; en utriuſque [1] ex Diodoró aliiſque veteribus petitum ſtemma.

[1] lib. 3. Dionyſ. lib. 1.



de gradibus ajunt, nobis non officit, tibi (cui aliud probandum incumbit) nequaquam favet.

CHIFFL. *Sic plane solvitur Gordius ille Fredegarii nodus, ut Childebrandus fuerit, Caroli Martelli* germanus, *sed* uterinus; *quod Hispani scite dicunt* hermano de madre. *Cujus* germani *significationis auctores adduximus Varronem*[1] Linguæ Latinæ peritissimum, *Virgilium*[2] Latini eloquii magnum auctorem: *Servium*[3] diligentissimum interpretem; *Isidorum Hispalensem*, [4] Grammaticum necessarium; in quô pleraque quæ nusquam alibi; *& Luitprandum*, [5] Græco & Latino sermone peritum, nec minus carmine elegantem quam prosâ. *Rectè igitur & commode locutus est Fredegarius ubi Childebrandum Martelli ὁμομήτριον, vocavit ejus* germanum, *ut etiam scite Chilperi-cum Sigeberti ὁμοπάτριον eadem* germani *ejus appellatione insignivit.*

[1] Fabius l. 10. c. 1.
[2] August. lib. 10 de civit. Dei.
[3] Gifan. apol. pro poetis Latinis.
[4] Dempsterus.
[5] Trithem. de Script. Eccl.

R. Te nec *solvendis plane*, nec quovis modo secandis *Gordiis nodis* parem fuisse unquam, vel hinc patet: *germani* vòcabulum ad *uterinos* fratres contra morem, licentiâ poeticâ, quæ historiæ scriptorem minime deceat, usus Virgilius, traxit, Virgilii licentiam post annos mille Luitprandus non prosâ, sed versu imitatus est. Servius (si Isidorum audiamus) Varronis in alienum sensum verba detorsit. ut universos concordes, imo unô ore locutos fuisse, *Hispanos*que nihil nisi *scite* & agere & *dicere* demus, *Childebrandum*, quod *Martelli ὁμομήτριον* esset, à Fredegario *germanum* ejus *vocatum* fuisse, gratis sumis, non probas; nec si reverâ *vocatum* largiamur, Fredegarium, qui obsoletam nullique suâ ætate cognitam *germani* vocabulo significationem *vocando* tribuisset, *rectè & commode locutum* obtines.

CHIFFL. *Adde quod Fredegarius in Chronicô Childebrandi videtur non infrequenter Hispanismum affectasse; quam enim Gregorius Turonensis* Hispaniam, *ille* Spaniam *nuncupat, quæ linguâ patriâ effertur* España *ex usu vulgi, quod Latinis vocabulis ab S incipientibus præponere solet E, uti patet in dictionibus, scutum*, escudo, *species* especies, *& similibus.* R. hoc argumento non Fredegarium unum, sed Francos passim, aliosque tam coætaneos, quam supares *Hispanismum affectasse* confeceris, cum Gesta Francorum circa A. D. 730 scripta c. 23. 26. 31. Veteres Annales Tom. 2. script. Franc. p. 5. 15. 21. Chron. Moissiac. Tom. 3. script. Franc. p. 133. 134. Hadrianus Papa epist. ad Hispanos A. D. 794. datâ, pro Hispania, *Spaniam* & *Spanias* scribant: an ex *Hispanismi affectatione?* tu forte credideris, qui *tibi res non te rebus submittere* solitus es; sed nobis non persuadebis, qui Isidoros Hispalensem & Pacensam Fredegarii coætaneum, Elipandumque Toletanum Idacii exemplo *Hispanismum* tuum certatim repudiasse, patriamque constanter *Hispaniam*, non *Spaniam*, vocasse novimus: Id tamen, quod temere imaginaris, Hispano nulli non proprium fuisse demus; quis te contraria ex contrariis elicientem ferat? dic sodes, quod *affectati* à Fredegario *Hispanismi* argumentum habes? Spaniam quam Hispaniam vocare debuerat nuncupavit; hinc sequi videbatur Hispanos primas vocabulorum literas detorere solitos fuisse, tu contra eos nonnullas *vocabulis ab S incipientibus* affixisse, quod Fredegario imputare non posses, prolatis exemplis doces? quo fine? an ut te tua de *Hispanismô* ejusque *affectatione* placita, evertere, Fredegariumque detractarum non adjectarum literarum reum ab omni *Hispanismi* suspicione liberare idoneum credamus? Sed nec Hispanis convenit magis quam Francis *literæ*

E vocabulis ab S incipientibus affixio, illis enim Scotia *Escosse*, scutum *escu*, spes *esperance*, species *espece*, spatha *espée*, spiritus *esprit*, smaragdus, *esmeraude*, alia exempla, ne in infinitum excrescat moles, addere supersedeo.

CHIFFL. *Vbi etiam alii Latini* fratrem & sororem: *Fredegarius ubique fere dixit* germanum & germanam; *quod est Hispanis* hermano y hermana, *literâ G in H mutatâ*; *ut illi etiam* hierno *dicunt pro* genero. R. hoc ipsô ab Hispanorum usu abscessit, quod hi de omnibus omnino *fratribus* vocabulum *hermano* promiscue usurpant, *uterinos* (quod frustra commentus es) ille nunquam *germanos* vocavit, quid quod contra mutire audeas habes?

CHIFFL. *Denique ut Hispani proprios fratres nuncupant* hermanos, *sic etiam fratrum & sororum filios, sive patrueles & consobrinos, vocant* primos hermanos, *quasi in primo infra veram fraternitatem gradu germanos; filios autem patruelium & consobrinorum nuncupant* primos secundos. *De istis singulare extat exemplum apud Sebastianum Salamanticæ Episcopum*, [1] *qui ante annos septingentos vixit*, Ramirus ut didicit *cogermanum* suum in secundo gradu Adefonsum Castum à sæculo emigrasse, & Nepotianum regnum invasisse, Lucensem Gallæciæ civitatem ingressus est. [2] *Alfonsus Castus & Ranimirus Reges filii erant duorum patruelium, ille Froylæ, iste Veremundi Regum, & sic infra veram fraternitatem in secundô gradu germani.*

[1] Æra 880.

[2] Vide limina prærog. p. 342.

R. 1. Cum Francorum, qui fratrum quorumcunque filios *cousins germains*, his natos *cousins issus de germains* vocare solent, consimilis usus fuerit, si de patruelium *germanitate* usquam egisset Fredegarius, non magis *Hispanismum* hodiernum, quam Francismum nostrum *affectasse* dici potuisset, sed de ea nihil apud eum occurrit, neque hebes adeo quisquam esse potest, ut te strenue (quia causam agere non potes) nugari & extra chorum saltare non videat. 2. Sebastianum in annum Domini 849 desinentem, quemque Sampiro Astoricensi lampada tradidisse constat, ante annos non (quod putabas) septingentos, sed octingentos vixisse necesse est. 3. tibi cui non de *cogermanis*, Fredegario ignotis, sed de *germanis* lis tota est, Sebastiani locus nullô modô militat. 4. Froila cum Veremundi *patruelis*, multorum judiciô, non fuerit sed *patruus*; tibi (quantumvis nos ad *lumina* tua remittendos putes) de Alfonsi casti & Ranimiri propinquitate credere, nec possumus, nec debemus. 5. Ut tibi exploratam Regum quos *Cogermanos* Sebastianus vocavit, fuisse consanguinitatem demus, nihil inde *uterinis* (quos *germanos* à Fredegario dictos fingis) aut *uterinorum* liberis (quales Alfonsus & Ranimirus nequaquam fuerunt) unquam accedet; En verum *germanum*que (ut tecum loquar) Regum stemma,

Petrus Dux.

Alfonsus *Catholicus* Ermesindis Pelagio Rege & Gaudiosa natæ maritus A. D. 757 denatus.	Froila Dux.
Froila Momernæ maritus A. D. 767 ab Aurelio cæsus.	Vimaranus à Froilâ *germano* cæsus.
Alfonsus Castus A.D.842 denatus.	Veremundus ex Diacono Rex.
	Ranimirus I Alfonsi Casti *cogermanus*.

CHIFF.

CHIFFL. *Paucis verbis; cum Fredegarius Gothorum Regum gesta accurate referat, credi par est illum aliquamdiu in Hispaniâ vixisse, ibique Romanicæ Hispanorum linguæ assuefactum.* R. Adeo *accurate refert*, ut è Gregorii lacunis hausta, additamentorum suorum cœnô inficiat, verbi gratiâ *epitomes* c. 31. & 42. Amalricum (quem Isidorus [1] Narbone *in foro ab exercitu* Gothicô *jugulatum* scripserat) *Barcinone*, de qua nihil Gregorius, à Childeberto & Clothario Regibus, quos Cæsaraugustam obsedisse dixerat, *interfectum* fabulatur. c. 49. Athanagildum *ab Spania exercitum Imperii expulisse* mentitur; cum eum non *exercitum* illum *expulasse*, [2] sed *plerumque devicisse, civitatesque, quas male pervaserat, ex parte abstulisse* apud Gregorium legisset; Græcosque *à regni finibus submoveri non potuisse* (Isidorô monente) discere potuisset. cap. 57. Gogonem ad Athanagildum à Sigeberto missum, Brunam *ad nomen ejus* (*postquam* desponsata est) *ornandum & augendum Brunechildem* dictam nugatur, cap. 60. Fredegundem (quam paucis diebus post Galswintham *desponsatam* à Chilperico *in matrimonio receptam* tradit [3] Gregorius) *denuo uxorem acceptam* fingit. Chron. c. 10. Guntramnum qui *in Gothiam* prope Carcasonem (Gregorio [4] teste) *exercitum direxerat*, eum *in Spaniam direxisse* comminiscitur. cap. 33. *mortuo Betterico* (cui Gundemarus suffectus est) *Sisebodum successisse* vult. cap. 73. *defuncto Siseboto* (Recaredo II omisso) Zenzilam, huic (Recimeris rursus obliterato nomine) Sisenandum successisse vult. cap. 82. Sentilæ Tolganem, Tolgani Chintasindum, huic Richisindum uno verbo suffectum tradit: exinde vero de reliquis quinque Gothorum Regibus, Gothici imperii ruina, & Saracenorum in Hispanas irruptione (quasi extra anni soliique vias contigerit) nihil prorsus habet: si tibi qui tammulta peccavit, *accuratus* est, habeant similes (quantum volupe fuerit) labra lactucas; nemini invidiam, nisi forte extra se posito, facies. Sed statuamus, si placet, Lyncæis Gothica omnia oculis Fredegarium nostrum penetrasse, an protinus illum *aliquandiu in Hispania vixisse, ibique Romanicæ Hispanorum linguæ* assuefactum conficies? *credi* (inquis) *par est?* Quidni negemus? ut vero palpandi Vindicis nostri gratiâ assentiamur, quid hoc ad causam? annon te pudet ex arena resticulos indesinenter nectere, & ἀπροσδόκητα loqui?

[1] Chron. Gothh.

[2] lib. 4. c. 8.

[3] c. 18.

[4] lib. 9. c. 31.

CHIFFL. *Iam observa* [5] *ex Edmundô Dintero Alpaidem illam, Dodonis sororem, Childebrandi & Caroli Martelli matrem*, fundasse Ecclesiam, & Canonicorum collegium in Hugardis, multaque contulisse Ecclesiis & Ecclesiasticis personis; ipsam autem in Ecclesiâ de Erp, prope Geldoniam in Brabantia sepultam esse. *Sed audi etiam de illa Bartholomæum Fisen in Legiâ sacrâ.* [6] quæ prima nefariæ impietatis fuerat incentrix, sociis culpæ dirâ morte consumptis, ipsa præclaris virginum monitis eô adducta est, ut præteritæ vitæ damnata turpitudine, sanctisque suppliciis expiatâ, monasticen deinceps integritate magna coluerit, vitamque clauserit persancte, relictô posteris egregiæ pœnitentiæ monumentô.

[5] lib. 5. c. 25. 26.

[6] lib. 5. p. 164.

R. *Observabimus* quantum voles, quæ observatu digna dixeris; tu vero hæc (vel Regis tui Alpaide atavià cum nostrô editi causa) mente reconde. 1. Dinterum qui post annum 1442 fatis concessit, Fisenumque qui nudiustertius vixit, nullam (nisi quando vetustiorum auctoritate nituntur) fidem mereri. 2. eos Anselmi & recentiorum pice inquinatos fuisse. 3. nulli (qui

ante annum 1060 à Lamberti passione 364 vixerit). Alpaidem, *Dodonis sororem* dictam fuisse. 4. non sequi, *fundavit Ecclesias & Canonicorum collegia multaque contulit Ecclesiis*, Ergo Lamberti cædis quomodocunque rea aut turpi vitâ unquam dehonestata fuit. si contrariam opinionem de eâ foves, profer veterum tabulas, & fide digna instrumenta, alioqui nihil promovebis.

[1] cap. 110. CHIFFL. *Verum adhuc restat scrupulus, quem movit* [1] *Matthæus Zampinius, ex hisce Fredegarii verbis de Pippinô Brevi, Martelli filio nondum Rege: Pippinus Dux commoto* exercitu cum *avunculô suô* Childebrandô Duce, & multitudine primatum, & agminum satellitum plurimorum, ad Burgundiam dirigunt. [2] *Ex illis infert Zampinius, Pippini Brevis matrem fuisse Childebrandi sororem; adeoque Childebrandum non fuisse Caroli Martelli, sed uxoris ejus fratrem. Cui sensui favere videtur M. Tullius, qui pro domo sua & de Aruspicum responsis*, Q. Metellum, *qui P. Clodii sororem duxerat, vocat* P. Clodii fratrem. *Sed observasse debuerat Zampinius Italus*, patruum & avunculum *unica voce* oncle *à Francis efferri; ex quibus, qui Latine scripserunt, non raro* avunculum *pro* patruô *usurparunt. Adde quod Fredegarius* Childebrandum *bis vocat* Caroli germanum; *quod ad soruris maritum trahere violentum esset, & longius accersitum.*

[2] de Orig. Hugonis Capeti.

BZ. Quod Zampinii commentum exsufflandum putas, recte & ex officio facis, sed quod communem Francorum (*avunculum* pro *patruo* usurpantium) usum erranti objicis; non convincit, nisi Fredegarium ex usus illius præscripto locutum (quod ad manum erat) doceas, ne quid justæ hac in parte Censuræ tuæ deesse videatur, veritatis causa supplebimus [3] *Rebellantibus Vasconibus in regione Aquitaniæ cum Chunoaldô Duce filio Endonè quondam, Carlomannum atque Pippinum principes germanos, congregato exercitu Ligeris* [4] *alveum Aurilianis urbe transisse*, [4] *Waifarium* (Chunoaldi filium) *initô iniquô* [5] *consiliô contra Pippinum Regem Francorum insidias parasse*, [5] *Remistanum* avunculum *Waifarii, ad prædictum Regem venisse*, cum scripsisset, Remistanum Chunoaldi uxoris germanum credidisse videri poterat Fredegarius, sed suam ipse mentem [6] (*Remistanum filium Eudone quondam, fidem suam, quam prædictô Regi Pippino promiserat, fefellisse* notans) aperit, ut Remistanum Chunoaldi non *sororium* sed *germanum*, Waifarii non *avunculum* proprie, sed *patruum*, seu patris germanum fuisse ex ejus mente necesse sit; quidni Childebrandum *Martelli germanum* eodem sensu Pippini Martello nati *avunculum* vocasse dixerimus? non nobis sed oculis tuis crede.

[3] p. 772.
[4] p. 776.
[5] p. 777.
[6] p. 778.

Eudo Aquit. Dux.

Chunoaldus.	Remistanus Waifarii *avunculus* idest *patruus*.
Waifarius.	

Pippinus Heristalius.

Carolus Martellus.	Childebrandus Pippini *avunculus* idest *patruus*.
Pippinus.	

CHIFFL. *Caterum quo patre natus sit Dux Childebrandus, certis è vetustate testimoniis nondum liquet.* BZ. Imo *liquet*, cum enim ille ipse qui cum Pippini *avunculum* fuisse scripsit, *Martelli* Pippini parentis *germanum* fuisse monentis,

monentis, & uſpiam *germanum* eum qui *uterinus* tantum fuit, vocet, ut alio quam *Martellus germanus* patre editus ſit, fieri nullo modo poteſt.

CHIFFL. *Quamvis enim in Chronicis quibuſdam & genealogiis Flodulfus, ſive* Clodulfus *S. Arnulphi filius, dicatur* genuiſſe Martinum Ducem, *in aliis tamen antiquis non legitur Martinum fuiſſe Childebrandi Ducis patrem, ut placuit P. Æmylio*, [1] *cujus errorem Bouchetus reprehendit.* [2] *Neque id annotare omiſiſſet Fredegarius, ubi narrat* [3] Martinum Ducem cum Pippino devictum ad Laudunum clavatum confugiſſe, ibique cum ſociis ab Ebroino interfectum; *nulla conſanguinitatis Martini cum Childebrando, cujus juſſu ſcribebat, mentione.* [1] lib. 2. p. 137. [2] c. 97.

82. Qui *Flodulfum* ſcripſerunt literam K cum F perperam confuderunt. 2. Æmylium jure *Bouchetus reprehendit.* 3. Nec Fredegarius qui Childebrandum *Martelli germanum* vocat, nec ipſa hiſtoriæ ſeries, quæ Martinum anno 679 (antequam in Burgundiam Childebrandus duceret ſexageſimo ſecundo vel tertio) ab Ebroinô cæſum notat, ut Childebrandus idem Martino patre natus ſit, ferre poteſt. 4. Si Martinus Clodulfi filius fuit, Pippini Martelli & Childebrandi parentis; *patruelis* dici debuit non Childebrandi *pater.* Sed hæc univerſa nihil ad cauſam noſtram.

Arnulfus Dodæ maritus.

Clodulfus.	Anſigiſus Beggæ maritus.
Martinus Dux.	Pippinus Alpaidis maritus.
	Carolus Martellus. / Childebrandus.

Quod *uterinos fratres agnationis jus non habere, ſed cognationis tantum ſibi titulo connexos eſſe* ex lege 21. c. *de excuſ. tutor.* notas, æque à cauſa alienum eſt, cum enim *Martelli germanus*, adeoque (ex Fredegarii mente) *Pippini Herſtallii filius* fuerit Childebrandus, quæ de *uterinis* obſervas eum non tangunt: *hinc* autem *perſpicue conſtat*, tuas adverſus Boucheti noſtri de Childebrando ſententiam *amplæ latitudinis paginas, ſcombris tunicandis deſtinandas, vel certè ad honeſtiorem uſum deferendas eſſe* in vicum, vendentem thus & odores, & piper quicquid chartis amicitur ineptis. Novat. lib. 2. epiſt. 1.

III. *An Nibelungus Childebrandô Duce natus fuerit.*

QVia te hîc renitentem, ac velut obtortô collô, in conſenſum veritas trahit; quæ te (ne plenô affectu aſſentiare) morari videntur, prô virili enodabimus; *Emendatum & plerisque in locis auctiorem* Fredegariium, duorum *vetuſtiſſimorum Codicum MSS. ſubſidio, quorum unus in Bibliotheca Alexandri Petavii Senatoris Pariſienſis, alter, uncialibus literis exaratus, eſt Iacobi Sirmondi*, cum ediderit Celeberrimæ memoriæ Andreas Chesneus; & ad capitis 110 finem quæ *ex ſolo MS. Petaviano* hauſerat in Sirmondiano (quô uſus erat) deeſſe bonâ fide monuiſſet; arreptâ, velut ex inſidiis, optimi, & ingenue, quod res erat (prout Francum decebat) loquentis viri, verba in alienum ſenſum trahis, ac primum *à recentiore quopiam amanuenſi adjecta*,

quæ *in solô codice Petavianô* legerat, & falso & reclamante conscientia somnias, falso dixi, quia cum vetustissimus ille codex sit, unaque manu scriptus, nihil in eo *recentior quispiam adjicere* potuit, quæque ex eô solô exscripsit vetustissima ut cætera, ab initio & ex auctoris mente scripta sunt: reclamante conscientia, te eo devenisse non injuriâ dixerim; si enim à recentiore aliquô interpolatum vel noveras, vel suspicabare; quâ fronte Fredegarii Chronicon p. 7. 10. 12. 15. 17. *Childebrandi*, appendicem p. 12. *Nibelungi Chronicon* vocabas, illud *Childebrandi jussu*, eoque jubente *scriptum* p. 6. & 17. fatebare, Fredegarium ipsum p. 43. *Childebrandi historicum*, (nullô aliô, quam à te malignô morsu appetito loco fretus) nuncupabas? quocunque te vertere libeat, hærebit ex necessitate aqua, sive enim *Fredegarium Childebrandi* & Nibelungi *historicum* credis, calumnioseTetaviani Codicis, qui te idipsum docuit, fidem vellicas; sive non credis, temere, tuoque judicio mendaciter, eum titulo illô insignis; utrinque falsi rêus, nec minus tecum, quam cum explorato verô pugnans.

Aliud æque pudendum falsi crimen incurris, collatione inter *duos* qui ad manum fuerant *Codices* institutâ, in *solo Petaviano* se quæ edebat invenisse, eaque à Sirmondianô abfuisse agnoverat Chesneus, tu (novus Anaxagoras quidlibet ex quolibet eruere promptus) *absunt* (inquis) *ab aliis omnibus; maxime ab antiquissimo Iacobi Sirmondi, qui literis uncialibus est exaratus*; quâ fide (Chiffleti)? an plures *duobus* viderat, ut alio sensu se in *solo Alexandri Petavi codice*, quod dabat, habuisse scriberet Chesneus, nec id quod verba ejus exigunt, utrumque *codicem*, quod *solus Petavianus* exhibebat, nequaquam complexum intelligeret? An ipse tu qui velut ex tripode loqueris *alios omnes*, quos forte ne legere possis, contulisti? utcunque de te statuere nos jubeas, fidem tuam nemini, qui te Chesnei verbis turpiter abuti, eoque obtentu lectoribus illudere meminerit, nunquam probabis. poteris sane oculis tuis emissitiis, Lamiæ instar, domi caligantis qualiacunque nostra lustrare, indigestasque & inemendatas Clarissimi Chesnei chartas sive prece, sive pretio, à nescio quibus, si non corpore, certe mente ad hostes transfugis redimere, nulla caput tuum mercede à falsi crimine redemptum æternum credent, quibus tua ἀντιφιλμεῖν dabitur.

Vnicum nunc Fredegarii Petavianum exemplar Nibelungi Comitis meminisse, ejusque ab aliis omnibus abesse nomen demus; tune hoc unô obtentu fidem ei abrogandam pronunciaveris, aut elingues infinitos, uni bona fide loquenti prætuleris? Solus Fredegarius Childebrandum Ducem ab oblivione vindicavit: unus S. Nazarii Codex ad A. D. 751 Zacharia Papa defuncto, *Stephanum electum in die percussum* notavit, annoque 788 *Theodonem & Theotbertum* cum Desilone parente *tonsuratos* docuit: unus Petavii Codex anno 768 *Drotgangum Abbatem obiisse* scripsit. unus Eginhardus à Carolo Magno morti proximo *ad* XXI *metropoles eleemosynam* missam docuit. unus Theganus Hildegardis Carolo, & Ermengardis Ludovico Pio nuptæ genus aperuit. unus Nithardus Sacramenti à Ludovico Germaniæ Rege & Carolo Calvo fratre pronunciati formulam exhibuit. unus Moissiacensis Codex, quod *apud Graecos nomen Imperatoris cessasset, & femineum Imperium apud se haberent, Apostolico Leoni & universis patribus, qui in ipsô Concilio aderant, seu reliquo Christiano populo, ut Carolum Imperatorem nominare debuissent visum* fuisse

fuisse memoravit; soli Bertiniani Annales *Bertradam Pippini conjugem cognomine Bertam, Cariberti Laudunensis Comitis filiam* fuisse scire nos voluerunt: alii alia à cæteris prætermissa literis consignarunt: tunc universos & singulos, quod singularia quædam bene de nobis merendi studiô expresserint, falli coarguendos putabis?

Si Sirmondiani Codicis unciales te literæ movent, quam varia quamque negligenter scripta Fredegarii exemplaria fuerint tecum reputa. In plurimis Appendicis Gregorii Turonensis titulo sæpius editis, ipsum Fredegarii nomen, & præfatio, & capitum catalogus, & Nibelungi Chronicon desiderabantur. In Sirmondiano & Petaviano exemplari præfationis pars postrema excidit: Nec mirum si prius, verbis illis quæ *Petaviano soli ex* auctoris ipsius mente inserta sunt, careat; quandoquidem nec historiæ proprie pars sunt, nec ad eam nisi ex accidenti pertinent, sed diversorum operum diversis temporibus, diversorum jussu editorum tantummodo fibula sunt; nobis, quibus illustrissimæ omnium gentis originem pandunt, auro cariora, suô merito erunt; ea itaque, ne Francorum memoriâ unquam effluant, hîc reponemus, *Vsque nunc Inlustèr vir Childebrandus Comes, avunculus prædicti Regis Pippini, hanc historiam, vel Gesta Francorum diligentissime scribi procuravit. Ab hinc, ab Inlustre viro* Nibelungo, filio ipsius Childebrandi, *itemque Comite succedat auctoritas.* Tibi qui *inconsulte* ea *Fredegario tribui*, temere & *inconsulte* (cum nihil prorsus habeas quô ea nequaquam convenire doceas) pronunciare, insanaque nostris contradicendi libidine, tecum pugnare amas, pœnæ locô fuerit, ea in pretio haberi.

Nibelungum non modo *Comitem*, sed *Illustrem Comitem*, & *Childebrandi filium* fuisse, qui negare absolute non potes, *Madriacensem Comitem*, à nostris ultrà Fredegarii lineas provectis, dici ferendum non putas, *Vilcassini potius Comitem* fuisse vis, nec nostra admodum refert; cujuscunque enim *pagi Comes* fuisse videatur; si modo Childebrando natum constet, causâ cadis; de Madriacensis vero sive pagi sive Comitatus situ, tenuihil sani commentum esse, suô locô ἐφθαλμοφανῶν Deo dante demonstrabitur.

IV. *An Theodebertus Comes, Nibelungô patre editus fuerit.*

Andream Chesneum, Genealogorum Franciæ primipilum, Boucheto nostro præluxisse, suoque exemplo animos fecisse, etsi negare quisquam vellet, minime omnium deberes, qui delineatas ejus manu tabulas, iis, quas Deus novit, artibus, hæredis de te nihil cogitantis manu (ut ad te quomodocunque deferrentur) excussisti; tu tamen pro ingenito pudore, & Christiana simplicitate, *anno 1636 quadriennio antequam è vivis excederet, Theodebertum* Nibelungi filium *credidisse* negas: quo argumento? *in tabulis Regum genealogicis, quas Tomô primô & secundô Scriptorum Franciæ publice spectandas dedit, Nibelungum Comitem Childebrando genitum absque posteris protulit.* Atqui priore tabula, Drogonis Campaniæ Ducis; posteriore, Tassilonis Bajoariorum Ducis, & Bernardi Italiæ Regis posteros nullos protulit; hosne posteris, vel revera, vel ex Chesnei mente, caruisse dixeris? sciens ergo & prudens, quod eos tabulæ non caperent, cum Arnulfo, Godefrido & Hugone Drogonis; Drogone Carolomanni; Pippino Caroli Magni, Bernardo Pippini Italiæ Regis,

gis, Ludovici Pii, Lothariorum, Ludovici Germaniæ Regis, Caroli Calvi, Ludovici Balbi, Caroli Simplicis, filiabus, & Albrada Ludovicó Transmarino natâ missos fecit; Tertiæ tabulæ quarto Tomo præfigendæ Childebrandi posteros destinabat, sed immaturo funere sublatus, inchoatum opus ad umbilicum perducere non potuit, magnaque nos de immensis ejus laboribus, indefessaque diligentia spes deponere coegit.

Demus nunc, id ipsi, quod fingis, persuasum fuisse: quid tua vel nostra refert? Tune in Chesnei verba juratos, nostra omnia ex ejus judicio meriri, clausisque oculis præeuntem, per devia sequi debere nos putas? At nobis amicus Chesneus, imo magis amica veritas: quemadmodum sua demonstranti nihil non detulimus, firmamentis destituto nunquam hæsimus, nec absolutâ cujusquam auctoritate acti, αὐτῷ ἔφα servilem in modum pronunciare vel semel constituimus, quicquid defendendum susceperimus ex solis compertis defensuri. Sive igitur Theodebertum Nibelungo prognatum crediderit Chesneus, sive non crediderit, undecunque se offeret veritatis lumen, pronâ mente occurremus, nec exemplo tuo manantem ex S. Iuliani Brivatensis monumentis lucem (compressis oculis invisaque tibi die expulsâ) aversabimur, Boucheto nostro, qui primus eam protulit, parum grati. Hanc æquis (si potes) oculis aspice, si non potes, solus in amicis tenebris mica (& invidia) tantisper dum eam proferimus, rumpere.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Pippinus gratiâ Dei Rex Aquitanorum. Si petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus, divini cultûs amore, favemus, id nobis procul dubiò & ad vitam præsentem fœliciter transigendam, & ad æternam perpetualiter capessendam profuturum nullatenus dubitamus. Quapropter notum fieri volumus omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, & nostris præsentibus & futuris, [1] *..... venerabilem Arvernorum Episcopum ad nostræ dignitatis accessisse clementiam, humiliterque petiisse ut monasterium constructum in honore S. Iuliani, in Comitatu Brivatensi, cui quoque Canonic ..... favente, sub nostrô mundeburdiô, ac tuitionis ope acciperemus, acceptumque nostrâ defenderemus prærogativâ. Cujus religiosis suasionibus, ob Dei amorem, tanto libentius assensum præbuimus, quanto id ad nostræ remunerationis præmium amplius profuturum perspeximus; præcipientesque jubemus, & jubentes decernimus, ut in supra scriptô monasteriô nullus Regius, aut Abbatialis, aut Episcopalis, vel Comitalis homo mansiones sine fratrum consensu accipere præsumat, neque in villabus prædicti cœnobii ubicunque locatæ fuerint, quas nunc habent, vel quæ (Deô donante) auctura esse potuerint, ut nullus Iudex publicus, nulla cujuslibet judiciariæ potestatis persona, aliquem distringere, aut fidejussores tollere, aut præstationes accipere, neque mansionaticos, sive paratas, aut parafredos, vel teloneum, aut pontaticum, sive cispitaticum exigere, seu aliquid quod ad publicam districtionem pertineat, agere aut inferre præsumat; sed remotâ procul (ut diximus) omni seculari vel judiciaria potestate, liceat eis (qualemcunque sibi suâ sponte elegerint) Advocatum habere; ipsumque Advocatum nemo præsumat temerariô ausu distringere, vel in tortum mittere, sed nostrô coram Comite Palatii, Ecclesiam prælibati Martyris, videlicet S. Iuliani, absque alicujus inquietudine, vel morarum dilatione, liceat inquirere etiam dictis Clericis sub prætextu nostræ donationis; Ac pro incolumitate nostrâ, uxorisque nostræ* [2] *Ingeltrudæ Reginæ, & pro remediô animarum* [3] *Hermeingardæ*

[1] Adebertum.

[1] eam dixerat A.D. 822.
[2] obierat A. D. 818. Octob. 3.

gardæ quondam Reginæ, genitricisque nostræ, Thetherti ac Nebelungi Comitum patre & avo, ejusdem Ingeltrudæ, *& prole regnique statu libentius Dei misericordiam delectet implorare; statuere nobis nostrisque fidelibus placuit, ut qui hæc statuta à nobis firmata violare tentaverit, talenti pondera, auri libras duas coactus persolvat. Quin etiam eidem monasterio donavimus, quicquid de præfati rebus monasterii jus fisci exigere poterit in integrum, in usus congregationis ibidem Deo famulantis, vel in alimoniam pauperum proficiat in augmentum. Ut autem hoc nostræ defensionis, immunitatisque edictum, validiorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu nostra firmavimus, annulique nostri impressione subter jussimus sigillari. Signum Pippini gloriosissimi Regis. Data 4 Idibus Mart. 1 anno* XXIII *Imperii Domini Hludovici Serenissimi Augusti &* XXII *regni nostri Indict.* XIV.

[1] A. D. 836. Mart. 12 decessit Pippinus ante patrem A. D. 838. Dec. 13. Rex A. D. 815. Jun. 30 salutatus, prout ex Bertin. & Malleacensi Chron. constat.

Tibi nauseabundo & palati delicatioris homini *affectata est, & ad fabulæ plausum dimetita* in Pippinianâ chartâ *cognationum designatio*, nec eam tenuia conditione admissurum minaris, nisi *apographa* ejusdem *Parisiensis Senatus auctoritate munita* videas; unô te poetæ verbô expedire poteras; pagina *non amo te nec possum dicere quare, hoc tantum possum dicere, non amo te*; sed quis animi compos à se impetrare potuisset, ut (ex insolenti, inauditi, nullaque veri specie excitati fastidii tui imperiô) quicquid ut *affectatum* despuis, abjiceret? adeóne frontem de rebus perisse putas, ut tibi quod volueris sanctum, quod (vel injuriâ) nolueris, nefandum pronunciare ausô, cæteri mortales assentiantur? discussô paululum, quô corripiebare, veternô, responde si potes, quô argumentô, quod *affectatum* judicas, *affectatum* probes, qui nihil hactenus præter tuum *placet* (quô non movemur) protulisti; doce nos etiam si potes, quas unquam (quibus *cognationum designationes* conscriberentur) chartas scribentibus metas positas fuisse noveris, ne quotquot ex propinquis & amicis vellent, cœnobitarum precibus commendarent; nobis enim (ubi alio ullo quam suô arbitriô regitur nemo) nihil *affectatum* reputari, eoque solo nomine respui debere merito videtur. Demus tamen in Pippini Chartâ *affectatum* quid, imo *fabulæ* proximum occurrere, tunc ideo falsam, vel interpolatam jure censueris? quammulta licentius scripta quotidie versamus, de quorum veritate & germanitate (ut ut multa in iisdem desiderate cogamur) dubitare nefas putamus? Sed nihil præter morem in Brivatensi Chartâ admissum à te (vel ingratiis tuis) extorquere difficile non est. Plurimi *pro mercede* sua, ejusque *augmento, animæ remedio, amore vitæ futuræ, atque remissione peccatorum* sua se donasse professi sunt. Nonnunquam Carolus Magnus & Ludovicus Pius hanc formulam adjecerunt; [2] *quatenus melius delectet ipsam congregationem pro nobis, vel stabilitate regni nostri Domini misericordiam attentius deprecari*: nonnuhquam hanc [3] *ut melius delectet in perpetuum pro nobis, & pro imperii nostri stabilitate, seu pro filiis ac filiabus nostris, vel pro cuncto populo nobis à Deo dato attentius jugiter divinam exorare clementiam.* Amalricus & Senegundis pro Dionysianis A. D. 822. [4] *pro remedium animæ genitoris & genitricis nostri, nec non & animæ Abbonis Episcopi seu filii nostri Ebbonis.* Lotharius minor pro monasterio Bergensi A. D. 858 Ianuar. 2. [5] *pro amore Domini nostri, ob remedium etiam animæ avi nostri, & piæ memoriæ genitoris nostri Lotharii, quondam Augustorum, necnon genitricis nostræ Hermingardæ.* Gerardus & Berta Pippini nostri

[2] Tom. 3. Script. Franc. p. 652.
[3] p. 653.
[4] Antiq. monast. 5. Dionys. lib. 3. p. 738.
[5] Notit. Eccles. Belg. p. 58.

filia, Charta fundationis Pulteriarum & Vizeliaci. *Quoniam largitionibus piis Dominorum & seniorum nostrorum, qui nos liberalissime honoribus & dignitatibus ampliaverunt, ideſt Imp. & Senior noster Clementissimus Ludovicus, & gloriosa Domina & Regina Iudith, filiusque ipsorum æque Senior atque Dominus Rex Carolus, plurima nobis possidenda accreverunt; justissime nobis visum est, ut (eorum amore incitati) locum Ecclesiæ fundaremus, ubi pro gratis muneribus ipsorum, esset in orationibus solennis & jugis supplicatio, & apud Deum pro salute eorum exoratio; non immemores etenim sumus eorum erga nos benevolentiæ, ideſt Domini Senioris Ludovici Augusti, Iudith Dominæ & Reginæ, Caroli filii eorum, similiter Domini & Senioris, qui nunc superest, regnatque. Sed & dignam rependentes genitoribus, atque parentibus honorificentiam, ideſt Leuthardi & Grimildis, atque gratissimorum Hugonis & Bavæ, amabilibusque filiis & filiabus ipsorum, sive qui jam dormiunt in Domino, sive qui adhuc vivunt, consanguinitate, affinitate & propinquitate nobis junctis, ideſt Leutfridi & Adalardi Comitum præclarissimorum, ut pro eis intercessio & assidua deprecatio fieret, & peccatorum eorum acquireretur propitiatio. Et in loco ipso quem, juvante Christo, fundaremus, succedentibus temporibus esset eorum permanens recordatio. Itaque & illorum quoque propinquorum, quibus & hæreditario jure eisdem in rebus successimus; nec non & reliquorum omnium; sed & amicorum nostrorum universorum, & fidelium generaliter omnium perpetualiter duraret memoria, ibique per ævum pro omnibus fieret communis oratio.* Carolus Calvus pro monasterio S. Quintini eodem anno Ianuar. 12. *pro animâ sanctæ recordationis genitoris nostri Domni Ludovici Imperatoris, pro salute quoque nostra; necnon & pro animâ beatæ memoriæ genitricis nostræ gloriosæ Imperatricis Iudith, tum etiam pro incolumitate amantissimæ conjugis nostræ Irmintrudis, devotissimaque prole nostra; simulque pro præsentis temporis ejusdem Ecclesiæ Rectore, cujus permissu atque ordinatione hæc devotio agitur. Pro Hugonis etiam olim ipsius loci Abbatis memoriâ, cæterisque Senioribus, qui illi multiplicia largiti sunt dona; nihilominus quoque pro expiatione animæ ipsius Hildradi; pariterque ob remedium animarum genitoris ejusdem, ac genitricis illius, germanique simul Stephani, atque germanæ Ierusalem.* Idem Charta pro Dionysianis A. D. 869. Octob. 9. *una sit pro patre nostro piæ recordationis Hludovico Augusto, altera pro genitrice nostra Iudith Regina, tertia pro nobis, quarta pro Irmintrude olim conjuge nostra Regina; quinta pro hac etiam conjuge nostra Richilde Regina, sexta pro omni prole nostra vivente seu defunctâ, septima pro Bosone & Widone, ac reliquis familiaribus nostris.* Guillelmus Charta fundationis Cluniaci A. D. 910. *Dono autem hæc omnia jam dictis Apostolis, ego Willelmus & uxor mea Ingelberga, [1] primum pro amore Dei, deinde pro animâ Senioris mei [2] Odonis Regis, progenitoris ac genitricis meæ, pro me & uxore meâ, salute scilicet animarum nostrarum & corporum; (pro [3] Avanæ nihilominus, quæ mihi easdem res testamentario jure concessit;) pro animabus quoque fratrum ac sororum nostrarum, nepotumque, atque omnium utriusque sexus propinquorum; pro fidelibus nostris, qui nostro servitio adhærent; pro statu etiam ac integritate Catholicæ religionis; postremo vero sicut omnes Christianî unius compage Charitatis ac fidei tenemur, ita pro cunctis præteritorum felicet, præsentium, sive futurorum temporum orthodoxis hæc donatio fiat.* Idem Chartâ Brivatensi pro Celsinanicis A. D. 916. mense Novembris feria 4.

[1] iisdem verbis usi Ebbo & Hildegardis A. D. 911. Septemb. 2 in Charta fundationis Dolensis.
[2] Ebbo Willelmi principis.
[3] omissa ab Ebbone.

pro

pro remedio animæ meæ, & patris mei Bernardi, & matris meæ Ermengardis, & Senioris mei Odonis, & pro absolutione animarum fratrum meorum, & sororis meæ Adalindis & filiorum ejus. Adelhais Richardi Ducis relicta A. D. 928. Iunii 23 Chartâ à temet laudatâ, *hanc igitur donationem pro Dei amore & SS. Apostolorum, in primis facio; deinde pro animâ germani dulcissimi mei, Domini Rudolfi Regis, haxum videlicet rerum largitoris; tum vero pro requie Domini mei piæ memoriæ principis Richardi, ac pro Willa Regina; dehinc pro me & Domino Rudolfo Rege filio meo; & item Rudolfo Rege nepote meo; pro aliis quoque filiis meis, Hugone, Bosone, & Ludovico nepote; sed & pro cæteris consanguineis nostris, atque his qui nostro servitio adhærent; pro genitore etiam & genitrice mea, & Domino Hugone insigni Abbate, seu cæteris nostris utriusque sexus propinquis,* &c. Hugo Magnus Chartâ pro S. Martini Turon. monasterio A. D. 931. Martii 26. *pro amore ejusdem Omnipotentis Dei, atque S. Martini egregii Confessoris sui, & eleemosyna Domini & genitoris nostri Rotberti quondam Regis, ac genitricis nostræ Dominæ Bentricis, atque nostrâ omniumque parentum nostrorum;* & aliâ Chartâ A. D. 937. Octob. 1. datâ, *tam pro mercede genitoris ac genitricis meæ, quam etiam pro remedio animæ meæ, meorumque propinquorum, sive parentum.* Hugo & Lotharius Italiæ Reges pro Ecclesiâ Viennensi A. D. 945. Ianuar. 25. *pro Dei amore, animarumque nostrarum & Thetbaldi avi, seu genitoris nostri, nec non Bertilionis patris Ingelberti remedio, offerimus Deo & Ecclesiæ B. Mauritii.* Richardus 1 Normannorum Dux Marchio, pro Dionysianis annô 968. Martii 18. *pro amore Dei prædictorumque Martyrum, & memoria Avi mei Roberti, patrisque mei bonæ memoriæ Willelmi, & pro animæ meæ, nec non conjugis, regnique mei statu & salute.* Alricus Astensis Ecclesiæ Episcopus, & Odelricus Marchio Charta pro S. Iusti Secusiensis monasterio, A. D. 1029. Iul. 9. Indict. 6. Taurini scripta, *tam pro nobis, & genitoribus, & genitricibus, atque filiis, filiabusque nostris, quorum supra jugalium, sive Ardoini avi nostri, atque Adalberti Marchionis, cujus supra Bertæ Comitissæ fratris, filiorumque sui, nec non Odonis, Athonis, Hugonis, Vuidonis, fratrum nostrorum; Item Ardoini, & item Oddoni patruorum nostrorum, seu item Ardoini consobrini nostri, quam pro aviabus, avunculis, amitis, materteris, & pro omnibus cæteris propinquioribus nostris utriusque sexus, sive pro omnibus fidelibus, vivis, atque defunctis, effundant preces.* Odo Castri Rodulfi Dynasta, pro Dolensi monasterio A. D. 1034. mense Iunio *pro animâ meâ, & patris mei, vel matris meæ, ac filiorum meorum, Rodulfo & Odone, Helia & Ebbone, ac filiabus meis, vel parentum meorum.*

Si Carolus, aliique ex posteris Reges, non pro se solum, aut *prole*, & *regni stabilitate*, sed *pro universo populo*, *fideliumque* suorum *incolumitate* vota conceperunt; si alii (eorum exemplo) *propinquos omnes* Deo optimo maximo commendaverunt; si Lotharius, Hugo Francorum Dux, Lotharius Italiæ Rex, Richardus primus Normannorum Dux, Alricus Episcopus, *avorum* memoriam (nec te, nec alio hactenus reclamante, aut *affectatam & ad fabulæ plausum dimittam* ejusmodi *designationem* querente) coluerunt, quô fine Pippinô Theodeberti genero, id ipsum, quod fratris filio, aliisque supparibus evenit, contigisse improbas? an ut te alienæ sanitatis curatorem de tua securum Anticyram navigare jubeant quotquot te cum ratione insanire adverterint? Si forte in Pippinianâ chartâ displicet, quod Nibelungi & Theode-

Tom. 3. Script. Franc. p. 674.

Theodeberti Ingeltrudis, quæ alterius neptis, alterius filia fuit, causâ edito nomine, omnem Ludovici *Pii*, parentis, & Caroli avi memoriam abjecisse videatur; pari jure displicebit, quod Pippini gener Gerardus, longam propinquorum seriem nulla foceri, socrus, liberorum suorum ratione habita, literis consignaverit; Richardus vero & Lotharius, nec matris, nec aviæ meminisse dignati sint, vel igitur omnes ex æquò damnas; quod chartas *affectatas, & ad fabulæ plausum* compositas scripsisse videantur; vel omnes absolve, ne (dum libertatem Pippini, uxoris avum prædicantis, ferre non potes) universis (quod vitiosum non fuit, vitio eis vertens) temeritatis intolerandæ pœnas debeas. Dum quam in partem inclinandum putes, tecum statuis, Theodebertum Nibelungi filium fuisse, Pippino genero (sive nolis, sive nobis volentibus annuas) dum licet, credemus.

In scriptâ ab eô *chartâ, cum nullum de Comite, aut Comitatu Madriacensi verbum* occurrat, *Comitatum* illum *in natura rerum nusquam* fuisse, adeoque Theodeberto committi non potuisse, infers; sed illationem illam putidum delirium esse, ex tuis verbis (adeo manifeste ut tibi nulla negandi facultas superfit) evinco; si enim ex eô, quod *in* Pippini *chartâ nullum de Comite, aut de Comitatu Madriacensi verbum* extet, Theodebertum Comitatum illum non rexisse, imo *Comitatum* eundem *nusquam fuisse* sequatur; velis, nolis, ex eo quod *in* Gerardi, Lotharie Italiæ Regis, & Richardi Normanniæ Ducis chartis, *de Comite, aut de Comitatu* Hugonis, Leutfridi, Theobaldi, Roberti & Willelmi (quos Alsatiæ, Arelates, & Normanniæ Comitatus rexisse constat) *nullum verbum extat*, Hugonem & Leutfridum in Alsatia, Theobaldum Arelate, Robertum & Willelmum in Normannia nullum *Comitatum* rexisse, Immo Alsatiæ, Arelates, & Normanniæ *Comitatus nusquam fuisse* sequetur; par enim utrobique ratio, & consequentiæ tibi (cujus ductum hic sequor) ineluctabilis necessitas; At posterius (vel te ipso judice) insanum est, Ergo & prius: nec diffiteri (nisi læva mens) potes, judicium tuum hac in parte *nusquam fuisse*; *Qui confidunt in corde suo*, stultitiæ à Salomone damnari immemor, totam illam quam *affectatam*, in Brivatensi chartâ judicas, *Principum consanguinitatem*, à Boucheto nostro *audaciter insertam, affirmare* audes; ac ne sine causâ *affirmasse* videare, quæris à nobis, *quæ ratio erit, cur Pipinus preces instituerit pro patris & avi uxoris suæ animabus, & suorum omissas faceret?* quasi verò ipsa, in promptu, Pipini propensa in uxorem & propinquos voluntas, pro *ratione* nec revera fuerit, nec esse jure debuerit. Sed *quâ ratione pro anima* (*soceri*, socrus) aliorumque mariti carorum *preces instituens* Berta, Pippinum patrem, matremque *omissos fecit*; qua pro Bertæ uxoris avo & patre, omissa proprii parentis aut avi mentione, preces concepit Odelricus Marchio; qua denique Lotharius, Hugo, &c. caris paucis memoratis, reliquorum (quasi nunquam fuissent) nomina suppresserunt, eadem Pipinus, quod ipsi vitio vertis, soceri aliorumque affinium (nulla suorum mentione habita) memoriam recoluit. Quod aliis licuisse vides, ipsi licitum fuisse puta; ubi vero, detortis in Bouchetum Hieronymi de Ruffino verbis, inclamas, *Novit conscientia tua, novit* inquam *quæ addideris, quæ subtraxeris, quæ in utramque partem, ut tibi visum fuerit, immutaris*; in te (adversariorum, quos tu *nil conscire sibi nulla pallescere culpa* scis; tuis, non semel deprensus, coloribus pingis) maledicentissimum criminatorem dictum puta,

Prov. 28. 26. Lum. p. 166.

puta, alioſque meliore fato uti dignos, proprio pede metiri deſine. De *Matricenſi Comitatu*, an à *Madriacenſi* diverſus & *in Auſtraſiâ* ſitus fuerit, videamus.

V. *An Matricenſis Theodeberti Comitatus in Auſtraſiâ fuerit.*

INfelici (quô biforme monſtrum egeſſiſti) abortu; & pudendi oneris geſtatione quodammodo allevatus (quaſi oppugnandæ veritati malâ mente laboraſſe, viciſſe ſit) tibimet plaudis, ac lætum Pæana canis; ſed *vertere funeribus triumphos* tuos, nulli qui verum amet difficile fuerit; quandoquidem quæ de *Matricenſi* in Treviris *Comitatu*, & *Mediomatricum* (ab imaginariâ nullique, antequam vigilans ſomniares, notâ *Matrica*) denominatione commentus es, mera portenta ſunt, quæ indicaſſe refutaſſe ſit; quæ vero de Thiethertis in Auſtraſiâ, regnante Ludovico Pio, viventibus; de Ingeltrudis Thietherto natæ nuptiarum loco, de pagis ſcripſiſti, vel multiplici falſitate ſordent, eoque nomine abjicienda ſunt; vel cauſæ tuæ non ſerviunt, eaque de cauſâ contemptim conterenda veniunt. Ne de injuria conqueráre tua verba recitabimus, & appoſita brevi cenſurâ, (adſpirante numine) vel refellemus, vel ad rem non eſſe (initio à ψεδωνύμῳ *Matricâ* tuâ factô) evincemus.

CHIFFL. *Conſtanter exiſtimo*, Matricam, *ob quam* Thietbertus *dictus eſt* Comes Matricenſis, *illud eſſe oppidum, quod inter villam Theodonis Trevirimque conſtitutum, vulgo nuncupatur* Greven Makeren. Bz. non quam *conſtanter*, ſed quam vere *exiſtimes*, quærimus; audiamus igitur quibus rationibus impulſus, in novam, nullique (antequam *lumina* tua ſcriberes) vel per ſomnium notam ſententiam conceſſeris. De Matrica.

CHIFFL. Greven Makeren *Brouverus, & Berteljus ad Teutonicum idioma vertunt*; Comitis Macram. *ego* (*ni fallor*) *melius* Matricam. Bz. *falli* te hinc manifeſtum ſit, quod pro Brouvero & Bertelio, perpetuus uſus *quem penes arbitrium jus eſt & norma loquendi*, faciat; pro commento tuo, tu ſolus, rerum tuarum parum idoneus (utpote gratiæ ſuſpectus) judex, pronuncias. In Annal. Trevir. in hiſt. Luxemb.

CHIFFL. *In chartâ Monaſterii de Horreô, datâ Treviris anno 646, locus ille à Dagobertô Rege vocatur* Machara, *à Brunone Trevirenſi Archiepiſcopô* (*qui ſedit initio ſæculi duodecimi*) Macharia, diſtans à Trevirô Aquilonem milliaria tria: *ſed illas voces ex Teutonico uterque expreſſit.* Bz. Quocunque te vertas, in præcipitia, lumine caſſus (ut ut *luminum* concinnator haberi velis) ruis; ſi enim *charta monaſterii de Horreo, anno 646 data* ſit *à Dagoberto Rege* (qui anno 644 Ianuarii 19 Spinogili, Pariſiaci pagi vico, deceſſit) anno 646 (à Dagoberti morte tertio) dari non potuit; ſi ab eô data eſt, ante annum 646, imo ante 644 (quo ineunte denaſci cum contigit) ex neceſſitate ſcripta eſt. Bruno (quem ab anno 1101, ad 1123 ſediſſe conſtat) vel de *Macra Comitis*, ad Auguſtæ Trevirorum Meridiem occidentalem ſita, non loquitur, ſed de aliâ, ad Auguſtæ *Aquilonem*, inter Platten, Marinck, Urtzich & Zeltinck, in vicinià Traerbaſii poſitâ, loquitur; vel (quod à Trevirorum incolâ quoquam fieri vix potuit) fallitur; utrum malis elige; noſtrâ certè non refert; cum enim ante annos mille Dagobertus, ante 124 Bruno; noſtrâ

fere ætate, Brouverus & Bertelius, *Macram* sive unicam, sive plures; *Matricam* in Treviris (quos lustraverant omnes, nullam noverint, & majorum more, unô (ut sic dicam) ore locuti sint; Tune sanus, qui quod (adversus peritorum universorum consensum, & constantem decem, imo plurium æculorum usum) nullo exemplo fretus, deliraſti, *melius* judices; aliosque universos, & recta, & consona scribentes, erroris (cujus tu solus fons es) coarguas? Cui Dagobertum Treveris scribentem, Brunonem Trevirorum Præsulem; Brouwerum & Bertelium, Trevirensis diœceseos homines, *avia* tecum *loca peragrasse*, nec quid ex vero & usu Majorum esset novisse, te solum (qui forte Treviros nunquam adiisti, ignotaque ferris regione viarum) sapere persuaseris? egregium teque uno dignum argumentandi modum, *Matricam* nemo in hanc usque diem dixit. Ergo dicere *melius* est. *Macram* vel *Macharam* (ab annis 1000, & quod excurrit) dixerunt ad unum omnes. Ergo falsi sunt. Pudenda tua agnosce Chiffleti, & erubesce.

CHIFFL. Makeren, *Teutonibus significat τὸ ἀπαίλασμα sive* opus perfectum *ex materiâ, quæ ἐργάσιμος est, seu apta ad aliquid perficiendum, ut ligna & lapides sunt materies ædificii, quale ad Mosellam castrum illud ab antiquo extructum fuerat.* R. Quo majorem linguarum notitiam affectas, eo turpius in earum regulas impingis; quod Latini *facere*, Teutones, *machen* dicunt; si inde vocabulum *makeren*, vel *macheren* derivari placeat, cum pluralis numeri sit, non *opus*, idque *perfectum*, & *ex materia ἐργάσιμος*, sed *opera* absolute, ex quacunque, sive apta, sive aliâ *materiâ* significabit; Te in *lampadibus* confitentem ex parte reum habemus, *Effertur* (inquis p. 36) *Matrica nostra Teutonice* Makeren, *hoc est* opus; *cui appellationi respondet Latinum* Matrica, *hoc est structum ex materia opus*; ut ut enim hæc in secundis tuis curis desideranda videantur, quod *Matricam* tuam (de cujus apud Veteres usu nihil prorsus habes) ceu cramben recoctam nobis jamdudum ad nauseam provocatis, importune reponis, camque cum *Makeren*, à *Latinis* compositam fingis, & *opus* non *opera* interpretaris; minus tamen quam antea à vero abes; sed aliam Dagobertus & Bruno, Teutonici idiomatis quam tu longe peritiores, in mente vocis originem habuisse videntur, siquidem *Macharam* & *Machariam*, non *Macharas* aut *Macharias* (quod terminatio pluralis exigebat) scribunt: nisi *Macram*, aut *Macharam*, singulari numero efferrent omnes, videri posset *Makeren*, è Latinô *maceriæ* petitum, sic enim *Reinenses* diœceseos oppidum ad Mosam, nostri *Maisieres*, Latini *Macerias*, Teutones *Makeren* vocant. Sed nihil pronuncio: utcunque vero de *Machara sit*, Matricam eam uni tibi (quem *concessa pudet ire via*) perperam dictam ad causam satis est.

CHIFFL. A Materia *factum est* Matrica; *quod Latine idem esse ac* Makeren *Teutonice*, *indicat ipse* operarius, *sive* faber, *ista linguâ dictus* Maker, *illa* Matricarius. *Iulianus Antecessor*, Interesse prætores oportet, vicenos secum habere milites, tricenos Matricarios; *illos nempe ad custodiam, istos ad opera perficienda, sive ex lapide, sive ex lignô; hi Cedreno dicti sunt Μαΐστορες, & Novellâ 29 similiter, quos* materiarios *generice dixeris potius quam ξυλουργοὺς Lignarios.*

Constit. 23.

Scribendum fecit ξυλεργοὺς.

R. *factum* tua causa si demus: à quô & quando *factum* dices? quis (quamdiu pura Latinitas fuit) corrupta hæc vocabula, vel ab aliô audiit, vel sibi excidere passus est? *Glossas tuas veteres* consule quantum libuerit, hîc altum silent;

silent; nec usquam vel inter semibarbaros *Matricæ* (de quâ solâ quæstio fuerat) mentionem ullam nactus es; sed tuo more per avia abreptus, & ex alio aliud fingens; ad *Matricarios*, Matricâ tuâ relictâ, unicô Iustiniani, Illyriciani, jamque exundante barbarie nati, exemplo fretus transfugis. is enim Novella 13 *Belisario Consule*, seu annô Christi 535 Sept. 22 datâ §. 5. hæc de *Præfecti vigilum* officio scripsit, πεφύκασι γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀνὰ ἕκαστα φαλῶται καὶ ἀνὰ τελάτονται μαλεμάτοι quæ postea suis; à te laudatis, Iulianus Antecessor verbis expressit; Iulianea Cedrenus Græculus post annum 1100 natus, qui barbaris undecunque congestis, Græca sua nullo habito delectu infarcit, *Matricariorum* prædicator excellit, ex quo hæc rursus μαλεμάτοις τοῖς ξυλεργοῖς καλοῦσι, tu tamen interpretationem ejus, ne inter *Lignarios* solos *Matricarios* tuos quærere cogaris, non admittis; nec eum Iustinianum & Iulianum (quos solos auctores habes) κ᾽ ὁδὸς secutum vides; cum enim *Vigilum præfectos* quotiescunque *incendium in civitate contingit, præsentes esse & ministrare, & maximum hoc opus habere* jubeant; eis *matricarios* aliquot seu *lignarios*, non *fabros* alios (quorum in nocturnô incendiô nullus usus esset) adjunxere: tu vero qui *matricam* ex nihilo educere, & *matricarios* cuilibet *operi* & *materiæ* addicere, *Mercuriumque* (quod communem lignariorum caprum superat) *ex ligno quolibet exasciare* amas, de Iustiniani aliorumque, quibus *matricarios* tuos debes, judicio securus, tuum nulla veri specie coloratum præfers, tam veteribus, quorum auctoritate abuteris, quam lectoribus quibus illudis injurius.

CHIFFL. *Præterea non est minor ratio* Makeren (*sive ut vulgo pronuntiatur* Makre) *adjecta T consonante, mutatum fuisse à Romanis in Matricam, quam* Marne *in Matronam*, Mascon *in Matisconam*, Arles *in Arelatum*, Bourges *in Bituricam*, Senlis *in Silvanectum*, Arras *in Attrebatum & similia.* Rx. utrobique te *ratio* fugit; nam *Macram* Romanus, Francus, Teuto; nemo *Matricam* vel nominavit, vel jure nominare potuit; tu solus (qui tibi quicquid libet licere putas) id ausus es. 2. vocabula hæc *Marne*, *Mascon*, *Arles*, *Bourges*, *Senlis*, *Arras*, nec antiquis Gallis, nec postea Romanis nota fuerunt, nec tandem ab his mutata; Vetera à Gallis flumini & urbibus à te memoratis indita nomina, pura nunc non habemus, ex *Matrona* mediæ antiquitatis corrupta Latinitas *Maternam* fecit, unde nostrum *Marne*: *Matisconа* nulli veterum audita, sed *Matisco*, ex quâ vernaculum *Mascon*; ex Arelate aut Arelato, *Arles* procedente tempore, ac sero factum est. *Bourges* vocis *Bituriges* (quæ populum non urbem initio significavit) corruptela est; urbs *Avaricum* primum dicta, de gentis nomine *Bituriges* vocari cœpit, hinc *Bourges*; procedente vero tempore à semibarbaris *Biturica* nulli veterum nota formata est; ex *Silvanectis*, prius Augustomagus dictæ, depravatione ortum *Senlis*, & populi nomen ad urbem translatum: ex *Attrebates* populi & pagi nomine, vernaculum nostrum *Arras*, & Belgicum *Attret* diversimode processit; quemadmodum ex *Attrebatense*, Attertisum & *Adertisum*, vulgo *Artois* emanavit, oppidi in pago illo præcipui nomen *Nemetacum* primum fuit, quod paulatim ex hominum memoriâ (ut alia infinita) evanuit, *Attrebatum* vero nulli nisi recentiori & parum Latino placuit. Ex his te, rerum ordine ac ratione sursum deorsum versis, omnia miscuisse; manifestum fecimus; demus nunc te nihil nisi verum & rationi consentaneum de oppidorum

dorum noſtrorum denominatione ſcripſiſſe, *Maeræ* quæ *Matricæ* nomen tribui *à Romanis* potuiſſe demus, an reverà *tribuerunt?* non probas, imo contrarium hoc ipſo defendis, quod Dagobertum Regem, Brunonem & Conradum Archiepiſcopos, Brouverum & Bertelium vetus nomen certatim retinuiſſe, de novò nec cogitaſſe, nec quenquam qui cogitaſſet noviſſe fateris: tuque, ſi aliam in partem inclinandum putes, jure non poſſis, cum *legitimam nullam à poſſe ad eſſe conſequentiam eſſe* non neſcias. Ea nunc quæ in *lampadibus* adjeciſti, quantumvis *non vulgaria* putes, nullius ad cauſam tuam momenti eſſe doceamus.

Lam. p. 36. lib. 55. de Legat. 3. CHIFFL. *Sic definitur materia in veteribus gloſſis verborum juris*, Ματέρια τὰ εἰς οἰκοδομὴν ἢ ὑπόθεσιν ἀναγκαῖα ξύλα, ad ædificandum vel ſubſtruendum neceſſaria ligna. *Nam quod comburendi cauſa paratum eſt materiæ nomine non comprehenditur. Atque à* materia *dictus eſt* materiarius. *Plautus in milite*; ſi non nos *materiarius* remoratur, quò quidem opus eſt, cito erit parata navis. &c. Scribendum fuerat ματέρια & ὑπόθεσιν; ſed quomodocunque ſcribere libeat, nihil ad nos, nec noſtrâ refert an *materia* hoc vel illud ſignificet, ab eademque *materiarius*, de quo nulla nobis quæſtio fuit, dicatur.

In ſtatut. Comp. CHIFFL. *A Materia item dicta eſt* Matrica & Matricarius; Matricula & Matricularius. *Gloſſæ Baſilicæ* ματρίκιον ἢ ἀναγραφὴ τῶν στρατιωτῶν matricula index militum; *quia nempe Catalogus ille fiebat in libro ſive cortice arboris tenuiore ligni materia: diminute dicebatur* matricula. *Opportune Cedrenus* liber & Cortex idem habentur; proprie autem Codex truncum ſignificat, liber corticem. Eadem matricula (ματρίκιον) nuncupantur, & matricarii qui ligna conficiunt. *Ita vertit Xylander.* &c. A *Materiâ* qui *Matricam* (cujus tu fons unicus es) dictam ſcripſerit, in te ſolo cum alibi non ſit, quærere neceſſe eſt, à matre *matrix*, & *matricula*, à matrice *matricarius*, à matricula *matricularius* deducitur. Cedreni verſio à te prolata falſa eſt, ſic enim ille λόγῳ ὁ Φλοὸς ἐστι κυρίως, ταῦτα ἢ ματρίκιον. καὶ ματρικαρίους τοὺς ξυλουργοὺς καλοῦσι ad verbum *liber proprie cortex, hæc etiam eſt matricula; & matricarios lignarios vocant*: ubi *codicem*, de quo nihil Cedrenus, *truncum* ſignificare, & *matriculam* de *codice* & *libro* quocunque dici poſſe habes?

a de vitiis Sermonis. CHIFFL. *Extenditur tamen* (*docente* a *Voſſio*) Matricarii *ſignificatio ad* materiarios, *ſive fabros quoſcunque, qui tractant materiem duram, operibuſque omnibus idoneam, ut lignum, ferrum, æs, ſaxa, lapides & ſimilia. Cui explicationi Plinius favet,* b *ubi* Dædalum *tradit*, inveniſſe materiarum fabricam, & in eâ ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram; *quæ ſunt fabrilia materiæ duriori inſtrumenta. favet quoque Imperatoris Novella* 13 *de prætoribus populi*, aſſiſtunt autem eis (*in incendiis*) & viceni milites, & triceni matricarii; *illi nempe ad arcendos fures, iſti vero ut fabrilibus inſtrumentis, ſeu ferreis, ſeu ligneis, agant quæ ſunt neceſſaria.* &c. De *Matrica* in Voſſiô (qui *matricarios* à *matrice* derivat) nihil prorſus habes; ſi quid habes non ad *extenſionem* ſed ad reſtrictionem *ſignificationis matriciariorum* habes: ſic enim ille; c *Cedreno* μαλεκάδες, *qui uſitatius* ξυλουργοὶ, materiarios *dixeris potius, quam* lignarios; *ſi obſervare viſum diſcrimen inter* materiem *quæ* ἐργάσιμον, & lignum *quod* καύσιμον. *Quod diſcrimen non uno in Digeſtorum locò reperias. Si tamen* fabros lignarios *nuncupes, abunde ambiguitati vocabuli occurritur.* Turpiter igitur viri πολυμαθεστάτου auctoritate, qua ſomnia tua difflabantur, abuſus, fruſtra

b lib. 7. c. 56.

c lib. 3. c. 24.

fruſtra in Plinio qui de *matricariis* nihil dixit, & Novella 13 (qua te refelli jam docuimus) præſidium quæris.

CHIFFL. *Vt ergo* materiarii *dicti ſunt à* materiâ; matriculârii *à* matricula, *ſic &* matricarii *à* matricâ, *ideſt ab* opere, *quod ipſi perficiebant. Et quemadmodum* fabri *opus dictum eſt* fabrica; *ſic &* matricarii matrica; *maxime cum tot occurrant in Geographiâ* Matricæ, *quæ ſunt ſtructa per architectos juſſu Principum Caſtella, Burgi, Prætoria. Vnde ut à* fabrica *factum eſt* fabricenſis; *ſic etiam à* Matrica *Matricenſis.* R. *Matricarii* (Voſſio auctore) *à matrice ubi nomina inſcriberentur*, dicti ſunt, *matrica* proprie non *fabri* cujuſquam, ſed tuæ imaginationis *opus* eſt. *fabrica* fabri potius *officina* quam *opus* dici à veteribus conſuevit: *matricariis* qui *matricam* opus aſſignaverit, in hanc uſque diem ſolus es. Duæ tantum *in Geographia* Matricæ cum tibi ſive vere, ſive falſo *occurrant*, neutra tuo propoſito ſervit, neutrius etymon reperiſti; Comitem qui ab alterutra *Matricenſis* à quoquam dictus ſit tantum abeſt, ut aſſignare poſſis; ut Macram à Materia *Matricam* temere te falſoque aſſeruiſſe, hoc ipſo quod ad aliam originationem, prioris tædio victus, tranſis, vel coactus fateare.

Oſtendi (inquis)[1] *vocabula, quæ Galli breviabant, Latinos produxiſſe; unde ex* Macra *factum eſt* Matrica, *ut ex* Maltra (*genus eſt menſuræ frumentariæ*) maltera; *quod legitur apud Scriptores rerum Germanicarum ab Vrſtitio editos. Sic etiam in Moſellæ tractu*, Alcia *fluvius in Chartis Latinis vocatur* Alſoncia, *& ab Auzonio* Alizontia; *qui etiam Vates* Sarram *&* Dronum *Latino more extendens*, Saravum *dixit & Drahonem.* Imperitiæ tuæ non Latinorum uſus te ſpecimen edidiſſe jam patuit. admittamus tamen, ne tibi graves videamur, quaſcunque volueris epentheſes, Matricamque à Macra formatam tua cauſa ſtatuamus, quid præcedenti *ſingularium* tuorum, quibus à temet ſtratum fundamentum ſubtraxiſti, congeriei, quid *Matricæ* quam illâ ipſa *materiâ* cujus eam prolem eſſe vel (invitâ Minervâ) novus *matricarius* volueras fiet? nullibi erit, quia nullum ei quô ſuſtentaretur fundum reliquiſti, nec eam in, vel ex *materia* conſiſtere paſſus es. Cui nunc adverſus Francos te (qui tecum ſentire non potes) diſputare, tuaque, cum tibimet incredibilia videantur, nobis (quibus ſuo merito ſuſpecta ſunt) fidem non facere mirum ſit?

[1] Lampad. p. 38.

Everſa tua, noſtraque manu *Matricæ* tuæ fabricâ, quæcunque de *Macrâ* falſo à te *Matricâ* dictâ affers, inexcuſſa dimittere jure merito poteram, te tamen eo adigere ut vel tibi contraria, vel impertinentia agnoſcere cogaris malo. [2] *Opus* (inquis) *fuiſſe Romanum arx probat, quæ in monte apud* Makeren *ruinoſa extat, ubi numiſmata æternis Cæſarum factis impreſſa effodiuntur: & profectò mihi non eſt dubium, Thietberti Comitis* Matricam *accenſeri debere villis, de quibus Auſonius ſuppreſſis nominibus agit, & ex illis unam ſic deſcribit,* [3] Illa tenens *collem*, qui plurimus imminet *amni*, Uſurpat faciles per culta, per aſpera viſus: Utque ſuis fruitur dives *ſpeculatio* terris. Quin etiam *riguis* humili pede condita *pratis*, Compenſat *celſi* bona naturalia *montis*, *Sublimique* minans irrumpit in æthera *tecto*, Oſtendens *altam* Pharos ut Memphytica turrim. *Hic plane depingitur* Matrica noſtra, *ad cujus pedem rigua prata longe porriguntur, in quibus ſitum eſt hodiernum* Makeren, *rivulo ex monte delapſo præterfluente oppidum. Nec in toto inferiori Moſella, quem maxi-*

[2] p. 37.

[3] In Moſella v. 324.

me Auſonius deſcripſit, ullus eſt locus ubi collis & mons tanta ad pedem prata habeat, eaque irrigua ſicut apud iſtud Makeren. *At ne quis ſententiæ meæ diffidat, Moſellæ curſum in illo tractu ſic deſcripſit Brouverus*; [1] Moſella majore jam aquarum pabulô lætus, & per agri fertiliſſimi prata diffuſior, ubi juxta Reiſeburgum Ornum recepit; Theodonis villam verſus tenet imperium; quod oppidum Caroli Magni commoratione & Regum conventibus eſt celebre. Hinc in Orientem fere ſpectans, eadem facie Regis Machram (*Conings Makeren*) pervenit, & variis inde ambagibus Circium oppidum; mox agros fructuoſos, monteſque vitiferos, hinc & inde lætificans, non ſine memorum umbris adit Comitis Machram *Greven Makeren*: atque ita in Solſtitialem Orientem poſthac abducto ſurgentium jam inde montium crepidine magis incipit premi. *Cononem Trevirorum Archiepiſcopum imitatus eſt Brouverus, qui in Chronico Trevirenſi quod vulgo* Cononis *vocant, ante annos fere* 300 Matricam *noſtram nominavit Macram.* Bz. Ante Chiffletium, novum, nullique ante annos 50 (niſi forte nutrici) notum hominem, *Macram* Trevirorum, aut *Matricam* vocavit, aut Thetberti Comitis ſedem fuiſſe nemo ſomniavit. Certe ſi ea *Romanorum opus*; & Auſonio, qui Memphitica, non *Memphytica* ſcripſerat, *Matrica* dicta fuit, ab eâ *Mediomatrici* (longe ante ſubactas à Romanis Gallias, conditam Matricam, invectumque in Belgicam Latini ſermonis uſum florentes) ab ea denominari nequaquam potuerunt; qui denominatos putaret, aut *Matricam* ullam in Treviris quæreret (quod vel ex Cunone, & Brouvero Cunonis imitatore, *Macras* plures, *Matricam* nullam agnoſcentibus clarum eſt) nemo fuit.

[1] In Annal. Trevir.

[2] p. 38.

Chiffl. [2] *Matrica porro noſtra bellis olim diruta, à Thietbertô Comite ad habitandum inſtaurata, nuncupata eſt* Greven Makeren, *hoc eſt* Comitis Matrica, *ut in eodem* Konings Makeren *ſive* Regis Matrica, *nomen inde habet, quod à Ioanne Bohemiæ, Rege Luxemburgi Comite, muris cincta fuerit; quemadmodum etiam non longe à Luxemburgo villa* Grevenſcheur *in documentis Clariſontis Cœnobii virginum Ciſtercienſium prope Aralunum vocatur* Grangia Comitiſſæ, *eo quod Ermeſindis mater Henrici Blondelli Comitis Luxemburgii, eam villam conſtruxerit.* Bz. Præter Comitis & Regis *Macram* duæ aliæ in eodem tractu cis Moſellam uſque nunc fuerunt, nempe *Makeren* ſive *Macra* abſolute è regione oppidi Traerbach ſita, & *Roden Makeren* ſive *Rubra Macra* prope Theodonis villam poſita: harum nulla *Matrica* cuiquam (ſi Chiffletium, quod vult ſomniantem, excipias) dicta fuit. 2. *Regia Macra*, Teutonice *Conings Makeren* ſcribi debuit. 3. *Comitis Macram* Thietberti ſedem fuiſſe, aut *ab* eo *inſtauratam* nemo hactenus dixit. 5. Cum non Entis accidentia nulla ſint, *Matrica* quæ in Treviris nulla fuit, à quoquam ſive *dirui*, ſive *inſtaurari* nullo modo potuit. 5. *Grevenſcheur* ad verbum eſt *Comitis* ſive horreum, ſive *ſtabulum*, ex *Scheur* enim formatum noſtrum *eſcurie*; & ex Hincmaro adverſus Hincmarum Landunenſem, nepotem annonæ conditorium *Scuriam* dictum conſtat.

Ibid.

Chiffl. *In quô porro late patentis Arduennæ tractu ſita fuerit* Matrica noſtra, *docemur à Dagoberto Rege, cujus hæc verba ſunt in Charta Codicis Monaſterii de Horreo datâ Treviris anno Regni ejus ſecundo*; Comperiat ergo omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium præſentium & futurorum induſtria, quia rogatu dilectæ conjugis noſtræ Nanthildis, in monaſterio, in Trevericâ valle,

valle, in honore S. Dei genitricis ab Irmina filia noſtrâ conſtructo, & Sanctimonialium coadunatione decoratô ex rebus proprietatis noſtræ, in pagô Moſlenſe, in Marca Burenſe, has villas Machara, Corniche, Baldebrunæo, Hildaneſcheim, Walcheim, Speja, Brunneche, cum cæteris cultis & incultis, *&c.* legali auctoritate contradimus, &c. *ut geminis nubeculæ quædam interveniunt, quæ ſplendorem fuſcant; ſic & Chartæ huic regiæ vitium eſt, quod ejus nitorem lædit: ubi enim ſcribitur*, in Marca Burenſi, *plane mendum amanuenſis videtur, legendumque* Bedenſe. *Etenim qui Macharæ adjacent pagi alii ſunt iſti*, Moſlenſis, Waldelefinganus, Mettingowenſis, Eifflenſis, *qui ad* Burenſe *vocabulum non poſſunt referri. Præterea ex chartis antiquis*, Dundeba (*Luxemburgum inter & Macharam, à quâ diſtat leucâ horariâ*) *erat in Comitatu Bedenſi. In Moſlenſi vero pagô, leuca ſimiliter una ſupra Macharam, ſita eſt* Warmeringa. *In eodem paga* Bilacus, *dimidiâ leuca Macharam infra. Ex quibus optime infertur, Bedenſem pagum prope Macharam Moſlenſi pago inſertum fuiſſe: adeoque* Macharam *fuiſſe tractus illius* Marcam, *ut inſinuat Rex Dagobertus.* Marca *enim, ſive* Marcha, *erat limes, ſeu finis cujuſque ditionis, ſive provinciæ, cui* Comes Marcæ, Marchio *ſive* Marchiſus *præpoſitus erat.* ℣. 1. Non Entis cum nullus ſitus eſſe poſſit, fruſtra *Matricæ tuæ* quæ nullibi (antequam eam mente concepiſſes) fuit, in *Arduennâ* ſedem ſtatuis. 2. de *Machara* non de *Matrica*, Chartæ de Horreo (quiſquis ille fuit) auctor loquitur. 3. *ſive Bedenſe* in Chartâ illâ initio ſcriptum ſit, ſive non ſit, *gemma* (quod *nubeculis* undique circumſepto mentis oculô, *pro theſauro carbones*, pro margarito vitrum venditans, putas) eſſe nequaquam poteſt. 4. Dagoberti chartam *luminum* tuorum p. 168. annô 646. (quo vivere deſierat) datam volebas; hîc novâ *lampade* colluſtratus *ſecundo regni annô* (quô forte liberis carebat, nullos puberes habere poterat) æque abſurde ſcriptam aſſeris. Quod facile demonſtramus [1] A. D. 584. *Septembri* menſe (miſſâ jam ad Recaredum Wiſigothorum Regem Rigunthe, cæſus Chilpericus, Clotarium *menſes quatuor*, adeoque Majô præcedente natum reliquit. ex Bertrude [2] anno Chriſti 619 regni 36 denatâ Dagobertum, ex Sichilde anno circiter 620 regni 37 Charibertum ſuſcepit, annoque Chriſti 628 regni 45 vivere deſiit Clotarius. Dagobertus ruſus anno 621, regni paterni 38, *in Auſtraſia* regnare cœpit; Gomatrudem Sichildis noverca *germanam*, jubente patre, anno regni ejus 42, Chriſti 625 duxit, annô 635, regni (à dormitione patris) 7, Nanthildem (Gomatrude dimiſſa) ſibi deſponſavit: anno 636, regni 8, ex Ragnetrude adſcititia Sigebertum; anno 640, regni 12 ex Nanthilde Clodoveum genuit: annô vero 644 regni 16 Ianuarii 19 fatis conceſſit, undecunque *regnum* ejus auſpicere, Chartam à te laudatam, falſi vel invitus damnabis; anno 622 *regni in Auſtraſiâ ſecundo*, qui paternæ vitæ 39 fuit, vix annum 20 attigerat, fac 24 (ut patris 15 natus ſit) egiſſe, an Irminam voti religioſi ream, imo cœnobii fundatricem jam tum habuerit? *annô regni* à patris dormitione inchoati *ſecundo*, Chriſti 629, qui (ſi patris anno 15 natus fingatur) ætatis 31 fuit, puellam quindecennem, veloque minus ineptam, progenuiſſe potuit; ſed ex Nanthilde annô demum 639 regni 7 ductâ, quamque charta Irminæ matrem ſtatuit, ſuſcepiſſe non potuit; cumque annô demum 710, Decembris 24 ad meliorem vitam tranſlata dicatur, quotquot eam vel *annô* Dagoberti

[1] Greg. Turon. lib. 6. c. 46.

[2] Fredeg. Chron. c. 46. 47. 53. 56. 58. 59. 76. 79.

parentis *secundo*, vel ante, velatam volunt, fere centenariam obdormiisse asseverare, quodque in totâ Merovingorum, Carlovingorum & Capevingorum gente exemplo caret, de eâ prædicare coguntur; si ea Dagoberto patre nata, sit incertâ matre editâ, annoque circiter 640 vel 42, parentis 12 vel 14 monasticen professa fuerit. Sed forte (ne desint labris similes lactucæ) genuinam (quam subditiam putamus) Chartam mordicus tueberis. Hoc ipsum causæ nostræ non officit, tuæ jugulum (cujuscunque feminæ illa fuisse dicatur, petit. *Matricam* nullam, *Macharam* quamdam, aliis *Machram* dictam agnoscit, *Matricensem* vero *Comitatum* procul à Treviris amandat. 5. Si quod de *pagis* Muslensi (in quo *Macra*) Bedensi (in quo Epternarum & Macræ proxima Dundeba) Mettingowensi (in quô Lucemburgum, &c.) aliisque Moslensi adjacentibus notas, admittamus, concidit de *Provinciali* Thietberti *Comitatu*, ejusque sede propria *Maira*, hypothesis: quandoquidem nec *Provincialis*, nec *Provincia* præcipuus, sed è minimis (cui vix *leucæ horariæ* spatium occidentem versus reliquit Bedensis) *Moslensis pagus* fuit. 6. Si rursus *Moslensi inserius*, adeoque ejus pars, ac quodammodo *pagi pagus* (quod nescio quâ fiduciâ affirmas) Bedensis fuit; funditus ruit *pagorum* (quos suis propriis limitibus, seu *Marcis* distinctos, aliosque ab aliis diversos fuisse constat) distinctio; limitaneos sibi invicem *pagos* fuisse non nego, alios aliorum *Marcas* fuisse (si sapis) mecum negabis. 7. fuerint igitur ad singulorum *pagorum* oras, posita oppida, castra, rivi, &c. eorundum *marca*; quomodo regnorum extremæ provinciæ (verbi gratiâ Caroli M. ætate post A. D. 781 Novempopuloniæ & Narbonensis primæ pars Meridionalis, cis Pyrenæum; trans vero, Hispaniæ citerioris inter Pyrenæum & Hebrum protecta pars) *Aquitaniæ* & *Hispaniæ Marcæ* dicebantur; sed *cuique ditioni* (ut ut limitibus propriis, ac *Marcis*, eam à circumjacentibus quibuscunque disparantibus, nulla careret) *Marcæ Comites*, seu *Marchiones* & *Marchisos præfuisse* ne credamus, antiquorum (quotquot supersunt) monumenta, ipsaque experientia vetant, si per singulos pagos præses (quia suæ quisque *Marcæ* curam gessit) Marchio dici debuisset, per universos & singulos, *Marchiones* & *Marchisi* constituti fuissent, sed pauciissimi usque ad annum 1500, quo vilescere ex passivitate, ac confundi Magnatum tituli per Gallias, Hispanias, Britannias, Italiam cœperunt, pauciissimi, inquam, fuerunt; nec id nominis ad alios, quam ad præfectos in regni cujusque limite constitutos, transiit; unde ex necessitate sequitur Bedensis & Moslensis pagorum, in media Austrasia sitorum, Comites, nec sub Dagoberto, nec post, *Marchiones* dici potuisse; forte quisquis Chartam, à te plusquam meretur laudatam, scripsit, non *Bedensem* (quod putas) sed Surensem à Sura fluvio, aut *Sarensem*, sive *Saravensem Marcam*, in mente habuit, quandoquidem *Machara* ad communem Moslensis, & Sarensis (*Sarachow* in Lotharingici regni divisione anno 870 dicti pagi) limitem Mosellam, posita, à Bedensi limite longius absuit, adeoque nec ejus *Marca* (cum ad alium pagum pertineret) proprie fuit, nec ad ejus *Marcam* (cum Moslensis interjaceret) sedit.

CHIFFL. [1] *Unde colligitur, Thietbertum non fuisse modo Arduennæ Comitem, sed etiam Matrica incolam, & limitis ad Mosellam Marchisum, cum jure indicenda vigiliæ; & ex illa habitatione, cognominatum fuisse* Comitem Matricensem; [2] *uti in legibus Neapolitanis memoratur.* [3] Castrum unde Baronia,

[1] Lamp. p. 39.

[2] l. 3. tit. 14. lege 1.

vel

vel Comitatus nomen assumpsit. *Ad illam porro Thietherti marcam juvat, quod de Matrica nostra Ausonius cecinit.* Ostendens altam Pharos ut Memphytica turrim. *Illam turrim Ægyptiam sic descripsit Plinius,* [1] magnificatur & alta turris, à Rege facta in Insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse octingentis talentis tradunt, magno animo (ne quid omittamus) Ptolemæi Regis, quod in ea permiserit Sostrati Guidii, Architecti structuræ ipsius, nomen inscribi. Vtus enim noctumò navium cursui ignes ostendere, ad prænuncianda vada, portusque introitum. *Turris Matricæ nostræ, quam Memphyticæ comparat Ausonius, haud absimilis erat specula, ex quæ statarii excubitores ad loci custodiam, & limitis tutelam advigilabant.*

[1] lib. 36. c. 12.

Bz. Hoc unum legitime *colligitur*, te otio tuô, Lectorumque (quos vervecum in patriâ natos credidisse videris) patientiâ, turpiter abusum fuisse. Cum enim *Matrica* in Treveris nulla fuerit; *non Entis* vero *accidentia nulla esse* necesse sit; *ejus* quam solus tibimet machinatus es, *incola* esse, aut *ex ea cognominari Thietbertus*, cujus in Carnutum & Eburovicunt confinio sedes erant, nequaquam potuit. 2. *Neapolitanæ* post annum 1200 latæ *leges*, eorum quæ anno 822 fieri par erat, fidem facere nequeunt. 3. de *Matricâ* quam nullam in Treveris fuisse evicimus, nec cogitavit, nec (si voluisset) potuit Ausonius; de *Macra* (si tum fuit) locutum conjicere, nihil absurdi. 4. *Pharus*, & *Memphitica* à *Memphis* Μέμφις à te scribi, & metri, & Grammaticæ leges postulabant, sed quandocunque lubet, exlex es. 5. Cum in Imperii limite descripta ab Ausonio *turris*, condita non fuerit; nec hoc (quem putas) fine stetit; nec Pharo similis fuit. 6. Loci ab Ausonio anno circiter 379 laudati descriptio, *Mediolano* Nicetii Trevirensis Archiepiscopi *super Musellam Castello*, apprime, sive montem, sive Mosellæ & Rhodani in Mosellam incidentis viciniam, sive soli fertilitatem, sive *pratorum, vinearum, plantariorum*, amœnitatem, sive denique *turrim* monti summo impositam, convenire, ex Fortunato circa A. D. 570 disce. [2] *Mons in præcipiti suspensa mole tumescit*, &c. *elato vertice regnat apex*, &c. *quem Musella tumens, Rhodanus* [3] *quoque parvulus ambit, certanturque suo pascere piscе locum; Dirlipiunt dulces alibi vaga flumina fruges, Hæc tibi parturiunt (Mediolane) dapes*, &c. *Cernit frugiferos congaudens incola sulcos*, &c. *Oblectant animos mollia prata vagos*, &c. *Monti impositæ moles erat ipsa domus*, &c. *Ardua marmoreis suspenditur aula columnis, Quâ super æstivas cernit in amne rates*; &c. *Turris ab adverso, quæ constitit obvia clivo, Sanctorum locus est, arma tenenda viris*, &c. *Vinea culta viret, quo fuit ante frutex* [4] *Insita pomorum passim plantaria surgunt*, &c. Quidni eundem locum, qui *Mediolanum* primum, exinde *Macara* (quod B. Nicetii domicilium fuerit) dictus sit, tam Ausonium & Fortunatum, quam Dagobertum, sive verum, sive personatum, respexisse, te vero fabulatorum audacissimum dixerimus? tu ipse judica; tantisperdum quid novi nobis ex Itinerariis exprompseris exploramus.

[2] lib. 3. c. 12.

[3] fluviolus qui in Lucemburgi confinio ortus paulò infra Macram Mosellæ infertur.

Chiffl. [4] *Inter urbis admiranda, recensetur ex Dionysio* [5] *Lipsius* viarum munitiones, *quæ totam Imperii superficiem, ut rameis rivorum discursus deferiebant, usus erat ad militum iter*, ne ambulantes recederent à signis. *Ad illas autem vias sitæ erant civitates, oppida, villæ, prætoria, in quibus* [6] commeatuum parata sibi subsidia milites invenirent, donec ad locum perveniissent, ubi fessis exercitibus requies ministrabatur. Bz. De *admirandis* illis nulla;

[4] Lamp. P. 40.

[5] lib. 3. c. 10.

[6] D. Ambros. in Psal.

de *Matricâ* tuâ tota controversia est, quam infaustis usque nunc avibus efformasti.

CHIFFL. *Dixi Matricam Thietberti Comitis sitam fuisse ad viam militarem, quæ à Mediomatricâ Treviros ducit; quod cum inficietur Dominicus, operæ pretium est iterum examinare,* Matrica *nostra* si quâ potest investigari viâ, *ut loquitur Pacuvius.* BZ. Quicquid in buccam venit *dixisti, Matricam* ullam in Treviris, *Thietberti Comitis* fuisse, cum nec ante probaveris, nec probare nunc possis, frustra de situ non Entis quæstionem, moves, quandoquidem quod absolute non est, nullibi est, nullique sive *militari*, sive alii viæ adjacere potest.

[1] Cluverius in præf. de Geogr. antiqua.

CHIFFL. *Itineraria duo, quæ habemus, Antonini & Peutingeri,* [1] *mutilæ sunt, manca & detorta; nam præterquam quod valde varia sunt in designandis locorum distantiis exemplaria; multa in illis omittuntur itinera, quæ etiamnum extant; pleraque mansiones, vici, villæ, castella in unò reperiuntur, quæ absunt*

[2] lib. 1. c. 9.

ab aliò; Cum enim (Vegetiò tradente) [2] militari gradu viginti millia passuum horis quinis duntaxat æstivis conficienda essent; *ubi longius erat iter inter duas civitates, necessariæ erant intermediæ stationes & mansiones, in quibus milites quiescerent, cibo se reficerent, & pernoctarent. Profectò quamvis olim æstivæ horæ diei naturalis longiores hibernis essent; quinis tamen miles armis sarcinisque onustus, & lente gradiens, vicies mille passus conficere non poterat. Intelligendum ergo illud iter à Vegetio indicatum, ubi celeritate opus erat; ut dum Cæsar, periclitante M. Cicerone, cum M. Crassus horâ dici tertiâ advenis-*

[3] lib. 5. Com.

set, [3] eò die circiter viginti millia passuum progressus est, *Hodie propter impedimenta, carros, & majora ex are tormenta, exercitus Regii tot millia passuum unò die conficere non possunt.*

BZ. Sive *manca,* sive integra duo illa *itineraria* sint, nihil ad *Matricam* tuam quæ (cum nusquam fuerit) nullibi sita vel à te, vel ab alio quoquam jure dici potuit: efficere etiam arte nullâ pores, quin (ubi Vegetii interpretem agis) ipsi, tibique contradicas, *viginti passuum millia, quinis horis æstivis militari gradu conficienda* fuisse, adeoque *confici* potuisse scripserat, *confecta* à Crasso ipsemet fateris, quò igitur judicio *militem armis, sarcinisque onustum & lente* (ideòst *militari gradu*) *gradientem, quinis* horis *vicies mille passus conficere potuisse* negas? an ut Romanos Imperatores *militibus impossibilia* præcepisse, milites quæ ipsi nequaquam *possent* reipsâ *confeciisse* doceas? Videris.

CHIFFL. *In mediò foro Bagaci Nerviorum (oppidum est Hannoniæ Bavay) superest columna milliaria, ex quâ septem viæ Romanorum militares (alii octo numerant) oriuntur; prima tendit Tornacum, & inde dispertita Tarvennam, Gesforiacum, & Castellum Morinorum; secunda Cameracum, & inde Samarobrinam Ambianorum; tertia Suessiones; quarta Durocortorum Rhenorum; quinta Augustam Trevirorum; sexta Aduagam Tungrorum & inde Mosæ Trajectum; septima Insulam Batavorum. Nihilominus in Itinerariò Antonini prima, secunda, & quarta duntaxat indicantur; quatuor aliæ, quarum hodieque vestigia supersunt, prætermittuntur. In aliis itidem itineribus Antoninus, omissis mansionibus intermediis, præcipuas tantum civitates collocant. Exemplum è re nostrâ. A Divoduro, seu Mediomatricâ plures viæ militares Trevirorum ducunt; prior ad dextram fluentis Mosellæ fluminis in Itinerariò Antonini non extat; sic autem exprimitur in Peutingeri tabulâ;*

Augusta

Augusta Trevirorum	xx	Treves
Ricciaco	x	Ritzich
Caramusca	x	Accaberg
Divodurum Mediomatricorum	xlii	Metz

Divodorum ea est Belgicæ primæ civitas, quæ à [1] *Gregoriô Turonensi cognominatur* Metensis, *ab Adventio Episcopô* urbs Metica; *ab aliis* Mediomatrica, *&* Metis, *hoc est* Media *dicitur. Illa ergo via à Treviris Divodurum usque notantur millia passuum* lxii. *Sed emendat Cluverius, & in posteriorem numerô, pro millibus* xlii *reponit* xxii. *Ego demerem solum* l, *cum à Caramuscâ Divodurum usque sint dumtaxat milliaria duodecim Romana. Cæterum duabus leucis infra Theodonis villam, ubi ex adversô littore* Canera *fluviolus apud* Konings Makeren *in Mosellam influit, mons est dictus* Accaberg, *ubi multa rudera & nummi Romani inveniuntur; Per hunc montem vestigia viæ militaris à Ricciaco Metas usque apparent. Hunc censeam esse* Caramuscam, *sive* Caranuscam *tabulæ Peutingerianæ: convenit enim stationum ordo, ut Treveris Ricciacum, inde Caranuscam, inde Metas pergatur. Favet similitudo nominis; nam ex* Accarano *fit* Caranusca; *præsertim si adsit syllabarum divortium, ut olim in tabulis Geographicis, & nunc interdum fit, potuit enim sparsim in antiquioribus scriptum sic fuisse* ACCARANVS; *quæ rudis libellio male jungens scripserit* Caranusca, *cum scribendum esset* Accaranus, *supple* mons.; *Hac admissâ conjecturâ, sic corrigendum esset iter.*

[1] lib. 1. c. 6. 7. lib. 8. c. 36. apud Baron. an. 862. §. 30.

Augusta Trevirorum	xx	Treves
Ricciaco	x	Ritzich
Accaranus	x	Accaberg
Divodurum Mediomatricorum	xii	Metz. *ut sint in totum à Treviris Metas usque, hoc itinere millia passuum Romana* xxxii.

82. Sive *septem*, sive *octo viarum* discrimina (à *columnâ milliaria Bagaci* exorsus) permetiare, *Samarobrinam*, quæ nulla usquam fuit, frustra quæsierit; sed Bagaco Cameracum petens, ad *Samarobrivam* Amiens tandem devenies, à *Samaræ ponte* sic à Gallis veteribus denominatam, quasi *Samaræ Brivam* seu *pontem* cum vulgo hodierno *pont de Somme* dixissent, [2] eodem sensu quô *Brivam Curresii* hodie *Brive de Courreze* alias *Brive la gaillarde*, veteri retento nomine quod *pontem* significat, [3] & *Brivam ad Isaram* usque hodie *Pontoise* nuncuparunt. Inversum in tabula Peutingerianâ vocabulorum ordinem susceptus vir de antiqua Geographia optime meritus Cluverius, [4] *Saranuscam* (quam *Sarbourg* interpretabatur) pro *Caranusca* scripserat, eamque ad 10, *Ricciacum* ad 21 ab Augustâ Trevirorum lapidem recte (si locorum intervalla dimetiamur) collocaverat; tu servatô tabulæ ordine, *Caranuscæ* (quam pro libidine *Caramuscam* vocas) inter *Ricciacum* & *Divodurum* situm (geminô nos commento ludos, si patiamur, facturus) statuis, quô enim argumentô fretus, pro Caranusca, *Caramuscam*, exinde in *Accaranum* nulli veterum memoratum, quemque (quia libet) *Accaberg* interpretaris mutandam transformare *ausus*, montem *mansionis* loco substituis, nôsque avia tecum peragrare cogis? magnus nobis, si dixeris, Apollo fueris; quid enim ad nos, si novi, quodque primus effinxisti, *nominis* qualiscunque *similitudo*, commento tuo de *Accaberg* monte, pro arbitrio tuo *Accaranus* dicendô, *faveré* videatur; quodque fieri *potuisse* putas, ut *sparsim* (quæ *Caranusca*

[2] Greg. Tur. lib. 7. c. 10. in Lemovicibus.
[3] in Vello castibus Itiner.
[4] Germ. lib. 2. p. 84.

nuſcæ nomen efficiunt) literæ *ſcriberentur*, reipſa factum ſomnies? an vel alterutrum, vel utrumque de eo demonſtrando deſperans, probas? quanto veriſimilius *fluviolum*, qui nunc *Canera* dicitur, vetus nomen (ut ex *Caranô* levi literarum alteratione *Canera* fieret) mutaviſſe, & *Caranuſcæ* ad *Caranum* poſitæ & à ſitu nomen ſortitæ, veſtigia in *Naſtorf*, mediô fere inter *Ricciacum* & *Divodurum* itinere ſitô vicô, manere conjecerimus? Itinerarium vitiatis numerorum notis ab Auguſtâ Trevirorum Divodurum Mediomatricorum, aliô locô XVI, aliô XXXIIII milliaria (prout Cluverius Germaniæ antiquæ lib. 2. c. 9. p. 83. obſervat) computaverat, cum tabulâ nihilô felicius actum eſt, quæ Ricciacum X tantum ab Auguſtâ miliaribus diſſitum nobis exhibuit, cum æquali fere inter Divodorum & Auguſtam intervallô medium occupet, tuque (qui tabulæ mendum hac in parte nullum agnoſcas, à Ricciacô, Caranuſcam X, à Caranuſcâ Divodurum XII milliaria numeras) à Ricciacô Divodurum XXII, ac totidem fere ab Auguſtâ Ricciacum milliaria numerare cogeris. Tuas igitur de Caranuſcâ in *Accaranum* nulli veterum notum, quique nunc *Accaberg* haberi debeat, mutandâ, de vocabuli *Metis*, à dictione Latinâ *Media*, ex Teutonum uſu origine repetenda, de *triginta duobus* præciſe *Romanorum paſſuum millibus à Treviris Metas uſque* conficiendis, hariolationes (quandoquidem veriſimilitudine deſtituuntur) cum bonâ tuâ veniâ miſſas faciemus, iiſdemque procul faceſſere juſſis, mediuminter Treviros & Divodurum ſpatium, certius, & tabulæ convenientius diſtribuemus, hoc modô. *Auguſta Trevir.*

Sarbourg	Cluverio *Saranuſca*	x	x
Ricciacum	*Ritzich*	x	x
Caranuſca	ſi quid capimus *Naſtorf*	x	
Divodurum	*Metz*		XII
	in univerſum		XLII

• Lamp. p. 42. CHIFFL. 1 *Altera militaris via ad lævam defluentis Moſellæ, à Divoduro ſive Mediomatricâ, Treviros ſertur per* Rodemakeren; *unde ducit ad* Preiſch, *tum per planitiem, quæ eſt inter* Fildorff & Dalem, *ad* Haſſel, *& ſuprà* Flacſwiler *tranſiens, per ſylvoſa loca ſertur ad* Grevenmakeren, *deſinitque in Auguſtam Trevirorum. Totum illud iter ſuis ipſe oculis luſtravit literatiſſimus Societatis Jeſu Sacerdos* Alexander Wiltheim *Luxemburgenſis, & Dalemi obſervavit caſtrorum veſtigia, in quibus numiſmata, urnæ, & alia ævi Romani monumenta reperiuntur; ut jam negare non poſſit Dominicus Matricam noſtram fuiſſe ad viam militarem, quæ à Divoduro ſeu Mediomatrica Treviros ducit.*

82. *Ad defluentis Moſellæ lævam* (cum impetvia non ſit) *militarem viam* ſterni potuiſſe quis neget? ſtratam de facto fuiſſe unquam, ſi veterum, quotquot ſuperſunt, ſilentio victus Dominicus noſter negavit; tu qui (ſingularis & nuperi, ſed oculati, teſtis fide fretus) animoſior inſurgis, quodque adverſarius concoquere non poterat, admittere eum meliora nondum doctum pro imperio jubes; *literatiſſimum* virum, ut quod *luſtravit*, & ex luſtratione compertum habet, publici juris faciat, vel *Matricæ* tuæ causâ, precibus expugna; niſi feceris, qui nudis, nulloque aſſertore firmatis, verbis tuis circumduci ſe patiatur, quære; nobis non impones; potuit ille circa Dalemum *caſtrorum veſtigia obſervaſſe, numiſmata, urnas* & alia (quæcunque voles) *Romani ævi monumenta reperiſſe, viam militarem ad Moſellæ lævam*, quæ Divoduro

Auguſtam

Augustam duceret, à Romanis munitam fuisse, inde nequaquam conficies; quidni enim castra sibi extra viam facere potuerunt? quis te eos in mediâ viâ castrametari solitos docuit? sed militarem à Divodurô Augustamque viam cis Mosellam tecum, si placet, protendamus: tunc *Matricam* tuam (quam nusquam, antequam eam in Chartâ fundasses, fuisse certum est) *ad viam illam militarem fuisse* dixeris? de Macrâ, quæ usque nunc extat, & *Mediolanum* ante annos mille dicta est, verum fuerit, de *Matricâ* tuâ merô (velis nolis) *Ente rationis* falsissimum.

CHIFFL. *In Itinerario tamen Antonini illæ mansiones intermediæ non exprimuntur in Itinere* à Lugduno, capite Germaniarum, Argentoratum.

Noviomagum	M. P.	XXXVII	Neumagen
Treviros	M. P.	XIII	Treves
Divodurum	M. P.	XXXIIII	Metz
Pontem Sarvix	M. P.	XXIIII	Sarbruch
Argentorato	M. P.	XXII	Strasburg.

A Treviris Divodurum usque, hoc itinere numerantur millia passuum XXXIV, *quæ ne* plenô *quidem* gradu qui citatior erat, *milites perficere poterant. Erant ergo aliæ in medio mansiones, quas prætermisit Antoninus; illas enim in viis frequentes fuisse clare docuit* [2] *Hilarius Pictaviensis sæculo quarto.* In communibus & terrenis viis legem meminimus esse in spatiis mensuras, cum *passuum mille* intervallo quædam legis *viæ* signa statuuntur; cum *mansionum* requies disponitur, cum usque *ad urbem* refectione *viantium* congrua rursus *mansionum* intervalla dimensa sunt. [1] Veget. loco cit. [2] in Psal. 118. c. 5.

82. Hic plura censura notanda veniunt nam 1. perinde agis ac si Itinerarium nullâ labe fœdatum nunc ad manus habeamus, tuque mendosum & mutilum (quod paulo ante monebas) esse & numeros hoc ipso loco sibi non constare obstus sis; inter Lugdunum Batavorum & Argentoratum 325 passuum millia protendi Neapolitanus & Blandinienses Codices volebant, tu tamen si sumptis calculis singula mansionum intervalla numeres 344, idest 19 ultra summam promissam passuum millia invenies, ut errorem nec inficiari nec excusare possis. 2. alterius erroris suspicionem attento parum lectori facis, vel hoc ipso nomine quod itineris à Lugduno mentione facta, Noviomagum apposita XXXVII millium nota nominas; cui [3] *Noviomago* auditâ oppidum Lugduno propinquius Vahali adjacens, & 30 circiter leucis à Lugduno dissitum in mentem non veniat? tu tamen aliud ad Mosellam situm & 251 millibus à *capite Germaniarum* distans cogitas, [4] nec à Lugduno sed à Bingio ad Rhenum positâ, de qua tu ne nunc quidem 37 passuum millibus remotum fuisse vis, & in 4 Argentorato vicinioribus locis (facto à Lugdunô saltu) hæres, siccine avia & pervia peragrare soles? 3. ut ut in itinerariô *à Treviris Divodurum usque* 34 *passuum millia numerentur*, ad *viam* illam *militarem* quam cis Mosellam primus machinatus es, quamque ut flexuosiorem sic longiorem negare non potes, numerus ille nequaquam pertinet. 4. undecunque procedas 42 ad minimum passuum millia *à Treviris Divodurum usque* numerare cogeris, qui *Ricciacum* in ipso (ut sic dicam) interpositi spatii meditullio sitam 22 *millibus* à Divoduro disparas. 5. *frequentes in viis mansiones fuisse* non dicit Hilarius, sed *congrua* (pro regionis conditione scilicet) earum *intervalla dimensa* fuisse, quod verum frictritiam ubi [3] Nimegen. [4] Neumagen.

raras & infrequentes mansiones disponi locorum iniquitas exigebat. 6. Etiamsi non *frequentes* modo inter Treviras & Divodurum *mansiones*, sed confertas, & 34 *milliaria à Treviris Divodurum usque* præcise, citra Mosellam procedentibus conficienda fuisse demus, nihil hæc ad *Matricam* quæ in Treviris ad hanc usque diem nulla fuit.

CHIFFL. *In alio itinere*, de Pannoniis in Gallias, per mediterranea loca.

Argentoratum	M. P. XXXIX	Strasburg
Tabernas	M. P. XIIII	Saverne
Decem pagos	M. P. XX	Dieuze
Divodurum	M. P. XX	Metz
* *	M. P. XII	.....
Treveros	M. P. XVI	Treves.

[1] p. 53. *Sic habet accuratior editio Hieronymi Zuritæ* [1] *ex Ovetensi vetustissimo exemplari, quod servatur in Bibliothecâ Regiâ, ad S. Laurentium in Escuriaco, cum illa sine nomine lacunâ, ubi haud dubie domicilium & statio aliqua insignis erat.*

BZ. Zuritæ editio non *ex* unô *Ovetensi*, sed ex Blandinianô & Neapolitano exemplaribus, & Parisiensi editione Longolianâ facta est, imo nec hoc locô Ovetense exemplar sequitur, quandoquidem [2] solum Blandinianum exemplar *ad Treveros* M. P. CC XXXI legit; *deest in Regio hujus itineris titulus, in Neap.* M. P. CC XXXVI. *in Longoliano* M. P. CC XXXII habentur: rursus, *in Regio* Divodoro M. P. XXXVIII. *reliqua* Divodoro M. P. XX legunt, eamque [3] Lectionem Zurita præfert; nec una in Regio MS. *lacuna*, sed Zurita (qui unam tantum expressit) teste duplex, sic enim ille, *à* Divoduri *mansione in exemplari Regiô duarum mansionum lacunæ extant sine nominibus, & primæ* M. P. XII. *tribuuntur, quam nos asteriscis & literis miniatis signavimus*, reverâ titulus (*à Finibus*) *ad Treveros* M. P. CC XXXI, compleri non potest nisi plures *lacunas* admittamus, aut mendas in numeris à Finibus ad Treveros adnotatis agnoscamus: audi Itinerarium.

[2] Zurit. Comm. p. 396.

[3] p. 404.

Vindonissam Leg.	M. P.	XXX
Arialbinum	M. P.	XXIII
Montem Brisiacum	M. P.	XXX.

adde nunc numeros à te recensitos, ab *Argentorato Treveros*, habebis tantum CXCVI, desunt summæ titulo affixæ XXXV; cum igitur Divodurum à Treviris longius quam volebas distare monuerit ex Ovetensi exemplari Zurita, mendosasque vel tituli, vel mansionum, vel utrorumque numeros fateri necesse sit, frustra nos corruptorum codicum autoritate in erroris tui angustias compellere paras.

CHIFFL. *Quia porro totum illud iter brevius, à Divoduro Treviros est millium* XXVIII, *si demantur sex millia passuum Romana, quæ sunt inter Treviros & Makeren; supererunt, inter (Makeren & Divodurum) millia passuum* XXII *justum iter Romanum à Divoduro Tullum Leucorum, quod ab Antonino sic describitur.* In itinere à Durocortoro Divodurum usque.

Nasium	M. P. IX	Nancy
Tullum	M. P. XVI	Toul
Scarponnam	M. P. X	Charpaigne
Divodurum	M. P. XII	Mets. *Milliaria enim nostra Romanis non respondent.*

BZ. Quod

R. Quod Nasium ad Orientem, Divodurum ad Septentrionem Tulli sitæ sint, quod rursus Nasium ac Tullum æque à Divoduro remotæ sint; quod tertiò Decem pagis Divodurum recta petentibus, nec Nasium, nec Tullum, ad lævam procul tunc relinquendas adire necesse sit, quod denique Decem pagi vix longius à Divoduro, quam Nasium & Tullum absint, me non movet, quandoque Romanos vias suas per multiplices anfractus duxisse constat; hæc adversus commentum tuum urgeo. 1. viam quæ Tullô Divodurum ducit, tam in Itinerario, quam in tabula justô breviorem delineari; *Tullo* (inquit Cluverius) *ad urbem* Mets, *millia sunt passuum* XXXIV, *unde patet, tertium* X *in dicto itinere interiisse*, &c. *atque hinc conjicio supra scriptum iter apud Antoninum & in tabulâ sic fuisse signatum:* Germ. antiq. lib. 2. c. 9.

Antonino		Tabulæ	
Tullum		*Divoduri*	
Scarponna	XIII	*Scarponnæ*	XX
Divodurum	XX.	*Tulli*	XIIII

2. tam quæ Divoduro Treviros cis Mosellam rendit, trans Mosellana quæ minus obliqua st, breviorem nisi à delirantibus, vel pueris, qui lineam curvam rectâ ex necessitate longiorem esse ignorant, nec dici, nec cogitari posse. 3. Cum inter Makeren & Divodurum positum spatium,[1] eó alterô tantô productius sit, quod Theodonis villam 8 leucis à Divoduro dissitam ab eâdem disparat, nec 16 leucis minoribus, pauciora quam 24 passuum millia assignare fas sit, cum denique *milliaria nostra* confessione tua *Romanis non respondeant*, quicquid de *justô à Divoduro Tullum itinere Romano*, alioque à Divoduro Macram præcise pari gartis, funditus corruere. 4. ut Macram 22 passuum millibus à Divoduro & à Treviris præcise distare demus, te nihil, quod in rem tuam sit, obtinere; siquidem non de *Macra*, quam 24 ad minimum passuum Romanorum millibus à Divodurô disparatam novimus, sed de *Matricâ* quæ nullibi in Treviris fuit, nullique (cum in rerum naturâ nunquam extiterit) plus aut minus vicina dici potuit, tecum nobis certamen est, de illâ (de quâ controversia proprie nulla est) te superflua & ἀπροσδιόνυσα effutire, in hujus (cujus fabulosis natalibus vindicias spondere videbare) desperata causâ mutum te & elinguem repente factum ut miramur, sic querimur. [1] Vide Brouveri locum à Chifletio lamp. p. 30. laudatum.

CHIFFL. [2] *Aliud iter ab Argentorato Divodurum, quod literaturæ ostentatione Dominicus ex Peutingeri tabula refert: alia item duo*, à Durocortorô Divodurum, *quæ ex Antonini Itinerariô, ad rem nihil faciunt; cum Matricam nostram Treviros inter & Divodurum sitam fuisse clare affirmarim.* R. Quæcunque in priscis & probatæ fidei monumentis, viarum Romanarum Treviros ab Oriente, Occidente & Meridie ducentium vestigia extabant, cum hoc unô fine relegerit Dominicus noster, ut *Matricam*, vere *tuam* quia nullius est, nemini sive antiquo, sive novo, antequam eam parturisses, notam fuisse evinceret, causam vel ingratiis tuis obtinuit, te vero licet *inter Divodurum & Treviros*, non autem inter Durocortorum Rhemorum & Treviros *sitam fuisse clare affirmaveris*, arenis semina mandasse, ingenio & lectorum patientia in falsis comminiscendis, & obfirmata audacia *affirmandis*, indignis modis abusum fuisse *clarum* est. [2] lamp. p. 43.

De Mediomatricorum etymô.

CVm *Matrarum* (quæ quatuor ad minimum in Treviris usque nunc sunt) nulla *Matrica* à quoquam ante annum 1647 dicta aut in *Matricam* quomodocunque transiisse credita sit, *Matricamque*, quam nunc pro libidine finxisti, hactenus agnoverit nemo, nec nisi absurde ac ridicule à *non Ente*, ullius *Entis* fieri denominatio possit, quandoquidem nihil, non dicam efficere, sed ullo modo afficere *non Ens* potest, frustra Mediomatricos ex *Matrica*, quæ vere & absolute *non Ens*, antequam de eâ somniares, fuit, deduxeris. Tibi tamen non unam, sed Centum ab antiquo per Leucos & Treviros disseminatas fuisse *Matricas* demus; an ab earum ullâ, mediam vel regionem vel gentem, vel civitatem, vel villam nomen sortitam fuisse jure conficies? ne tibi de novi monstri fœtura gratulere, tua tibi pudenda ob oculos statuere, admotaque veri luce monstrare juvat.

[1] Lumin. p. 169.

CHIFFL. [1] *Quia porro castrum illud* Macra *sive* Matrica *situm erat ad viam Romanorum militarem, quæ ducit* ad Mediomatricam *urbem, & inde* ad Tullum Leucorum; *ecce dum iter illud ingredior & perlustro, impressa veri vestigia deprehendo. In Itinerario namque Provinciarum, quod sub Antonini Augusti nomine aliquoties editum est, plures recensentur stationes cum particula* medio, *vel* in medio; *ut indicaretur, inquit Zurita,* [2] milites pervenisse ad mediam itineris stationem inter duo celebria oppida, quod inibi mansio constituta esset. *Exempli caussa, in itinere per ripam Pannoniæ, à Tauruno in Gallias hæc habentur.* [3]

[2] in notis ad Itinera Antonini p. 408.

[3] in Iriner. Antonini.

In medio Aciminci	M. P.	CXIII
Altinum in Medio	M. P.	XXV
Ad statuas, in medio Alisca.	M. P.	XXIX
Anamatiam in medio Interciſa.	M. P.	XXIV
Vetussalinam in medio Matrica.	M. P.	XXVI.

Illa verba in medio Matrica, *Pancirolus* [4] *explicat* in mediô à Matrica itinere.

[4] in Comm. ad Notit. Imp.

82. De *Macrâ* jam vidimus; *Matrica*, quam vel invitis (quasi eadem cum *Macrâ* fuerit) obtrudis, nulla fuit; quo diligentius Itinerarium perlustrabis, eo certiora *veri*, quæ te *avia peragrantem* in viam reducant, *vestigia deprehendes*; nullibi enim *medio*, sed constanter *in medio*, nec id passim, sed duobus tantum locis, pagina nimirum 53. 54. 58. leges. En totam Itinerarii quâ abuteris pericopen.

A Tau-

	A Taurino in Gallias ad Leg. XXX usque *à Taurino Lauriacum*	M. P.	DLXXXVII.
	Inde Augustam Vindelicum	M. P.	CCXXII.
	Argentoratum	M. P.	CCCXXII.
	* x *ad Leg.* XIII	M. P.	* R x
	Ad Lavorum	M. P.	XXV[6]
	Ritti	M. P.	XXXIII.
	In medio Asimirci	M. P.	CXIII. sic
	Cris	M. P.	XXXIII.
	Bononiam	M. P.	XVI.
	Cucci	M. P.	XVI.
	Cernacum	M. P.	XVI.
	Teutiburgium	M. P.	XVI.
	* *Mursam* * *	M. P.	* XVI.
	Ad novas & Aurelium montem	M. P.	XXIV.
	Antisinas	M. P.	XXIV.
	Altinum in Medio	M. P.	XXV.
Notit. Imp.	*Ad flatum in Medio Alisca ad latus ripa Alta*	M. P.	XXVIIII.
[1] Lussonio [2] ad Namontum	*Lussinium*	M. P.	XVIII.
[3] Matrice & Matrica.	*Annamatiam* [3] *in Medio. Intercisa*	M. P.	XXIV.
	Vetus salmam in Medio [3] *Matrica*	M. P.	XXVI.
	Camponam in Medio, Acincum Leg. I. Adjut.	M. P.	XXIII.
	Ad Lacum Feliis in Medio Crumeros	M. P.	XXVI.
	Azaun in Medio, Bregetion Leg. I. Adjut.	M. P.	XVIII.
	Ad Mures & ad statuas in Medio, Arrabona	M. P.	XXX.
	Quadratum in Medio, Flexum	M. P.	XXII.
	Gerulatam in Medio, Carnuntum Leg. XIII. Gemina	M. P.	XXX.
	Æquinoctium & Alamovam in Medio, Vindobona.	M. P.	XXVIII.
	Et in Itinere à Vindobona Poetovionem	M. P.	CLXXXIV. sic
* *Aquas*		M. P.	XXVIII. Baden
	Scarabantiam	M. P.	XXXI. Scaparing.
	Sabariam	M. P.	XXXIV. Sarvar
	Acimincum	M. P.	XX. Rabe
	Alicanum in Medio, Curia	M. P.	* XL. Rakelsbourg.
	* * * *		
	Poetovionem	M. P.	XXXI. Pottaw.

Tabula ordine inverso.

	Vindobona	X.	Vienne
	Villagai	IIII.	
	Æquinoctio	XIIII.	
	Carnunto	XIII.	Heimberg
	Gerularis	XVI.	Kerlbourg
	Ad flexum	XIII.	Owar
	Stailuco	XII.	Wifelbourg
	Arrabo fl.	XXX.	Rabe
	Brigantio	VI.	Gran
	Lepunisti	XIII.	
	Gardellaca	XIII.	
	Lasomana	XII.	
	Aquinco	XIIII.	
	Vetus Savo	XXII.	
	Anamatia	XV.	
	Lussione	X.	
	Alta ripa	XXII.	
	Zugione	XII.	
	Antiana	XII.	
	Donariania	XIII.	
Notit. Imp.	Ad labores	XIII.	
Teuriburgio	Titroburgio	XVI.	
	Cornaco	XIII.	
Cuccis	Cuccio	XVI.	
	Midatis	XVI.	
	Cusum	XXX.	
Aciminci	Acincum	VIII.	
	Bittio	XIII.	
Burgena.	Burgenis	X.	
	Tauruno		Belgrade.

Ptolemæus tabuli 5 Europæ Geogr. lib. 2. c. 15. 16.

	Iuliobona legio Germanica 10, pro *Ovindobona*
	Carnus Κάρνος
	Flexum legio Germanica XIV, Φλίξον Λεγεὼν ιδ΄ Γερμανικὴ
	Chertobalus Χερτόβαλος
	Bregætium Legio 1 Auxil. Βρεγκαίτιον λεγεὼν α΄ Γερμανική
	Carta Κάρτα
	Salva Σάλβα
	Carpis Κάρπις
	Aquincum Ακουίγκον
	Salmum Σαλμὸν Theth
	Lussonium Λυσσώνιον
	Lugionum Λυγίωνος
	Teutoburgium Τεύτοβουργιον
	Cornacum Κόρνακον
	Acumincum legio Ακύμινκος λεγεὼν Camets
	Rittium Ρίττιον
	Taurunum. Ταύρουνος.

	Carnunto		
	Vimo	XIIII.	Ilmitz
	Scarabantia	XXV.	Scaparing
	Sabaria	XXXIII.	Sarvar
	Arrabone	XX.	Rabe
	ad vicesimii	XIIII.	Ludenberg.
	Poetaviona	XX.	

Notitia Imper. Occid. De Bannoniæ II & Valeriæ Ducibus.

In Prolemæi locorum situs confusi sunt.

Ex præcedentium universorum parralleliſmô, ſingula hæc habemus, 1. nullibi *in itinerariô ſtationes cum particulâ* medio *recenſeri*, ſed ubicunque *medii* mentio ſit, *in medio* conſtanter ſcribi. 2. *Matricam* in *itinere ripenſi* (Ptolemæi exemplo) Tabulæ Peutingerianæ ſcriptorem nullam poſuiſſe, ut ut in itinere alio inter *Biſtue* veterem & novam *ad matricem* (eodem modo quo inter Acernone & Cruccio, inter Siſciam & Servitio, inter Sardonam & Lerano *ad prætorium* ſcripſerat) notaverit. 3. te ſive temere, ſive dolo malo arreptam à te itinerarii laciniam, ne vocum *in medio* ſenſus legentibus obvius eſſet, deſecuiſſe. 4. Zuritæ notam cum Panciroli gloſsâ quam evertit, componi non poſſe, te vero qui componere auſus es, vel pueris ludibrium debere. 5. Hanc unam Itinerarii mentem eſſe, inter Laurinum & Acimincum Ritti, (quod ipſa Ptolemæi tabula demonſtrat) *medium* occupaſſe. 6. conſimili ratione, medio inter Altinum & Aliſcam loco, *ad ſtatuas* fuiſſe; inter Luſſunium & Interciſa, Anamatiæ; inter Interciſa & Matrica Vetuſſalinæ; inter Matrica & Acincum Camponæ; inter Acincum, & Crumeros, ad Lacus; inter Crumeros, & Bregætionem, Azaon; inter Breggætionem & Arabonem ad Muros; inter Arabonem, & Flexum, Quadrati, inter Quadratum & Carnuntum Gerulatæ, inter Carnuntum & Vindobonam Æquinoctii, & Alæ novæ, inter Arrabonem & Alicanum, vel potius Riclitanum, Curtæ locum fuiſſe, ut hunc poſitionum ordinem ſtatuamus Laurinum, Ritti, Acimincum, Antianas, ad ſtatuas, Aliſca, Luſſunium, Anamatia, Interciſa, Matrica, Campona, Acincus, ac tandem Crumeri, Azaon, Bregætion, Adueros, Arrabona, Quadratum, Flexus Gerulata, Carnuntus, Æquinoctium, Ala nova, Vindobona, Arrabo, Curta, Riclitanum, ſtatuamus. 7. Zuritæ interpretationem itinerario non uſquequaque reſpondere, tuum vero de Mediomatrica, populi & regionis capite, à neſcio qua Matrica dicta, commentum difflare; quandoquidem quæ *in medio* ſita dicuntur, extremis nonnunquam notiora fuerunt, exempli cauſa Aliſca, *Interciſa*, *Matrica* in terminô ab Itinerario poſita loca, illa ipſa tabula omiſit, quæ *Anamatiam & Vetuſſalinam* (mendoſe à librario *Vetus ſane* ſcriptam) *in medio* poſitas ſtationes memoravit; an *celebria* loca dices, quæ ipſi itinerum Indices deſtinato conſilio prætereunt, nec ab oblivione emergere (quantum in ipſis eſt) ſinunt? 8. Panciroli conjecturam ex parte tantum Itinerarii *verba explicare*, cur enim *in Medio à Matrica*, potius quam *ab Interciſa* & *Anamatia itinere* Vetuſſalina (quæ inter utrumque locum ex æquo *medium* tenuit) fuiſſe dixerimus? 9. An cum Notitia Imperii *Matrice* aut *Matricæ*, cum Tabula *ad Matricem*, an vero cum Itinerario, *Matricam* ſive numero plurali *Matrica* legere debeamus, incertum eſſe. 10. nulla te in Itinerario loca inveniſſe, quæ à *mediô* inter alias ſtationes ſitu (quod abſurde de *Mediomatricis* fingis) nomen traherent. Vnde ſequi clarum, te universorum quæ ex Itinerariô hauſiſti, (cum tibi inutilia ſint) jacturam facere oportere.

[1] Lun. p. 190. CHIFFL. *Itaque* [1] Metis *civitas dicta eſt primum* Mediomatrica, *quia mediâ via erat inter* Matricam & Tullum Leucorum. *Et quia* Medium *Teutonice eſt* Met; *inde ortum poſtea* Metz *vocabulum*, *pro* Mediomatricâ urbe. [2] De Cura Eccl. Car. M. *Clare Sangallenſis Monachus*, [2] *ubi agit de cantu Metenſis Eccleſiæ*, Nunc uſque apud eos, qui in Lectionibus Latino ſermone utuntur, Eccleſiaſtica canti-

cantilena dicitur *Metensis*, apud nos vero qui Teutonicâ linguâ loquimur, *Mete*. &c. Pace tuâ dixerim, Chiffleti, dum hoc locó *singularia* tua exprómere avidus, teipsum miraris, præter spem *dicisque faciisque, quod non sani esse hominis non sanus juret Orestes:* tua, lectorumque tuorum, qui de te meliora sibi persuaserant, factum nollem, sed quia te tanta dementia cepit, ne tuo alii exemplo, tecum in *avia* abrepti desipiant, fidum monitorem agam intentoque in deliramenta tua digito, ad sanam te mentém pro Christiani viri officio, quantum in me erit, revocabo. 1. Metensis *civitas* Divodurum Celtarum lingua *primum dicta est*, quasi *Dei aqua*, eodem fere sensu quó Cadurcorum caput, & fons apud Burdegalam *Divona* idest (Ausonio teste) *Dei fons* olim vocabatur; Id te, qui Ptolemæum, itinerarium, & tabulam præ manibus habebas, fugere nequaquam potuit. 2. *Mediomatricos* non urbis sed populi nomen fuisse primum fateris luminum tuorum pag. 168. *Metenses* (inquis) *populi à Cæsare, Plinió, Tacitô, Ammianô constanter vocantur* Mediomatrici, *à Strabone* Μεδιομάτριϰοι, *à Ptolemæo* Μεδιομάτεϱιϰες; *quibus consentiunt ævi Romani Inscriptiones.*

Divona Celtarum linguâ fons addite Divis. *Auson.* Divi Deus *Vonam* fons *Dur.* aqua.

Ara olim in ædibus Boissardi Metis

T. COELIO
T. F. CELERI.
A. CVR. AMIC.
AVG. PRÆF.
LEG. X SALVT.
MEDIOM. CIV.
B. M. P.

Lapis Moguntiæ ad S. Albanum

D. M.
PRIMVLÆ. COMITILLÆ
QVÆ VIXIT. ANNIS XX.
CIVES MEDIOMATRIC.
A. MATERNIVS NEMAVSVS
STRATOR. COS. ET
LVCIVS. LVCINVS. MENSOR
FRVMENTI. NVMER.

Gruterus p. 598. c. 631. 8.

3. Divodurum *Mediomatrica* absolute nunquam (nisi post Imperii Romani casum, corruptamque in Galliis Latinitatem) audiit. 4. *Mediomatricorum* & *Mediomatricum* populi nomen, non conditorum Instituto, sed eô abusu ad urbem in Mediomatrica regione primariam *Divodurum* transiit, quô factum est, ut Augusta Trevirorum, *Treviri*; Aduaca Tungrorum, *Tungri*; Durocortorum Remorum *Remi*; Durocortorum Catalaunorum *Catalaunum* & *Catalauni*; Cæsaromagus Bellovacorum, *Bellovaci*; Samarobriva Ambianorum, *Ambiani*; Augusta Suessionum, *Suessiones*; Nemetacum Atrebatum, *Atrebates*; Augustomagus Silvanectum, *Silvanectes*; latinum Meldorum, *Meldi*; Lutetia Parisiorum, *Parisii*; Agendicum Senonum, *Senones*; Autricum Carnutum, *Carnutes*; Augustobona Tricassium, *Tricasses* & *Trecæ*, aliæque passim per Gallias metropoles, propriis nominibus designari desinerent, solaque gentium, quarum singulæ caput ab initio fuerant, appellatione dinoscerentur. 5. Non *Teutonici*, ut Treviri, Tribocci, Nemetes, Vangiones, Eburones, &c. sed *Gallici* generis, cum Remis, Leucis, Suessionibus, &c. Cæsare teste, Mediomatrici (prout ex antiquis constat) fuerunt. 6. Cum *Gallicæ* originis fuerint, non genti suæ, non oppidis, Teutonica, aut Latina nomina imposuerunt. 7. Divodurum (stante adhuc Imperio Romano, adeoque necdum à Francis Germanicâ gente subacti) *Metis* dici cœperat, hinc in Notitiâ Provinciarum sub *primæ Belgicæ* titulo, *Civitas Mediomatri-*

diomatricorum Mettis, Idacius Aquæ Flaviæ Episcopus Lemicâ oriundus, Chronicô quod in annum Domini 471 & Asparis cædem desinit, de Hunnorum gente Gallias anno 451 vastante, *in campis Catalaunicis, haud longe de civitate, quam effregerat, Mettis, Aetio Duci, & regi Theodori, quibus erat in pace societas, aperto Marte confligens, divino cæsa superatur auxilio.* 7. Vocis *Mediomatrici* non magis quam *Divoduri* etymon à Latinis repetendum videtur, cum Celtas non sua sed alienæ gentis vocabula præoptasse, vel (quod propriis nominibus careret) à Romanis & Germanis, populorum & oppidorum suorum denominationem emendicasse absurdum sit. 8. *Mediomatrici* non magis à *medio* Latina voce, quam Mediolani à Celtis (antequam Latine nossent) per Gallias, Britannias, Italiam, &c. varie disseminatum nomen, fuit enim in Galliis Santonum, hodie *Xaintes*, Aulercorum hodie *Evreux*, Bojorum hodie *Meillam* in Borbonio Ducatu, Gugernorum hodie *Moiland* in Cliviæ Ducatu, Trevirorum, hodie *Greven Makeren*, Segusianorum, si tabulæ credimus, nec à Mediolanô *Miolans*, & *Malines* primam originem ducere improbabile est; in Mervinià Britanniæ secundæ *Mediolanum* fuit, hodie Mervio & *Lhan Wethlin*; in Insubribus Italiæ, regnante Tarquinio Prisco, Olympiade circiter 48, anniisque ante Natale Dominicum 588 (quo tempore vix ullus extra Romam adjacensque Latium Latini sermonis usus erat) Bituriges, Arverni, Ambarri, Senones, Hedui, Carnutes, Aulerci, Bellovesо Ambigati Biturigum Regis ex sorore nepote duce, nobilissimam omnium *Mediolanum* ad Olonam condiderunt, quam à *lanigera* ex parte *sue* sic denominatam, ii soli & putare & scribere possunt, quibus dulce est desipere in locô; quis enim animi compos Celtas nostros nullius præterquam materni idiomatis gnaros, quique in patriâ non unam *Mediolanum* reliquerant, quando primum novam in Italia fundarunt, de peregrina & ignota Romanorum, vix Tuscis & Umbris vicinis tunc notorum, voce cogitasse sibi persuadeat? non igitur Celticorum quorumdam, cum Latinis vocabulis affinitas Latinam originem inducere potest, verbi gratia, *Pateræ* à patendo, *Vernemeti* à *vere* & *vernô*; quandoquidem inter Gallos (Ausonio auctore) *Patera* ministrum significavit, indeque nomen traxit Attius Patera Rhetor, quem sic Ausonius compellat. *Tu Bagocassis stirpe Druidarum satus (si fama non fallit fidem) Beleni sacratum ducis è templô genus, & inde vobis nomina, Tibi* Pateræ, *sic* ministros *nuncupant Apollinares mystici. Vernemetis* rursus, Fortunato teste, *fanum ingens* designat, *Nomine* Vernometis *voluit vocitare vetustas, Quod quasi* fanum ingens *Gallica lingua refert.* Cum itaque *Lhan* veteri linguâ Celticâ sit *templum*, quod *Lhan Taff*, *Lhan Stephein*, *Lhan Illut*, *Lhan Badernvow* aliaque similia in Wallia Britannicâ loca Taffi, Stephani, Iluti, Paterni *templum* significantia denotant, *Metis* vero *ingens* significet; quid verisimilius cogitare dabitur quam Mediolanum, *magnum*, sive Insubrium sive Aulercorum, sive aliorum Celtarum *templum* designare, *Mettis* (quô nomine *Divodurum* insignita est) *magnam* (ceu gentis caput) eam prædicare; tresque illas syllabas quibus ut *Mediolani*, sic *Mediomatricorum* vox inchoatur, *ingens* aliquid (ex Celtarum ὀνομαθέτων mente) portendere? 9. *Medium* Teutonice non est *Met*, sed *Mittel* unde *Mittag* meridies, *Mittwoch* media hebdomas, seu *feria quarta*, quæ vulgô Mercurii dicitur: 10. Nec *clare* nec obscure *Monachus Sangallensis vel*

Hinc conficitur, nec prope Tolosam, nec in Veromanduis esse, sed in diœcesi Catalaunensi, forte ubi nunc *Heit*. le *Maine* quod à campis *Mauriacis* dictum videri possit.

Livius lib. 5.

Patera idest interpres.

lib. 1. carm. 9.

Middelsex Media Saxonia, *Mittelmarch* media Marchia.

Met

Met Teutonicum esse, vel *Teutonice medium esse*, vel *Mete* eadem linguâ *Mediomatricam* urbem designari, vel denique *Mete* à *Met* deduci docuit, sed hoc unum voluit, suos *Ecclesiasticam* cantilenam, *Mete* idest *Metensem*, à Mettis Celtico & indeclinabili, quod tam Teutones, quam Francogalli *Metz* efferunt, natâ voce, nominare consuevisse; quod à somniô tuô longissime abest. 10. Ut ut in Mediomatricorum appellatione, *medio* à Latinis desumptum fuisse demus, à *Matrica* (quæ nulla in Treviris aut Leucis usque nunc fuit) suum illi nomen derivare nequaquam potuerunt; quod enim absolute non est, ut nullibi est, & nullius ἐπεγκλητὸν est, eô ipso quod nullibi est, nullam situs, quô caret, ratione, cum Ente ullô vero relationem realem habere potest. 11. Etiamsi Trevirorum omnia *Matricis* plena fuisse largiamur, nullus tibi, trahendæ ab earum ulla *Mediomatricorum* (quæ nec primum, nec proprie, urbis, sed gentis fuit) denominationis, colôr suppetit; cum enim mediam inter Treviros advenas, & Leucos Celtas regionem insederint Mediomatrici; quô casu factum, ut ab extrinseco & per accidens adjacente nomen sortirentur? an propriô carebant? si non caruisse absurdum putes, quale illud, in hanc usque diem, tibi nulla non *avia peragranti*, & quod libet somniare promptô, imo aliis omnibus, ignotum fuit? quid *mediam* illam gentem, à vicinis propria luce fulgentibus, nomen suum mutuo sumere coegit? si sumendum fuerat, cur in Trevirorum exterorum, potius quam in Leucorum, ab antiquô germanorum, sibi partes inclinandum putavit? si quid Treviris alienigenis, quam Leucis aboriginibus debere malebat, nec *Medio leucorum*, à totâ gente, aut *Mediotullorum*, à gentis capite, populus dici dignata est; quid eam à pusillô (si, quod jure negamus, in naturâ rerum fuit unquam) Trevirorum oppidulo, *Mediomatricam*, quam ab universâ gente *Mediotrevirim*, vel ab ejus Metropoli, *Medioaugustam* dici suasit? ab urbe orbis Domina, Româ, universam subditi Imperii molem *Romaniam* ante annos fere 1300 dictam noveramus, ab hostili Persarum & Barbarorum eam circumcingentium vicinià, imo à quolibet hostium oppido, ut *Mediopersis*, vel *Medioæthiopia*, vel *Mediocteſiphontia*, aut *Mediomeroë* nuncuparetur, denominari potuisse nesciebamus; tu nobis non ex Africa ab olim monstriparâ, sed ab *aviis* tuis in Hispanicum Belgium redux, hoc quicquid est *monstri* tecum (ni ad mentem redeas) in terras ultimas deportandum, ne dedisce-nda docere te posse ignoraremus deinceps, advexisti. 12. Cum nulla nunc in Mediterraneis gens sit, aut fuerit unquam, cujus latera aliæ (ut in earum *medium* quodammodo compacta videri posset) de proximô non obsederint; verumque de singulis fuerit semper, *media eas inter* adjacentes *via* & regione jacuisse, si eo obtentu à vicinis denominari legitime potuit, qui factum ut id in Mediomatricis solis, qui pari cum cæteris universis situs conditione fuerant, contingeret, nec alii ulli sibi à vicinis nomen adsciviſſe comperiantur? ut inter Treviros & Leucos Mediomatrici, inter Mediomatricos & Ubios Treviri, inter Rhemos & Bellovacos Suessiones, inter Carnutes, Senones, Meldos, Vellocasses Parisii, alii inter alios *medii* sedebant; Cur cum nemo Treviros *Medioübios*, aut *Medio mediomatricos*; Suessiones *Mediorhemos*, aut *Medio-Bellovacos*, Parisios *Mediomeldos*, aut *Mediosenones*, aut *Mediocarnutes*, aut *Mediovellocasses* vocare ausus sit, tu tibi tantum de nobis licere putasti, ut quod de Mediomatricis delirabas, solii Sibyllini

loco habere debeamus? tunc si quem te hoc (quod Sequani tui *medio* inter Lotharingos & Helvetios loco degant) obtentu, tuoque exemplo, *Medio lotharingum*, aut *Mediohelvetium* nuncupantem audias, risum tenere possis? si non potes, quanto vel pueris nostris, ea quæ, quod nemo hactenus licentiæ suæ permiserat, in Regia (tam modeste, quam graviter tractandâ) causâ moliri ausa temeritas tua ludibrio fuerit? Pluribus eam, cum undique aliud ex alio absurdum trahat, incommodis urgere ad manum esset, sed tristis labor est ineptiarum, nec si (famæ tuæ parum propitius) eruditi lectoris stomachum movisti, ejusdem tua causa fastidia provocaverimus, ad nostram satis est, te (quod ex superioribus constat) maximo conatu maximas nugas effudisse.

Lum. p. 170. CHIFFL. *Ratione ergo itineris militaris*, Medio *subjuncta est vox* Matrica, *factumque* Mediomatrica; *quemadmodum in eadem Metensi ditione aliud est oppidum Imperiale, quod* Medio-vicum *dicitur, quia à Vico ad Marsallum in medio est itinere.* R. 1. Nec *itineris*, quod à Romanis postea munitum, nec *Matricæ* (quæ nulla fuit) *ratione* adjectivo huic (*medio*) *subjungi* (ut *Mediomatrica* vocabulum fieret) quicquam potuit. 2. in voce sive *Mediomatrica*, sive *Mediomatrici*, cujus non Romani, sed Celtæ, primi auctores fuerunt, particula *medio*, non Latina, sed Celtica diversæ à Latinâ significationis fuit. 3. non *Mediomatrica*, sed *Mediomatrici*, Celtis in mentem primum venere. 4. non urbis, quæ Divodurum & Mettis dicta est, sed populi & regionis nomen, *Mediomatrici* ab initio fuere. 4. *Mediomatrica* absolute, & substantive, nulli, per annos mille, Mediomatricorum metropolis dicta est, sed adjective tantum, subjuncto semper vel *civitatis*, vel *urbis*, vel *sedu* vocabulo. 5. *Moyenvic* non à *medio* inter Vicum & Marsallum *situ*, sed à Mejeno conditore, & *modo* suo, (quod *minor* esset, & Vici absolute sic dicti, velut propago, nomen invenit, ut particula *moyen* in *Moyenvic* Mejenum, vel forte modicum & *pusillum*, potius quam *medium* (illo ipso quo communis staturæ hominem, *homme de moyenne taille* vulgo nuncupare solemus sensu) significare videatur. 6. Voce *Medio-vicâ* à re primum effictâ, cujusque nulla, quæ afferres exempla à veteribus habuisti, incautum lectorem deludis. 7. eidem imponis Vicum illum qui tibi *medius* est, *oppidum Imperiale* (quod nunquam fuit) nuncupans, est enim, fuitque ab olim Metensis Episcopii fundus, Ecclesiæ non ab Imperatoribus, sed à Francorum Regibus, vel ad eorum nutum donatus, quemque post annum 1361 muris primum cinxit Theodericus à Boppardia, ex Vormaciensi Metensium Præsul. 8. A situ inter Vicum & Marsallum *Medium* sive dictum, sive non dictum putes; nihil hoc ad imaginariam tuam *Mediomatricam*, falsumque ejus à te unò somniatum etymon; Cum enim *Matricam* nullam fuisse evicerimus, ab eâ nemo Romanus aut Celta, *Mediomatricorum* sive *gentem*, sive *regionem*, sive *urbem* denominare potuerit. Cum rursus id, cui *Matricæ* nomen solus tribuis, oppidum Nicetii Trevirensis tempore *Mediolanum*, regnante Dagoberto *Machara* dictum, appellationem deinceps non mutaverit; si Divodurum ab eò mediam positionem designans, nomen mutuari debuisse statuas, non à somnio tuo *Mediomatrica*, sed à re ipsa *Mediomediolana*, vel *Mediomachara* dicenda fuerit; Cumque à voce Latinâ *medio*, Mediomatricorum nomen exortum

alius locus in Metensi diœcesi inter Gerberti villare & Manerias situm vocatur absolute *Moyen* & diœcesis Tullensis Abbatia *Moyen monstier*, Mejent monasterium Annal. Bertin. A. D. 870 & apud Baldricum lib. 10. *Medoni villa* in Attrebatibus *Moyenville*.

velis,

velis, quemcunque aut cujuſcunque ætatis ὁνομαζέτω tibi animo fingas, foro cedere tibi neceſſe fuerit. Si Celtas, inter quos ab initiô Mediomatrici fuerunt, eligas, te cauſa cadere jubebunt; cum enim eos nec Latine locutos fuiſſe, nec Latinæ ſibi originis nomen, antequam à C. Cæſare ſubigerentur, ſumpſiſſe; nec propriô nomine, priuſquam Romanis titulis accederent, nec caruiſſe, nec novo à Romanis poſt victoriam indito deſignatos, te cauſſari fas ſit, eos *Mediomatricos*, antequam Romano jugo & ſermoni aſſuéviſſent, Celtico, non Latinô, nomine vocatos, tuaque ſingularia ſomnia de *ratione itineris militaris*, quod nullum à Romanis (antequam eam adiiſſent, & ſub jugum miſiſſent) in Belgica muniri potuit, de *Matrica* quæ, cum nulla fuerit, nullius ſive Romani, ſive Belgæ *opus* dici potuit) *opere Romanô*; de *ſubjuncta* adjectivo Latino *medio*, quod in Gallorum communi uſu ante Cæſaris ſæculum non erat, *voce Matrica*, meras præſtigias eſſe fateare oportet. Sed forte è Celtarum nondum domitorum barbarica penu te (qui *Matrica*, ideſt *non Entis* imaginariam fundationem, *opera* in Treviris *Romana*, *militares* ut in Leucis, & Treviris, ſic in media regione à regnatrice gente ſtratas vias invidioſe crepas, eaque univerſa primæ *Mediomatricorum* appellationi præviſſe ſtatuis) quicquam deprompſiſſe pudebat; videamus ergo quam magna ad Romanos, Latinamque *Mediomatricorum* etymologiam converſus, operæ pretia mereare. Si à *Matrica*, *opere Romanorum ad viam* eorum *militarem* in Treviris excitatô (quod *medio inter Matricam* illam *& Tullum itinere* eſſent) *Mediomatrici* Latinâ voce dicti ſunt, à Romanis, vel Romanorum ſubditis Latini ſermonis peritis, jamque patrii idiomatis negligentibus, poſt oſtentatas Belgis Aquilas, incuſſumque è proximo vis hoſtilis metum, imo poſt triumphum de iis actum, fundatam in Treviris neſcio quam *Matricam*, munitam ac tritam *militarem*, quæ Tullum uſque deduceret, viam conditamque in ipſo viæ centro, quæ à *Medio* illo denominaretur, civitatem nomen ex neceſſitate acceperint; niſi forte (quô ſtomacho es) relationem ſuo fundamento, medium ſuis extremis, eventum ſua cauſa, & re & tempore priora, Romanos nondum Celtarum Dominos, de iis nec victis, nec pacem rogare, & cultum ſpondere coactis, pro arbitrio ſtatuiſſe; Belgas vero, Celtarum portionem nullo externo dominatu preſſam, more ſuo viventem, antiquo necdum vitiato ſermone utentem, Latini, quod nunquam didicerat, idiomatis vocabula in ſuum uſum tranſtuliſſe, uno verbô, nihil non durum concoquere te poſſe putes. Sed utcunque de valetudine tuâ ſentias, volentem nolentem te quæ avidius deglutiſti portenta evomere coget omni exceptione major, nec ullis ſive Francorum, ſive Hiſpanorum partibus addicta Cæſaris auctoritas. Is cum *nuntiatum* eſſet ab Orgetorige & Helvetiis *diem ad 5. Kal. Aprilis dictam, qua ad ripam Rhodani omnes convenirent, per Provinciam* Romanam *iter facturi, maturavit* Cæſar, *ab urbe proficiſci, & quam maximis itineribus potuit, in Galliam ulteriorem contendit, & ad Genevam pervenit L. Piſone & A. Gabinio Coſſ.* anno urbis 696, ante Domini Natalem 58 Helvetios prælio fractos *in fines ſuos reverti* coegit, & Arioviſtum Galliis imminentem trans Rhenum fugere compulit, [1] anno 697, Belgarum, [2] anno 691 Aremoricorum conjurationem compreſſit; [3] anno 699 Pompejo & Craſſo Coſſ. Uſipetes & Tenchtheros, qui *Rhenum tranſierant*, debellaturus, *Rhenum per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum*, Mediomatricorum,

[1] lib. 1.
[2] lib. 2.
[3] lib. 4.

[1] lib. 9. *Tribocorum, Trevirorum, citatum ferri* notavit; [2] annô vero 702 quo Pompejus & Metellus Consulatum gesserunt, inter conjuratos pro libertate *Gallos, Helvetios, Senones, Ambianos, Mediomatricos, Petracorios*, &c. recensuit, florebant itaque ante Cæsaris adventum, ne quis eos tunc primum una nocte fungorum more è terrâ caput extulisse putet, inter Belgas Mediomatrici; quos à Trevirorum vicinorum, sed diversæ tam originis quam linguæ hominum, nescio qua, nulli in hanc usque diem nota, *Matrica* arcessere, eo absurdius est, quod (cæterorum [2] Germanorum more) *vicatim* habitantes Treviri, sylvisque abditi, aut paludum voraginibus muniti, *oppidis*, urbibusque carebant; nec ante Augusti principatum de condenda gentis Metropoli Augustâ cogitarunt. Eorum certe vicinis Eburonibus [3] *ædificia* tantum *circumdata sylvâ, non præsidium, non oppidum quod se armis defenderet*, quæ tribueret, invenit primus eorum domitor Cæsar. Vide nunc quam multa ἄπαιδα sciens prudens congeras. 1. Tibi *Mediomatricam*, nomen urbis quæ *Divodurum* dicebatur, pro *Mediomatricis*, populi vocabulo, fingis. 2. Ejus ἔτυμον (quod Celticum fuit) Latinum fuisse vigilans somnias. 3. *Matricam* quæ nulla in Treviris fuit, nobis pro libidine obtrudis. 4. ab inani illo audaciæ tuæ commento, quod anno demum 1647 Christianq orbi obtrusisti, *Mediomatricorum* ante annos 1700 Cæsari notorum, appellationem profluxisse deliras. 5. falsa inter Tullum & imaginariam tuam Matricam spatia statuis. 6. *oppida* in Treviris (quo tempore antiqua barbarie fœdi, Nomadum more vivebant) imaginaris. Quis ad tot tricarum portenta patientiam teneat?

[2] Vide Cluver. Germ. antiq. lib. 1. c. 13.

[3] de bell. Gall. lib. 6.

[4] Lum. p. 170. CHIFFL. [4] *Mentem meam apprime juvat Charta Gorzienſis anni* 844 *quæ distinctis verbis in autographo sic incipit*, Drogo gratia Dei Medio-Matricæ urbis Ecclesiæ Archiepiscopus, & sacri Palatii primus Cappellanus. &c. 1. *Autographum* quod venditas Gorzienſe, adulterinis & interpolatis Chartis fœde conspurcatum esse alio locô evici; de hac (quam non edis) pronunciare non possum. 2. quod ex ea citas, ab illiterato libellione (si quidem bona in describendô fide usus es) vitiata sunt, scribendum enim fuit *Mediomatricæ* non *Medio-Matricæ*. 3. Hujus generis corruptelis nihil in Manuscriptis frequentius; pauca hæc ex tabulâ Peutingerianâ exempla habe, *Cesse Rone* pro Cesserone; *Aug. Viro Muduum*, pro *Aug.* Viromanduorum; *Baga Conervio*, pro Bagaco Nervio; *Pontes Caldis*, pro Ponte Scaldis; *Divo Duromedio Matricorum*, pro *Divoduro* Mediomatricorum; *Tea nomaruci novio*, pro *Teano* Marrucinorum. *Su Bradice*, pro sub radice. *Laudiciaca tacecaumenu*; pro Laodicea κατακεκαυμένη; *Persepolis con Mercium Persarum* pro Persepolis *Commercium* Persarum. 4. Gorzienſis chartæ (cujuscunque pretii sit) vera lectio, hoc ipso quod *Mediomatricæ* vocabulum, non pro arbitrio tuo substantive, sed adjective tantum usurpat, tuam sententiam evertit, meam firmat, idque populi non urbis proprium nomen fuisse docet.

[5] In hist. Luxemb. CHIFFL. [5] *Ad hæc Ioannes Bertelius Epternacenſis Abbas*, Macram Comitis *in ditione Luxemburgicâ sitam, vocat* celeberrimum Comitatum, qui eum habuit Comitem proprium, quem & subditi venerarentur, & viri complures magni facerent. &c. 1. *Suum* non *eum* legendum videtur. 2. Ioannis Bertelii qui post annum 1594 scripsit, ubi sua ex veteribus & probatis adstruit, auctoritatem non aspernamur. 3. quicquid de *Macrâ Comitis* habet,

nec

nec tibi, qui pro Macrâ *Matricam* dictam fuisse fingis, non demonstras, proficit; nec mihi qui commentum de *Matrica* tuum difflavi, officit. 4. Bertelii locus non tantum affictam à te Dagoberto Chartam, sed aliam etiam Chilperici à Madaurensi Præsule non sine mendis editam refellit, si enim *Macram* monasterio de Horreo Dagobertus donavit, eam Dagoberti pronepos Chilpericus *Basilicæ S. Arnulfi* donare non potuit; si donavit *Comitem proprium* tunc *habere* non potuit. 5. sive habuerit, sive non habuerit, nihil ad Thiethertum, qui Bertelio ignotus fuisse videtur. Hist. Episc. Metens. p. 146.

CHIFFL. *Ad quæ, mea sententia, referri debet alia Charta Gorzienſis de Montisſo-villa, quæ clauditur hoc modò*; facta precaria in Gorziæ Monasterio, anno ab incarn. Domini 796. Ind. 4. Ep. 7. Conc. 5. annorum regni Karoli Regis 27. *Sig. Hangilianæ*, quæ hanc precariam fieri & firmare rogavit.

S. Theuberti	S. Iomadi
S. Hadberti	S. Bernoni
S. Remigii	S. Lamberti
S. Roderici	S. Conceſſi
S. Herlefridi	*S. Bertradi
[1] S. Adarlardi	S. Godolſadi.

[1] ſcrib. Adalardi.

Rz. tua *ſententiâ* jungentur jam gryphes equis, cum enim Charta Gorzienſis nec *Matricæ* nec *Macræ* meminerit, nec *Macram* unum idemque cum *Matrica* fuisse docuerit, nec *Theubertum* Comitem fuisse, aut *Matricæ* Comitatum rexisse fidem fecerit, ad ea, quæ animo parturis, monstra referri potest. Vere de nugis tuis cum Hieronymo dixerimus, *omni materiæ conveniunt, quia nulli conveniunt.* adverſ. Iovin.

CHIFFL. *Non dubito quin* (*Theubertus*) *qui primò locò ſignum appoſuit, ſit ille vir idem primarius* Theutbertus (*ut legit Aimoinus*) *qui poſtmodum*, Arduennæ *ſeu* Matricæ Comes *factus, filiam ſuam Engeltrudem Pipino Ludovici Pii filio in vicino Theodonis palatio uxorem dedit.* Rz. Securi te animi hominem esse nemo nescit, sed unde tanta audacia, tanta fiducia tui? nihil enim quo Thiethertum in Austrasia habitasse Theubertum, qui Chartæ Haugilianæ subscripsit, *primarium virum* & *Comitem* fuisse, eumque sive *Macræ*, sive (quod perperam contendis) *Matricæ* hæsisse, fidem facias, habes. 2. cum Aimoinus *quatuor* tantum *libros* scribere, [2] & in *id temporis, quo Pipinus Magni Caroli pater regnare cœpit*, desinere disposuisset, quartus liber ultra Clodovæi II, anno 660 denati, tempora non progreditur, sive perierit annorum 90 historia, sive pensum non exsolverit, auctor; sed ab alio, qui sub Philippo Augusto, ducentis fere ab Aimoini morte annis, quintum librum ex Fredegario, vetustisque Annalibus contextum adjecit, in quo de Theutberto mentio. 3. Absurde, & imperite, imo tecum pugnans, *Ardennæ* & *Macræ* (quam pro libidine in *Matricam* transire jubes) *Comitatus* pro eodem sumis: qui enim alio loco [3] Arduennam *à Rheno ad Nervios usque* protendi, *pluresque Comitatus* (inter quos *Ardennenſis Provincialis* habeatur) complecti, eum tamen à Bedensi distingui vis. hic cum cum Mosselense (in quo *Macra*, quemque medius Bedensis ab Ardenna disparabat) confundere non potes. Sed diruis, ædificas, muras (quandocunque lubet) quadrata rotundis. 4. Theutbertum *Pipino in Theodonis palatio uxorem filiam dedisse* nihil cogit. [2] Vide ejus præf. [3] Iamp. p. 31, 33.

CHIFFL. [4] *Illam porro Theuberti appellationem in Austrasiâ vulgo usurpatam* [4] Lum. p. 170.

patam fuisse, fidem facit charta Ragimbaldi Comitis Lotharingi data annô CM LVII *quæ firmata est signo Theutberti Comitis. Eam in longum edidimus in Vindiciis Hispanicis.* Bz. Non *in* sola *Austrasia*, sed in universa Francorum ditione obtinuisse, volentes damus. In Catalogo nominum propriorum Alamannicorum ex Codice S. Galli *Theotbert*, [1] *Theotpreht, Thietpert, Thepret.* [2] Chartæ Grimoaldi Abbatis annô 850. Febr. 12. feria 4. datæ, testis cum aliis subscripsit *Thiotpert*; Chartæ [3] Rudolfi cum Helmricô, *Theotbertus.* Chartæ [4] Notperti Abbatis anno 1056. Ind. 9. *Thietpreht.* In Notitia tertium [5] coram Regalibus Missis Grimaldo Abbate & Attone Comite, *Thietpert.* In Catalogo Episcoporum conscriptorum [6] *Theotbert Episcopus* legitur. *Theodebertos* duos Reges, alterum Theodericô Clodovæi Magni filiô, alterum Childebertô Sigeberti filiô natum coluit Austrasia, tertium Chilperici Occidentalium Francorum Regis ex Audovera filium, Gregorius Turonensis memoravit lib. 4. c. 23. 28. 43. 44. 45. 46, &c. Chartæ Evæ Calvi, montis Comitis, *de villa Layo*, Mettis anno 950 Augusti 16 subscripsit cum Friderico Duce *Thietbertus Comes Palatinus*; tam ergo potuit in Madriacensi Neustriæ, quam in Mosensi Austrasiæ Theutbertus reperiri, neque proficit hilum tua de *Theutbertis Austrasiis*, quandoquidem alii alibi eodem tempore reperiebantur, observatio: ad reliquas tuas tricas transeamus.

[1] Alaman. Tom. 2. p. 134.
[2] p. 38.
[3] p. 58.
[4] p. 75.
[5] p. 77.
[6] p. 185.

CHIFFL. [7] *Vt in Geographiâ multiplex occurrit Mediolanum, Vienna, Colonia, Lugdunum & similia: sic &* Matrica *multiplex olim fuit*: Matricam *in Paphlagonia* LX *stadiis à Gangra distantem memorat Metaphrastes,* [8] *quô in locô Callynicus Martyr insigne miraculum patravit.* Matricam alteram *in Pannonia inferiori sic indicavit Antoninus in Itinerariô.* Vetus salina in medio Matrica. *Hoc est* (*ut Pancirolus explicat*) [9] in mediô à Matrica itinere. *Vetus salina enim Matricam inter & Intercisam media pingitur in Notitia Imperii Romani, sub Duce Provinciæ Valeriæ.*

[7] Lamp p. 35.
[8] Apud Surium 29 Iul. c. 29.
[9] Comm. ad Notit.

Bz. Ut *Callinicum* non *Callynicum* scribere, sic Metaphrasten, hominem post annum Domini 1080 defunctum, ad portenta fundenda natum, quemque quicquid unquam Græcia mendax in historia ausa est, superasse judicant unô consensu periti, fide (sive Geographica, sive majoris momenti alia spectemus) per se indignissimum esse habere debueras, si dubitas. Audi Bellarminum Cardinalem, [10] *Illud observandum à Metaphraste scriptas fuisse historias de Vitis Sanctorum, multis additis ex proprio ingenio, non ut res gestæ fuerunt, sed ut geri potuerunt; addit enim Metaphrastes multa colloquia, sive Dialogos Martyrum cum persecutoribus; aliquas etiam conversiones adstantium Paganorum in tantô numerô ut incredibiles videantur; denique miracula plurima & maxima, in eversione templorum & Idolorum, & in occisione persecutorum, quorum nulla est mentio apud Veteres historicos.* Baronii Cardinalis non dispar judicium A. D. 44. §. 38. *Cum multa hic admisceat commenta, nullam prorsus in his meretur fidem:* Cum igitur *illi* [11] *sine majorum auctoritate loquenti fides adhibenda* non sit, Idemque nobis eâ facilitate *Matricam* nulli veterum notam procuderit, quâ Ancyram 330 tantum stadiis, seu passuum millibus 41250 à Gangra dissitam finxit; tu (pro tuâ solitâ temeritate) vel inter legendum oscitans, vel Metaphrastæ commentum alienis oculis legens, ad Gangram, quod ille de Ancyrâ dixerat, trahis, saltuque è mediâ Galatiâ, cujus Metropolis Ancyra, in Paphlagoniam irrumpens, Gangram procul ad Sangari

[10] de Script. Eccl.
[11] Baron A. D. 51. §. 3.

gari ostium sitam, & Germanicis milliaribus, plusquam 30 ab Ancyra remotam pervadis, Callinicum ille *Ancyræ* à Galatiæ *Præside nomine* (si Deo placet) *Sacerdote* comprehensum, post damnationem *cursu* 60 *stadia peregisse*, *Matricam perveniſſe*, lictores siti prope enectos, eductо è petra fonte, recreasse, cumque *iter facere perrexisset*, *totis* 70 *stadiis confectis Gangram pervenisse*, volverat, nos hoc ipso *Matricam* (si qua fuit) mediò inter Ancyram & Gangram spatio sitam, ab illa 60, ab hac 70 stadiis abfuisse movens; tu vero (cui absurda fabulatoris commenta sordere debuerant) non modo Galatiæ Præsidem extra commissam sibi provinciam, à se damnato reo supplicii locum destinasse, *clavis confixum* cursu *pernicissimos* equos *anteisse*, uno (ut sic dicam) spiritu 7500 passuum millia pervolasse fingentem, universumque quod Ancyram à Gangra disparat, quadruplo majus spatium, 16250 passibus concludere ausum non improbas, sed ejus unius auctoritate (quæ nulla prorsus erat) fretus, *Matricam* (novum & inauditum antiquis opus) omine lævô molitis, quem stupenda ista supinitas non offendat? Itinerarii locum, quem laudata à te Notitia (non *Matrica*, sed *Matrice* legendo) obelô jugulat, nullo fructu urges; sentis enim, opinor, te inter Itinerarium & Notitiam ancipitem, nullibi recto talo stare posse, proque duplici tuâ, quam *multiplicem* fingebas, *Matrica*, nec unam tibi, sive in Paphlagonia, sive in Pannonia certam restare; addo nunc te tam de *Vienna*, quam de *Matricâ* falli, quam nec *multiplicem*, nec *duplicem*, sed *unicam* in Allobrogibus novit antiquitas; quæ enim nunc *Vienna Austriæ* dicitur, sub solo *Vindobonæ* nomine claruit.

CHIFFL. [1] *Tertiam in Austrasiâ, sive media Francia, illustrem præ aliis* [1] Lamp. p. 31. Matricam *indigitat civitas Metensis*, *dicta olim* Mediomatricum *&* Mediomatrica, *uti* Mediolanum *&* Mediolana, Lovanium *&* Lovania. *Ab Aimoinô Monacho inter Belgarum urbes inclytas & famosas nominatur* Metis, [2] quæ [2] lib. 1. c. 5. & Mediomatricum. *Vita Ludovici Pii de Rege Lotharii ejus filio*; [3] Vosagum [3] ad An. 833. per Mauri Monasterium transiit, & *Mediomatricam*, quæ alterô nomine *Metis* vocatur, pervenit. *Regino de Ludovico Pio*, *in insula Rheni juxta Ingelheim vita functo*: [4] Inde *Mediomatricam* deportatus, in Basilicâ S. Arnulfi [4] ad an. 840. honorabiliter sepulturæ mandatur. *Annales Metenses de Colonienſi & Trevirenſi Archiepiſcopis*; [5] libellum obtulerunt, in quô continebantur gesta [5] ad an. 869. Synodalia, quæ *Mediomatrico*, & Aquis ab eis statuta fuerant. *Annales iidem de Normannis*; [6] Civitatem Trevirorum flammis exurentes, *Mediomatrico* [6] ad an. 882. dirigunt aciem. *Regino iterum*, [7] Compositis in Orientali Francia rebus, [7] ad an. 905. Rex *Mediomatricum* venit.

82. Cum *Austrasia* extremam *ad Orientem* porrectam *Franciæ* partem proprie denotet; nec, quæ *Media* fuit, *Austrasia* per se dici, sed Austrasiæ confinium, nec ex quô hoc nomine censeri cœpit, extremum Orientale occupare sine contradictionis implicatione, & extremorum cum medio confusione potuit; antequam Clodovei posteri trans Rhenum positas regiones regno suo adjecissent; Rheni sinistræ ripæ propinquæ provinciæ (ex opposito ad alias Occidentaliores situ) *Austrasia* jure vocabantur, [8] reliquæ (Ai- [8] lib. 2. c. 4. moino teste) sub *Neustriæ* seu *Occidentalis regni* nomine veniebant; At ubi longe ultra Rhenum Francica sese dominatio diffudit, quæ ejus pars prius *Austrasia* vel Austria absolute erat, *media* facta, & ab Orientali termino recedere coacta, *Austrasia* esse & dici jure desiit: nec antiquum nomen retinuit,

nuit, quod ad Orientaliora, ipso facto, & Majorum instituto transiisse, usque nunc Teutonum usus docet, qui solam Pannoniam primam extremam versus Orientem Imperii sui partem, *Austriam* & *Osterreich*, seu *Orientale regnum* nuncupant, cujus respectu, Rheno adjacentia universa, non *Austrica*, sed *Neustrica* absolute essent, vice versa post Pyrenæum annô 778 superatum, subactamque citerioris Hispaniæ partem, tota Toletanis, cæterisque Hispanis ulterioribus, Caroli Magni Neustriam & Aquitaniam complexa ditio, *Austria* fuit. Hinc de Alcuino S. Martini Turonensis Abbate, epistolâ ad Felicem Urgelitanum, Elipandus, *Albino novô Arrio in finibus Austriæ*: & epistola ad Alcuinum ipsum, *Reverentissimo fratri Albino Diacono, non Christi ministro, sed antiphrasii Beati fœtidissimo discipulo, tempore glorioso principis in finibus Austriæ exorto, novo Arrio*, &c. *sicut Magister tuus fœtidus* † *& horribilis maculavit* * *Libanam, ita tu regnum regnorum Austriam*, &c. *Væ tibi Austria, væ tibi Alexandria, quæ novum Arrium, ideſt Albinum, genuisti, tempore glorioso principis* Caroli; si *media* in extremis statuere, vocibusque eo usque abuti, ut nativæ contrariam significationem induant, tibi volupe est; cum docendi obtentu omnia turbes, non *lampadas* concinnare, sed in antiquam noctem universa resolvere censendus es. 2. nulli ad annum usque 700, urbs Metensis *Mediomatricum* & *Mediomatrica* absolute audiit, quique *Mediomatricam* subst antive nuncuparet, ad annum usque millesimum nemo fuit. 3. qui *Mediomatricum* vocaverunt quatuor, ab antiquô usu deflexerunt, nec corrupte loquendi cuiquam auctores esse debent. 4. inter eos antiquissimus vitæ Ludovici scriptor, post annum 840, Regino post 900; Annalium Metensium collector ex Reginone tertius, postremus post annum 1000 vixit Aimoinus cujus verba non ex 5, quod notas, sed ex 4 libri 1 capite deprompsisti. 5. Nemo nisi forte ex infimorum sæculorum fæce barbarus, *Mediolanam* dixit aut *Lovaniam*; forte dixi, quia nullum vel hujus deflexionis exemplum, vel *Matricæ* quam solus (ceu Sisyphus alter saxum) animo versas, indicem profers. 6. putidum illud cerebri tui figmentum, quod *illustre* nihil præter ridiculam deformitatem habet, *Mediomatrici* (populi proprie, non urbis nomen) nec *indigitavere* unquam, nec *indigitare* (cum nondum esset) ullo modo potuerunt. 7. *libellum* Nicolao Papæ anno, non 865, sed 863 *obtulerunt* Guntharius & Teutgaudus. Vide Annal. Bertinianos, Fuldenses, Tomum 3 Conciliorum Gallicanorum.

† Arius.
* Ægyptum.

[1] Lamp. 36. [2] apud Meurisi. p. 151.

CHIFFL. [1] *Vetus membrana, Hilariaci scripta annô* 834. [2] Sigibaldus *Mediomatricæ* Metropolis Antistes, *Chartæ Gorzienſis anni* 849 *jam à nobis adductæ*, Drogo gratia Dei *Mediomatricæ* urbis Ecclesiæ Archiepiscopus & sacri Palatii primus Capellanus. *Lotharius Imperator in Charta anni* 855 *ubi loquitur de monasterio S. Arnulphi*; [3] quod est constructum haud longe à mœnibus *Mediomatricæ* urbis. *Chronicon manuscriptum S. Trudonis*, [4] Annô Domini 944 Adelbero *Mediomatricæ* sedis Episcopus, onus prælaturæ hujus monasterii assumens, Abbas efficitur. *Wibertus in vitâ S. Leonis PP.* IX *ubi agit de Adelberone, qui deinde fuit tertius ejus nominis Metensium Episcopus*, [5] Qui postea ad Antistitium *Mediomatricæ*, urbis voto Cleri & plebis magis quam suô assumptus. *Charta annô* 1065 *ex Archivo S. Trudonis*, [6] Domnus Theodoricus *Mediomatricæ* sedis Episcopus in Cœnobio S. Trudonis per aliquot dies moratus.

[1] Meurisi. p. 271.
[2] P. 2. l. 3. c. 7.
[3] Anno 1046.
[4] Miraeus Donat. piar. c. 55.

Bz. *Vetus*

Bz. *Vetus* quam laudas membrana *anno* 834 nec scripta est, nec scribi potuit, ea certe conditam longe prius à Sigibaldo Episcopo an. 714 *Novam Cellam sive Hilariacum*, nunc S. Nabor, corrupte *S. Avault* dictum, locum refert, sed id minus accurate, quandoquidem factum notat, *anno incarnati verbi trigesimo quarto supra septingentesimum, Gregorio ejus nominis tertio, at Zacharia Piscatoris navis temonem apud Romanam urbem moderantibus, sub Principe Leone ejus nominis tertio*; ea autem verba triplici falso laborare nemo non videt, cum unà Gregorius & Zacharias non sederint, sed successive tantum; anno demum 741, Decembris 3, feria 1, Gregorio III suffectus sit Zacharias, idemque sub Leone III anno 741, Iunii 18, (mensibus 5 diebus decem antequam Gregorius III defungeretur) denato, sedere non potuit; De membranæ etiam vetustate, phrasis hæc, *moderari navis Piscatoris temonem*, nulli veterum usurpata, dubitare nos cogit, sed quandocunque scripta sit, idipsum quod initio volueramus, velut operâ data cum reliquis prolatis à te ex Gorzienſi & S. Trudonis Archivis Chronico MS. & Wiberto confirmant; cum enim Majorum purius loquentium exemplo, *Mediomatricam* non absolute & substantive, sed adjective tantum, subjuncto vel *Metropolis*, vel *urbis*, vel *sedis* titulo, memorent, præstigiis tuis uno (ut sic dicam) flatu dispulsis, *Mediomatricos* Celtici populi nomen proprium, urbi ob situm in præcipua populi illius sede (nullo ad *Matricam*, uspiam in vicinia positam, respectu) abusive ante 800 annos translatum fuisse docent.

CHIFFL. [1] *Ad hæc audiendus Zurita, ubi Antonini Augusti isthæc verba*, Ad statuas, in Medio Alisca, *sic interpretatur:* Hoc titulo, quid Auctor indicet, ex his verbis *in medio* satis apparet, ideſt, in medio itinere, ex una ad alteram mansionem, insignem aliquam relinqui stationem. Bz. De ejus sententia tibi è diametro opposita jam vidimus. 1. Certe si eum *audiamus*, omnes tuas de stabilienda *Mediomatricorum*, à fictitiâ Mosſensis pagi *Matricâ*, denominatione, spes concidere oportet: cum enim verba illa *in medio* non de Civitatibus, sed de stationibus solis, & mansionibus adjacentibus intelligi jubeat, ea te de urbe *Mediomatricorum* metropoli interpretari, ex ejus sententia, fas non est. 2. cum nullam vel stationem, vel mansionem, quæ ab alia vicina nomen traxerit, & proprio caruerit, agnoscat; frustra id de nobili inter Belgas civitate fingis. Denique cum nulla in Belgicâ universa *Matrica* fuerit, tuæ, quæ nusquam fuit, nihil vel *medium*, vel *extremum* esse potuit. [1] Lamp. 36.

CHIFFL. [2] *Sequiori ævo intra montium Vogesi claustra surrexit Monasterium, quod* Medianum appellari placuit, quia inter duo non obscuri nominis alia staret, medium; alterum Senonienſe, alterum Deodatenſe. Bz. Esto, id *sequiori ævo placuerit*, an quod fingis *melioris*, Cesaris nimirum, & Cesare priorum *placere* debuisse conficies? Sed quod *sequiori placuisse* cum Brouvero putas, absolute falsum est; nam nec monasterium, quod vulgo *Moyenmonstier* dicitur, *Medianum* ab initio dictum est; nec (si dictum demus) *ob medium* inter Deodatenſe, & Senonium situm (cum à *medio* ad Occidentem deflectat) *Medianum* dici debuit; nec (si *medium* illi locum assignemus) à *medio* isto (antequam extrema ejus in rerum natura essent) denominari à quoquam, nisi forte divino, potuit. Ne diutius cæcutientem Brouverum cæcus sequare, à regni Lotharii anno 870 Augusti 9 facta *divisione*, in ea quam [2] Brouverus ad an. 768.

sibi Ludovicus accepit, parte verba hæc, *Offonis villam*, Mejeni monasterium, *S. Deodati*, *Bodonis monasterium*, *Stivagium*, *Romerici montem*; & in Caroli Calvi portione sequentia [1] *Gillini Monasterium*, *S. Mariæ in Bisantione*, *S. Martini in eodem loco*, *S. Engendi*, *S. Marcelli*, *S. Laurentii Lendense*, Senonem, [2] *Abbatiam Niellam*, &c. attende; ex quibus *Moyenmonstier* non à *medio* inter Senoniam (quæ à Godeberto Senonum præsule post A. D. 770 condita, centesimo post anno Carolo Calvo cessit) & S. Deodatum situ, sed à *Megeno* nomen sortitum fuisse manifestum fit. Memineris etiam *Mejeni monast.* ab Hildulfo Trevirensi anno 667 fundatum? anno 672 Febr. 22, feria 1, dedicatum; sub ejusdem regimine ad A. D. 707 Iulii 11, Ind. 5. fuisse; Godebertum vero post A. D. 773, ut Senoniam conderet, anno ab Hildulfi transitu 106 secessisse.

[1] Tom. 3. script. Franc. p. 240.
[2] Ioan. Ruyz Antiq. Vosag. lib. 3. cap. 24. 25.
I. Robert. in Gall. Christ.

CHIFFL. *Pari ratione, propterea quod Metis civitas media via erat à Matrica ad Tullum Leucorum, dicta est Mediomatrica.* &c. Reverâ quædam inter ea quæ comparas *paritas* fuit, sed ab eâ quam commentus es longe diversa, ut enim *Moyenmonstier*, nec à *medio*, sed à *Megeno* denominatum est, nec *media* à S. Deodatô ad Senonem *via* jacet; *Mets*, nec *Mediomatrica* absolute dicta est, nec à *Matrica*, quæ nulla in vicinia fuit, nomen traxit, nec *mediâ* à *Matricâ* illâ nusquam existente *viâ* fuit; quod enim absolute non est, nulli vel extremum, vel *medium* esse potest: restat ut tuis verbis concludamus. *Quia Matricam* nullam *habemus in Austrasia*, *ubi Ludovicus Pius*, *Pipinum filium Thietberti Comitis Matricensis filia junxerit*; *non est quod hujus Comitatum Matricensem in* Austrasia *investigemus.*

VII. *De vera Matricensis Comitatus sede.*

[3] Lamp. p. 34.
[4] In Antiq. Matisc. lib. 4. c. 110.
[5] lib. 8. c. 20.

ANtequam ei, quam propriam putas, sedem assignes, quid de falsis aliorum sententiis videatur, libere pronuntias, *Petrus* [3] (inquis) *San-Iulianus* [4] Teutbertum Comitem Matricensem, *qui filiam suam Pipino Regi Aquitaniæ in uxorem dederat*, *interpretatur* Matisconensem, *quia in Aimoinô quodam MS. legerat* Matricensis *pro* Matricensis; *& certe* Matisconum *Cæsaris ad Ararim sitam*, *Gregorius Turonensis vocat* [5] urbem Maticensem; *& in Notitia Provinciarum & Civitatum Galliæ*, *ex veteri membrana Alexandri Petavii legitur* Castrum Maticense, *pro* Matisconense. *Sed quia in aliis omnibus Aimoini codicibus*, *in Eginartho*, *Conrado Vrspergensi*, *Annalibus Metensibus & Bertinianis constanter legitur* Matricensis; *non est quod* Matricam, *vel* Matricum, *in Matisconе ad Ararim investigemus.* De reipsa tecum mihi convenit, moneo tantum, 1. Aimoini non esse quæ Aimoino nunc tribuuntur. 2. *Eginhardi*, vel *Einhardi*, vel *Eginharti* nomen in *Eginarthum* transformari à te non debuisse. Addis *Quinimo si San-Iuliani lectio illa sincera esset*, *posset quis suspicari* Matricensem *Thietberti Comitatum fuisse* Mettingowensem, *in quo situm olim erat Luxemburgum*; *circa quod oppidum supersunt vestigia nomivis* Matricensis *in loco* Mettendal, *duobus inde parvis milliaribus*; *& in alio* Metzich, *æqualis à Luxemburgo distantiæ*, *ubi Romana monumenta effodiuntur.* sed nec suspiciones moramur, nec (si iis indulgendum putemus) tuæ de *Matricensi* Comitatu in *Mettingowia* quærendo, subscribere nos sinat diversa vocabulorum *Mettingow*, *Mettendal*, *& Metzich* à Mattica diversam non commu-

communem originem indicans formatio, nec enim à *Mattica* nisi *Mattengow*, aut *Mattendal*, aut *Matzich* legitime deduxeris. 2. idipsum præjudicium tuum retulit, cum enim [1] Thietberti *Provincialem*, *non pagi alicujus* (qualis anguſtis limitibus concluſa *Mettingowia* fuit) *Comitatum* fuiſſe, ſentire nos *minime dubitans* jubeas, extra *Mettingoviam*, ut *Provincialem* illum quem quærimus *Comitatum* nanciſcamur, recipere nos, pro imperio tuo, neceſſe eſt. [1] Lam. p. 169.

De alterâ, quam rejicis, ſententiâ hæc habes; *Vero ſimilius Sammarthani*, *Fauchetus & Dupleixius*, *propterea quod ex Eginartho clare colligeretur*, *Matiſconſem Comitatum in Auſtraſia ſitum fuiſſe*, *pro* Matricenſi *verterunt* Metenſem; *ac ſi* Mediomatricenſes *per apharesim dicti eſſent* Matricenſes. *Figura certe illa paſſim*, *& olim obtinuit*; *quam tamen Præneſtini præcipue peculiari vitio uſurparunt*, *ut notare eſt in Plauto*, Rabonem habeto, mecum ut hanc noctem ſies,

Perii, *Rabonem?* quam eſſe dicam hanc belluam?

Quin tu *Arrabonem* dicis? AR. Facito lucri,

ut Præneſtinis *Conia* pro *Ciconia* eſt. *Notant alii*, *hoc exemplo* Syriam *pro* Aſſyria *dici*, Spaniam *pro* Hiſpania, Spalenſe *pro* Hiſpalenſe; *ut vero ſimile ſit potuiſſe ſic tibi* Matricenſis *pro* Mediomatricenſis; *ſicuti licentia eadem* Mediomatricos *populos Hadrianus Iunius vocavit* Matricos, *& Blondus Flavius* Matricorenſes. Sed quicquid de noſtrorum, mutilatum Mediomatricorum nomen ſuſpicantium, conjecturâ, frequentique apharesi inter multos, etiam nuperos, uſu ſit, Cum Germanorum vulgus, Margaretam *Greit*, pro Margreit, vocare; Turcæ pro Conſtantinopoli *Stamboul*, pro Alexandria *Scanderei*, pro Theſſalonica *Salonichi* pronuntiare ſoleant, nec *Eginarthum*, aut *rabonem*, aut *arrabonem*, ſed *Eginhartum*, *rhabonem*, *arrhabonem* ſcribi debuiſſe; nec *ex Eginharto Matricenſem Comitatum in Auſtraſiâ ſitum fuiſſe clare colligi*, nec Mediomatricos *populos*, ſed *populum* fuiſſe, nec ex ordine te *Blondi* nomen in cognomen mutaſſe, nec minus Iunium & Blondum quam noſtros impegiſſe certum eſt. Addo nunc Syrorum & Aſſyriorum nomina nonnunquam communia fuiſſe, cum Aſſyrii *Syri*, hi vero paſſim [2] *Aſſyrii* dicti inveniantur, ſed viſum tandem ut *Syros* ab *Aſſyriis*, ſeu *Adiabenis*, Euphrates diſtingueret, (quod tibi forte in mentem non venit) voluiſſe. Quid ulterius obtendis? [2] Vide Heſych. in Συρίαις καὶ Συροις.

Quia (inquis) *vetuſtiorum non ſuffragatur auctoritas*, *malo in ea permanere ſententiâ*, *quod* Matricenſis Comes *dictus ſit à* Matrica, *de quâ præter ea quæ jam attuli*, *alia haud vulgaria hic ſubjicio*; *certe ut veteris monetæ pretium à multis ignoratur*; *ſic & priſcæ hujus vocis*, *quam raro uſurparunt Scriptores*, *neque Grammatici enuclearunt*: ſic inſtitutum ſemel ludum ludere pertinax, dum *vetuſtiorum auctoritate* deſtitutas opiniones deſeris, vitia in contraria curris, cumque tibi ſive *novus*, ſive *antiquus* nemo *ſuffragetur*; Matricam, (inauditum antequam chartæ illeviſſes nomen) ſeu *priſcam vocem*, & *veterem monetam*, cujus *pretium à multis ignoretur*, oſtentas, quoque indignius deliras, eo tibi audacius plaudis; ſed non modo *raro*, ſed nunquam à *Scriptoribus uſurpatum*, à *Grammaticis enucleari* nequaquam potuiſſe, tua vero *haud vulgaria* totidem nugas eſſe jam manifeſtum fecimus. [3] Lamp. 31.

Ne *Matricenſis pagi* Neuſtriæque deſiderium nos procul in Auſtraſiam

abducendos agat, universos ad Pippini & Engeltrudis regales nuptias vocas: quam comiter? Immerentem Bouchetum *mutilati* [1] Eginharti (quem suô more, ideſt vitioſe *Eginarthum* vocas) reum, ipſe crimine in eodem, ſi crimen eſt, deprehenſus, peragis, *Audi* (inquis) *Eginarthum anno* 822, *cujus textum deditâ operâ mutilaſti.* Peracto conventu, qui Attiniaci habebatur; Imperator, venandi gratiâ, Arduennam petit. Lotharium vero filium ſuum in Italiam [2] mittit; Pipinum autem in Aquitaniam ire præcepit; eum tamen prius filiam Thietberti Comitis Matricenſis in conjugium fecit accipere; & poſt nuptias celebratas ad Occiduas regiones proficiſci. Ipſe vero peractâ autumnali venatione, trans Rhenum hyematum ad Franconofurt profectus eſt. *Aimoinus, Annales Bertiniani & Metenſes, iiſdem verbis utuntur; ſed ille Teutbertum ſcribit, iſti Theutbertum.* ℞. Quod diverſimode pronunciari & ſcribi Thietberti nomen notas, nos, qui idipſum jam obſervavimus, nequaquam tangit, ſua quiſque dialectô libere uſus eſt; ſed quæ Boucheti in Pippinum ejuſque ſocerum intenti, quæque propoſito ſerviebant ſola excerpentis culpa eſſe potuit? *Attiniacus palatium erat regium in parochia ſeu Epiſcopatu Remenſi, teſte Hinomaro apud Flodoardum; notus hodie locus ad Axonam fluvium, multis olim Synodis & placitis Regum illuſtris; ejus meminit Saxonicus* [3] *Poeta, ubi de Widokindô & Abbone Saxoniæ Majoribus, qui Carolo Magno ſe dediderant* ——— properarunt protinus *ambo*

Ad Regem, jam tunc fuerat qui forte reverſus
Ad *villam propriam*, quæ dicitur *Attiniacus*;
Hic iidem proceres ſacri baptiſmatis undâ
Perfuſi, tandem Regi manſere fideles. *Eô loci conventum habuit Ludovicus Pius anno* 822, *menſe Auguſtô, quô abſolutô* Arduennam *petiit*, ſylvam (*Iulio* [4] *Cæſari*) totius Galliæ maximam, quæ à ripis Rheni, finibuſque Trevirorum ad Nervios uſque, & ad initium Remorum pertinebat; *hoc eſt à Rheno flumine uſque ad Moſam & Scaldim. Fredegarius de Dagoberto Rege*; Cum excitu de Regnô Auſtraſiorum, de Mettis urbe promovens, tranſitô Ardenna, Magontiam magno cum exercitu aggreditur, diſponens Rhenum tranſire. *Eginarthus* [5] *de Ludovico Pio*, Aquas Grani reverſus eſt, & poſt paucos dies per Ardennam iter faciens Treveros & Metis venit. *Vbi ergo à Remis & Attiniaco Moſam fluvium trajecit, & Arduennam petiit Ludovicus Pius, ab occiduâ Francia ad Ortivam progreſſus eſt.* Huc uſque una progredimur concordes, Addis, *ille porro ingens & ſylvoſus Arduennæ tractus plures complectebatur Comitatus, & inter illos Arduennenſem Provincialem, cujus hæc habetur mentio, circa annum* CM, *in miraculis S. Huberti* Comitatum Arduennenſem agebat Theudericus, cujus frater Alerannus partes æquabat ejuſdem Comitatus; *ille autem pluribus conſtabat pagis: unde litteræ Epternacenſium anni* 1192, [6] *ad Henricum* IV *Imperatorem ſic incipiunt.* Non moveat dignitatem Majeſtatis veſtræ, Clementiſſime Domine, quod diſcretioni Serenitatis veſtræ ſcribere præſumimus, licet parum vobis adhuc cogniti, utpote in arduis Ardennæ finibus ſepoſiti. *Epternacum tamen in Bedenſi pago, ſitum erat non in Ardennenſi.* Hîc *avia peragrare* cæco impetu exorſum, ne ſequi cogamur nolentes, injecta manu ſiſtimus *Ardennam* cum per totam fere Belgicam, antiqui Romani Imperii Provincias quatuor, vel (ex nonnullorum ſententia) quinque complexam, fuſa

[1] Lum. p. 166. Lamp. p. 32.
[2] leg. *miſit.* hic lineas 3. reſecuit Boucheti accuſator.
[3] lib. 2. anno 783.
[4] Comm. 5. & 6.
[5] ad an. 821.
[6] num. 170.

fusa fuerit, in *plures Comitatus* divisam fuisse Ludovico Pio regnante non negamus; sed quærimus primum, quo auctore inter *Comitatus* illos quendam *Provincialem*, qui antonomastice *Ardennensis* diceretur, *pluribusque pagis constaret*, fuisse scribas; nec enim si (quo tempore S. Huberti miracula conscripta sunt) *Ardennensem Comitatum* Theoderico & Aleranno fratribus commissum noverant Belgæ, eundem ex necessitate præ oculis habuerint, qui Ludovici Pii anno 822, *autumnalem venationem* videbant; monemus exinde ex miraculorum S. Huberti à te prehensâ laciniâ *Comitatum Ardennensem Provincialem* fuisse, aut dici debuisse, non constare. 2. Epternacensium literis *Bedensem pagum*, Comitatus *Ardennensis* partem fuisse, *Comitatum*que illum *Provincialem* haberi debuisse nequaquam doceri, cum consequentia nulla sit *Epternacum est in Ardennæ finibus*, ergo *Ardennæ pars est*. 3. literas illas *Henrico IV*, annô 1106 Augusti Kalendis denato, post annos 86 scribi nequaquam potuisse, sed Henrico VI, annô 1191 [1] *Romæ in Imperatorem secunda feria Paschæ*, seu Aprilis 15 *consecratô*, quemque annô 1197 *in festo S. Michaelis 3 Kal. Octob. obiisse & honorifice cum multis insignibus apud Neapolim sepultum* fuisse certum est. [1] Godefr. Monach. S. Pantal.

Ardennensis Comitatus (quem *Provincialem* fuisse, aut in rerum natura annô 822, extitisse nequaquam probas) Thiethberto assignandi spe, ante biennium scripseras, [2] *In castro antiquissimô* Makeren *provinciæ Ardennensis Comites statum domicilium habuisse, atque inde* Matricenses *nuncupatos, quemadmodum à loco habitationis, Comites Alsatiæ Provinciæ dicti sunt*, Comites Egishemii; *Duces Lotharingiæ superioris*, Duces de Nanceiô; *Duces Inferioris*, Duces de Lovanio, *sive* Lovanienses; te denique *minime dubitare Thiethertum qui à scriptoribus* Comes Matricensis *appellatur*, *Comitem fuisse Provincialem, non pagi alicujus; quandoquidem filiam ejus Ingeltrudem Ludovicus Pius Imperator filio suo Pipino Regi Aquitaniæ matrimonio copulavit.* Quis te, inaudita fiducia tam multa blaterantem, nugarum plaustra convexisse, vacuoque cerebro quot chartis illinebas verba, tot fere peccata admisisse credat? nihil tamen evidentius esse potest. 1. *Ardennam*, late per Belgicas provincias porrectam, *provinciam* vocas, quô exemplo? 2. quemdam ante Ludovici Pii tempora ejusque ætate imaginariæ illius *provinciæ Comitem* fuisse fingis, qua auctoritate & fronte. 3. Comitis illius (si Deo placet) *provincialis* Makeren *castrum statum domicilium* fuisse garris, quo præeunte? 4. *Matricæ* nomen Macrensi castro inditum, atque *inde Matricenses Comites nuncupatos* somnias, quô *nuncupante?* hæc enim universa à te unô, commentorum quorumvis fœcundissimô parente habes. Cætera fere paria sunt, [3] *Alsatiæ Provinciæ Comites*, Egisheimii [4] *Comites dictos* ne credamus, ipsemet vetas qui solos in Alsaticâ familiâ tertiogenitos, Theoderici II Ducis nepotes, post annum demum 1115 *Egensheimii* verius quam *Egishemii Comites* dici cœpisse notas. 2. Vix unum Albericum post annum 1240 defunctum habes, qui Simonem Theoderico II Lotharingiæ superioris Duce & Gertrude Flandrica natum, anno 1126 Ducem *Simonem de Nanceio* vocaverit, improprie autem & abusive vocasse negare non potes, qui anno Domini 1126 penes Lenoncurtios, tunc temporis *de Nanceio* dictos, non penes Ducem, cujus illi milites erant, Nanceii Dominium fuisse scire debuisti. Annon te nobis inconsideratum & falsum pro tempore illo

[2] Lum. p. 169.

[3] Lum. p. 338.
[4] *Egensheim* quasi *Egino-mis domicilium.*

dictum, seu recti sermonis regulam obtrudere pudet ? 3. nullus unquam (proprie loquendo) *Lovanii Dux* fuit; dicam amplius, in nullum Lovanii dynastam, ante annum 1106 Ducalis titulus transiit, tunc enim [1] *apud Vangionum civitatem, in Pentecoste* Maji 13. *Henricum* Limburgicum *Ducem rebus publicis privavit* Henricus V, *ejus*que *Ducatum*, Lotharingiæ scilicet inferioris præfecturam, *Godefrido Comiti Lovanienſi dedit*. Cumque ex eo *tempore ſe* Henricus & posteri [2] *Limburgenſes, non Comites* (ut ante annum 1096) *ſed Duces nominarent*, ad majorem utriusque familiæ, inferioris sibi Lotharingiæ Ducatum vindicantis distinctionem, Godefridi nepotes nonnunquam *Lovanienſes*, æmuli *Limburgenſes Duces*, (quantumvis nec Lovanio, per se, nec Limburgo *Ducalis* titulus conveniret) vocati sunt : sed tandem Waleranni 111 & Ermengardis Gelriæ Comitis præcipuus hæres Adolphus Montensis, Adolpho Limburgico Waleranni 111 germano & Cumigarde Montis Comite natus, anno 1282 cum *die Iovis poſt Pentecoſten*, seu Maji 21, *Ducatum Limburgenſem, cum omnibus bonis & juribus ad ipſum Ducatum pertinentibus, donationis titulo in Ioannem Lotharingiæ* inferioris *& Brabantiæ Ducem tranſtuliſſet*, exinde se cæteri Brabantini, tam Brabantiæ, quam Limburgi Duces inscripserunt; paulatimque obliterata est Lotharingiæ inferioris, cujus tam Brabantia, quam Limburgum membra erant, Ducalis dignitas, cujus pauci nunc amplitudinem ex vero æstimant. 4. Si Ardennensis Comitatus & *Provincialis* erat, & haberi ac dici consueverat; quî factum ut à *pagenſi* oppido, non à *Civitate* pagi totius & adjacentium capite, nomen mutuatus *reperiatur*, *Trevirenſis*que ex Metropolis nomine dictus sit ? 5. Sed nec Thietberti Comitatus ulli absolute dictus est unquam, nec in hanc usque diem præter te unum repertus est, qui alium à *Matricenſi* assignaret. 6. Imo nec Ardennæ, in qua *Matrica* nulla, quod sciamus, fuit, *Matricenſis Comitatûs* nomen convenit. 7. Esto *Matrica* ulla in Ardennensi tractu fuerit, eademque Teutonico (quem præsumis) more *Macra*, vel *Machara* dici debuerit, cum *Macra* tua ad Mosellam extra Ardennam proprie dictam sita, commune nihil nisi nomen habuerit, re & locô penitus diversa. *Macræ* vero Mosellanæ *Comitatum* nec *Ardennæ* dicere licet, quia in Mosellensi pagô, ab Ardennensi Leodio proximo, & Mecingowensi ac Bedensi intermediis disparatô positus est; nec *Provincialem*, quia nec totam Trevericam, cujus pars præcipua non est, dicœcesim; nec Trevirim dicœceseos ejusdem caput, complectitur, nec (si totam complectatur) *Ardennæ* proprie dictæ, extra cujus fines in aliô eoque minori pagô est, accensendus venit, aut alibi quam in *Moſellenſi* tractu quærendus est, Certe si *Provincialis* Thietberto *Comitatus* in Treveris (ubi *Macra*) assignatus est; pagi alicujus sub Civitate constituti (qualis *Moſellenſis* erat) *Comes* non fuit, sed *Treveris* ipsius, *Provinciæ* totius Metropolis; nec *Macrenſis*, aut (si vis) *Matricenſis Comes* dici debuit, sed *Trevirenſis*, quod cur factum non sit, nobis (siquidem potes) dices; Eademque opera docebis, quæ necessitas consequentiæ tuæ sit, *Thietbertus Ingeltrudem filiam Pipino Regi Aquitaniæ matrimonio copulavit*, Ergo *Provincialis, non pagi alicujus Comes fuit*; nos enim ad eam negandam eô ipso invitas, quod Welfum, Iudithæ Ludovico *Pio* Pippini parenti nuptæ, patrem, non *Bajoariæ Ducem* (quod Marianus Scotus credebat) sed *Altorffi in Suevia*, non *Sueviæ*, aut *Provinciæ Comitem* fuisse vis: si totius Imperii Carolini potens

[1] Chron. Hildesh.

[2] Sigebert.

tens Ludovicus, minoris Comitatus Præsidem Welfum socerum non erubuit, Cur Thietbertum propinquum, sed cujus præfectura angustioribus limitibus conclusa, & opes modicæ erant, dedignatus credatur? Si rursus Beatricem Herberti primi non *Provinciæ*, non Veromanduorum universorum, non pagi alicujus integri, sed portionis tantum, Peronæ nimirum, Comitis filiam, Francorum Dux, Odonis Regis frater, Rex paulo post futurus, Robertus duxit, quid ni patrem, Roberti ejusdem proamitam, ducere Pippinus in Francorum ditione *tetrarcha* potuerit? ipse vineta tua cædere assuetus videris.

Postquam tua de Theodeberti *Comitatu provinciali*, somnia exsufflare datum est, ad alia tua deliramenta, quo facilius revincantur, ob oculos ponenda, accingere nos oportet, Ductam A. D. 822 à Pippino Ingeltrudem, *peractoque* (quem *Attiniaci* habuerat) *conventu*, Ludovicum *Arduennam petiisse*, Lotharium ab eo *in Italiam*, Pippinum *in Aquitaniam* ire jussos, *prius tamen hunc Thietberti filiæ* copulatum, Eginharto, vitæ Ludovici scriptori, & Annalibus Fuldensibus, quibus Bertiniani & Metenses addi poterant, credimus: Pippino eidem, postquam pater *Ardennam petiit*, sociatam Ingeltrudem, cum nemo veterum dicat, idque tu solus, sine teste, tuo periculo, affirmes; nullo modo, quod putabas, sequitur, *post Attiniacensem conventum, Ludovicus Pippinum in Aquitaniam ire præcepit*; ergo *post illum ipsum conventum*, petitamque ad venationes Ardennam, eum Thietberti *filiam in conjugium fecit accipere*, quandoquidem *prius* (quod testes tui expresse notant) *illi conjugem filiam Theotberti junxit*. Imo antequam *venationibus tempus impenderet*, adeoque *prius* quam Attiniaco pedem efferret, & *venandi gratia Ardennam peteret*, (quod dissimulas) *junxit finito*, inquit vita Ludovici, *Placito* (Attiniacensi) *Lotharium filium suum Domnus Imp. in Italiam misit, & cum eô Walam affinem suum Monachum, sed & Gerontium Ostiarium, quorum consilio res Italici regni componeret, erigeret, tueretur, tam publicas, quam privatas. Pippinum autem filium, cum in Aquitaniam mittere statuisset, prius illi conjugem Theotberti Comitis junxit, & sic demum ad memoratas partes regendas direxit. Quibus dispositis*, idest missione filiorum, post secundogeniti nuptias, *juxta morem Francorum Regum, autumnale tempus venationibus insumpsit*. Ergo Attiniaci, antequam *Ardennam venandi gratiâ peteret*, (quod negabas) *junxit*; nec quod *prius* fuerat, *posterius* putare aut dicere debuisti. Id ipsum æque clare Theganus expressit c. 29. *habuit generale placitum suum Attiniaco palatio*, Inde *direxit filium suum Lotharium cum conjuge Irmingarda in Italiam*. Ergo antequam *Ardennam peteret*, alioqui non *inde*, idest Attiniaco, sed Ardennâ ipsâ, aut Theodonis villa *filium misisset*. Cum autem uno eodemque tempore, Lotharium & Pippinum jam maritos in regna ipsis commendata miserit; absurdumque sit, instante Pippinianorum nuptiarum die, Lotharium, ne fraterni gaudii particeps esset, *missum* comminisci; Attiniacô post fratris nuptias, antequam *Ardennam* peteret pater, *missus* ex necessitate fuerit: *Apud Theodonis villam immorari solitum Imperatorem*, ut tecum fateamur, *eodem loci cum in Ardennâ subsisteret, immorari solitum* fateri ratio nulla nos cogit: cum enim extra Ardennam proprie dictam, in Mosellensis & Mecingovienfis pagorum limite sita Theodonis villa fuerit, Ardennâ excedere, non *in Ardennâ*, quod imaginabaris, *subsistere* cum qui apud Theodonis villam

lam consistere volebat, necesse fuit : *Pippini cum Ingeltrude nuptias* A.D.822 ibi *celebrari* potuisse non nego, ubi annô proxime præcedente *Lotharii cum Irmingarde Alsatica celebratæ* fuerant, *celebratas* tamen fuisse, nec vides, nec probas, nec probare, si velis, possis, etsi Albericus, ad A.D.822 *Concilium apud Theodonis villam fuisse* notantis, verbis idipsum *formari* perperam putes; nam nequaquam procedit argumentum, *habitum est apud Theodonis villam Concilium.* Ergo ibidem eodem annô *celebratæ sunt Pippini nuptiæ.* quidni enim alibi celebratæ fuerint, aut diversis tempore ac loco celebrari potuerint? Credidit Albericus A. D. 822 *apud Theodonis villam Concilium* fuisse; quô auctore? nam vita Ludovici, Eginhartus, à te corrupte, pro more, *Eginarthus* dictus, hic muti sunt, nec nobis Concilium ullum ibidem habitum fuisse statuere licet, cum ante *mensem Augustum*, quô Attiniacensem Synodum convenisse veteres memorant, Synodus (quod sciamus) nulla contracta sit, post Augustum *Arduennam* petierit Ludovicus *Pius*, [1] *peracto conventu* Attiniacensi, *tempus venationibus insumpserit*; *peracta vero autumnali venatione trans Rhenum hyematum ad Francofurtum profectus sit*, *ibique generalem conventum congregarit*, qui Theodonis villanum Concilium, tantisperdum *tempus venationibus insumeret Imperator* olfecisti, dic, si placet, quibus id machinis inter Attiniacensem & Francofurtensem conventus intrudere posse putes. Hetti Trevirensis nomen in *Herri* sive ab Alberico, sive ab antiquario tuô male transformatum, tam inconsiderate hoc loco nobis obtrudis, quám falsô Hettium, Brouveri auctoritate abusus, cum Amalario, cui circa A. D. 821 Hettius idem successerat, confundis, nec verum obitus ejus tempus annum 832 assignas, siquidem ei Hincmarus, anno 845 Maji 17 feriâ 1 ordinatus, scripsit, nec ante annum 851 quo Tetgaudo locum fecit, defunctus est; in Haistulfi A. D. 814 Riculfo Moguntinô suffecti designandis, hoc desiderandum videtur, quod ejus dormitionem in annum 825 Lamberti Schaffmaburgensis, Mariani Scoti, Chronici Hildensheimensis exemplo conferendam, in annum 826, tuô unô arbitriô fretus, rejicis; de Ebbone anno 822 ordinato, & 851 denato, tecum sentio, sed quid inde tibi commodi? an conventum apud Theodonis villam habitum, eodemque loci celebratas Pippini nuptias obtines, si hoc ipso anno Hetti Treviris, Haistulfus Moguntiaci, Ebbo Rhemis sedisse perhibeantur? ipse tu judica.

[1] Eginhard.

Flodoard. hist. Rhem. lib. 3. c. 21. hist. Trevir. MS.

Quod *Theodonis palatium*, *Regum frequentiâ præclarum*, *in Annalibus Fuldensibus* Theoden hove (*quod Flandrice* Theodonis hortum *sonat*) *dictum* fuisse, *antiquos* vero *Germanos*, *pro eo quod nunc* hoeff, *idest* villa rustica, *seu* prædium *dicitur*, hove, *& in Chartis antiquis* Hubam, *seu* Hobam *dixisse* mones, *unde* Theoden hove, *Latine* Theodonis villa *redditum sit*, non improbo, sed causæ tuæ ne hilum proficere contendo; quid enim ad Pippini nuptias & Matricensis Comitatûs situm Theodonis villæ claritas? Æque ἀπροσδιόνυσον est, quod Pippinum *post nuptias* ad Occiduas regiones *præfectum* observas, cum enim Attiniacus ad Theodonis villæ Occidentem jacens, Aquitaniâ universâ Orientalior sit, qui *ad Occiduas regiones* Aquitaniam petens *profectus* est, tam potuit apud Attiniacum, quam apud Theodonis villam uxorem duxisse. Neque si apud Theodonis villam Pippino sociatam Ingeltrudem demus, in proximô Matricensem Comitatum habueris; quandoquidem nec Alsatia, unde Ermengardis Lotharii uxor annô 821 prodibat,

hoc negat Oliverius Vredius Flander Chiffletio amicissimus Veteris Flandriæ lib. 2. cap. 20. *Houwa vel Hova* prædium *sensisse*, *& curtim*, *nobis* Hoeve *& Hof*, & cap. 22. Curtes hodie etiam Francon-atibus Hoven & Houven.

Theodo-

Theodonis villæ ubi nupsit finitima fuit, nec usque nunc fieri amat, ut Magnatum nuptiæ in ipsis nuptarum ædibus, sed ubicunque commodum est, nonnunquam in ipso Regum, quorum Majestatem colunt, Comitatu celebrentur: si negare, adversus infinita sæculorum omnium experimenta audes, quantum lubet delira; si non audes, ex Pippinianarum nuptiarum loco, Matricensis Comitatus situm deprehendi posse despera, neque nos deinceps nugarum tuarum tinnitu obtunde.

Vbi te ex Francia Orientali in Neustriam depulimus, de ejus *pagis* & *Comitibus* differentem audire operæ pretium est. *Pagos* ἀπὸ τῶν πηγῶν *à fontibus, quod eadem aquâ uterentur* dictos, asserenti, quem laudas, Festo assentimur, te vero avia peragrantem, & à Festi pronunciato aliena blaterantem non ferimus. Si enim de *pagis* absolute verum est, quod *à fontibus dicti* sint; de *Matricenses*, seu *Madricenses*, aut *Madriacenses* verum fuerit, quærendusque nobis, qui eum alluerit, ac forte denominaverit, fons *Madra*, vel *Madria*, & *Matria*, vulgo *Maudre*, qui Madrecisum, à Pincecisо, & Parisiaco, si non disparabat certe limiti proximus erat; De *materiamine*, cujus Bajoaricæ leges *tit.*11. c. 7. Salicæ *tit.*8. c.4. Ripuariæ *tit.*76. meminere, aut *madramine* cujus in Chrodegangi Metensium Præsulis scriptâ pro Gorziensibus Charta mentio occurrit, quodque nobis *marrein*, Hispanis *madera*, idest *materies* dicitur, ne cogitare tecum convenit. Cur enim à materiamine nomen sortitus credatur pagus, cujus pars maxima & nemorosa non est, & extra sylvam, unde materiamen sumptum, & Madriaci nomen natum putas, porrecta jacet? sylvam illam, quam fere totam complectitur, *Aqualinam*, vel corrupte *Equalinam*, prout *Aquitania* à multis minus de dictione sollicitis *Equitania* dicta est, ab *Aquis* quibus undique scatet, nomen traxit, quod nos Gallicè vertimus *Iveline*, tu tamen *Esculinam*, quasi solis *esculis*, quas forte frequentiores habet, consita sit, posito veteri vocabulo, & vocabuli interpretatione, dici pro libidine jubes; nec in natura rerum ludere contentus, temporum tibi imperium arrogas, Chrodegangi Chartam A.D. 741. quo vix in virum transierat, datam fingens, cum enim Chrodegangi maternus avus Martellus, anno demum 686 natus, anno 741, vitæ 55 decesserit, ut eodem anno nepos Episcopatum Metensem tenuerit, & Gorziam fundaverit (nisi forte pene puerum Ecclesiæ regimini præter Canones admotum volueris) fieri nullo modò potest: eum certe anno 758 inclarescere cœpisse, 764 Gorziam illato S. Gorgonii reliquiis fundasse, & 765 in Domino dormiisse Metensis quam rexit Ecclesiæ alumnus Sigebertus statuit. Lamp. p. 19.

Quod in sententiam Marquardi Freheri [1] transiens, hæc ejus verba exscribis; *In Francorum historiis perpetuo observare licet, quoties loci alicujus situm exprimere volebant, describere solitos in quo* pago, *& ad quem* fluvium, *is situs esset*; *&* pagus *ipse, in quo* Comitatu; *cum quidem tunc Francorum regnum in Comitatus divisum esset*; *qui* Comites, *regio nomine, jus per* pagos *dicebant*; *& ipsi in burgo aliquo, idest in oppido, arcem impositam habente residentes, in quo* Mallus publicus, *idest auditorium & tribunal esset*; *unde* Comes, *&* pagenses *sui, sunt relativa, ut subinde in Francorum legibus Carolinis videmus*; *&* pagenses *inter se ejusdem pagi homines*; quod in sententiæ ejusdem confirmationem sequentes veterum chartas profers, 1. [2] Drogonis Mediomatricorum Archiepiscopi, quâ monasterio Gorziensi donat *mansos duos, in* pago *Vabrinse*, [1] Orig. Palat. p. 1. c. 8.

[2] ex Chart. Gors.

in loco qui vocatur Bibonis monte, super fluvium Orna; *item mansum unum in* pago *Salninse, in* villa *Arnoldi, super* fluvium *Magide*; datam *anno ab incarn. Domini* 841 *Indict.* 14. *ep.* 15. *Conc.* 3. *anno* 12 *regni Lotharii.* Secundam, qua *Leutharde Deo sacrata, & filius ejus Thilhardus dederunt ad partem Ecclesiæ S. Protomartyris Stephani, quæ est infra murum Mettis constructa, in* pago *Scarponense, in* Comitatu *Bernheri, in* villa *Hodingas, super* fluvium *Alsoncia, mansum indominicatum, &c. anno* 8 *adeptionis regni Ludovici gloriosissimi Regis*; quod in annum Domini vel 882, vel 905 cadit. Tertiam Richildis quondam Reginæ à Carolo Calvo anno 870 ductæ, quâ donat *in* pago *Scarponinse, super* fluvium *Mosellam, in Wasatico nuncupato* villâ, *mansos & sortes quinque, Mettis publice anno ab incarn. Domini* 910, *Indict.* 13. *Ep.* 7. *Conc.* 7. *anno* 11 *Ludovici Regis.* Quartam [2] Caroli Simplicis pro monasterio S. Germani, subjicientis *Abbatiam* Crucis S. Audoeni, *cujus caput est* in Madriacensi pago, *super* fluvium *Auturæ S. Germano*, &c. 2 *Idus Mart. anno* 26 *regnante Carolo Rege*, seu anno 917. Quod denique formulam veterem donationis ad Monasterium, ex Marculfo citas. [3] *Venerabili in Christo patri N. Abbati de monasterio S. N. quod est in* pago *N. super* fluvium *N. constructum*, nequaquam displicet; hæc tantum observo, non semper Veteres ubi *pagos* designaverunt, *fontium* eos alluentium, & *Comitatus, in quo* siti essent meminisse, pauca hæc è multis exempla cape, [4] Charta Dagoberti pro Dionysianis, *donamus villas juris nostri, idest Tauriacum, Tibernonem, & Rubridum, in pago Aurelianensi sitas; sed & Monarvillam & Wasconis vallem in pago Stampinse, fratribus monachis*, &c. *Dagobertus Rex subscripsit, Dado obtulit, Datum in mense Octobri, anno* 8 *regni nostri*, ideſt 635. Charta Martelli Majoris domus [5] pro iisdem, *do, donatumque in perpetuum esse volo ad Basilica S. Dionysii, ubi ipse pretiosus Domnus in corpore requiescit, villa nuncupata Clipiacum, in pago Parisiaco constitutam, cum terris*, &c. *Actum Careciaco villa, in palatio, quod fecit mensis September, die* 17, *Annum quintum post defunctum Theodoricum Regem*, ideſt 740, [6] Charta Pippini Majoris domus, *id sunt per diversis pagis loca denominata, in pago Farmatense, Cella, qui dicitur Cruce, qui adspicit ad fisco Solemnio*, &c. *similiter in pago Bragobanto, loca nuncupantes Scancia & Cambrione; similiter in pago Briegio, loco nuncupante Linariolas, similiter in pago Melciano, loco*, &c. *similiter in pago Belloacense, loco*, &c. *similiter in pago Camliacense, loco*, &c. *similiter in pago Vilcassino*, &c. *similiter in pago Madriacense*, &c. *similiter in pago Tellao*, &c. *similiter in pago Vimnao*, &c. *similiter in pago Ambianense*, &c. *Datum Kal. Martias, anno primo regni nostri, Vermeria feliciter*, ideſt A. D. 742. Charta Gebalindæ, [7] *Venerabilibus in Christo fratribus, seu pro Christo peregrinantibus, Ioanni Episcopo & Abbati, una cum monachis suis, sub norma sanctæ regulæ B. Benedicti constitutis, degentibus in monasterio S. Galli Confessoris, seu S. Mariæ semper Virginis, quæ est in pago Arbonensi, Gebalinda filia*, &c. *Data quod feci mense Iulio anno* 12, *regnante Karolo*, ideſt A. D. 887. [8] *Dedit memoratus Abbas* Hartmotus, *ex parte monasterii S. Galli, in pago qui dicitur Zurichgauge, & in loco Richanbach nominato,* 5 *hobas de terra arabili*, &c. *& accepit de supradicto Witperto, Vassallo Domni Regis, ex parte sui beneficii, in eodem pago, & in loco Velebach nuncupato, duas hobas*, &c. *Notavi diem Iovis,* 3 *Nonas Decemb. anno* 27 *Hludouvici Regis, seu* 866. Chartæ Caroli M. pro Eccl. Aquisg. *seu in denominandis villis, ut sunt Harimalla in pago Hasbanense,*

Budilio

[1] lege 851. quo Indictio 14 incurrit, annumque 12 Lotharius inchoavit, Cum anno 841 Indict. 5. concurrebat.

[2] Contin. Aimoin. lib. 5. c. 42.

[3] form. 28.

[4] Antiquit. S. Dionys. p. 632.

[5] p. 690.

[6] p. 692.

[7] Alaman. Antiq. Tom. 2. p. 38.

[8] p. 41.

Notit. Eccl. Belg. p. 34.

Budilio in Taxandria, Filsurdo in Braghando, in pago Haginao, Hrinio, &c. *aliquos mansos in Angelgiacus in pago Leudio*, &c. *nec non in pago Luminse Fraxino*, &c. *Data 5 Nonas Maji Anno 11 & 5 regni nostri*, ideſt 779. Charta [1] Ludovici Pii, *ex monasterio, quod dicitur Ganda, quod situm est in pago Brachbatense, constructum*, &c. *Data Idib. Aprilis* (*anno*) *Christo propitio, Imperii nostri 6, Indict.* 12, ſeu 819. Charta [2] Arnulfi Magni Flandr. Comitis *medietatem fisci mei, qui vocatur Snellenghem, in pago Flandrensi siti, quem*, &c. *Data 6 Id. Julii anno ab Incarn. Dom.* 951. non omnes Comites pagorum Rectores fuiſſe, ſed plurimos: quandoquidem nonnulli in ſacro Regum Comitatu miniſtrabant, quos *palatii Comites* vocare mos erat, alii extra demandato munere fungebantur, quos rurſus in *Comites civitatum*, & *pagorum* diſtinxere majores, hos autem *pagensibus* opponi conſueviſſe certiſſimum eſt.

[1] p. 40.

[2] Geneal. Flandr. prob. p. 12.

Comitum palatii, ſeu *palatinorum*, Codicis *de officio Comitis sacrarum largitionum* lege unica 3 *Kal. Maji Honorio 7 & Theodosio 2 Coss.* ideſt A. D. 407 ad *Limenium Comitem Palatinum* datâ, prima ſub Romanis mentio habetur. Marculfus formularum veterum lib. 1. c. 21. *petiit ut illustris vir ille omnes causas suas in vice ipsius, tam* in pago, *quam* in palatio *nostrô, ad mallandum prosequendumque recipere deberet.* & c. 37. *dum & illustrîs vir ille, Comes palatii nostri, testimoniavit.* & 38. *in quantum illustris vir ille Comes palatii.* Formulæ veteres Marculfo ſubjunctæ c. 9. *admallare debeas per mallos, vicos, Castella, oppida, & civitates; nec non etiam* (*si necessitas incubuerit*) *in palatio, ante vicarios, Comites, missos Dominicos, Comites palatii.* c. 25. *precor & supplico charitati tuæ, ut in vicem meam omnes causas meas tam in pago, quam & in palatio*, &c. c. 38. *nos taliter cum fidelibus nostris, vel Comite palatii nostri.*

Charta Pippini Majoris domus, 3 *sicut proceres nostri, seu Comites palatii nostri, vel reliqui legis Doctores judicaverunt.* Epiſtola Præſulum Rhemenſis & Rotomagenſis provinciarum ad Ludovicum Germaniæ Regem A. D. 858 data, c. 7. *sicut Comes palatii est in causis reipublicæ, ministerio congruum constitutum habete.* Hincmarus Rhemenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus epiſt. ad proceres regni, A. D. 880 data, c. 16. *sacrum palatium per hos ministros disponebatur, per Camerarium videlicet, & Comitem palatii* c. 21. *Comitis autem palatii, inter cætera pene innumerabilia, in hoc maxime sollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis judicium, palatium aggrediebantur; juste ac rationabiliter determinaret.* c. 33. *si forte tale aliquid* (*Domno Rege præcipiente*) *reservandum erat, quod sine eorum certâ considerâtione determinari à Comite Palatii, vel cæteris quibus congruebat, non potuisset.*

[3] Antiq. Diſc. nyſ. p. 692.

Poſt *palatii Comites*, ordine ſecundi *urbium* ſingularum *Comites* veniebant. hinc formula vetus 4 Marculfo ſubjuncta; *Domnis sanctis, & Apostolicis ac venerandis in Christo patribus, Regibus, Comitibus, Episcopis, Abbatibus, sacerdotibus, Clericis, vel omni populo Christiano, qui in Romanorum, vel Longobardorum provinciis Deo serviunt, tam in monasteriis, quam & in Civitate, seu per pagos, vel per vicos.* Gregorius Turon. libro 10. c. 5. *directis Rex literis ad Comitem urbis.* Chronicon Moiſſiacenſe ad A. D. 817. Arnulfo patet *Senones in Comitatum dedit.* Præter hos, erant *pagorum*, ſive majorum

[4] c. 11.

sive minorum præsides, *Comitum* titulo insignes, quorum respectu, ut *Comitatus* & *pagus*, sic *Comites* & *pagenses* relata erant: Marculfus lib. 1. c. 8. 28. 40.. formulæ veteres Marculfo additæ 4. 22. 29. 32. 40. ex eoque discrimine *Comitum* in *fortiores*, *mediocres*, *minores* exorta distinctio in Capitulari Anni 791. Tom. 2. Concil. Gall. p. 160. Cujus meriti nunc Madricensis fuerit inquiramus.

[1] Lamp. p. 30. Eum [1] *ex minorum numero fuisse colligis, quod angustiis contineretur limitibus, ab Oriente clausus Ebroicensi, ab Occidente Vilcassino, & Pissiacensi*; *deinde quod pars esset diœcesis seu Comitatus Ebroicensis*; sed utrobique falleris; ut ut enim inter Ebroicensem, Vilcassinum, Pinciacensem & Parisiacum, Stampensem, Tellaum, & Carnotensem medius fuerit, nec *angustis limitibus* definitus est, cum Parisiensi, Drocensi, Stampensi, & Pinciacensi amplior fuerit, nec *Ebroicensis Comitatus pars* dici debuit, nec *Comitatus* & *diœcesis* Ebroicensis iidem fines fuerunt, si quidem veteres Theodeberti coætanei [2] Tom. 2. Script. Franc. p. 186. *Madriacensem pagum* ab *Ebroicensi* sedulo distinxerunt, [2] Capitulare Caroli Magni, *In Cenomanico*, *Hoxomensi*, *Lisvino*, *Constantino*, *Abricatino*, *Ebreciso*, *& Madricensi*, *& de illa parte Sequanæ Rodomensi Magenardus Episcopus & Madelgaudus*. [3] Capitulare Caroli Calvi c. 9. *Burchardus Episcopus*, *& Hrodulfus & Heinricus Abba*, *Missi in Blesio*, *Aurelianensi*, *Vindusmiso*, *Carnotino*, *Durcasino*, *Dunisо*, *Ebrisino*, *Stampiso*, *Castriso*, *Pinceliso*, *Madreciso*. [3] p. 421. nec *ab Oriente Ebroicensi*, quem ad Occidentem jacere constat, *clausus* fuit; nec *ab Occidente Vilcassino & Pissiacensi* objacuit, cui Vilcassinus & Tellaus ad Septentrionem, Pinciacensis & Parisiensis ad Orientem, Stampensis, Drocensis & Carnotensis ad meridiem obversi fuere: antequam siniſtra dextris, antica posticis commutares, ne lectorem tuum ludos facere viderere, tibi consulenda Geographica mappa fuerat: sed *aviaperagrare* solitus, ubique peregrinum egisti. Addis, quod non negamus, *in pago Madriacensi situm fuisse monasterium S. Leufredi* (*quod ab ipso Ebroicorum capite Mediolano duobus circiter millibus abest*, idque *vitam S. Leufredi* c. 10. *& Chartam Caroli simplicis docere*; quis enim de *S. Leufredi monasterio* ejusque situ disputavit? At *S. Leufredus*, *qui ab Vsuardo* ad Iunii 21. *ponitur in* pago Madriacensi, *à Petro de Natalibus*, *& à Cæsare Baronio collocatur* in pago Ebroicensi, *ab Andrea* vero *Sausayo* [4] (quod *rectius* perperam putas) *Madriacensis pagus ponitur in Diœcesi Ebroicensi*. Quid tum? an *pagi* vocabulum nonnunquam latius, aliquando strictius sumi, Usuardum accurate ex usu sæculi sui locutum; Petrum de Natalibus & Baronium ab eô deflexisse, neutrius, suô periculô antiquiores deferentis, sive hallucinationes, sive ἀκυρολογίας præstare nostrum non esse, nescis? ut ut ad gustum tuum facere videantur, eaine jure aliis obtruseris? Andreas Sausayus, quem reliquis depravato judicio præfers, vel hoc nomine tibi deferendus fuerat, quod *Madriacensem pagum*, cujus pars longe maxima in Carnutibus est, Eburovicibus, quibus pauca debet, in solidum assignavit: in eo etiam, quod subjungis, in *Diœcesi Ebroicensi*, *idem esse ac in Ebroicensi provinciâ*, *sive Comitatu*, sani nihil est; quandoquidem Eburovicum (sive Ecclesiastica, sive Politica spectes) *provincia* nulla est aut fuit unquam; *provinciæ* Ecclesiasticæ Archiepiscopatuum cum sint, non Episcopatuum, Ebroicensis Episcopatus, non *provincia*, sed *provinciæ* Rotomagensis septima pars ab initio fuit & nunc est; si Politica spectes, qui

[4] in Martyr. Gallic.

secundæ

CHOR
1 ADR
Matricen
nferend

41
cia
tus
ibi
ie-
ro-
ous
ıcc
tas, ' c. 17.
ius
ug-
isse
go-
ro-
Re- ² mutatio-
pis nem nullam
orii ante annum 1316 passa sunt.
epit
ion
i se
iam
rtus
an- ³ Greg. Tu-
non ron. lib. 10. c. 3.
uos
isco-
hie-
ullo
us?
sen-
isco-
ium
Co-
ısce-
; sin-
per
vita-
uam
Ex-
uno
κατ'
qui
'auli,
nico,
ıcnsi,
miti-
, Co-
tibus

[1] Lamp. p. 30.

[2] Tom. 2. Script. Franc. p. 186.

[3] p. 421.

[4] in Martyr. Gallic.

secundæ Lugdunensis olim fuerat, nunc *Normanniæ* portio est, non *provinciæ* per se: Ludovici Pii & Theodeberti Comitis ætate, *Ebroicensis Comitatus* totam Eburovicum *diœcesim* complexus non est, sed partem tantum sibi vindicavit, aliam sed minorem Madricensis obtinuit.

Quod urges *Ecclesiasticam jurisdictionem à laïcâ normam accepisse*; *Archiepiscopum, uti Dutem, multis præfuisse civitatibus, & pagis*; *Gregorium Turonensem* libro 8. c. 18. hæc de Wintrione scripsisse, *Wintrio Dux* à pagensibus suis *depulsus, Ducatu caruit, finisset que vitam, nisi fuga auxilium præbuisset*; nec causæ tuæ servit, nec nostræ obest. [1] *Civiles dispositiones & publicas formas, Ecclesiasticarum paræciarum ordines sequi* debere, ante annos 1200 Synodus OEcumenica Chalcedone congregata censuerat; hoc jure nixa, totam Lugdunensem secundam ad se traxit Rotomagensis Ecclesia; sed eandem fuisse Ducum & Archiepiscoporum ditionem, nec probas, nec ullis ex Gregorio Turonensi fidiculis expresseris; quandoquidem Archiepiscoporum *provincias* earumque limites [2] moveri nefas videbatur, Ducum potestas à Regum arbitrio absolute pendebat; Ducique nulli tot, quot Archiepiscopis ab antiquo suberant, *civitates* & *pagi* tribui solebant, quod vel ex Gregorii à te laudato loco constare potest, ubi enim *pacato populo*, *Ducatum recepit* Wintrio, *in urbe Arvernâ*, *Ruthenâ*, *atque Vcticâ Duci ordinato* Nicetio, non Aquitania prima, Bituricensi Archiepiscopo in spiritalibus secundum se totam subdita, sed ejus tantum triens, commissus est: contractiorem etiam Archiepiscopalibus Ducum ditionem fuisse evincit, quod Childebertus cui triens tantum Galliarum obvenerat, [3] *viginti* ex subditis, *Duces ad Langobardorum gentem debellandam direxisse* legitur; si enim septemdecim non plures erant, per Gallias universas, Archiepiscopi, *viginti* vero *Duces*; quos dirigeret habuit in portione suâ Childebertus; quis *Duces* cum *Archiepiscopis* paria (quod volebas) non fecisse dubitet? Demus tamen eosdem Archiepiscopatuum & Ducatuum fines fuisse; quid ad nos, qui de Ducatu nullo contendimus, & *Madricensi pago* proprium *Comitem* præfuisse statuimus? Cum te frustra & falso de Ducatibus & Archiepiscopatibus verba fecisse sentires, ad Episcopos & Comites, de quibus solis litem moveras, transis; *Episcopus* (inquis) *uti Comes*, *uni tantum præpositus erat civitati*, *cujus territorium pagis constabat*, *& isti villis*, idque forte initio verum fuit, sed Thietberti Comitis, imo Marculfi (annis ad minimum 150 antequam Thietbertus nasceretur defuncti) tempore, verum esse desierat; etsi enim singulis Episcopis *singulæ civitates* cum *territorio*, *pagis & villis* constante, subessent, eadem per omnia conditione non erant *Comites*, quorum nonnullis, cum plures civitates committerentur, hoc ipsô nomine Episcopis antistabant: nonnumquam *Civitatis territorium* in plures *pagos* divisum totidem *Comitibus* parebat. Exempli causa Carnotensis diœcesis uni Episcopo commendata, pluribus uno eodemque tempore Comitibus parebat, Carnotensi, qui *Civitatis Comes κατ' ἐξοχὴν* dici poterat, Blisensi, Dunensi, Vindocinensi, Madriacensi, &c. qui omnes *pagenses* erant; Tarvennensis, Comitibus, Tarvennensi, S. Pauli, Bolonensi, Curtracensi, Flandrensi, &c. Senonensis, Comitibus, Senonico, Wastinensi, Milidunensi, Stampensi, &c. Remensis, Comitibus Remensi, Vonzensi, Mosomagensi, Portensi, Castricensi, &c. Ambianensis, Comitibus Ambianorum, Vimnai, Pontivi, Monasterioli, &c. Suessionensis, Comitibus

[1] c. 17.

[2] mutationem nullam ante annum 1316 passa sunt.

[3] Greg. Turon. lib. 10. c. 3.

mitibus Sueſſionum, Tardinisi, &c. Trevirenſis, Comitibus Trevirorum, Moſalgow, Mecingow, Bidgow, &c. Cameracenſis, Comitibus Cameraci, Hasbaniæ, Bragbanti, &c. aliquando pagi, quibus Diœceſes Eccleſiaſticæ conſtabant, tantæ amplitudinis erant, ut ſingulos in plures *Comitatus* diſtinguere neceſſe eſſet; hoc ſenſu A. D. 870 Auguſti 8. Ludovico in Elizatio pagô *Comitatus* duos, in Ribuariis quinque, Carolo in Brachbantô 4, in Hasbanio totidem, in Vaurenſi duo obvenisſe leguntur: Id denique non ſemel contigit, ut *pagi* ex diverſarum diœceſeon ſegmentis compingerentur, quod in Madriacenſi, ex Carnotenſi & Ebroicenſi diœceſibus conflato videre licuit.

Vt quo jure quave injuria parallelos Epiſcopis Comites fuiſſe obtineas, hæc ex Regum noſtrorum Capitulis arripis; [1] *Vaſſallos ſuos caſatos ſecum non retineat, ſed cum* Comite, *cujus* pagenſes *ſunt, ire permittat*: & ex Gregorio jam laudato ſequentia [2] *Epiſcopus cum Clericis & pagenſibus, urbis ſuæ ſimilia ſacramenta dedit.* Sed ἀνωμαλία pudenda laboras, quis enim ex eô quod Comiti, ut Epiſcopo, *pagenſes* quidam fuerunt, eoſdem æquis ubique paſſibus inceſſiſſe, iiſdemque prorſus *pagenſibus* ſtipatos fuiſſe concluſerit? an *pagenſes* vel Comiti, vel Epiſcopo, ſuos defuiſſe dixeris, ſi alios alii, eoſque numero impares, paruiſſe fateare? ſuos igitur & Duces, & Comites, & Archiepiſcopi, & Epiſcopi habuerunt, nec (quod probare propoſitum fuerat) obtines. Quare cum *Epiſcoporum & Comitum* ea, quam ſomnias, *paritas* nuſquam fuerit, fruſtra *ob* eam *à ſecundæ ſtirpis Francorum Regibus ſancitum* putas, [3] *ut Epiſcopi & Comites concordes ſint*; & Comites, *eorumque miniſtri* Epiſcopis atque *eorum miniſtris in omnibus adjutores ſint*; & à Carolô Imp. in lege Langobardorum. [4] *Vt* Epiſcopi & Comites, *concordiam & dilectionem inter ſe habeant*; *ut* Epiſcopus *ſuo* Comiti, *ubi id neceſſitas popoſcerit, adjutor & exhortator exiſtat, qualiter ſuum miniſterium explere poſſit*: hoc enim unum ex Regum Capitulis & legibus emergit, *Comites* (ſive *pares*, ſive *impares* Epiſcopis fuiſſe credantur) & *miniſtros* ſuos habuiſſe, & *concordes* cum Epiſcopis vivere, & Epiſcopis, quandocunque opus fuit, *adjumento* eſſe debuiſſe: quis hoc ex illis qui *paritatem* tuam exſufflaverint, inficiari ſuſtineat?

Quo facilius in animum inducant lectores, tibi, qui *avia* amas, & mente ſæpius peregrinaris, Antieyram navigandum; tua propria placita impugnas, ſcripſeras p. 30. *Epiſcopum uti Comitem, uni tantum præpoſitum fuiſſe civitati*, hoc ipſum, tuæ famæ negligentior, p. 31. ex profeſſo evertis, *ex Marculfi formula*, inquis, *clare colligitur, Comitem pluribus præfectum fuiſſe pagis, urbibus, vicis, caſtellis*, ſic enim habet, [5] *Ille Rex, Comiti N. dum & nos, una cum conſenſu procerum noſtrorum, in Regno noſtro N. glorioſo filio noſtro N. regnare præcipimus; ideo jubemus, ut omnes* pagenſes *veſtros, tam Francos, quam Romanos, vel reliquas nationes*, bannire, *& locis congruis, per* civitates, vicos & caſtella *congregare faciatis.* [6] Siccine te proſtituis Chiffleti? quis nobiſcum concordem ſperare auſit, qui ter in temet invehi viderit? jungantur jam utraque contradictionis pars, *Comes* uni tantum *præpoſitus eſt* civitati, adeoque *non pluribus*; *Comes* pluribus urbibus, & civitatibus *præpoſitus eſt*, adeoque non *uni tantum*. Ergo *uni* tantum, & *non uni* tantum; pluribus, & non pluribus; ne dubita, mandati tui æternum memores erimus, [7] *mihi equidem credi nolo, ſed antiquis auctoribus*, qui concluſionem tuam manifeſto falſo

laborare

[1] lib. 3. c. 73.
[2] lib. 10. c. 9.
[3] Capit. add. 4. tit. 24.
[4] tit. 54. c. 1.
[5] form. 39.
[6] id eſt *edicto convocare.*
[7] Lamp. p. 34.

laborare nos docuere. hunc nimirum [1] *pagum Madriacensem arctis terminatum limitibus, non fuisse Comitatum per se, sed majoris territorii portionem, & cum aliis pagis Comitatum & diœcesim Ebuicensem composuisse.* nam 1. *arctis limitibus terminatus* non est, qui à Pistis *, ad Vernum & Mediantum protensus est. 2. fuit *Comitatus per se*, prout ex Chartâ Lotharii pro Fossatensibus constat, cujus nunc apographum damus, archetypum Imperatorio more bullatum, emissitiis illis oculis, quibus arcana nostratium abditissima lustrare solitus es, in Ecclesiæ Parisiensis archivo delitescens, facili negotio deprehendes.

[1] p. 31.

* hodie *Pesis*.

In nomine Domini nostri, &c. *Hlotarius divina ordinante providentiâ Imp. Augustus*, &c. *Notum sit quod nos ad monasterium Fossatis venientes, quod situm est super torrentem Maternam*, &c. *libuit Serenitati nostræ*, &c. *prædia illius augere Ecclesiæ*, &c. *eique conferimus villam quandam, quæ nuncupatur Dardecia, & est in* Comitatu Madricensi, &c. *in Comitatu vero Parisiacô, in Curte, quæ nuncupatur Villaribus, mansum*, &c. *ut hac ope munificentiæ nostræ adjuti, Deo in eodem cœnobio servientes, pro nobis, & conjuge, & prole nostra, Omnipotentis Dei*, &c. *offerant orationes*, &c. *& ut hæc*, &c. *perseveret, manu propria subter confirmavimus, & annuli nostri impressione adsignari jussimus*

Signum ⁂ Hlotarii Serenissimi Imp.

Remigius Notarius ad vicem [2] *Agilmari recognovi.*

[2] Vienn. Archiep.

Data 12. *Kal. Novemb. annô Christô propitii Imperii Domni Hlotarii, Pii Imp. in Italia* 22, *in Francia* 2. *Indict.* 4. [3] *Bonoilô villa, in Domini nomine feliciter Amen.* Inscriptio Bullæ ☧ *adjuva Hlotharium Aug.*

[3] A. D. 840. Octob. 21.

Alii alias è tenebris & situ Chartas eruent, quæ te etiamsi gypseus sis, ad ruborem adigant. 3. *majoris territorii*, proprie loquendo, *portio* non fuit *Madriacensis pagus*, sed *territoriorum*, cum partim in Carnotensi, partim in Ebroicensi diœcesi situs fuerit. 4. nec solus, nec *cum aliis pagis Ebroicensem diœcesim composuit*, sed pars ejus Occidentalis tantum; qui *Ebroicas* cum *Eboracô* confuderunt memoriâ lapsi, veternum excutere debuerunt.

Finem hac in parte vitilitigandi facturus, *in monumentis quæ* Bochetus noster *edidit, nullam* Comitis, *vel* Comitatus Madriacensis, *sed* pagi Madriacensis *duntaxat, fieri mentionem* mones; quasi vero, *qui tacent*, quæ alii protulere, in aliam sententiam concesserint, aut *verum* non sit *eos non negare*: addis in iisdem monumentis *potestatis* Madriacæ, *seu* Matriacæ, *quâ significatur jurisdictio, quam in* Madriacensi pago *exercebat Vicarius Comitis Ebroicorum mentionem haberi*; sed par levibus ventis, volucrique simillima somno postrema hæc observatiuncula est. Cum enim post A. D. 1199 edita sint monumenta illa in quibus *potestatis Madriacæ* nomen occurrit, jamque tum in partes discerptus *Madriacensis pagus*, Medantæ, & Montisfortis (qui antea *Pinciorus mons* dicebatur, cujusque pars *Madrui*, sive *Madria*, procedente tempore facta est) ex se *Comitatus* tandem protulerit; non *Comitatus*, aut *pagi Madricensis* (qui esse desierat) sed *potestatis Madriacæ*, (quæ superarat, & potestati Montisfortis adjacebat) Ludovicum VII meminisse oportuit; tu vero nullô judiciô, *Ebroicorum Comitis Vicario potestatem* illam *Madriacam* assignare ausus, quæ longe ab *Ebroicensis Comitatûs* finibus aberat, & ad Montfortensis Orientalem limitem in Carnolensi diœcesi posita, à Vicario Montfortensi regebatur, eam in diœcesi, aut Comitatu Ebroicensi quærere in posterum,

sterum, si sapis, cessabis: Imo vero inter Ebroicensem & Monfortensem Comitatus, Drocensi, qui post Thietberti Comitis dormitionem, & *Madricensis* sive *pagi*, sive *Comitatûs* eversionem exortus erat, media relinques: ac tandem veterem tuam de *Comitibus provincialibus in primario sui Comitatus pago Procomitem suum habentibus* (qualis erat *Florus* ille *qui sub Theodeberto Rege Vicecomes erat in Andegavensi pago*) [1] cramben recoquere desines, usque dum *Lantgravios* ullos Ludovici Pii ætate fuisse docueris, quorum neque rem, neque nomen in sæculi illius monumentis reperire licet; *procomites Comitibus suos* fuisse non negamus, sed Comitatus cujuscunque plures *pagos* seu regiones fuisse, si fuisse largiamur, *in* solo *primario Procomitem* constitutum (tantisperdum tibi aqua hæret) jure negaverimus: à *potestate*, ad *potestlariam*, de qua in Chartis à Bocheto laudatis ne μῦ quidem, te confers, eamque fuisse *potestatem Vicariam* conjicis; quó argumentó persuasus? Petrus de Vineis, [2] *jurisdictionis suæ* Vicarias, *seu* potestarias *habentes, & salaria singulorum, qui, quot, & quales sint, & in quibus* Vicariis, potestariis, *& Castellaniis, sub quibus salariis vel expensis officiales hactenus constituerunt.* Audio sane, sed quæ id ipsum quod confirmandum suscepera refellant, quid enim volebas, * annon *potestariam Vicariam* fuisse? atqui hoc ex professo negat Petrus, qui *Vicariam* tam à *potestaria*, quam à *Castellaniâ* distinguit, eoque nomine (cum nihil à seipso distinguatur, aut sibimet opponatur, sed ex necessitate alteri) diversam facit: ubi acumen, imo sensus communis, Chifflieti? *potestariam* nunc & *Vicariam* synonyma aliquando fuisse demus; quando fuerint? an Ludovici Pii aut Thietberti Comitis tempore? quis illo ævo *potestariæ* vocabulô usus est? tu ipse nullum qui uteretur tibi notum fuisse fateris, qui Petrum de Vineis post A. D. 1200 natum, [3] annô certe 1249 *alliso ad columnam capite* misere *excrebratum* nobis subornas, nec hominem decimi tertii sæculi, eorum quæ nonô vix delibatô fiebant, testem parum idoneum, aliisque moribus Francos annô 822, aliis Italos post annum 1200 usos fuisse vides, tam de rebus, quam de rerum testimoniis securus, solaque contradicendi in non necessariis libidine transversus actus. Quid enim ad causam Regiam quæcunque de *Madricensi* (qui Eginharto *Matricensis* pro dialecti varietate dictus est) *pago* disputasti? demus si placet, eum vel nullibi, vel in Treviris fuisse, *apud Theodonis villam Pippini* Ingeltrudem ducentis *nuptias celebratas* fuisse, Madricensem pagum *Comitatum* non fuisse, à *Materiamine* dictum, *augustis limitibus* conclusum, *in Ebroicorum Comitatu* positum, à *Matricensi* denique *Comitatu* diversum fuisse; tunc inde Thietbertum neque Nibelungo parente natum, nec Roberti *fortis* avum paternum (quæ sola proprie in quæstione erant) fuisse eviceris? tantane te dementia capere debuit, ut loco tuo consistere nescius, extra oleas vagarere, & insanabile, quod te jamdudum tenet, Francorum Regibus obtrectandi cacoethes, nullo prorsus fructu proderes? scribe hæc quantum libuerit, & *Comites in minoribus satrapiæ suæ pagis* [4] Vicarios *& Centenarios, qui ejus vicem gerent*, quomodo *Animodus* Vicarius, [5] *pagum quendam judiciaria regebat* potestate *sub Turonicæ urbis Comite*; Procomitem vero *in* solo *primario habuisse*, vel ad ravim ingere; nihil ad rhombum dixeris, quandoquidem *pagi* voce ambigua, tam χώρας significari, quam κώμης, quæ non una χώρας cujuscunque fuit, *sub Turonicæ urbis Comite plures pagos* fuisse, aut *quendam pagum sub*

[1] Faustus in vita Mauri.

[2] lib. 3. epist. 23.

* potestaria ignotum Francis nomen, & solis Italis in usu primum positum.

[3] Matth. Paris.

[4] Capitul. lib. 2. c. 28.

[5] Greg. Tur. lib. 10. c. 5.

sub Turonicæ urbis Comite, Animodum Vicarium rexisse non scripsit Gregorius Turonensis, cujus hæc verba sunt; Cuppa *irrupto Turonicæ urbis termino pecora*, &c. *diripere voluit*, & c. *responderunt* (ejus assecl æ) *hoc Animodi Vicarii dolo, qui pagum illum* (Turonicum scilicet) *judiciaria regebat potestate, factum fuisse*, quâ fide *illum* expunxisti, ut *quendam*, diversi sensus vocabulum, Gregoriano textui insereres? unde unicum cujusque Comitis *Procomitem* fuisse, plures vero *Vicarios* (quasi aliud *Procomes*, aliud *Vicarius*, aut *Vicecomes* sonet) haufisti? sentis opinor te ineptiendi (si multa tuo Marte scribas) nullum finem facere; nec adversus nos; vel latum unguem promovere. Manebit ergo, vel ingratiis tuis, loco suo, ideſt in Ebroicensis & Carnotensis diœceſeon confinio, *Madriacensis pagus*; quem Germanorum, T pro D, passim pronunciantium, more Eginhartus Matricensem vocavit, ut quomodo *aput* pro *apud*, *adque* pro *atque* in Veteri Codicis Theodosiani codicis editione, legimus, *Deganum* pro *Tegano* scripsit Walafridus Strabo; *Dassilonem* & *Thasilonem*, veteres Annales pro *Tassilone: Widokindum* pro *Witikindo*; *Beiveriam* pro *Bajoaria*, quam alii *Bagoariam* nuncuparunt; & *Frigiam* pro *Frisia* dixêre; Herioltum Eginhartus pro *Herioldo, Welpum* pro *Welfo, Abotritos* pro *Abodritos*, *Thiethertum*, pto *Theotbertum* (qui aliis *Theutbertus, Theotpreht, Thietpert, Thepret, Deopert*, & *Deopret*) sibi libere efformavit; sic *Matricensem*, pro *Madricensi*, aut *Madriacensi* pronunciaverit; tu qui *potestatem Madriacam*, cum *Matriacâ* promiscue habere non dubitas, quò jure *Madricensem* præ *Matricensi* repudiaveris? Commissus Thietberto *Madricensis* Pistas & Vernum regia palatia, in Tellao posita fere tangens, & in duabus vicinis diœcesibus positus, sive *pagus*, sive *Comitatus* fuerit. Nibelungo denique prognatus, & Robertorum parens Thietbertus noster habebitur.

IIX. *An Robertus* Fortis *Roberti & Aganæ filius, Theodeberti Matricensis Comitis nepos fuerit.*

CVm *Lampadum* tuarum p. 18. vitæ S. Genulfi scriptori, *Aganam*, Wifredi *Bituricensium Comitis filiam, nupsisse* Roberto *cuidam, insignis honestaque potentiæ viro, primoque palatii Regis*, Robertum vero *ad suæ nobilitatis excellentiam, regalis etiam Stemmatis per* sororem *adeptum consortia, quam idem Pippinus uxorem duxerat*, narranti, assentiaris, p. 28. Robertum eundem Thietberti filium fateare, & *Saxiaci* sive [1] *Sactaci in Biturigibus Dominum* (asserente Vitæ S. Iacobi eremitæ auctore) fuisse p. 19. agnoscas; de ejus patre, & germanâ, quod laboremus nihil est; frustra etiam *percunctaris, de* Madriacensi Comitatu *quid factum, cum filios, quos Theodeberto tribuunt, illum possedisse nullibi legatur.* quandoquidem *Comitatus* ille, ut cæteri omnes, Regum *beneficium* fuerat, non administrantis patrimonium, nec ad liberos ex lege sanguinis, hæreditatis nomine transire poterat, quibus (ut transmitteretur) novâ a Regibus impetratione opus erat; transmissum nunc demus, *Theodeberti filios illum possedisse nullibi legere* te cur mirere? dignitate post nuptam Pippino germanam, cum crevissent, eclipsim quandam, exoriente novo familiæ splendore, patiebatur pristinus eorum status, absurdumque fuisset *palatii Regis* sororii *primo* designando, *Madricensis Comitatus* ob-

[1] Martyrol. S. Laurentii Biturio. Novemb. 19. c. 6.

scuriorem titulum præfigere; ne inficiari ausis, respondeo; tunc Austriacis tuis quia olim *Habspurgici*; Bavaris quia Schirenses & Wittelsbachii, Brandeburgicis, quia Zolerani ac exinde Noribergici, Saxonibus quia Misnici, Geldris quia Arkelii & Egmundani fuere, dicam scribas, aut terræ filios putes si Habspurgici, Wittelsbachii, Zolerani, Misnici, Arkelii, ad altius fastigium evecti dici desinant? tantisperdum de idoneo responso cogitabis; Duo nobis demonstranda sunt. 1. Robertum *Fortem* Roberto patre natum. 2. Eundem Aganæ, quæ Roberto Theodeberti filio nupsit, hæreditatem ad posteros transmisisse: hinc enim (velis nolis) sequetur, ad Capetinæ gentis decus pertinere, quæcunque de Theodeberto, & Roberto filio laude digna scripta sunt.

Vita S. Iacobi Genuensis, qui Fridegiso ex Abbate S. Bertini, & S. Martini Turonensis, Arvernôrum ab A. D. 834. Episcopo adhæsit, & paulo ante Radulfum Bituricum Archiepiscopum A. D. 866. Iunii 21 denatum, Novembris 19 decessit, *Robertus* Saxiaci vici & circumjacentis regionis Dominus, *vir potens & nobilis*, ex Francorum Regum genere *ortus erat*, *& (quod optabilius est) Christiana pietate insignis*; *cui affectu & origine respondebat uxor ejus, nomine Agana, ex patre Wichfrido, Comite quondam Bituricensi*, Regali prosapia exorto, *& matronâ Odâ nomine filia*; *& hi omnes* à sanguine Regio Francorum *traxerant originem:* quod antiqui scriptoris testimonium ex eo suspectum reddi non debet; quod *Abbatia S. Sulpitii in suburbio Bituricæ civitatis*, dicatur *monasterium Benedictinorum*, & paulo post *Benedictinum*; quandoquidem non *omnia* absolute, sed *pene* [1] *omnia monasteria regularia, secundum regulam S. Benedicti se vivere tunc temporis fatebantur*, poterantque jure (adjecto Benedictini epitheto) ab antiquioribus, SS. Martini, Honorati, Cæsarii institutis in eum usque diem addictis distingui, vel ex antithesi ad Columbani regulæ addictos, Luxovienses, aliosque in Francia & Burgundia constitutos monachos denominari: hinc à temet laudatus Albericus ad A. D. 930. *usque ad hæc tempora* Regula B. Columbani, *tam in Francia, quam in Burgundia observabatur à Nigris Monachis*; *sed S. Odo Abbas Cluniacensis* Regulam S. Benedicti *in Cluniaco, & in S. Benedicto supra Ligerim fecit observari*; *& exinde, procedente tempore, cæpit ubique recipi.* Vitæ S. Genulfi lib. 2. *Pii Augusti Ludoviti temporibus, quibus filius ejus Pippinus remp. regebat Aquitaniæ, quidam Bituricensium Comes extitit, vocabulo Wicfredus*; *hic ex illâ nobilium Scara Francorum, quam glorioſus Rex Domnus Pippinus, præfati Augusti Ludovici avus, in urbe Biturica ad Guaiferii Ducis Aquitaniæ partes expugnandas reliquerat, originem trahens*, regali quoque prosapia *oriundus erat. Cui non impari, verum æque generosò stemmate celebris, ex clarissimò genere Francorum, Oda nomine conjux fuit*; *quibus alii præter filiam fuerintne liberi parum comperimus: Quæ videlicet illorum filia nomine Agana*, Roberto *cuidam* insignis honestæque potentiæ viro, primoque palatii Pippini Regis *nupta fuit. Qui Robertus ad suæ nobilitatis excellentiam, Regalis etiam stemmatis per sororem adeptus erat consortia, quam ipsdem Domnus Pippinus uxorem duxit, de quâ Pippinum & Karolum liberos, totidemque filios habuit.* ipsum ex aliâ Iacobi anachoretæ vitâ nondum editâ, eum *à Roberto* Saxiaci vici Domino, *locum ad minoris Saleræ ripam obtinuisse* confirmantem, jam audivimus; ut alia nos, causæ nostræ à temet probatæ firma-

[1] Concil. Cabil. 2. c. 21.

menta

menta hæc in parte congerere minime necesse sit: de Roberto *Forti* an Roberto patre natus sit videamus.

Ante annos 110, anno nimirum 1540, quò nemo de Capeti Majoribus cogitabat, Franciscus Courtin Turonensis Ecclesiæ Canonicus, *privilegiorum ab Imp. & Regibus Ecclesiæ S. Martini concessorum* repertorium scribens, hæc de Roberto forti notavetat, *Robertus Comes Andegavensis, filius Roberti, concessu Caroli Calvi, fuit Abbas in monasterio B. Martini*, ut *habetur in privilegio suo anno* 866. tu Robertum *Andegavorum Comitem* duodecies Lampadum p. 19. 20. 22. pronuncias, nec S. Martini Abbatem A. D. 866. factum, negare potes, cum hæc in Bertinianis Annalibus ad A. D. 866. legas; *Carolus Rodberto Comiti Abbatiam S. Martini ab Engiluvino ablatam donat*, &c. *alter Rotbertus, Abbatiam S. Martini præsumpserat*, &c. *Hugoni Clerico avunculi sui Chonradi filio Comitatum Andegavensem cum Abbatia S. Martini, & cum aliis etiam Abbatiis donat, cumque in Neustriam loco Roberti dirigit* Carolus. tu tamen, perfricta fronte, immeriti Courtini cineribus insultans, [1] *repertorium* ab eo, *ex chartis*, quas ob oculos habebat, scriptum, *fabulam* vocas, *Courtinum*que ipsum *suopte ingenio parentem Robertum* Forti *assignavisse* temere pronuncias, quia *veteres cœnobitæ, qui chartarum autographa in libris describebant, nonnulla pro arbitratu persæpe adjecerunt*, Chartamque *edidit Doubletius, in qua Imp. cum necdum auditum esset Lotharingiæ nomen*, Ecclesiæ Lebrahæ Lotharingiæ Ducem *Advocatum constituisse* dicitur. Chartam hanc non *interpolatam*, quod putas, sed à capite ad calcem confictam ex aliis multis convincitur, nam 1. Folradum S. Dionysii Abbatem Caroli Magni *nepotem*, falsò vocat, quia scilicet Folradum hunc cum alio S. Quintini Abbate, Caroli patruele confudit. 2. *Romæ palatio publico*, Septembris 17 *in præsentia Leonis Papæ anno Caroli* 23. & 18. datum fabulatur, cum tamen annus Caroli 23. in Francia, cum 18. in Italia, Christi 791, Hadriani 19. concurrat; quò tempore nec Romæ fuit Carolus, nec sedit Leo A. D. 795. Decemb. 26. feria 1. Hadriano suffectus. Ejusmodi furfuris plures ex Gorzienſium tabulario Chartas profers, nec adeo iniqui sumus ut te imposturam, quam passus es, fecisse contendamus; cur Courtini, de cujus gravitate & fide nihil habes quod jure impugnes, auctoritati derogas? [2] *Sammarthani fratres, acerrimo viri judicio, ex veterum chartarum ejusdem monasterii antigraphis se observasse scribunt*, Carolum Calvum Regem commisisse domûs illius administrationem Roberto Comiti Andegavensi stirpe Saxonico & Richardi filio. *Cui ergo Courtinus in suo Indice Robertum parentem suopte ingenio, alter Richardum assignavit.* hæc tu, sed quâ fide? Sammarthanos ipsos, qui sententiam in melius mutavere, secum committis, nec quæ minus expensa ante annos 22 scripserant, expungere pro jure suo sinis; quid si (tuo exemplo immanes facti) à certioribus, quæ tandem à nostris monitus amplexus es, ad pristina tua *de Austriacæ familiæ origine* portenta te volentem nolentem retrahamus? an non reclamandum putes? 2. Sammarthanorum verba, diversimode corrumpis, quæ nos, ne tibi crimen inficiari promptum sit, tibimet legenda offerimus, *Nous avons remarqué dans un Chartulaire de l'Eglise de S. Martin de Tours, qui contient l'extrait de plusiurs anciens titres, qu'environ l'an* 863 *le Roy Charles le Chauve commit le gouvernement de cette Abbaye de S. Martin à Robert Comte d'Anjou qui est dit issu* de race Saxonne,

[1] Lumin. p. 172.

[2] Lib. 5. c. 4.

& fils de Richard, *peut estre faut il Robert.* non igitur *Chartarum antigrapha*, sed earum *excerpta*, quomodocunque in *Chartularium* ipsis exhibitum conjecta vidisse se (quod ipsis affingis) profitentur. 2. in *Chartulario* illo certa nulla fuit anni consignatio, quo Abbatia S. Martini Roberto commendata est. 3. in eodem *Robertum stirpe Saxonicum* legisse se non asserunt, sed cum sententiam eorum qui *Saxonem* volebant bona fide retulissent, illum ipsum, cui S. Martini regimen commissum fuerat, *Saxonici generis dictum* monuerunt, non à Chartulario, sed ab iis quorum testimonia eodem loco exscripserant; quod strenue dissimulas, sed dolo malo. 4. Richardô natum Robertum, non pronunciant, cum ex errore Richardi nomen ipsis obtrusum conjiciant: unde vero natus error? Richardum Turonici & Blesensis pagi Comitem, Richardi Biturigum præsulis parentem, & Regum Capetinorum affinem in animo habebant, cujus aut *Raimundi*, aut *Ramnulfi*, aut Ragenarii, aut Roriconis nomen tam facile Chartularium solâ literâ R consignatum repræsentare potuit, quam *Roberti*; sed Richardum Roberti fortis generum fuisse, neque de eo Chartularium egisse, sponte postea agnoverunt; nec tu σφάλμα μνημονικόν, aut levem calami lapsum de Regibus nostris scribentium, durius excipere debes, quam nos eorum, qui *Lantzelinum*, Altemburgi Comitem Austriacorum atavum, in *Kantzelinum* transformarunt, erratum excipiamus: uno verbo, *Robertum Roberti parentem* ex Chartæ quam præ oculis habebat fide, non *suopte ingenio assignavit Courtinus*, reliqui conjecturæ non improbabili, ad tempus indulserunt, eamque sibi tandem displicere ex officio testati sunt, tunc eos tyrannicâ tuâ duritie sapere vetabis?

[1] Lum. p. 173. [2] *Turonus* dici non debuit, *Turones* enim *Turonos* appellare, perinde est ac si Sequanos *Sequanes* nuncuparemus.

Præterea (inquis) [1] *Andreas Chesneus, ipse Turonus,* [2] *& Ioannes Besly Pictо, eximii & sagaces viri, qui de ortu Roberti Fortis solliciti, tabulas omnes Martinianas excusserant, nihil tale umquam de patre Roberti Fortis repererunt, vel in lucem ediderunt.* Rursus mala fide agis, Chiffleti, comperto vero obniti ausus: unde enim primam de Regum nostrorum vera origine scribendi occasionem sumpsit Bouchetus noster? annon ex Chesnei laudatissimæ memoriæ postremis, quibus immortuus est, curis? annon sagacissimi viri vestigia premere, gloriosum & antehac putavit, & impræsentiarum putat? Reverâ Ioanni Besly, quô tempore de Hugone Abbate libellum scripsit, nondum Martinianæ Chartæ innotuerant, sed eas postea & lustravit oculis, & manu expressit, extantque in Collectaneis ejus, quæ filius (libelli postumi, ab auctore ipso abdicati editor) Petro Puteano, cujus illustre nomen ignotum tibi esse non potest, donavit, tu illorum (quos hostili in Regem & patriam animô tibi supparasitari, & per se insanientem in furias quotidie novas agere non pudet) emissariorum opera, in Bibliothecæ ejus sacrarium, si lubet, irrumpe, id ipsum quod ego Lutetiæ meis oculis hausi, haurire poteris.

Ex Charta Roberti, qui postea regnavit. *Ego in nomine summi Salvatoris Dei, Robertus misericordia Dei Comes, & Abbas inclytæ congregationis B. Martini, notum fieri volumus*, &c. *Igitur pro amore Dei omnipotentis & eximii Confessoris sui Maximi Reverentiâ, reddimus Domino nostro S. Martino, suisque Canonicis quoddam prædium, situm in pago Pictavensi, Dociacum scilicet, cum omnibus suis appendiciis*, &c. *in qua mercede gloriosum & à Deo electum Regem, Domnum, & Seniorem, ac germanum nostrum Odonem, participem volumus*

lumus adesse, insuper etiam ejusdem muneris beneficio simul consortem volumus esse Dominum genitorem nostrum Robertum, *gloriosum, dum vixit Comitem, & ejusdem loci Abbatem*, Adelaidem quoque genitricem nostram, & Robertum *Comitem* avum nostrum, *quatenus pietate pradicti patroni subventus perfrui mereatur sempiterna gloria. Data 6 Kal. Aprilis, in die sanctissima Paschæ, Turonis coram corpus Beatissimi. Anno* x *Regnante Domno Odone Rege. Arcanaldus Levita scholæ S. Martini Secundicerius.* Ergo Robertus se ante annos 753, Roberti Fortis & Adelaidis filium, Roberti vero alterius nepotem; quicquid contra obgannias, inscripsit. [1] A. D. 897. Mart. 27.

Inlitas, [2] *cum Principes plerique in Gallia, illo ævo* Roberti *nuncuparentur, chartæ tuæ (et si legitimæ essent, nec uti reverà sunt, interpolatæ) nullo modo convincerent patrem Roberti* Fortis *fuisse Robertum, Thietberti Comitis Matricensis filium.* Sed tuum, de *Chartis* Martinianis, tuo judicio *interpolatis*, temere in Chartas desputum dicterium, *reverà* impudentiæ tuæ, quicquid displicet, cujuscunque per se pretii sit, calcantis, non bonæ causæ indicium est; nec alio apud cordatos loco esse debet, quam Athenis Demosthenis, quotiescunque mendacium aliquod parturiebat, de inconcussa sermonis sui veritate (si Æschinem audiamus) protestantis asseveratio. quod *interpolatum* fuisse, vel credis, vel credere te simulas, *interpolatum* fuisse, si potes, demonstra; si non potes, obmutesce. Si (quod plures Robertorum nostrorum ætate, *principes* Robertos in Gallia fuisse dicis, non probas) Robertum *Fortem*, Roberti Thietberto nati filium fuisse *Chartæ* nostræ *nullo modò convincunt*, quò Guntramno, Lantzelinum, qui Radebotonis Altemburgici parens esset, filium fuisse *convincent* pauca illa, quæ de Austriacorum principum Majoribus habes, monumenta? unicumne, vel Guntramnum, vel Lantzelinum, viris illius ævi principibus tota Germania permistum fuisse dixeris, vel si dicere animus ferat, persuadebis? Vide, sodes, quo te effrænis contradicendi libido impellat. Sed bene est, quod Roberti *Fortis* posteri, Aganæ, quæ Roberto *Thietberti filio* nupserat, hæreditatem creverint, imo se crevisse *materno jure*, ex professo te, vel invitum, docuerint, alterum ex ipsis à nobis ad 1 Vindiciarum tuarum caput jam laudatum, hic iterum audi. [2] Lum. p. 173.

Nos in Dei nomine Hugo Rector Abbatiæ S. Martini, &c. *De tantis omnipotentis Domini promissionibus bene securi, pro amore ejusdem omnipotentis Dei, atque S. Martini egregii Confessoris sui, & eleemosynâ Domni genitoris nostri* Roberti *quondam* Regis, *ac genitricis nostræ Domnæ* Beatricis, *atque nostrâ, omniumque parentum nostrorum, alodum juris nostri, quem* ex materna hæreditate, *jure & legaliter, necnon quieto ordine possidere videmus, Castellionem nomine, cum Ecclesiis, idest Spanciacum, & Pometum, atque* Sausiacum *situm in* pago Bituricensi, *cum omnibus rebus ad ipsum alodum pertinentibus, & in ipso pago sitis; & in pagò Turonico Mauziniacum alodum similiter nostrum; cum terris cultis, & incultis, & quicquid Arbertus, quondam fidelis noster, ex nostro proprio tenuit*, &c. *Data* 7. *Kal. Aprilis*, [3] *Turonis in castro S. Martini, in Basilica ante sepulchrum ipsius; Anno* 8 *Regnante Domno Rodulfo Rege gloriosissimo.* [3] A. D. 931. Mart. 26.

Fidem tuam (Chiffleti) cujus patrimonium ab aliò relictum legitime donare, ante donationem sibi *ex hæreditate materna* vindicare, *proprium suum*, nemine reclamante & *quieto ordine possidere*, esse putas? Annon *filii*, aut

filio, sive immediatè, sive mediatè nati? Cum igitur Aganæ, Roberto Thietberti filio nuptæ, patrimonium donaverit, ad se *ex hæreditate materna* devolutum, & *ex suo proprio* esse contenderit, qui idipsum *jure, legaliter, necnon quieto ordine possederit* Hugo, quâ fronte eum Aganæ, quia filius esse per ætatem non potuit, *pronepotem* fuisse negaveris? si in voce *maternâ* vim feceris, ut Hugoni, ex Bentricis parentis *hæreditate propria*, quæ donavit necessario obvenisse putes, memineris te arundine cassa niti; si enim Eva [1] mulier *genitrix* omnium, à Moyse *omnium* quotquot sunt, & erunt, & fuerunt, *viventium mater* dici potuit, [2] & Abraham à Paulo Iudæorum, & Ulysses *per matres* (Majam [3] scilicet Mercurii parentem, cujus vix pronepos erat) *alteram* sibi *nobilitatem additam* jure censuit, quidni Hugo, quod a proavia *hereditario* jure traxerat, *ex maternâ* se *hæreditate possedisse* vere & convenienter dixerit? An nescis [4] *parentis appellatione non solum patrem, sed & matrem & aviam, & proaviam contineri*, & [5] *natorum appellationem ad nepotes extendi*, & [6] *patris nomine avum quoque demonstrari*, & [7] *hæredis appellationem non solum ad proximum hæredem, sed & ad ulteriorem referri*, ut *hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione contineatur*, & *hæredis* [8] *appellatione omnes significentur successores*? si hæc negas, adversus ipsum naturæ lumen, quod juris peritis omnibus illuxit, amentium more, contendes; si non negas, contentiosum finem adversus nos, qui lumen illud sequimur, trahere desine. Doce etiam, quandoquidem in Beatrice Hugonis genitrice quomodocunque hærere decretum est, qui fieri potuerit, ut ad eam, cujus genus (si veteres audiamus) Peronense, tibi usque nunc incertum est, & per eam ad Hugonem filium, Aganæ Roberto Hugonis proavo nuptæ hæreditas transierit; Nos enim de gente Hugonis, *maternâ*, an tu ex *aviis*, quæ *peragras*, *locis* eam in apertam lucem protraxeris, an verò novis tenebris destinatò consiliò circumsepseris, jam vidimus, suoque locò denuo videbimus.

Robertum *Fortem*, Rotberto Thietberti filio & Aganæ veris suis parentibus restituisse, fumosque tuos à Regum nostrorum ostrò procul depulisse, satis ad eorum causam videri poterat; nolui tamen idipsum quod de Roberto Aganæ marito, ab anonymo vitæ S. Iacobi scriptore literis mandatum fuerat, Carolini Regis auctoritate confirmandi occasionem sese sponte ingerentem despectui habere; *Robertum Saxiaci vici & circumjacentis regionis Dominum virum potentem & nobilem ex Francorum Regum genere ortum* cum scripsisset Anonymus, tuis de Childebrandi parente nugis exsufflatis, Pippino Heristallio & Alpaide post Carolum Martellum prognatum, velut ex professo docuerat. Idipsum ex Caroli simplicis Chartâ pro Dionysianis à Doubletio ante annos 26 edita habemus. [9] *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus divina propitiante Clementia Rex Francorum*, &c. *Noverit igitur omnium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque fidelium tam præsentium quam & futurorum solertia, quod Abbas Cœnobii Christi Martyris Dionysii atque Demarchus Charissimus, ac fidelissimus noster Robertus, una cum Prioribus ac Senioribus loci Monachis ad nostram accedens mansuetudinem, deprecatus est*, &c. *fratribus loci, post discessum* suum, *cum omni integritate supradictas res restituati, ita tamen ut quamdiu advixerimus, pro stabilitate salutis nostræ, & consanguinei nostri Rotberti Abbatis, septem Psalmorum melodiam quotidie decantent*, &c. *Signum Karoli Regis gloriosissimo. Gozlinus Notarius ad vicem*

[1] Gen. 3.
[2] Rom. 4.
[3] Metamorph. 13.
[4] de verb. sign. c. 51.
[5] c. 104. 220.
[6] c. 201.
[7] c. 65.
[8] c. 170.
[9] Antiq. Dionys. lib. 3. p. 814.

vicem Herivei Archiepiscopi summique Cancellarii recognovi. [2] *Datum 5 Kal.* [1] Lamp. p. 28. *Iunii, Indictione 5, annô 25 regnante Karolo Rege glorioſiſſimo, redintegrante 20, largiore vero hæreditate indepta 6. Actum Attiniaco palatio in Dei nomine feliciter, Amen.*

Si (quod Lampadum tuarum p. 10. fundamenti locô ſternis) *conſanguinei* ſunt ὁμοπάτορες, aut ut *Paulus I. C.* à temet laudatus *diſerte* ſcripſit, *eodem patre nati*; quibus deinceps agitatus furiis, Capetinam gentem Carolini principis (*conſanguineam*, ideſt *eodem patre*, Pippino videlicet Heriſtallio ortam, pronunciantis) judicio, tanquam à genere regio abſolute *extraneam*, procul ab oſtrô & ſolio arcebis? ſentis, opinor, tibi (quantumvis Proteô verſatilior ſis) avia nulla, quæ elabendi ſpe *peragres*, ſupereſſe, ſed ſtatutis à temet terminis undique te concluſum teneri, ut neceſſe ſit te *Stemma Capeti* à te *ob oculos* lectorum *poſitum*, antiquum & indubitatum fateri, *fabulas* vero quibus id dehoneſtare auſus es, unâ, ut ſic dicam, liturâ inducere. En diagramma tuum.

Genus [2] *Majorum domûs.* [2] Lamp. p. 28.

1 B. Arnulfus Dux deinde Metenſis Epiſcopus.

2 Anſigiſus Dux.

3 Pippinus Dux & Major Domus.

Genus [3] *incertum.* [3] Imo certiſſimum vide Caroli Simplicis Chartam.

4 Childebrandus Dux & Comes.

5 Nibelungus Vilcaſſini Comes in Neuſtria.

Genus [4] *Ardennenſe.* [4] Imo idem cum ſuperiori. [5] Imo trans Sequanam.

6 Thietbertus Comes Matricenſis in [5] Auſtria.

7 Robertus Comes, Major Palatii Pippinis Regis Aquitaniæ.

Genus [6] *Saxonicum.* [6] Rurſus Idem cum ſuperiori.

8 Robertus Fortis Andegavenſis Comes.

9 Robertus Dux Franciæ, poſtea Rex.

10 Hugo Magnus, Dux Franciæ.

11 Hugo Capetus, Rex Franciæ.

Stemma illud ſolis per ſe veris *contextum*, ſed impuris *ſomniorum* tuorum *fabulis* conſpurcatum, licet *monſtro* & *Babylonicæ ſtatuæ ſimile* reddere conatus ſis, cum ſolido adamante firmius ſter immotum, fruſtra illud pulviſculo & nebulis tuis, nam lapides quos projicias nullos habes, appetis, OEdipum mentire quantum libet, & *avia* (ne ſit terris ultima Calpe) extra anni ſoliſque vias, quæ *peragres* quære; ubicunque fueris, *Davus eris non OEdipus*, nec *Sphingis æſtus deteges*, ſed *inani*, quem aliis objicis, *faſtu* temet deridendum

dum propinabis. Te etiam convellet Auctoris anonymi Ludovico Pio, cujus vitam scripsit, familiaris, & Annalium Bertinianorum auctoritas, ille enim ad A. D. 831. hæc habet, *Heribertus Bernardi frater luminum amissione multatus est, contra votum Imperatoris, Odo* consobrinus illius *armis ablatis exilio deportatus*: sive enim pronomen *illius* ad Heribertum, sive ad Imperatorem referatur, Capetinorum cum Carolinis *propinquitas* evincitur; sed ad *Imperatorem* referri debere, Bertiniani Annales ad A. D. 866. *Carolus* (inquiunt) *Wilhelmum* sobrinum suum, *Odonis quondam Comitis Aurelianensis filium*, &c. *decollari fecit*.

Schema propinquitatis.

Pippinus Alpaidis maritus.

Carolus *Martellus* Rotrudis maritus.	Childebrandus Dux.
Pippinus Rex Bertæ maritus. / Aldana Theoderici uxor.	Nibelungus Comes.
Carolus *Magnus* Hildegardis maritus. / Guill. Dux Cunegundis maritus.	Theodebertus Comes.
Ludovicus *Pius* Iudith maritus. / Heribertus excæcatus.	Odo Aurelian. Comes Engeltrudis maritus. / Robertus Aganæ maritus.
Carolus Calvus Ermentrudis maritus.	Ermentrudis Caroli Calvi uxor. / Wilhelmus Comes Caroli jussu decollatus. / Robertus Fortis Capetinorum stirps.

[1] Lam. p. 172. Frustra itaque *in Bituricensi* [1] *Aquitaniæ tractu*, Robertum *Fortem*, cujus nepos *Saxiacum*, Castellionem, &c. avita prædia, S. Martini cœnobio donavit, *nihil unquam possedisse* contendis; unde enim hæreditaria possessio quam Hugoni in alios transmittere visum est, nisi à patre & avo? tu ne eum donasse quæ non habebat dixeris? Æque falsum est, & sine teste prolatum Robertum Fortem *divitem tantum variis citra Ligerim Caroli Calvi donis,*

[2] Lamp. p. 19. [2] *primum*que, *quem gessit, Comitis titulum fuisse*, Comitis Andegavensis, *ex beneficio Caroli Calvi*. Cum enim nepos illa ipsa, jure hæreditario possederit, quæ Robertus Thietberti filius ante annos 90 trans Ligerim tenuerat; non solis *citra Ligerim Caroli Calvi donis ditatus* est, nec tum primum cum ei se addixit *Comitis* titulo auctus est, aut inter Andegavos primum *Comes* audiit, quem *Meiduni super Ligerim*, in ipso Aquitaniæ limite, ex Aquitania venientem, non nudum, sed *cum placitis honoribus recepit*, & ad potestatem regiæ proximam evexit: tunc eum, fungi instar, momento adeo crevisse, ut Gauzberto Cenomanorum Comiti, Caroli Magni per Rotrudem primogenitam nepoti, invidendus esset, dixeris? cum *cum placitis honoribus*

[3] p. 21. *recepisse*, [3] sic interpretaris; eidem Carolum Calvum *honores restituisse, quos ab anno 856 ei concesserat*; sed aliud est *restituere* ablata, aliud *recipere cum placitis*: quis Roberto, à Carolo, quicquam vel ante, vel post annum 856, priusquam

priusquam anno 861 *reciperetur*, vel *concessum*, vel *ablatum* docuit? tibine quicquid libitum est, ut fingere, sic statuere licet? si memineris à te nobis vetitum,[1] *ne* tibi *credamus*, ex *antiquis auctoribus* tua prius probabis, quam fidem apud nos inveniant, Sed forte *antiquorum* auctoritate fretus nos aggressus es. [2] *Annales Fuldenses*, inquis, ad A. D. 867, *Robertum Caroli Comitem*, & Bertiniani ad 864, *Caroli Regis fidelem*, idest *clientem* vocant: quid tum? an necesse est, eum qui Carolo annis 864 & 67 fidem obstrinxit, nihil ante vel *in Aquitania*, vel à Carolo non *donatum possedisse*? si reverâ non est, quod nemo sanus negaverit: annon te resticulos ex arena nectere, & quidlibet ex quolibet eruendum credere pudet?

[1] p. 34.

[2] Lum. p. 172.

Quod [3] ex Guidone de Bazochiis, Ivone epist. 89. Aimoino lib. 2. de mirac. S. Benedicti, Annalibus Bertinianis ad A. D. 862, & 65. Chronico S. Sergii Andegavensis ad A. D. 872, Alberico ad A. D. 888, Chronico S. Benigni Divionensis, & Membrana veteri Floriacensi, quorum testimonia nullo habito ætatis discrimine congessisti, Robertum *Andegavorum Comitem* fuisse, eoque *Comitatu à Carolo donatum* urges; nihil vel ad nos, qui hæc non negamus; vel ad te, qui hinc tua adversus nos placita confirmare non potes; Cum consequentia prorsus nulla sit, *fuit ex Caroli beneficio* [4] *Andegavorum Comes:* Ergo *Roberti filius non fuit, nihil unquam in Aquitania possedit, Citra Ligerim donis Caroli tantum dives fuit, primus Comitis titulus, quem gessit, fuit Comitis Andegavensis*; quidni enim potuit *Roberti* filius, *in Aquitania* divitiis & honoribus compleri, antequam *Comitatu Andegavensi* donaretur? hæc tamen *nova lumina* sunt, quæ illustrandæ Regum nostrorum genealogiæ, non sine soloecismo, tam in mente, quam in indice mentis oratione admoves.

[3] Lamp. p. 19. 20.

[4] Lum. p. 172.

[5] Lamp. p. 19.

IX. *An Robertus fortis* Saxo *dici potuerit.*

RVrsus manu in Othonem Frisingensem, Guidonem de Bazochiis, Aimoinum, S. Sergii Chronicon, & Albericum injecta, quod *Roberto Ducatus inter Ligerim & Sequanam*, & *Marcæ* regni defensio credita sit, inutili machinamentô invadis; cum tam potuerit honos ille Roberti Aganæ mariti, in Aquitania potentis, & summæ dignitatis, filio, quam alteri conferri. Id ne fateri, pristinamque tuam de Roberto *forti* sententiam abjicere cogare, ad alia diverticula perfugium habes; ac primum natales ejus non Treviris cis Rhenum, non in Madricensi trans Sequanam pagô, non *Saxiaci* in Biturigibus trans Ligerim, [6] sed in *Saxoniâ* trans Rhenum quæris. Cur vero? *Aimoinus* [7] *Floriacensis, qui sæculo exeunte agebat inter vivos in Aurelianensi urbe, quam Robertus fortis rexerat sæculo nono, illum vocat virum* Saxonici *generis*; hæc sane ejus verba fuere, *obstitit primo sævis eorum* Normannorum *conatibus, Robertus Andegavensis Comes, Saxonici generis vir:* in quibus, quam verum est *Comitem Andegavensem* fuisse, & *Normannis obstitisse*; tam falsum est *primo obstitisse*, & *Saxonici generis* fuisse; *primus* certe *obstare* non potuit, quandoquidem A. D. 841, antequam *cum placitis honoribus* à Carolo *susciperetur*, & Andegavorum Comes fieret, vicesimo, [8] *obvius illis factus Wlfardus Regis homo, cum populo.* A. D. 848 *Carolus Rex cum Francis Aquitaniam ingressus, super fluvium Dordoniam novem naves Danorum cepit, interfectis piratis*

[6] Lum. p. 177.

[7] lib. 2. de mirac. S. Bened.

[8] Chron. Fontanell. Tom. 2. script. Franc. p. 387.

ratis earum in diebus Quadragesimæ. A. D. 852 *de* Flaviacô in Bellovacis, *cum reverterentur Normanni, in locô nuncupatô Wardera à Francis excepti, plurimi interfecti sunt, reliqui sylvis se occuluerunt; sicque noctu aliqui ad naves reversi sunt.* A. D. 853, *contra eos Clotharius & Carolus Reges gloriosi obsidiones posuerunt.* A. D. 855. *Carolus Rex eis cum exercitu* in Perticô *occurrens maxima eos strage percussit;* & 858 Bernonem in Insula in quâ castrum ædificaverat *navali obsidione obsedit.* Imo iisdem ante Caroli regnum [1] alii *obstiterant.* Nam A. D. 833, *cum 13 navibus egressi, primo in Flandrensi littore molientes, ab his qui in præsidio erant repulsi sunt. Deinde in ostio Sequanæ similia tentantes, resistentibus sibi littoris custodibus, quinque suorum interfectis, recesserunt.* A. D. 837, Ludovici Pii *adventu audito, continuo* Doroštado *recesserunt.*

[1] Chron. de gestis Norman. Ibid. p. 524.

Saxo etiam esse non potuit, cujus filius Caroli *simplicis*, longe antequam Aimoinus nasceretur, [2] *consanguineus* audiit, & nepos *Saxiacum* Roberti Thietberto nati [3] & *Regum Francorum genere orti* allodium, *ex* suo *proprio tenuit*, & patruus [4] cum filio, Ludovici Pii, & Caroli Calvi *consobrini* fuerunt. [5] Te vero qui homini post A. D. 1004, à Roberti cæde 137 defuncto, & à vero palam aberranti, plus quam coætaneis comperta loquentibus fidis, eumque *in Aurelianensi urbe*, ubi non habitavit, sed Floriaci novem circiter leucis ab Aurelianis dissito quæris, turpiter in limine impegisse certum est. Secundum tuum testem audiamus.

[2] Charta pro Dionys. A.D. 917. data.
[3] vita S. Iacobi eremi.
[4] Charta Martiniana A. D. 931, data.
[5] vita Ludovici Annal. Bertin.

Ivo [6] *Carnotensis in Francorum gestis hæc se legisse affirmat*, Supererant duo filii Roberti Comitis Andegavorum, qui fuit Saxonici generis vir. *Florebat Ivo sub finem sæculi undecimi in eodem Occiduæ Franciæ tractu in quo Robertus Fortis à Carolo Calvo præfecturas obtinuerat: Gesta Francorum quæ laudat, scripta erant eodem sæculo undecimo ineunte; quandoquidem meminerunt Hugonis, Roberti II Regis filii Compendii in Regem unctli anno* 1019. Ivonem *in eodem tractu in quo Robertus* Ducatu functus erat *floruisse*; non negamus *gesta quæ laudat* ex Adelerio & Aimoino contexta ab A. D. 878 ad 1110, historiæ seriem perducunt, & ex Membrana Floriacensi descripta habentur Scriptorum Francicæ historiæ Tom. 2. p. 630. 31. 32. & Tomo 4. à p. 85. ad 95. inclusive, Sedit Ivo ab A. D. 1091, Novemb. 22, feria 1, ad 1115, Decemb. 23. *Gesta Francorum, quæ* in epistolâ non (quod putabas) 89, sed 189, laudat, Scriptorum Francicæ historiæ Tomo 2. p. 630. habentur: desumpta vero sunt ex Aimoini de miraculis S. Benedicti lib. 2. c. 1. quod iterum extat Scriptorum Francicæ historiæ Tom. 3. p. 449. sed ea ipse interpolavit, cum enim à membranâ Floriacensi *Saxonici generis* mentio abesset, eam ex verbis Aimoini à te prolatis, & à nobis falsi duplicis convictis repetiram, citato à se membranæ loco inconsiderate inseruit: quicquid sit, Aimoinum delirantem clausis (ut sic dicam) oculis secutus, nullâ fide dignus à cordatô ullô hac in parte haberi debet; tu vero qui Hugonem Roberti II primogenitum [7] *Compendii anno* 1019, *in Regem unctum* asserere non dubitas, falleris; anno enim 1018, in Pentecoste, Maji 25, unctione regiâ delibutus. A. D. 1026, Sept. 10, feria 7, *post* 8 *suæ sublimationis annos, vitâ discessit.*

[6] epist. 89.
[7] Tom. 4. p. 89.

Willelmi Gemmeticensis, [8] & Aimoini continuatores, & Willelmus Nangiacus hoc ipso quod *Ivonem* à prioribus deceptum *secuti sunt*, omni suffragii jure hac in causa indigni sunt, quis enim ei qui se erranti committit,

[8] Lun. p. 178.

fidem

fidem habeat? Albericum qui ad A. D. 1241; Chronicon suum perduxit, & præcedentium fuligine detutpatus est, Roberto quod *de genere Saxonum extractus fuerit, & ulterius de ejus genere nescierint historiographi dicere*, præter meritum impegisse nemini mirum videbitur; prius enim ex Aimoini & Ivonis, posterius ex Glabri, quem falsum suô locô docui, lacunis impuris hausit. Eadem Chronici S. Victoris Parisiensis ratio, in quô legitur *Robertum fortem & ejus filium Odonem fuisse genere Saxones*: quid enim aliud de iis habuerit, quod diceret, qui se totum erroris communis patronorum disciplinæ commisit? Auctor vitæ Ludovici VIII, quem *Pium* ambigue vocas, *Comites Parisienses* Capeti avos *de genere Saxonum processisse*, consimili fascinô corruptus scripsit, neque hilum proficies si Dinterum post annum 1350 natum, Imo centurias vervecum hujusmodi, qui (arietis gregem suum præcedentis, Aimoini exemplo) in præceps ferantur, congregaveris. *Odonem* Roberti filium natu majorem, *ex Orientalibus Francis, Carolum Lotharici* Arnulfo nati *proavum* adiisse, si scripsit Witichindus,[1] hoc unum ex vero dixit Odonem ad Carolum missum; sic enim oculatus testis Abbo lib. 2. *Rex igitur venturus Odo transmittitur inde* (id est Lutetia) *Francorum Carolo supra fato Basileo*, reliqua n. Carolum qui nullos unquam, si Bernardum nothum excipias, liberos genuit, *Ludovici* Arnulfo nati *proavum* fuisse, & Odonem quem [2] *Neustricum* seu ex Occidentalibus fuisse Abbo coætaneus, imo sub eo S. Germani monachus, asseverat *ex Orientalibus Francis* fuisse, falsa sunt; ut & sequentia, Odonis scilicet *consilio* actum *ut una die* ex Danis *centum millia caderentur*; eundem ad Carolum *venisse uno tantum servulo comite contentum*; ei Carolum *uxorem*, quam intactam reliquisse dicitur, *prægnantem* commendavisse; Carolo *post mortem patris natum filium*, quem Odo *regno pariter & nomine paterno declaravit*; Robertum qui *Odonis* germanus fuit, *filium* ejus fuisse; si enim tam multa paucis lineis peccata admisit, & adeo hospes in Henrici Aucupis regia fuit, ut *Ethmundi Anglorum Regis filiam*, quæ revera soror fuit, *Ottoni filio* ab eo *in conjugem* datam (adversus Roswitæ, Flodoardi, Ingulfi, Willelmi Malmesburiensis, Florentii Vigornienſis, Matthæi Westmonasterienſis certiora testimonia) scripserit, quidni eum in clarâ luce cespitantem ducem sequi, Austrasiamque Neustriæ permiscere ejus exemplo, refugiamus?

[1] lib. 1.

[2] Abbo lib. 1. quamvis is Neustricus esset. Neustria ad insignis nati concurrit honorem.

Aimoinum Floriacensis cœnobii monachum, *villa* [3] *ad Francos* inter Ellam & Dordonam fluvios sitâ oriundum, & Geraldi Alba terræ dynastæ consanguineum, unicum eorum omnium qui Robertum fortem *Saxonici generis virum* credidere fontê, in manifesto errore (cujus contagio paulatim, post A.D. 1050, labem fecerit) fuisse deprehendimus: unde illi errandi, alioſq; in errorem abducendi occâsio nata sit, (ut ut parum necessarium videatur) indagare animus est: tu ex [4] Annalibus Metensibus, quibus primum, non Sigeberto & Alberico, sæculi 12 & 13 hominibus, locum assignare debueras, recte ad 804 notas *perfidos illos, qui in Wigmoti manebant, de Saxonia* à Carolo Magno *funditus exterminatos & per Gallias cæteraſque regni sui regiones dispersos, fuisse*, id Sigebertus ad A. D. 803 ad Transalbianos omnes traxit; Albericus sub eundem annum ad *decem hominum millia, cum uxoribus & parvulis, per Galliam & Germaniam multimoda divisione distributa*, nulla pristinæ sedis mentione factâ, restrinxit; Dinterus vero *de populo Saxonum in Franciam Occiden-*

[3] vitæ Abbonis c. 18.

[4] Lam. p. 174.

talem abductum *numerum* indefinite scripsit: hinc fieri potuit ut in diversis Neustriæ locis Saxonici nominis plura reperiantur monumenta, sed eam varia longe ante Saxonum examina pervaserant; Andegavos ante A.D. 481. insederat [1] cum suis, *fœdere inito*, Childerico & Francis colligatus Odoacrius, A. D. 578. Varochus Macliavi Britonis filius [2] *super Saxones Bajocassinos in Britanniam* à Chilperico immissos, dolo *per noctem irruens, maximam inde partem interfecisse* legitur. [3] A. D. 590, *Bajocassinos Saxones, juxta ritum Britannorum tonsos, atque cultu vestimenti compositos, in solatium Varochi ire præcepit* Fredegundis, *ex quibus multos per biduum interemit* Guntchramni Dux Beppolenus: fuere & in Nannetum confinio *Saxones*, sive ex Odoacrii colonia, sive aliunde propagati, hinc Fortunatus lib. 2. carmine 9, ad Felicem Episcopum A. D. 582 denatum, *Aspera gens Saxo vivens quasi more ferinò, Te medicante, facer, bellua reddit ovem*; fuere in Cenomanis, quandoquidem Gauzlenum Comitem *Saxoniæ patriæ Marchionem*, Ludovici Pii Charta de villa Colonicâ Ecclesiæ Cenomanensi restituendâ vocat; Caroli Calvi Capitulare A.D. 853 scriptum *Otlingam Saxoniam*, in illo tractatu, Eirardo Episcopo, &c. cum *Abrincato*, *Constantino*, &c. commendat, cujus etiam in Aldrici Cenomanensis Actis mentio reperitur: fuere in tractu Sequanico, cum Carolus Calvus A. D. 876, *per Saxoniam in Neustria Sequanicâ, in Oximô Saonas, in Ebregisô Favillas, in Pinciacensi Villarem* Ecclesiæ S. Germani concesserit, Index possessionum eidem Ecclesiæ donatarum, *Irmino*, de Abbatis Carolo Magno coætanei nomine, inscriptus hæc habeat, *in pagô Oximensi multa habet S. Germanus in locis his, in Centenaria Corbonensi, in villa Pontis, Curtis Saonis, Landas*, &c. *Rotuis villaris, Curtis* Saxoniæ *in eadem vicaria Corbonensi*; in nonnullis Caroli Calvi nummis, argenteis aversa pars hac inscriptione consignata sit, *Curte Saxoniæ*: & Sagienses Episcopi passim *Saxoniæ* præsules inscribantur; sic A. D. 825, 8 Kal. Novembris, Hugo [4] Abbas S. Quintini corpus translaturus, *Eichardum Episcopum Noviomacensem, Simeonem Pontificem Laudunensem, Patratum* (seu *Baderadum* qui A. D. 835, inter Ebbonis Rhemensis judices sedit) *Saxoniæ Præsulem* advocavit. in Actis dedicationis Ecclesiæ [5] S. Martini de Campis Ivo, in Chartulario S. Petri in valle Carnotensis diœcesis Radbodus, *Saxiæ Episcopi* dicti sunt; & aliquanto post ad finem Chartæ fundationis Monasterii Fructuarienses, A. D. 1017, à Guillelmo S. Benigni Divionensis Abbate factæ, legitur subscriptio *Sigefridi Episcopi Saxicensis*: ac ne quis sit dubitandi locus, in ipso Parisiensis Diœceseos confinio *Saxones* domicilium fixisse, Chronicon vetus de Normannorum gestis, hæc ad A. D. 857 adnotavit, *5 Kal. Ianuarii Northmanni Lutetiam Parisiorum invadunt, atque incendio tradunt; Basilicam S. Petri, & S. Genovefæ incendunt, & cæteras omnes præter Domum S. Stephani, & Ecclesiam S. Vincentii & S. Germani, præterque Ecclesiam S. Dionysii, pro quibus tantummodo, ne incenderentur, multa solidorum summa soluta est; Ludovicum Abbatem S. Dionysii capiunt; deinde* Saxoniam *aggrediuntur, sed viriliter repelluntur.* Qui fieri potuisset ut *Saxoniam aggrederentur*, qui Lutetiam relinquebant, si contigua non erat? Cum igitur *Madriacensem Comitatum* Thietberti patrimonium fuisse, per Neustriam Roberti nostri fortitudini commissam tot disseminatos *Saxones*, ut nonnulla ejus membra non modo *Saxonica*, sed *Saxonia* dicerentur, hic *Otlinga*, alibi *Sequanica* (quam appellationem in *Madriacensem*

[1] Greg. Turon. lib. 2. cap. 18. 19.
[2] lib. 5. c. 27.
[3] lib. 10. c. 9.
[4] Augusta Veromand. p. 18. Concil. Gall. Tom. 2. p. 568, 69. 631.
[5] Hist. Eccl. S. Martini.

sem pagum Sequanæ vicinum cadere posse, nec id Aimoino ignotum fuisse putabant) apud se Bochetus, & Dominicus perpenderent, facile sibi persuaserunt, ex eâ occasione factum, ut Aimoinus, aliique ejus exemplo complures, Robertum *fortem* totius illius tractus Præsidem, *Saxonici generis virum* appellarent, quod in animum induxissent gentilem gentilibus præfici oportuisse.

Hæc tibi conjectura, vel hoc nomine displicet, quod paucis Francis improbabilis visa non sit; tuam itaque longe improbabiliorem mordicus tueris, imo (quæ tua est αὐθάδεια & δοξομανία) præferendam pronuncias; Robertumque ab *antiquis*, Saxonici generis virum *vocari*, quia Theganus [1] Welphi, [1] c. 26.
paternum ejus avum falso putas, uxorem *nobilissimi generis Saxonici* fuisse scripsit: quasi vero Ottonem III Imp. Theophaniâ matre Constantinopolitanâ editum, *Græcum*; aut Philippum I nostrum, Kioviensis matris Annæ Iaroslao natæ utero fusum, *Russum*; aut Ludovicum IX Blancæ Castellanæ filium, *Hispanici generis virum*, *genere Hispanum*, *de genere Hispanorum extractum* absolute pronunciare unquam licuerit; si putas, veteris juris, à quo Francicum ne latum unguem discedit, peritos audi; [2] *fœminarum liberos in familia earum non esse palam est*; *quia qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur*; tunc adversus confessa à sanis omnibus, ex ipso naturæ lumine hausta principia, disputare ausus, quod *palam* est, *palam non esse*; imo absolute non esse statuere, sanamque tibi in corpore sano mentem arrogare audebis? Cum igitur *mulier familiæ suæ, & caput, & finis sit*, Matronæ, quæ Welfo nupsit, posteros ullos & *familiam* & *gentem*, ut quod illa fuit, hi esse & dici debuerint, securos esse ne puta. Demus tamen filios *matrum* & nomen, & familiam *sequi* debere, nec mortales ullos communis juris regulis amplius teneri: quid exinde profeceris? Cum Robertus *fortis* Welfi uxorem *aviam paternam* nequaquam habuerit, cui ab ea (quantumvis *nobilissimi generis Saxonici* fuerit) *Saxonem* cum ullo modo dici potuisse persuaseris? Audi amplius; tantum abest, ut ejus avia fuerit, aviam fuisse impossibile est; nec *antiqui*, idest ejusdem cum Roberto sæculi, sed longe post nati, incomperta, falsa, quæque cum priorum omnium sententiâ pugnent, scripserunt, cum *Saxonici generis* comminisci ausi. [2] Digest. de verb. signif. c. 195. §. 5.

A veteri isto commento depulsus, ad nova te somnia convertis: *Romani* [3] *veteres Achajam Provinciam usurpabant*, *pro totâ Græcia*; à gente scilicet, quæ [4] tunc Græciæ præerat appellationem sumentes, [5] *unde ex urbe Pratorem mittebant*, *quem non* Græciæ, *sed* Achaiæ *dicebant*, *nempe* obtinentibus Græciæ Principatum Achæis. *Eodem modo mediis sæculis*, Saxonum *nomen in Gallia*, *pro Germanis omnibus audiebat*; *quia Cæsares*, *stirpe Saxonici*, *in Germania multis annis sceptrum tenuerunt*. ut totum demus, nihil id ad causam quam propugnandam tibi sumpsisti fecerit; sive enim à Ferreolis, quos alienos putas; sive ab Ansberto, quem alii expungendum censent; sive ab Arnulfo; sive à Childebrando Roberti genus repetere placeat, cum eis Rhenum in Gallico solo & vixerint, & nati sint Majores ejus omnes, nec *Germani*, nec *Saxones* (quod non fuere) sæculo ullo audire debuerunt. Quibus exemplis *Germanos* quoscunque *Saxones* dictos probes, videamus. *Dudo S. Quintini Decanus*, *scripto exeuntis decimi sæculi*, *exercitum Othonis* I *Imp. in Normannia agentem*, *qui ex diversis Germaniæ populis conflatus erat*, *vocat* gentem [3] Lun. p. 171. [4] Suidas. [5] Pausan. lib. 7.

Transrhenanam, *tum etiam* Saxones *&* Saxonicum *robur*. Dudo cum in annum 1002, delibato sæculo undecimo desinat, *undecimi* non *decimi sæculi* auctoribus accensendus fuit.

Otto I *in Normanniâ*, quam ne ad momentum si (Flodoardum contemporaneum audiamus) adiit; aut vidit, *agere* nihil, sive solus, sive cum *exercitu* potuit; sed anno 940, ab Hugone & Heriberto vocatus, [1] *cum diversarum gentium, quas secum adduxerat, multitudine, post Ludovicum* Regem *in Burgundiam profectus, super Sequanam castra metatus est*: ejus exercitus *ex diversis gentibus*, non *ex Germanicâ* sola *conflatus* est, & *Transrhenanus* dictus est, ac *Saxonicum robur*, non quod *Saxones* Germani quique dicerentur, sed quod maxima ex parte *Transrhenanis* constarent copiæ illæ, & *Saxonici generis* principi militarent; eodem loquendi genere, quo nunc Franciæ, Hispaniæ, Sueciæ Regum exercitus, *Francicos, Hispanicos, Suecicos* denominare solemus, licet *ex diversis nationibus* conscripti sint, quia sub *Francorum*, *Hispanorum*, *Suecorum* Regibus merent. *Glaber Rodulfus scriptor undecimi sæculi*, lib. 1. c. 4. Henricum *Aucupem* & posteros *Saxonum* Reges, & c. 3. Ottonem primum *Saxonum Regem*, ejusdemque regnum *Saxonum Regnum*, vocat; fateor Chiffleti, sed cum *Saxoniæ*, quæ *regnum* per se ab initio fuerat, uterque potens esset, & *generi Saxonico* originem suam deberet, *Saxonum Rex*, ejusque regnum synecdochice *Saxonum* dici potuit; neque *Germanos* omnes *in Saxonum* nomen transire fuit necesse: Addis Henricum sanctum stirpe Bavarum fuisse, ab eodemque Glabro in præfatione generali totius operis, & lib. 1. c. 4. Saxonum Regem vocari: sed res eodem redit; fuit enim Henricus & *regni Saxonici* dominator, & *Saxo*, utpote Henrici *Aucupis* pronepos; nec *Bajoarico* sanguine, nisi per aviam Iuditham, quæ familiæ nomen dare non poterat, imbutus est; prolato ex libri 3 præfatione locô, qui ad Henricum eundem Roberti nostri coætaneum pertinebat, eundem ad Henricum *Nigrum* Conradi Salici filium inconsulte trahis, eumque *genere Wormacienſem* fuisse fingis, qui reverâ *Saxo* fuit, Henrici Adelæ Alsaticæ mariti, & Conradi Salici parentis, nepos; Othonis Alamanniæ & Bajoariæ Ducis Iuttæ mariti pronepos; Ludolfi Alamanniæ Ducis, & Iuttæ Hermano Duce natæ mariti, abnepos; Ottonis vero Magni & Edith Anglicanæ adnepos. an *Wormacienſem* jure dixeris, cujus pater & avus Franconiam *in beneficium* tantum tenuere: proavus vero & abavus Alamanniam eodem titulo ante tenuerant? aut eum qui anno tantum 1039, à Roberti Regis dormitione octavo, Conrado patri suffectus est, eundem cum eo qui cum *Roberto*, Glabro teste, *regnavit*, esse posse censueris? addis ex libri 5. cap. 1. Henricum III, cum *jam* Saxonum Rex *esset, Agnetem duxisse*; quidni *Saxo* genere, *Saxonibus* actu ipso imperans, eorum Rex dici potuerit, licet ipse & Majores ejus, *Germaniæ totius, non Saxoniæ solius Reges* fuerint? Revera Henricus *Auceps* Germaniæ Transrhenanæ, & Lotharingiæ; Ottones tres cum Henrico 1, & Conrado *Salico*, tam Romanis & Langobardis, quam Germaniæ & Lotharingiæ; Henricus 11 his omnibus, & Burgundiæ Iuranæ, ac Provinciæ imperarunt: si quod *Saxonum* Reges à Glabro dicti sint, *Germanos* omnes *Saxones* vocatos legitime confices, quidni ego ex eo quod Dudo, Flodoardi exemplô, Henricum I & Ottonem filium *Transrhenanos*, nullâ Lotharingorum *Cisrhenanorum* mentione factâ, constanter nuncupant; vel eos *Cisrhenanum* nihil regni jure possedisse, vel

[1] Flodoard.

vel Lotharingos *Transrhenanos* (quod nullo modo sunt) dici posse confecero? Si ex Glabri, impropriè passim & sæpius falsò loquentis, formulis tibi præscribere licet, ut Germani omnes *Saxones* audiant, quanto magis Lamberti Schafnaburgensis, Glabro supparis, & longe gravioris, auctoritate præscribere licuerit, ut quandoquidem Transrhenanas Provincias ipsamque magnam *Germaniam* non semel *Galliæ* vocat, *Germanis* omnibus *Gallorum* nomen tribuamus?

Chronicon breve [1] Tillianum, quod in Henrici Capeti nepotis regnum desinit, quia *Carolum* Simplicem *cum Henrico Saxonum Rege ad prælium* Suessionicum A. D. 923. *convenisse* asserat, objicis, & [2] Ordericum post A. D. 1141 denatum, quia Hadwidem Capeti matrem *Ottonis Regis Saxoniorum sororem* vocat; sed nullo prorsus fructu facis, quandoquidem eandem, quam Glabri verbis adhibuimus, interpretationem à tuo commento alienissimam, utriusque verba admittunt, Chronicon vero Tilianum falso cum *Carolo* Simplice, *Henricum* Aucupem adversus Robertum *convenisse* asserit: *Illum quoque*, quem animo commentus es, *morem* [3] *Chronica S. Stephani Cadomensis firmare* frustra contendis, cum *de Ludovico II Germaniæ Rege* hæc habeant, *Ludovicus Rex Saxonum, adhuc Carlomanno vivente Bavariam ingreditur*. Nam 1. Ludovicus 2. *Germaniæ* absolute Rex non fuit, sed partis, Franconiæ scilicet & Saxoniæ, quibus cis Rhenum Lotharingiæ pars accesserat. Bajoaria Carlomanno cum Langobardia, Alamannia cum Lotharingiæ reliquâ parte Carolo *Crasso* obvenerat. Cum *Saxonibus* dominatus sit Ludovicus, rectè *Saxonum Rex* dictus est. 3. ne de eo, quem venditas, more, Chronici Cadomensis auctorem cogitasse putes, memineris eum à veteribus, non *Saxonum*, sed *Germaniæ*, [4] & Franciæ Orientalis Regem vocari. Longe *absimili* à tuo *sensu*, *auctor Chronici Aquicinctensis in Belgicâ* [5] *ad annum* 1198 *dixit* Rhenum Lotharingiam à Saxoniâ *dividere*, pertingebat enim sæculo illo dextram Rheni ripam *Saxoniæ* Ducatus, ex quô annô 1181. *Westfalia* & *Angrivaria* decisæ, & Colonienſibus Archiepiscopis commendatæ, novum Ducatum constituere cœpere. Ultimum testem advocas Constantinum Porphyrogenitum, qui *libro de administratione Imperii ad Romanum filium* [6] *in hunc modum de Chrobatis locutus* sit, ὑποκειται ὡ τῷ τῷ μεγάλῳ Ῥηγὶ Φραγγίας τῆς ἡ Σαξίας, *subsunt Othoni Magno, Regi Franciæ, quæ & Saxonia*. Ego vero duo respondeo 1. locum corruptum esse, utque Græca sit phrasis, & sibi auctor constet, legendum Φραγγίας τῆς μεγάλης, ἡ Σαξίας *magnæ Franciæ & Saxoniæ Regi*. prout ante cap. 26. μεγάλῳ Φραγγίαι, *Magnam Franciam, in quâ Carolus Magnus sedem Imperii sui posuit* Aquisgranum, totam Germaniam, imo cum Germania Galliam, *Franciæ* nomine complexus vocaverat, idque more sæculi; siquidem Henricus Auceps, qui cis Rhenum nihil tunc præter Moguntinam, Wormacienſem & Spirenſem diœceses sub ditione habebat, *Francorum* se *Orientalium Regem* A. D. 921 inscripsit. 2. Vt tecum lectionem minime Græcam retineamus, Constantinum nobis more suo pro thesauro carbones, pro regiis monitis aniles passim nugas obtrudere, exempli causa hoc ipso quod laudas capite, *Franciam* nescio quam [7] *inter Chrobatiam & Venetias mediam* fingit, & 26 à te citato Carolo [8] *regnante*, *alium ex Regibus* nullum *Regem se appellare ausum* fuisse, Lotharium qui Placentiæ A. D. 869 decessit, *Romam armis subegisse*, *Papiæ* sedem

[1] Lum p. 176.
[2] lib. 7.
[3] Ad A. D. 879.
[4] Annal. Bertin.
[5] in Auctario ad Sigebertum.
[6] c. 30.
[7] p. 99.
[8] p. 60.

dem habuisse, [1] *Adelbertum filium* reliquisse, [2] *successorem Ludovicum ex magna Francia venientem* habuisse; Ludovico eidem, qui adversus Berengarium I insurrexit, *Berengarium sufferum*, qui *Rodulfum* à quô primum victus fuerat, *superaverit*, & *regionem cum eo diviserit*, ridicule fabulatur. Sexcenta alia ejusdem furfuris habet, quæ si concoxeris, struthione voracior sis: Annon te deliro capiti tecum nos committere pudet?

[1] p. 61.
[2] p. 62.

[3] Lun. p. 177. Rursus ad Glabrum redis [3] qui lib. 1. c. 2. & lib. 3. c. ult. Robertum *à Saxonum exercitu*, imo ab *Ottone Saxonum Duce*, tunc juvenculo, *interfectum* temere falsoque scripsit; utque errorem ejus eleves à Flodoardo & Guidone Bazochio [4] apud Albericum hoc ipso confutatum, quod *Lotharienſibus* quicquid *Saxonibus* tribuerat adscribant, ipsum *Saxonum* vocabulo *Germanos* quosvis designasse, tuô periculô, antequam *Germanum* ullum in Caroli exercitu fuisse docueris, inculcas: quæque tua ἀσυλλογία est, ex errore in errorem prolapsus, ex hac Gervasii Tilleberiensis [5] non rectâ locutione, *Germania includit Lotharingiam & Allemaniam*; tuo more, idest inepte, Lotharingos *Germanos* censeri solitos concludis, & ab Orderico *Saxones* nuncupatos, quando [6] scripsit, *Othonem Imp. adduxisse* Saxones *in Franciam, quorum Dux Helpo cum populo suo à Senonensibus interfectus est, & à servis suis* in patriam suam *Ardennam reportatus*; credis enim ex Orderici sententia, Helponem *Saxonem* fuisse, ejusque patriam Ardennam, Saxoniam dici potuisse, sed putida hallucinatio tua est, Ordericus enim *Saxones*, *Saxonici* principis quosvis milites vocavit, prout nunc *Hispanos* dicimus, quotquot *Hispanica* signa sequuntur, ex quacunque gente prodierint: sed ne unum non *Saxonem* in Othonis exercitu fuisse demus; tunc Helponem Ardennensem *Saxonem* ab Orderico dictum fuisse eviceris? an nescis *Imperatores* exercitibus ex alio passim gente præsim solere? Piccolomineus è Senensi territorio Tuscus, & paulo ante Tilius, Bucquoius, & Dampetra Belgæ, Austriacis; Mercius Lotharingus Bavaricis, Spinola Ligur Hispanicis copiis cum summo imperio præfuere; quidni Helpo *Ardennensis* exercitum ex *Saxonibus* aliisque Transrhenanis conflatum ducere potuerit? Nihil itaque tibi in Orderieô subsidii;

[4] A. D. 922.
[5] in Otiis Imp.
[6] lib. 7.

[7] præf. lib. 3. Glabrum [7] (quæ judicii tui firmitas est) in eô *non erraſſe* putas, quod Henricum sanctum, *quem* Regem Saxonum *dixerat*, *in* regno suo *conjugem filiam Sigefridi* Saxonum Ducis *accepisse scripsit*, nec ego in ejus verbis culpaverim quod *Regem Saxonum*, eum qui tam aliis, quam *Saxonibus* imperabat, Synecdochice vocavit, aut quod Henrici *regnum*, plurium *regnorum* Lotharingici scilicet, & Transrhenani, in quô *Saxonia* erat, *massam* nuncupavit; sed in eo excusari non potest, quod Sigefridum, cui *Saxoniæ Ducatus Bernardo* [8] *Pio anno* 1011, 5 *Idus Febr.* denato commissus, creditus non fuerat; imo qui se *Ducem* nunquam inscripsit, nec ab alio coætaneo, aut conterraneo *Dux* audiit, sed Frederico I Mosellanicæ Duci paruit; non tantum *Ducem*, sed *Saxonum Ducem* appellavit. Id etiam ex Glabro urgere poteras, quod ab Henrico Sigefridi genero, *in* Saxoniæ *loco, qui dicitur* Bavoberch, *ideſt* Bavonis mons, *monasterium ædificatum* scribens, se in media *Franconia* Saxoniam quæsiviſſe palam professus est; sed utcunque ima summis permiscentes ames, nobis quibus nec falli, nec fallere animus est, ut errores sive in Glabro, sive in aliis manifestos exosculemur nunquam persuadebis: alio in loco, libri scilicet tertiicapite primo, nonnulla scripserat, quæ commento tuo favere primâ fronte

[8] Chron. Hildensh.

fronte videri possint, cum Henricum ex Apuliâ *in Saxoniam reversum*, & *sequenti anno, mense Julio, apud Saxoniam obiisse, sepultumque honorifice in monasterio Bardeberch* notet, sed hæc nihil difficultatis patiuntur, quandoquidem Henricus ex Italia redux, in *Saxoniam* propriè dictam concesserit, inde Bambergam petiit, ubi A. D. 1024. *Natalitatem Christi Paschæ Parthenopoli, Pentecosten Goslariæ celebravit*, hinc *Cruce sumtâ, & ibi languore correptus, decubuit, & habitum deposuit*, ac tandem Bambergam translatus est. Chron. Hildensh.

Ultimum effugium tuum duplici falsi crimine, sive prudens, sive imprudens implicat. *Aimoinus* (inquis) *addicta Adrevaldi auctoritate, aperte distinguit Robertum* Comitem Andegavensem *Saxonici generis virum, à Rainulfo & Lamberto primis tum Neustriæ viris.* Rectè quod Aimoinus Robertum à Rainulfo & Lamberto *Neustriis*, tanquam *Saxonem* distinxit, id suâ Martè, non Adrevaldi, aut alterius cujusquam *auctoritate adductus* fecit; imo nec facere jure potuit, cum Adrevaldi verba, *fuerant eorum* Northmannorum *pessimi omnium sæpe à Ducibus illarum regionum sibimet succedentibus frustrati, Lamberto scilicet, atque Roberto, necnon Rainulfo, sed illis variæ pereuntibus sorte, omnis fere Neustria, quæ à Genabensi urbe per transversum, Lutetiam usque Parisiorum pertingit oppidum, Normannicæ patuit feritati.* Dic sodes Chiffleti, ubi *Saxonici generis* in Adrevaldi verbis, mentio? ubi Roberti, *generis* ratione, à reliquis vel distinctio, vel distinctionis umbra? ex æquo *regionum illarum Duces*, universos vocat, nec (quod postea voluit Aimoinus) *omnibus Roberto* Rainulfum atque Lambertum, quasi una *Ducatum* gessisse rit, scribit, sed *sibimet successisse*, adeoque non unô eodemque tempore *Duces* fuisse, quod certissimum, annô enim 831, aut 32, *Lambertus dolo* cæsus est à Gauzberto; Anno vero 861, *Robertus à Carolo Calvo cum placitis honoribus susceptus est*: quo ergo fine Adrevaldum Aimoinus testem advocavit? an ut Robertum *Saxonem* fuisse confirmaret? minime gentium; sed ut eum in Neustria cum Rainulfo & Lamberto Normannorum *conatibus obstitisse*, omnesque *varia sorte* (quod à quæstione nostra longo longius abest) *obiisse* doceret: hic itaque lectori fucum facis, injectaque ab Aimoino Adrevaldi mentione palam abuteris. Sed recum si placet pergamus. Lamp. p. 221. Annal. Bertin. Chron. Fontanell.

Demos (inquis) *Robertum Fortem in eo Neustriæ tractu natum, qui à Saxonibus habebat nomen, certè quia ille dissertis verbis nuncupatur* Saxonici generis vir, *& de genere Saxonum extractus, sequeretur illum à Saxonibus piratis, qui littora illa infestaverant, in iisque sedes fixerant, oriundum fuisse; non secus ac* Petrus Diaconus, *qui natus in Anglia parentibus genere Saxonibus & advenis, qui regionem illam occupaverant, ab Eginartho dicitur* Saxonici generis homo: *hæc sunt ejus verba de Carolo Magno*, Diaconum de Britannia Saxonici generis hominem, virum undecunque doctissimum, præceptorem habuit. *Saxonicus poeta de illo eodem Caroli Magni Magistro.* Lamp. p. 222. in vita Caroli M.

Hic etiam Levita gradu, multumque peritus
Ex Anglis veniens Saxo fuit genere;
A quo præcipue studuit totam rationem
Et legem cursus discere siderei.

Hucusque tu: sed quo plura scribis eo plura peccata congeris, quæ indicasse refutasse sit. 1. Robertum *à Saxonibus* aut tractu *nomen habuisse* & falsum est, & veterum nulli dictum, tibi proprie somnium illud debes. 2. qui eum *Saxonici*

generis virum, & *de genere Saxonum extractum* scripserunt, & falsi sunt, & te fefellerunt, prout ante docuimus. 3. etiamsi revera *genere Saxonicus* fuisset, *à piratis orjundum* fuisse nullo modo *sequeretur*. 4. Petrum Diaconum *Saxonici generis hominem* fuisse, aut *in Anglia parentibus Saxonibus & advenis natum*, idque *ab Eginharto*, quem obstinate, sed perperam, *Eginarthum* vocas, & à *poeta Saxonico* dici absolute falsum est. Petrum enim *Pisanum* seu Tusco-Langobardum fuisse, non *Saxonem*, uterque expresse notat. Eginhartus, *in discenda Grammatica Petrum Diaconum senem audivit*. Poeta Saxonicus, *A sene Levita quodam cognomine Petrô Curavit primo discere Grammaticam*, 5. Ille *Saxonici generis homo*, cui se Carolus commisit, utroque teste alius fuit, Albinus scilicet Alcuinus. Eginhartus; *In cæteris disciplinis Albinum cognomento* Alcuinum; *item Diaconum de Britannia*, Saxonici generis hominem, &c. *præceptorem habuit*. Poeta Saxo; *Artis Rhetoricæ, seu cui Dialecticæ nomen sumpsit ab* Alquini *dogmate notitiam, Hic etiam Levita gradu*, &c. Si *Tusculum* ab *Anglosaxone* discernere non vis, aut non potes, quid magnum, promissisque tuis dignum in *arcanis regiis* expectare debeant, quotquot se garrulitati tuæ committunt?

Cum allatam à Bochero & Dominico, attributi ab Aimoinô Roberto forti *Saxonici generis* causam, nec admittas, nec forte necessaria sit; tua vero per se improbabilis, nullo ex Aimoino petitô pigmentô incrustari possit; quid aliud restat, nisi ut ad *Saxiacum*, Roberti *fortis* alodium, à nepote S. Martini Turonensis Canonicis donatum recurramus? Id in Floriaci vicinia positum, cum à *Saxonibus* nomen traxisse putaret Aimoinus, facile in animum induxit, ut *Saxonici generis virorum* hæreditariam possessionem fuisse sibi persuaderet; & Robertum, cui ea jure matris obvenerat, *Saxonem* fuisse ex errore scriberet. Rotbertum & Rainulfum [1] *patriæ terminos* tutatos ex Reginone audieras, ne priorem *Neustricum* fuisse admittas, *patriam* non semper *natale solum*, sed *regionem* significare; ex Guidonis apud Albericum sententiâ, Robertum *Andegavensem Comitem & adjacentis patriæ defensorem factum*; ex [2] Adrevaldo & Gemmeticensi, Normannos *omnem patriam vastasse*: Iulium Romanum, [3] Mævio Romano *quicquid in patriâ Gadibus possidebat* legasse, Virgilium denique Æneidos 1. *quæ hunc tam barbara morem permittit patria* scripsisse, quæ nemo negat, mones; sed nos qui ambiguæ significationis vocabulis, eou causæ nostræ firmamentis non nitimur, ut ut Boucheti interpretatio non improbanda sit, eâ ad eam statuminandam nequaquam abutemur.

[1] Lum. p. 178.

[2] c. 33. Gemmet. lib. 2. c. 7.

[3] L. Vxorem §. Legaverat. ff. De Legatis 3.

Tandem ex Ioanne Feronô, qui pro merâ animi libidine tam Capeto, quam Majoribus scuta gentilitia, de quibus gestandis eorum nemo suo tempore cogitaverat, assignavit, eorum *genus externum* te probaturum confidis; qui vero? *Rodulfo Welfi Comitis filio tribuit*, [4] scutum quadripertitum, cujus primus & ultimus quadrans coccineus, aureâ impressus est Coronâ: secundus & tertius vellere vario pictus, & in mediô quadrantum, parmulam auream furvâ & bicipiti Aquilâ pictam. [5] *Conrado Comiti Parisiensi*, scutum nigrum Aquilâ aureâ coronatâ, rostro & pedibus cæruleis impressum. *Odoni filio Roberti Fortis* (*ex Caroleſii & Brabanti Facialium libris*) prasinam Aquilam argentô coronatam in scutô aureô. *Quam eandem tesseram assignat Reberto Comiti Parisiensi, post fratrem Odonem etiam Regi; necnon & Hugoni Magno*

[4] Lum. p. 179. in Cancellariis aulæ.

[5] in præfectis aulæ regiæ.

Magno Duci ejus filio; *sed hujus postremi parmæ addit*, limbum cæruleum liliis aureis sparsum. *Hugoni Capeto denique*, *Hugonis Magni Ducis filio*, qui cautus & malignus (*inquit*) adversus naturalem Dominum suum coronari se fecerat Regem) *scutum quadripertitum*; in primô & quartô laterculo aureo viridem Aquilam, argento coronatam; in secundo & tertio cæruleô lilia aurea incerto numero sparsa. *Quod posterius symbolum liliatum*, *priori abjecto*, *in posteros cum sceptrô transmisit Hugo Capetus. Lilia deinde ad numerum ternarium Carolus* VI *Rex reduxit.* in Constabulariis, in præfectis aulæ, & in Mareschallis Franciæ.

Audio, Chiffleti, quoque attentiorem aurem præbeo, eo justius tam Ferrono, qui getras germanas, de famâ & posteritatis judiciô securus, lectoribus pudore omni detersô obtulit, & cæcis, nullaque re præterquam temeritate suâ, & effræni quidlibet fingendi audacia notabilibus sæculi decimiquinti hominibus, cæco mentis impetu se committere non dubitavit, quam tibi, qui in hac literarum luce, novæ, quam in investigandis abditis spondes, dexteritatis & ἀγχινοίας oblitus, Chorœbo stultiores fabulatores secutus, eorum re dediscendæ disciplinæ imprudens commisisti: Tu tesseras aliquas regni, Ducatus, Comitâtus cujusque, sive in *Marcha*, aut limite, sive in provinciarum meditullio esset, & nobilium familiarum proprias, scutis *gentilitiis* impressas, Carolovingorum tempore fuisse tibi pro confesso sumis, imo ex scutis ejusmodi, Robertum *Fortem*, & posteros, quorum ante annum 1100 nullum uspiam extat, Carolovingorum Regum propinquos nequaquam fuisse demonstrandum suscipis; de Roberti ergo scutô te ante omnia sollicitum esse oportuit; atqui de eo ne cogitare visus est, cujus vitulâ laboras, Ferronus hac in parte ferreæ frontis homo; certe si ulla familiarum gentilitia signa erant, Robertusque *Fortis*, Conrado Majori, cujus scutum sibimet suo Matte fabricavit Ferronus, natales suos debebat, quô casu factum ut Conradi ejusdem Odonis & Roberti nepotum, Hugonis denique Capeti abnepotis diversa exhiberet? ipsi ne propositum dixeris, principia sua convellere, nullaque propria familiæ ullius signa scutis impressa fuisse demonstrare? Atqui nulla tunc usquam fuerunt, *avia* quantum libet *peragra*, & quotquot usque nunc asservantur, Chartarum ante annos 600 scriptarum Archetypa, vel solo Auctoris monogrammate consignata reperies, vel si quâ Bulla addita sit, in eâ scutum nullum, sed solam, sive Regis, sive alterius Regis minoris, effigiem deprehendes; nihil ex tumbarum ἀπογραφῆ, aliisque lapideis monumentis, ultra speraveris; unicum Uredius Flandriâ totâ Roberti Frisionis sigillum, Chartæ anno 1072 scriptæ appositum invenit, in quô scutum leone signatum viseretur, ante illum nemo, post illum plures, sigillis suis scuta nullis tesseris insignia impresserunt: Hugonis, Roberti, Henrici, Philippi, Ludovici, quotquot in Ecclesiarum, quas opibus suis ditarunt, Archivo, & Regio tabulario reservata sunt, unam Regis effigiem repræsentant; nummi non omnes eam repræsentant, sed solum Regis monogramma, & loci, in quo moneta cusa est nomen, fere omnes exhibent; omnium primus Ludovicus VII scutum liliô insigne, (licet 40 circiter antequam regnaret annis, *Cruciatæ* Hierosolymitanæ occasione, gentilitiarum in scutis & vexillis tesserarum usus introductus fuisset) sigillo suo impressisse videtur; ante Philippi primi tempora, ubique Reges solo crucis, hac aut illâ formâ effigiatæ, sigillo contenti fuerant; sed paulatim alias ubique usus

invaluit, quique tesseras primi sibi sumpsere; eas alluſione ad ſuum vel regni nomen factâ ſumpſere, nos vulgo teſſeras ejuſmodi *armes parlantes*, vocamus; ſic enim Legionis Hiſpanicè *Leon* dicti Reges Leonem, Callæci *Calicem*, Granatenſes *Malogranatum*, Caſtellenſes *Caſtellum*, Delfini Viennenſes & Arverni *Delphin*, elegerunt, Ludovicum forte ſeptimum, cujus germani Robertus & Petrus eodem tempore Branæ Comitum, & Curtiniaci Dynaſtarum, variatô tantum calore, ſcuta ſumpſerunt, & poſteris reliquerunt, Ludovicum inquam, ipſum quod geſtabat nomen, nempe *Loys* ad inſigniendum lilio, Gallicè *lis*, ſcutum invitare potuit; qui enim cœlo delapſum, anciliorum inſtar, Francorum Regum *ſcutum liliatum* fabulantur; miſeratione quam confutatione digniores ſunt; ut & illi qui ſimulac in monumenta à recentioribus vel interpolata vel primum excitata inciderunt, ea vetuſtioribus imputarunt; poſt Ludovicum VII liliatorum ſigillorum uſus nunquam intermiſſus eſt. quod ad liliorum numerum attinet, * licet eum ad ternarium à Carolo VI reductum communis opinio ſit, nonnulli tamen antiquiores alios, Carolo VI exemplo ſuo præviſſe obſervarunt; ſed quos nemo ante illum ordinarie ſecutus eſt, qui vero poſt ipſum ad hanc uſque diem regno potiti ſunt, invecti ab eo moris tenaciſſimi fuerunt; nec ipſis aliiſque per totam Europam Regibus defuere myſteriorum inventores, qui ubique ſcientiam, quam Heraldicam vocant, aggeſtis quotidie de re arbitraria, & per ſe nihili, placitis tradiderunt, & aliis colendam obtulerunt. Quicquid ſit, quæcunque de Regum, Cancellariorum, Aulæ præfectorum, Conſtabulariorum (qui initio equitii regii præfecti tantum fuerunt, vulgo *grands Eſcuyers*) & Mareſcallorum ſcutis Ferronus nullo auctore niſi ſe ipſo fretus, velut ad orbis ludibrium ſcripſit; quod autem de Capeto Regum ſuorum ſtirpe impudenter effutivit, *malignum* ſcilicet eum fuiſſe, *& adverſus naturalem Dominum ſuum coronari ſe feciſſe*; putida & ex lege Iuliâ *Majeſtatis*, & Corneliâ *de falsô*, punienda calumnia eſt, quam cum bonô Deô in quarti *Vindiciarum* tuarum capitis everſione refellemus; tu interim Carolum inferioris Lotharingiæ Ducem, ſolido antequam Capeti *naturalis Dominus* eſſe, aut dici ex lege à quoquam poſſet, decenniô, ob perduellionem infeſtaque in Reges germanum, & nepotem arma correpta, Regum eorundem, qui ſummum in eum Imperium habebant, totiuſque regni Comitiorum peremptorio decreto abdicatum, & civili (ut ſic dicam) morte affectum fuiſſe. diſce. unum adhuc tibi adverſus Robertum, ne *Carolovingorum* ſe *propinquum* aſſerere, aut eorum *genti* quoquomodô inſerere audeat, argumentum, ſed vitro fragilius reſtat. *Si verum eſſet Robertum Fortem à fictitiis Madriaci Comitibus lineâ maſculinâ proceſſiſſe, iſtorum nomina in ejus ſtirpe continuata fuiſſent, ut Childebrandi, Nibelungi, Theodeberti, quæ cum in toto Regum Franciæ Capetinorum ſtemmate non occurrant, indicio eſt iſtos ab illis minime oriundos eſſe.* Vis te ad negandam conſequentiam adigamus? Ansbertum, Arnualdum, Anſgiſum, Carlovingorum Majores fuiſſe, & Blithildis, Bedæ, Beggæ maritos ſummâ vi contendis: da ergo ſi potes in tota Carlovingorum gente vel unicum, qui Ansbertus, Arnualdus, Anſgiſus dictus ſit, aut filiam aliquam nomine Blithildim, vel Odam, vel Beggam habuerit; ſi non potes; fatere *quod nomina iſta in* Caroli *ſtirpe non occurrant, eum ab* Ansberto, Arnualdo, Anſgiſo, Blithilde, Oda, Begga non *oriundum, indicio*

* Ludovicus VII, Philippus II & Ludovicus IX unico lilio (prout ex figillis eorum ab Oliverio Vrædio editis conſtat) contenti fuere; primus Ludovicus VIII plura geſtavit.

Lamp. p. 11.

dicio minime certo *esse*; tuumque adversus Childebrandi posteros, argumentum nequaquam procedere. Sed eo constringi, tua causa, nos sinamus: tunc ejus ope causam obtinueris? Annon Childebranda, sive Hildebranda Roberti *Fortis*, sive filia, sive neptis, quæ cum Heriberto II Veromanduorum Comite, S. Florentii de Roya Ecclesiam fundavit, cujusque Chartam ante annos 73, & vidit, & laudavit * Renatus Choppinus juris nostri scientissimus, te protinus exarmatura occurret? Stramineis ergo nos adoriri telis desine, quamque curta sit tua suppellex tandem aliquando, ne sutor ultra crepidam deinceps assurgas, disce.

* Politiæ sacræ A. D. 1577. Parisiis primum editæ, præf. p. 21.

X. *An fieri potuerit, ut Chronici Divionensis scriptor Robertum Fortem & Hugonem* II *Abbatem germanos fuisse, aut crederet, aut diceret.*

WELFUM [1] *Iudithæ Reginæ* parentem *Altorffi* in Alamannia *Comitem* fuisse, aut ab eo posteriores Welfos, quibus Bajoariæ Ducatus post A. D. 1050 commissus est, oriundos constare, nullô (sive à te, sive ab aliis) idoneô coætaneorum testimonio hactenus probatum fuisse, jam ad primum *Vindiciarum* tuarum caput notavimus; Conradum Welfi primogenitum, *Alamannorum*, non Burgundorum *Ducem* fuisse ibidem docuimus, *masculis prolibus in Gallia felicem fuisse*, ut credamus, Annales Fuldenses faciunt, qui ad A. D. 858. *Caroli* Calvi *animum ad ultionem injuriarum suarum erexisse filios Conradi* observant. Hugonem II Abbatem Conradô natum, cum Herrico libris de miraculis cap. 1. & 4. eum inter Conradi filios computante, *superstitemque* post *fublatos* fratres vitales *adhuc auras carpsisse* memorante, & Annalibus Bertinianis ad A. D. 866. *Hugoni Clerico avunculi sui* Conradi *filio* à Carolo Calvo *Comitatum Andegavensem donatum* observantibus, sponte fatemur. *Præterea Conradum* minorem *Iurensium* & Rhæticarum *partium Ducem* Parisiensium, Lingonensium, &c. (non, quod vis, *Burgundiæ*) *Comitem*, cum *Welfo S. Columbæ Senonensis Abbate*, & Hugone, *Conradi* majoris *filium* fuisse agnoscimus. Robertum Fortem trium istorum germanum fuisse, falsa Divionensis Chronici lectione abusus, contendis, in quam priores inciderant, I. *origine*, non *Burgundus*, sed *Campanus* (quandoquidem *Barri ad Sequanam*, unde ille oriundus, *Comites*, non Burgundiæ Ducum, sed Campaniæ Comitum homines, *Pariatus* titulo in eorum aula insignes fuerunt) *Nicolaus Vignerius Henrici* III *Medicus & Historiographus, doctus & judicio pollens*, [2] *in Chronico rerum Burgundicarum* Basileæ A. D. 1575 edito, *& in libello de Nobilitate familiæ Capetiæ*, qui Parisiis A. D. 1587 prodiit. II. *Paprius Massonus Francicorum Annalium*, Lutetiæ A. D. 1578 prælo commissorum *scriptor*. III. *Franciscus Bellefore stius Henrico* III *Regi ab Historiis* Tomo. 1. Parisiis A. D. 1579, edito lib. 2. c. 51. ubi Vignerium laudat, & c. 60. IV. *Claudius Fauchetus rei monetariæ in Regno Franciæ primus Præses*, à Boucheto ipso laudatus, Antiq. Paris. A. D. 1610 excusarum lib. 9. c. 19. p. 154. V. *Alfonsus Delbene Episcopus Albiensis, libro 2 de Regno Burgundiæ Transjuranæ* Lugduni 1602 edito. VI. [3] *Scipio Dupleix à Consiliis & Historiis Ludovico* XIII Tom. 1. Parisiis A. D. 1610 edito, *in Hugone Capeto.*

[1] Lun. p. 180.

[2] p. 181.

[3] p. 182.

peto. VII. *Decora Franciæ San-Marthani fratres* Historiæ Geneal. Parisiis A. D. 1628 editæ lib. 1. c. 5. lib. 5. c. 1. 2. 4. 5. 6. 7. IIX. *Gallicus Vindex anonymus* adversus Patricium Armacanum A. D. 1638. c. 17.

Ne lectionis illius, quam præfracte defendis, vitium deprehendatur, *manuscriptum Divionense Codicem, quo Bouchetus & Dominicus* usi sunt, *autographum* non esse, *sed sequioris ævi mendosum & interpolatum apographum* queris, *testemque virum doctissimum Petrum Roverium profers, qui* [1] *in suo Reomao* c. 104. *hæc ex eodem Codice exscripsit.* Dedit ipse idem Comes Ottoni S. Benigno potestatem Vivariensis villæ, pro animâ Henrici Ducis, qui eum loco filii adoptavit, & pro anima genitricis suæ *adoptivæ* Gerbergæ uxoris prædicti Ducis. eaque *Ottonem Gerbergæ filium*, non naturâ, *sed per adoptionem* fuisse, insinuare credidit; cum tamen [2] Glabri qui *Willermum Henrici Ducis privignum*, &c. *matri in Burgundia redditum* scripsit, & Alberici qui ad A. D. 1002. *Henricum Ducem* Willelmi *matrem in uxorem habuisse* notavit, & Vignerii qui in Chron. Burg. anno citato, *Henricum Ducem Willelmum Gerbergæ uxoris suæ, ex alio marito, filium adoptasse, ex Commentariis cœnobii D. Benigni constare* ait, auctoritate sententia illa refellatur. Hinc *veterrimum Chronici Divionensis exemplar*, à quô vox *adoptivæ* aberat, *à Vignerio in Germaniam delatum*, nunc non extare, exempla ex eo desumpta mendis scatere, nec legendum in loco à te primum laudato, *fratres*, sed *fratris*, conjicis; Nos vero nec *exemplar*, *quod nunc Divione habetur*, ab omni, sive Auctoris, quem nonnunquam errasse palam est, cum *Rudolfum Regem, mortuô Hugone Duce fratre suo Burgundiam adiisse*, asserat; Hugonem vero Rudolfo, anno 936 ineunte denato, ad annum usque 952, superfuisse certum sit, nec ab omni omnino labe purum præstare tenemur: hoc enim unum probandum suscepimus, *fratres*, in loco, de quô inter nos quæstio vertitur, prout ab auctore primum scriptum fuerat, legi debere, te vero, qui *fratris* legis, vitiosam lectionem, quæ auctori ipsi, quod ab ejus mente alienum fuit, imponat, vel comminiscei, vel ex depravato illo exemplaris, quo Vignerius deceptus alios in errorem compulit, sequi.

[1] p. 183. Illustrat. c. 104.

[2] lib. 3. c. 2.

Ut ex Confessis tecum agamus, cum exemplar, quod Divione habetur, & apographa Ioannis Besly celebris memoriæ, & Clarissimi Hieronymi Vignerii Nicolai nepotis, nostram, non tuam, lectionem repræsentent; cum *Chronico Bezuensi, in* quô *observasti auctorem gesta Principum ipsissimis Benigniani referre verbis*, Auctore vitæ *Warnerii præpositi Stephanensis*, & Alberico tuo, quem, cum in annum 1241 desinat, ante annos 400 vixisse necesse est: velis nolis, te veterum, velut uno ex ore loquentium, auctoritate obrui; unum Vignerium, qui vitiosam lectionem secutus, eam sequendi aliis ejus auctor fuit, tuam causam propugnare, fateris oportet. Addo nunc, fieri nullo modo posse ut Chronici Benigniani primus Auctor, si sanus fuit, & bonæ fidei amans, *fratris* scripserit. Nosti, opinor, eum in Halinardo, ex Benigniano Abbate Lugdunensium Præsule, A. D. 1052, Romæ 4 Kal. Augusti denato, desinere, *ipsissimisque* Eginharti, & Aimoini paulo post A. D. 1004 denati *verbis*, quibus pauca glossemata inserui, *gesta Principum referre*; si igitur totum, de quô contendimus, locum ex Aimoino descripsit, eum vel in eadem cum Aimoino sententia fuisse, si bona fide eum defloravit; vel pro adulteratore, si ab ea aliud præ se ferens, discessit, habendum absolute necesse esse. Cum itaque

tutius

tutius ex ipso fonte bibantur, ne ex turbidis lacunis pro aqua cœnum quô tua deinceps commenta incrustare possis; hauriré cogamus, Aimoinus primitivus Chronici Benigniani alioquin plurimorum fons, nobis addendus, ex quô locum integrum, quem diversimode suum fecerunt posteri, integrum describemus; quid sibi singuli ex eô mutuati sint, parenthesibus clausum, atque uncis, ut sic dicam, prehensum ob oculos lectorum statuemus; glossemata vero (si qua insarta sunt) diverso Characterе margini appingemus.

Aimoinus de Miraculis S. Benedicti lib. 2. cap. 1. ad Gauzlinum [1] Abbatem.

OBstitit primo eorum (Northmannorum) *fœvis conatibus; Rotbertus Andegavensis Comes,* [2] *Saxonici generis vir, cui per id locorum à Rege summa rerum delegata fuerat; adnitentibus sibi præeminentissimis Neustriæ viris* [3] *Rainulfo atque Lamberto, (uti eloquentissimus Auctor Adrevaldus priori refert libro.* Sed illis varia obeuntibus [4] sorte, *Dani exsertionis suæ libertam nacti occasionem; quæ & quanta civitatibus bina expeditione intulerint damna, vastationibus seu incendiis Monasteriorum ac reliquarum Ecclesiarum, studioso lectori præcedentis Operis textus patefaciet. Verum Augusto Carolo rebus humanis exempto,* [5] *filius ejus Hludovicus succesſit, qui nihil feciſſe prænomen sortitus est (sive quod vix duobus annis regnô potitus,* [6] *nil strenue gessit, sive quod Sanctimonialem quandam (sicuti* [7] *à Majoribus accepimus) Kalæ Monasterio puellarum abstractam conjugio copulans suo, peccatum quod nihil esse noscitur, perpetrarit. Hujus in diebus effera memoratorum natio Danorum, tertiam Neustrasis inflictura cladem advenit, intuliſſetque majorem superioribus, ni Hugo (ut fertur) Roberti filius, per Gallias Abbatis honore præditus, eorum compeſciſſet temerarios ausus. Denique* [8] *quod parva manu innumeras hostium phalanges, adjutus manifesto Sanctissimi Patris Benedicti auxilio, ita fuderit, ut vix nuncius superviveret) ex scriptis venerabilis viri Adelerii agnoſci facile est. (Quæ plagâ* [9] *humiliati Dani, Gallias per aliquod spatium temporis quietas* [10] *liquerunt. At Hugone ultemos vitæ suæ claudente Soles, Hludovicoque Principe post administratum biennio regnum diem obeunte, Karolus* [11] *ejus filius, qui Simplex postea est dictus, in cunis ævum agens patre orbatus remanſit.) Cujus ætatem Franciæ Primores incongruam, ut erat, exercendæ dominationi arbitrati; maxime cum jam recidivi Northmannorum nunciarentur motus, consilium de summis ineunt rebus. Supererant* [12] *duo filii Roberti, senior Odo dicebatur, Rothertus alter patrem nomine referens; ex his majorem natu Odonem, Franci, licet reluctantem, tutorem pueri regnique elegere gubernatorem; qui mente benignus, & Reip. hostes arcendo, strenue præsuit, & parvulum optime fovit, atque adolescenti, & sua repetenti patienter Regna refudit. A quo parte Regni redonatus quôad vixit tempore, hostibus terribilis, eique semper extitit fidelis.*

[1] Gauzlinus Hugonis Capeti filius naturalis Abbono Floriacensi A.D. 1004, Novemb. 13, feria 2. cæso succeſſit, Anno vero 1012 ad Bituricensem sedem evectus est.

[2] hæc verba à vero aliena, Ivo aliique nonnulli temere arripuere.

[3] Adrevaldi verba.

[4] cæsus Robertus A.D. 867, Iul. 25, feria 6.

[5] obiit Carolus A.D. 877, Octob. 6.

[6] obiit Ludovicus A.D. 879, April. 10, feria 6.

[7] fabula, quæ in membrana Floriacensi Aimoini continuatore, &c. reperitur.

[8] Chron. Benigniahum hæc immutavit, scribens, *ausus*, auxiliante namque Deo *parva manu* tantas *hostium phalanges*.

[9] hæc in Chronic. Benigniano omissa sunt. Adelerius *quæstus* reliquerunt. Huic bello præfuit Ludovicus Rex, *At Hugone*, &c.

[10] Chron. Benig. *Carolum qui Simplex*, &c.

[11] hæc membrana Floriacensis, Ivo epist. 189. Hugo Flaviniacensis Chronico in A.D. 1101, desinente, Chronicon Benignianum, Bezuense, cum auctore gestorum Warnerii Stephanensis & Aimoini continuatore descripserunt, sed diversimode; nam Hugo Flaviniacensis Aimoini verbis nihil addidit, Ivo nonnulla ex superioribus repetens, scripsit, *supererant duo filii Rotberti* Comitis Andegavorum, qui fuit Saxonici generis vir; *senior*, &c. Membrana Floriacensis sic habet, *supererant duo filii Rotberti* Andegavensis Comitis, quem gladio Normannorum superius corruisse diximus, *Senior*. Chron. Benignianum, & ex eo Bezuense, Auctor gestorum Warnerii & Albericus *superevant duo filii Rotberti*, Andegavorum Comitis, fratres Hugonis Abbatis, *Senior*, &c.

scripsit, *ex tanta populi numerositate vix fuerit aliquis, qui belli eventum intimare posſet.*

fidelis. Ab hac fraterni manſuetudine animi, in tantum ſpretor ejus abſentiæ Robertus, ut eò defuncto, quia pars regiminis, quam germanus ſuus Odo tenuit, non redhibebatur, palam tyrannidem invaſerit. Addit vero Divionenſe Chronicon, *& hoc poſt mortem Richardi Ducis, qui ab executione juſtitiæ ejus gnomen accepit, ipſe namque quamdiu vixit Karolo Regi fidelis ſemper extitit.*

Ex accuratâ, quam præmiſimus, Auctorum, qui Aimoinum deflorave-runt, collatione, totiuſque loci Aimoinjani attentâ conſideratione, hæc quæ negare nemo, niſi forte extra ſe poſitus, poſſit, habemus. 1. Aimoinum qui *Gauzlino Abbati* librum dicavit, ante A. D. 1012 ſcripſiſſe, cum Gauzlinus Abboni Abbati A. D. 1005 ſuffectus, Daimberto Biturigum Archiepiſcopo A. D. 1012, 15 Kal. Martii denato, poſt trimeſtrem ſedis vacationem, Iunio menſe ſucceſſerit. 2. Aimoini opus, membranâ Floriacenſi, poſt A. D. 1110 Ludovico *Craſſo* regnante ſcriptâ, & Ivonis epiſtolâ, integra fere centuria, Hugonis Flaviniacenſis Chronicô, annis 90, Benignianô, quod in Bezuen-ſe, geſta Warnerii, & Alberici transſuſum fuit, annis ad minimum 40 an-tiquius eſſe. 3. Benignianum, cum ab his verbis, *filius Hludovicus ſucceſſit*, Aimoinum defloraverit, in ejus ſententiam abſolute tranſiſſe. 4. De Hugo-ne, quem *Roberti filium* fuiſſe ex Aimoino audierat, & ſibi ipſi perſuaſum, hoc ipſo quod ejus ipſiſſima verba referebat, palam profeſſus erat, cum *Ro-berti fratrem*, Odonis vero & Roberti, Roberto illo natorum, *patruum* cre-didiſſe & ſcripſiſſe, impoſſibile prorſus eſſe. I nunc Chiffleri, *Chronici Di-vionenſis exemplar*, quod Aimoini verbis contextum, ejus mentem bona fi de exprimit, & ex eo deſcriptis conſentanea habet, ut ſcilicet *Hugo* Abbas Odonem & Robertum, *Roberti* illius, cujus *filius*, vel *erat*, vel eſſe *ferebatur*, *fratres*, qui poſt ejus, & communis patris mortem *ſupereſſent*, haberet, *adul-teratum* eſſe ad ravim uſque clama, & Chronici Bezuenſis, Geſtorum War-verii, Alberici (ante annos 400 lectione ejus, quam vitioſam putas, deprava-torum) ſortem deplora; tuam vero, quam, nullius exemplaris ſubſidio freturs, defendendam ſuſcepiſti, ad cœlum ipſum evehe, ut Chronici Benigniani ſcriptor Chorœbo ſtultior factus, contra expreſſam Aimoini à ſe deflorati mentem, Hugonem *fratris* proprii *filium*, & *patris fratrem* fuiſſe ſtatuere cogatur, nulli rationis compoti ludibrium non debebis; nobis te ad incitas, redactum ὀφθαλμοφανῶς demonſtraſſe ſatis erit. Si cui Aimoinum Gauzli-no Abbati falſa de Roberti *Fortis* abavi, *genere* referre auſum fuiſſe diſpli-ceat; Witikindum & Luitprandum paulo ante, Ditmarum vero paulo poſt, in conſimilem foſſam prolapſos meminerit; Luitprandus enim Otho-ni Magno familiaris, lib. 4. c. 7. ei *Adelſtani Regis fratris filiam nuptam* ſcri-pſit; Witikindus Matthildi Othonis filiæ carus, coram *datam* patri *conju-gem filiam Edmundi Regis*, aſſerere libro 1 non dubitavit, idque Ditmarus Henrico *Claudo* notus lib. 2. ſecutus eſt: eos tamen omnes falli, primamque Othonis uxorem Eduardo natam, Adelſtani & Edmundi ſororem fuiſſe cer-tum eſt; quod vel ex nuptiarum ejus tempore liquet, etenim cum è vivis A. D. 924 exceſſiſſet Eduardus, Othoni A. D. 930, antequam Adelſtano A. D. 940 denato, ſucceſſiſſet Edmundus, decimo, nupſit Edid ſoror ejus. Otho etiam Friſingenſis lib. 6. c. 28. in Contadi *Salici*, proavi materni, pa-rentibus aſſignandis aberravit, cum *ex parte patris*, *eo Conrado Warmacien-ſium Duce*, *qui in prælio cum Vngaris ſub Ottone habito occubuerat*, *proſapiam ducere*

ducere putavit, cum tamen Conradus ille A. D. 955, ab Hungaris cæsus, ἀπρὶς decesserit, Conradique *Salici* pater Henricus Franconiæ Dux, avus Otto Alamanniæ Dux, proavus Ludolfus Alamanniæ Dux, abavus Otho Magnus Imp. fuerit. fallitur etiam in primo Gisiæ proaviæ maternæ; marito quandoquidem eam *primum Ernesto Duci* nuptam fuisse scribit, revera enim Brunoni Saxoniæ Marchioni *primum*, Ernesto Duci *secundum*, Conrado Salico *tertium* nupsit; Si Otto Frisingensis quoties proavia materna nupserat, quove parente natus esset Conradus *Salicus* proavus, ignorare potuit, quanto facilius Aimoinus quô *genere* editus esset Robertus *Fortis*, ignoraverit; eique & Gauzleno Abbati ignoranse impune fuerit? Hæc infirmitatis humanæ indicia miserari, quam durius exagitare præstat.

XI. *An fieri potuerit ut Robertus* Fortis *Conrado* Majore *& Adelheide nasceretur.*

ADeò tibi à præjudiciis humanis te liberum præstare difficile est, ut in clarâ luce cæcutire, quam salutari ejus ope, ex amica caligine emergere malis; illo ipso loco, quem præcedenti sectione expendimus, duo nos docuerat Aimoinus, 1. Robertô, cui cum Andegavorum Comitatu *rerum summam* Carolus *delegaverat*, sublato Danos, novas *Neustriæ clades inflixisse*. 2. *Hugonem* Abbatem *Roberti filium*, *temerarios eorum ausus compescuisse*; tu qui Robertum & Hugonem *germanos* putas, hunc illius *filium* dici à quoquam (ut ut id res ipsa poscere videntur) ferre non potes, cumque nihil, quod juste regerere possis, habeas, an ad Robertum *Fortem* Aimoini verba pertineant ambigis, *si* (inquis) *de Roberto Forti intelligatur*; de quô ergo *intellexeris* mi homo? an cum de unicô Robertô qui *sævis Northmannorum conatibus* ad extremum usque habitum *obstitit*, verba fecisset, tibi liberum reliquit ad alium de quô ne cogitaverat, transfugere? *absque dubio* tibi *glossema est*, sed à quô infartum? annon Aimoino suppar Chronici Benigniani scriptor, cum Bezuensi & Stephanensi, quod *glossema* esse, nullâ datâ ratione contendis, *glossema* esse ex professo negant, Hugonem hoc ipso Roberti filium fuisse confirmantes, quod *Roberti filios fratres ejus* diserte vocant? sed forte *de Conrado qui Robertus etiam dictus fuerit, intelligenda* sunt; cui persuaseris? tibine rem cum pusionibus, qui se præstigiis tuis, amentium instar, circumagendos tradant, esse putes, ut simulac *absque dubio* pronunciaveris, Sibyllæ sibi folium recitari credant; ubi vero *forte*, vel *si* demurmuraveris, adeo attoniti fiant, ut oculis suis credere non audeant? ad Conradum cujus nec nomen, nec nominis res uspiam in Aimoino occurrit, verba ejus de Robertô trahere non potes, quandoquidem *Conrado* nullibi *summa rerum delegata* legitur, ejusque *filii Odo & Robertus* non fuerunt, imo nec esse potuerunt post dormitionem ejus nati. Lam. p. 173.

Eum & Robertum ἀνώνυμος esse potuisse, *morem mediis sæculis passim usitatum fuisse*, *ut principes duobus præditi essent nominibus*, *geminata* denique *principum nomina simul vix efferri* consuevisse, non est quod vel negemus, vel asseramus; nostra enim aut tua nullo modo refert; nec unum antiquum habes, qui ἀνώνυμος (quod tuo *si* tantum debemus) dixerit; fac tamen fuisse, tunc id Aimoino, qui unum Robertum *summæ rerum* admotum, *Hugonis* sive

patrem, sive *vitricum* agnovit, imputabis? si nec tu, nec alius ullus prior *fuisse* asseverare ausus est, quô fine, adversus expressa tua monita *nolo mihi credi sed antiquis*, antiquis universis ignota, solo tuô *si* fretus, nobis obtrudis? sed nec nomina geminandi morem, mediis magis, quam primis, aut postremis usitatum fuisse; nec *principum* magis, quam privatorum proprium *morem* illum (quandocunque invaluisse volueris) fuisse probas; nec ex eo, quod unus Albericus ad A. D. 714 *mortuo Childeberto Rege, quemdam filium ejus Clodoveum, qui & Dagobertus* diceretur, *regnasse*; & ad 854, *Comitem Everardum* qui *Dux Forojulii à Lothario constitutus est, cognomento Rodulfum* fuisse asseruit, principes passim *binomines* fuisse evincis; nec Alberico, quem post A. D. 1240 scripsisse, & sæpenumero falsum fuisse constat, in iis quæ aliunde non confirmantur, credere nos necesse est; Childebertum certe, annô non 714, sed 711 denatum, eique suffectum Dagobertum II, veteres omnes produnt, tamque Alberico facile fuit nova, & *hactenus inaudita* Dagoberto & Everardo nomina indere, quam facile *Raimundum Berengarium* Provinciæ Comitem, reginarum Margaretæ, Alienordis, Sanciæ & Beatricis parentem, cum *Beatrice* Sabaudicâ uxore, in Ioannem & Catharinam alii nulli memoratos transmutavit, & Dagobertum quemdam anno 1232. denatum, Ludovico VIII assignavit; primogenitum ejus Philippum Dagobertum dictum, prout ex ejus epitaphio constat, oblitus. eum vero in errorem impulit Sigebertus, qui ad annum 715; alienô plane locô hæc notavit, *Mortuo Hildebertô Francorum Rege, Clodoveus filius ejus regnat annis* 4, & ad 719, alieno rursus loco, *mortuo Clodoveo, Lotharius regnat annis duobus*: Cum enim pro Dagoberto, Clodoveum Childeberto filium ex errore dedisset; ejus compilator Albericus, qui in Annalibus nostris Dagobertum Childeberto suffectum legerat, ne fontem suum desereret, Childeberti filium & Dagobertum (cujus nomen apud Sigebertum, p. 174 ad annum 719 à te perperam notatum, frustra quæsieris) & Clodoveum geminato nomine dictum fuisse commentus est.

Lambertum Ardensem post A. D. 1180 denatum, in re minime necessaria testem advocas, qui Balduinum Gisnensem Comitem, circa A. D. 1054 *Adelam, Christiani Florentii Lotharingiæ*, idest *Frisionum* in Lotharingia inferiori *Ducis, filiam* uxorem duxisse, & Robertum *suppressa vocationis proprietate, ut temporis erat consuetudo, & adhuc plerumque tenebatur*, Manassem dictum genuisse refert; non enim *binomines* quosdam sive ex *principibus*, sive ex *plebe* negamus, qui Conradi Salici filium *Benjamin Henricum*, pronepotem *Carolum Henricum*, Ludovicum VI Regem, *Ludovicum Tetbaldum*, septimum vero *Ludovicum Florum*, Hugonis *Cauliculi* Comitis de Roceio, primogenitum Robertum Guiscardum, ex filiabus alteram Saram Agnetem, Itterii Comitis Reistetensis secundogenitam, quæ Hugoni de Petraponte & Vasnadio nupsit, Clementiam Agatham nuncupatos novimus: sed solos nobiles *binomines* fuisse; valde frequentia inter nobiles *geminatorum nominum* exempla in quovis sæculo dari; quod post A. D. 1000 factum est in usu ante 800 fuisse; quicquid de *geminatis nominibus* corradi usquam potest, ad Conradum Majorem, Hugonis Abbatis parentem anno 862 defunctum ullo modo pertinere, donec legitime probaveris, negare cogimur. frustra geminata Principum nomina simul vix efferri solita mones, Henrici Stephani non

Campa-

Campaniæ, quæ Hugoni ejus germano suberat; sed *Carnutum Comitis, qui ab Ivone Carnotensi* epist. 86 Stephanus *vocatur*, & Ottonis Willelmi Burgundiæ Comitis, *qui a Ditmaro* lib. 7. *& Glabro* lib. 3. c. 2. *solitarie* Willelmus *nuncupatur*; allatis exemplis; nam tertium de Clodoveo Dagoberto Alberici, quem ad annum 715 *à Sigeberto nude Clodovæum dictum* vere, ad 719 *Dagobertum simpliciter nuncupatum* falso asseris, merito exsufflamus: ut ut enim verum sit, alterum *διωνύμων* nomen suppressum passim fuisse, nonnunquam utrumque expressum est; alioqui eos, qui *binomines* fuerunt, *binomines* fuisse ignorare absolute cogeremur: sic Divione in epitaphiô Otto Guillelmus, Stephanus Henricus in Charta anni 1081, à Nicolao Camuzato in Antiquitatum Tricassinarum promptuario edita, utroque suo nomine insigniuntur: quid tale de Conrado Hugonis Abbatis patre, quod dicas, habes? *nuncupari potuit Robertus*; esto: quis *nuncupavit*, aut *nuncupandum* te prior censuit? an nescis de *esse*, non de *posse esse*, nos qui *a posse ad esse consequentiam non valere* in scholis aliquando audivimus, tecum disputare? *in Chronico Bibliothecæ Thuanæ legitur*, Odo filius Hugonis, frater Roberti Abbatis & Comitis, obiit *anno regni sui* 10; audio Chiffleti, sed quod vis non probas, aliud enim est *Odonem Hugone natum* esse, quod ait Chronicon; aliud quod probandum suscepisti, de quô vero in Chronicô plane nihil, *Odonis patrem geminato nomine insignem*. Quocirca id unum tibi, velis nolis, restat, ut aquam hic tibi hærere fateare. Quid ad nos si tu, muscarum instar, auctorum, quos legis, ulcera delicias tuas facias? laudati à te Chronici auctorem post A. D. 1137, in quem desinit, defunctum, tanti non esse, ut nova (ne erraſſe videatur) tibi commenta ejus causa confingere necesse sit; in multis enim aberrasse convincitur; exempli causa ubi *Bathildem* Reginam in *Mathildem* transfirmat; ubi *quatuor fratres, Lotharium, Pippinum, Lodovicum & Carolum Calvum, Fontanidos campos multo sanguine Christianorum fædavisse* refert; commissum enim prælium Fontaneticum A. D. 841 Iunii 25, feria 7, obierat Pippinus A. D. 838 Decemb. 13. solidô ante prælium biennio cum mensibus 6 & diebus 12. ubi Eduardum Anglorum Regem, Carolo *Simplici anno* 901 (quo Friderunam priorem uxorem nondum duxerat) *filiam suam dedisse* asserit; ubi Guillelmum Normanniæ Ducem, qui in Somonæ alveo confossus est, *in Sequanæ medio* cæsum fabulatur; ubi *Odonem* inter Roberti Regis filios *majorem, quia stultus erat, Regem non fuisse* somniat. ubi Lotharium Regem è vivis anno 987 excessisse, & *Otoni & Henrico filiis Hugonis Magni regnum Lotharienſe*, quod non habebat, *dedisse* delirat. ubi Arvegre Regem *Noricorum*, qui *Norvegorum* erat, & *Tostium* qui Anglo-Saxon erat, & in patriam è *Flandria*, ubi exularat, revertebatur, *Tostinum Flandrensem* inepte vocat; ubi de Claromontano Concilio agens, *Buamundum filium Guichardi* procul in Italia positum, *ibi adstitisse* putat: qui Pippinum juniorem patris loco subornare, *Lotharingiæ regnum* pro *Burgundiæ Ducatu* Hugonis Magni filiis dato mente concipere, & Anglum *Flandrensem* putare potuit, quidni privignum Roberti *Fortis* Hugonem, Odoni uterino fratri patrem dare facile potuit? tu ipse tecum reputa.

Tom. 3. Script. Franc. p. 360.

Profligato tuo de Conradi *majoris διωνύμια* deliramento, quandoquidem eum Hugonis 11 Abbatis naturâ patrem fuisse, in confesso esse jubet[1] Hericus S. Germani Antissiodorensis Monachus, qui anno circiter 882 *Chuonradi*

[1] de mirac. S. Germ. c. 1. & 4.

radi Principis famosissimi, collegæ Regum, & Adelaidis filios *acerbo præventos occasu*, solum *superstitem, adhuc vitales carpere auras, Hugonem & nomine & officio Abbatem* scripsit; Auctor verò Annalium Bertinianorum ad A. D. 864 *Lotharium* minorem, *Hugoni Conradi, Caroli Regis avunculi, & matertera suæ filio Episcopatum* (Colonienſem) *à Gunthario* ſublatum, *donavisse*; & ad A. D. 866 Calvum Calvum *Hugoni Clerico, avunculi ſui Conradi filio, Comitatum Andegavenſem donavisse* refert. nec fieri poteſt, ut duos naturâ *patres* habuerit, quem Conradus genuiſſe dicitur; cum quando *Roberti filius* ab Aimoino dicitur, & *fratres Odonem & Robertum*, Roberti Fortis *filios* habuiſſe, à Chronicis Divionenſi & Bezuenſi, hiſtoriaque geſtorum Warnerii Stephanienſis aſſeritur, Roberto *filii* locô, ut *privignum, fratrem*que Odonis & Roberti filiorum ejus, *uterinum* fuiſſe neceſſe eſt; ac ne Robertum (cujus *filius* audiit) cum Conradô verô ejus parente confundas, Annales Bertinianos audias, qui alterum alteri opponunt, eoque ipſo diverſum faciunt; hæc enim ad A. D. 866 habent, Carolus, *Hugoni Clerico avunculi ſui Conradi filio, Comitatum Andegavenſem, cum Abbatia S. Martini, & cum aliis etiam Abbatiis donat, eumque in Neuſtriam* locô Roberti *dirigit*. Roberto huic *cum placitis honoribus* A. D. 861 *recepto*, Andegavenſem Comitatum, cum *Ducatu inter Ligerim & Sequanam adverſus Britones* (Reginone teſte) *commendaverat*. hinc factum ut A. D. 862, *Ludovicus* Balbus *Robertum patris fidelem impetens*, Andegavum *devaſtaret*: A. D. 864 *ablatos Bernardo* Bernardi Septimaniæ Ducis filio *honores* Carolus *Roberto fideli ſuo donaverat*, iſque à quadriennio *Comes Andegavenſis* fuerat, cum *duos cuneos de Normannis, qui in Ligeri fluvio reſidebant*, fudit. ſed ei A. D. 865 *Comitatus Andegavenſis*, quem Calvus Ludovico *Balbo* filio tunc donabat, loco, *cum aliis honoribus, quos habebat, Comitatum Antiſſiodorenſem, & Comitatum Nivernenſem donavit*; at tandem A. D. 866 ipſi, *Abbatiam S. Martini ab Engilwino palatii Diacono*, cui eam annô 864 dederat, *ablatam donavit, & ejus conſilio honores, qui ultra Sequanam erant, per illius complices diviſit; Comitatumque Auguſtidunenſem, à Bernardo filio Bernardi ſuper Robertum occupatum, Ludoico filio ſuo, ipſius Roberti conſilio, ad eum ditandum commiſit*. Cum igitur Hugoni *Comitatum Andegavenſem* donaſſe legitur, eum Ludovico filio abſtuliſſe intelligendus eſt; ſed ex Roberto collatis, ei *Abbatiam S. Martini cum aliis donavit, eum*que *in Neuſtriam loco Roberti* (ut ſcilicet *Ducatu inter Ligerim & Sequanam* ipſi *commendato* fungeretur) *direxiſſe*: an ut *fratri* ſufficeretur? ſic hactenus voluiſti; ſed Herricus à temet laudatus obſtat, quô atteſtante Hugo *paternis, annuente Deo, ſuffectus honoribus, avitæ memor gloriæ & poteſtatis, patriæ probitatis robuſtiſſimus hæres extitit*: *avitæ* enim tunc *memor* fuit *poteſtatis & gloriæ*, cum ſe, per matrem Adelheidem, Ludovici Pii nepotem, Caroli Magni pronepotem, Pippini abnepotem, Martelli adnepotem, Pippini Heriſtalii trinepotem recordatus eſt: *paternis* vero, ideſt vitrici Roberti, *ſuffectus honoribus, patriæ probitatis robuſtiſſimus hæres extitit*, Roberti ejuſdem, qui ipſi *patris* locô fuerat, cujuſque [1] *prælia, quæ cum Brittonibus & Northmannis geſſit, ſi per omnia ſcripta fuiſſent, Maccabei geſtis æquiparari potuiſſent*, glorioſis ſedulo veſtigiis inſiſtens: tu qui *tricas* (ſi Deo placet) noſtras *exſolvis, & honores ab hæreditate diſtinguis, Hugonem Conrado parenti in Ducatu Burgundiæ hæreditario jure, Roberto fratri in Ducatu Franciæ, ex Regis*

[1] Regino Annal. Metenſes & Fuldenſes.

Regis concessione successisse, velut ex tripode pronuncias, neque responsione istâ, (quæ tua ἀνευδειαία est) te magis ac magis *tricarum*, quas exsoluturus videbare, pedicis impeditum sentis; sive enim de Conradi successione egerit Herricus, sive non egerit, tibi, quamcunque te in formam vertas, causâ cadendum est. si egit, frustra *honorum* & *hæreditatis* à te prolatam distinctionem docuit, qui de eo, cui *hæreditas* paterna obvenit, *successum paternis honoribus*, omni *hæreditatis* omissa, & *honorum* tantum factâ mentione scripsit: si non egit, & proprie de *honoribus ex Regia concessione* promanantibus, verbâ fecit, ea ad Conradi *hæreditatem*, quæ talis *honor* non fuit, trahere nullo modo potes; de ea ergo, ex tuâ ipsius hypothesi, ne cogitaverit, & ad solam Roberti successionem animum converterit, qui de solis, in Hugonem transmissis à Roberto cæde *honoribus*, locutus est. Robertum Hugonis germanum si dicere pergis, *fraternis* Hugonem *honoribus successum* fuisse, ex tuâ sententia oportuerit; sed obstat Herricus, qui *paternis* non fraternis *honoribus successum* asseverat, teque eo vel invitum trahit, ut Robertum cujus *honoribus Hugo successus* est, ejus non *fratrem* (quod volebas) sed *patrem* idest *vitricum* fuisse nobiscum fateare; novumque reputare desinas, si Hugo, qui Roberti *privignus* erat, Aimoino *filius* ejus eodem sensu dictus sit, quo Tiberius Agrippinam privignam, [1] *filiolam* ante annos fere 1630 vocaverat, & Agrippina eadem à Tacito [2] Tiberii *nurus*; Drusus Agrippinæ ejusdem filius, Tiberii nepos; Sejanus Liviam nurum ejus ambiens *gener*; Tiberius vero ipse Agrippinæ *socer*, Drusi *avus* audierat.

[1] Sueton. [2] Annal. 5. & 6.

Id ipsum Bertiniani Annales exigunt, qui ad A. D. 868. *Ablata à Roberti filio hac, quæ post mortem* patris, *de honoribus ipsius, ei* Carolus Calvus *concesserat*, fuisse notant; quis enim alius *Roberti filius* ab Hugone *honoribus* ejus (prout ex Herrico audivimus) *successus*, quem Regino & Annales Metenses ad A. D. 867. *in locum Roberti substitutum* fuisse; Adelerius *strenue Rempublicam gubernasse, cum armis, tum consiliis suis, & virtute, barbaricos Northmannorum conatus repressisse*; Aimoinus, *temerarios* eorum *ausus compescuisse*; Herricus, *patriæ probitatis robustissimum hæredem extitisse*; Annales ipsi Bertiniani *in Neustriam* loco Roberti *directum*, ejusque *honoribus* auctum fuisse docuerunt? Odonem hîc Roberti primogenitum intelligere non potes, quis enim ei quicquam *de patris honoribus* & Carolo (ut postea *auferretur*) datum, dixit, vel dicere (cum expresse Regino, Annalesque Metenses non dicendum moneant) potuit? *Non multo post* (Roberti cædem) *interjectâ tempore* (inquiunt illi) *Hugo Abba in locum Roberti substituitur*, &c. *siquidem Odo & Robertus, filii Roberti, adhuc parvuli erant, quando pater extinctus est, & iccirco non est illis Ducatus commissus.* Unus ergo Hugo Roberti *honoribus successus, filius* ejus, non *naturâ*, sed *affinitate*, tam Herrico, quam Annalium Bertinianorum scriptori, & Aimoino, & creditus & dictus est; nec (ex eorum omnium sententiâ) Conradus Roberti *parens* ullo modo esse potuit.

Hæc rursum ex Herrici verbis adversus somnium tuum argumenta emergunt; quod cum Conradi, annô 862 defuncti, *honoribus* (quicunque illi fuerint) non Hugo secundogenitus, sed Conradus primogenitus, patri per annos fere 20 superstes, *sufficii* debuerit; Hugonem vero *paternis honoribus successum* Herricus, Roberto vel 866, vel 867 *substitutum* Bertiniani cum Metensibus Annales expresse doceant; de Conradi Majoris *honoribus*, qui

in Conradum Minorem anno 862, ex naturæ ordine transierant, nullo modô vel locuti sunt, vel loqui potuerunt. 2. Immediate sequentia Herrici de Hugone *paternis honoribus suffectô* verba, *patriæ probitatis robustissimus hæres extitit*, Robertum unum designent sæculi sui *Maccabeum*, cujus exemplo Hugo, *robustissimum* regni propugnaculum, *barbaricos* Northmannorum *conatus* fregit, non Conradum, de cujus *fortitudine* nihil usquam extat, quemque Bertiniani Annales ad A. D. 862 *superciliosâ, sed frivolâ, & nec sibi, adeo nec pluribus proficuâ more suetô, scientiâ nixum*, ut *vulpem* potius, quam *leonem*, qualis Robertus erat, referre videretur, asserunt. 3. Ibi denique, id est in Ducatu Francico, ubi Roberti; non autem ubi Conradi *honores* fuerint, *robustissimum patriæ probitatis hæredem* præstiterit Hugo. 4. Admissâ tuâ, quam verissimam judicamus & laudamus, *honorum* & *hæreditatis* distinctione; tua de *Ducatu Burgundiæ*, qui tunc temporis (ut ut *hæreditarium* fuisse falsô putes) *honos* fuit, non *hæreditas*, sententia ex necessitate concidit, ibique Conradum ubi non habitavit, *honores* qui in Hugonem filium suô tempore transfunderentur, habuisse contendis. Quo auctore, *Burgundiæ Ducatum* Conradi *proprium* & Hugoni, qui secundogenitus erat, *hæreditario jure* relictum scribas, si quæsierim; tibi *avia loca*, effugiendi spe, *peragrare*, & responsionem in Kalendas Græcas differre necesse fuerit? Demus tamen non unum, aut alterum, sed turbam te eo deduxisse ut Burgundiam Hugonis & Conradi *hæreditatem* fuisse crederes. Quid ad nos, si cæcos cæcus secutus, falsaque & inconvenientia locutus sis? Erat, opinor, Burgundia, Franciæ Occiduæ, Carolo *Calvo* assignatæ, portio, ejusque Dux Carolo eidem fidem obstringere tenebatur. At extra regni Carolini fines, in *Franciæ mediæ* nobiliore membrô, quod *Lotharii regnum* ab anno 855 audiit, Conradi, *Major* ad finem usque vitæ, *Minor* ad Lotharii A. D. 869 Aug. 8, feria 2 denati excessum, domicilium fixerant: Erat enim (prout nos Bertiniani Annales ad A.D. 862 docent, [1] *præcipuus Lotharii Consiliarius*, adeoque individuus Comes, Conradus *Major*; nisi forte velis Principem non regnandi rudem, extra ditionem suam firmissimas regni sui columnas erexisse, & à longe, & sub aliorum, sæpe infensorum, potestate posita, consilia, per citatos equos postea mittenda, rogasse. Hugoni Conradi secundogenito anno 864, à patris morte tertio, *Episcopatum* Colonienſem *donavit*, annô vero 866 Conradi minoris (quem *Iurensium & Rhæticarum partium Ducem* Fulcoini Laubienſis Chronicon vocat, operâ usus) Lotharius, Hucbertum Teutbergæ à se dimissæ germanum, in Diœcesi Lausannensi, procul à Franciâ Occidentali oppressit. *Aœphala Humbertus* (inquit Regino) *novissimè à Conradô Comite occisus est, juxta castrum quod Orba dicitur.* Fulcoinus, *Confligens in acie cum* Conrado Rhæticarum vel Iurensium partium Duce, *primum linguâ blasphema confossus, ad ultimum est interfectus.* Post Lotharii mortem, Carolo Calvo avunculo, se totum addixit Conradus; *cum Ludovico* Balbo A. D. 877 Iun. 14. *consistere*, & 876 *cum Normannis, qui in Sequanam venerant, paciſci* jussus; 879 cum Parisiaci Comitatum teneret, à Gozleno S. Dionysii & S. Germani monasteriorum Abbate *ſpe falsâ de præcellenti potestate* se *deludi* passus, *Ludovicum Germaniæ Regem, in Regno* Franciæ Occiduæ *convocavit*, annoque 881 è vivis excessit; Rudolfo filio relicto, qui A. D. 888 Burgundiæ Iuranæ regnum fundavit.

[1] Monasterium Lebrahæ, & Cellam S. Hippolyti in Alsatia invaserat, prout ex Concil. Vermer. A. D. 853 congregato constat.

Hacte-

Hactenus tuam, ex illis ipsis, quæ versaveras, monumentis pervicaciam retudimus; ea nunc omnia, tuâ causâ, periisse fingamus; tibine exinde vel minima Robertum *Fortem*, Conradi *Majoris*, & Adelheidis *filium*, Hugonis vero Abbatis *fratrem* fuisse persuadendi spes affulserit? imo (si cætera desint) una te temporis, quantumvis edacis rerum, ratio, & falli & fallere convincét. [1] Annô enim 830, ante Paschа, Lotharius & Pipinus, *Reginam Iudith* novercam, Compendiaci *suscipientes*, *eamque vi velantes*, *& in monasterium mittentes*, *fratres ejus Conradum & Rudolfum tondentes*, *in monasterium mittere*, *& in Aquitaniam servandos Pippino commisere*; annô 831 *Regina & fratres ejus Ludovico Imp. restituti sunt* Aquisgrani, mense circiter Martio; fac eodem anno Conrado Adelheidem nupsisse, quod tamen parum verisimile est, quia procella, qua pene eversus ille fuerat, ante annum 834 inclinatum non desæviit: ex ea nasci Robertus ante annum 832 non potuerit, cui credibile fiat eum A. D. 859, quo vitæ 25 vix egisset, partium patri, cui bene cum Carolo conveniebat, & Carolo ipsi adversarum caput, arma *cum Pippino* juniori *& Britonibus sociasse*; Carolum potestatis avidissimum & Majestatis severum vindicem, anno Domini 861, vitæ 28, tanta nominis ejus ductum reverentia, ut ad pacisscendum cum eo *Meidunum* usque *super Ligerim* progrederetur, eum *cum placitis honoribus reciperet*, ei *Ducatum inter Sequanam & Ligerim*, Marcamque regni præcipuam *committeret*, nec ad ejus nutum se suaque componere, exinde dubitaret, tantisperdum Conradus ejus (si Deo placet) pater, Lothario minoris potentiæ Principi palpando intentus, in Austrasia desideret?

[1] Thegan. c. 36. Nithard. lib. 1. Annal. Bertin.

Si Adelheidem ejus (ex tuâ sententia) parentem, Hugone primô Abbate (cujus matrem Reginam, [2] *post Luidgardis* uxoris dormitionem, adeoque post A. D. 800, Iun. 4. *concubinam habere* Carolus Magnus cœpit, quique ante annum 802, ejus utero fundi non potuit) natam tecum statuamus, graviora te adhuc incommoda prement: anno enim 818, qui vitæ ad summum 15 fuit, [3] à Ludovico fratre *tonsurari jussus* est; Anno vero 822, Ludovico Pio *fratri*, qui eum *invitum attonderi fecerat*, *reconciliatus est*; fac eum hoc ipso anno, qui vitæ 19 erat uxorem duxisse, ex quâ annô 823 Adelheidem filiam susceperit, cum ea ante annum vitæ 14, Christi 837, matura viro non fuerit, Robertum ante 838 aut 39 parere nequaquam potuerit, qui tamen anno 859 Pippinianæ factionis Dux, toti regno tremendus erat, primasque in eo, suo merito, habebatur; tunc eum (fungi instar) unâ nocte crevisse, *sui*que *temporis Maccabeum*, antequam belli artibus imbui per ætatem potuisset, momento evasisse credideris? facile feram, quid enim animo tibi fingere non possis? sed nemini rationis compoti fidem facies.

[2] Eginhard.

[3] Thegan. c. 14. vita Ludovici.

Ex adversô, si (exsufflatis inconditis tuis commentis) Robertum *Fortem* veris suis natalibus restituamus, eum Roberti Aganæ mariti, cujus germana Engeltrudis A. D. 822 Pippino Aquitaniæ Regi nupsit, filium (quod rei veritas exigit) confessi; potuerit A. D. 867 qui à Normannis ad Briesertam cæsus est, quinquagenarius, post longa fortitudinis experimenta, bello & pace clarus, & regni columen habitus, excessisse; neque ratio defuerit, qua ad transferendos in eum Bernardi II Septimaniæ Ducis propinqui *honores*, Carolus Calvus permotus sit, cum *consanguineus*, *& germana maritus* fuerit, ut ex subjecta tabula manifestum fiet.

Pippinus



Pergis nihilominus, ridiculi propositi tenax, & [1] ex *Chartâ Roberti, à Bouchetô Dominico subministratâ*, quiâ in ea, *nullâ Hugonis Abbatis mentione factâ*, Odonem *germanum*, Robertum *patrem*, Adelaidem *genitricem*, & Robertum *avum* memoravit, *Hugonem Abbatem Odonis & Roberti fratrem* nequaquam *fuisse colligis*, sed, tuo more, perperam; hinc enim quivis (exemplo tuo) Robertum *patre*, *liberis*, patris avunculis, *sororibus*, *avia*, *proavo*, *proavia* (quos sciens prudens prætermisit) caruisse *colligeret*, an assentireris nuganti? non opinor, tu enim Hugonem, Roberti fortis *germanum*, Roberti I Regis *patruum* fuisse vis. Sed Censuræ tuæ, quâ Albericum notas, Odonis Regis, Roberti Ducis, Hugonis I *Abbatis*, & Drogonis Metensis, Reginam, Caroli Magni concubinam, matrem fuisse, ex falsa Chronici S. Benigni interpretatione, ad A. D. 888 credentem, lubentissime subscribimus, cum Hugones duos, alterum anno circiter 802 natum, & 844, Iun. 7, denatum, alterum circa 836 natum, & 887 defunctum confuderit, & Reginam decrepitam peperisse inconsiderate voluerit; probare tamen non possumus, [2] quod Reginam annô circiter 780 natam, 79 Drogonem peperisse fingis, qui anno 825 tricenario major in Metensem Episcopum consecratus sit; Odonis vero Regis natalem anno 859 inepte assignas. Cum enim Eginhartus Reginam, à Carolo, post *Luitgardis* dormitionem, adamatam fuisse diserte moneat, ante annum 801 ex ea Drogo nasci non potuit, quem *Clero Metensi consentiente atque eligente, anno* 823, vitæ 22 *ad pontificatus gradum censuit promoveri* Ludovicus Pius frater. Cum etiam Odonis mater Adelheid, Roberto *Forti*, nisi post [3] clatum A. D. 862, Febr. 16, Conradi Majoris mariti funus, nubere non potuerit; ante annum 863, natum Odonem fuisse tam impossibile est, quam absurdum recte putas, Adelheidem eandem cum *Reginâ concubina* fuisse, aut Reginam *octogenariam* peperisse.

[1] Lum. p. 134.

[2] p. 185.

[3] Necrolog. S Germ. Antissiod.

Hos in quos Albericus incautus impegit scopulos, dum vitas, in alios non minus infestos incurris. 1. *Entia* nullâ *necessitate*, quod culpa non vacat, *multiplicans*, unicamque Adelheidem Conrado *Majori*; ac exinde Roberto *Forti* nuptam, in duas dividens, quarum altera mater, altera uxor ejus fuerit. 2. alienum utrique, sine teste, imo sine colore ullo, genus assignans: quis enim veterum Robertum *Fortem*, Adelheide parente natum, eundemque

Adelai-

Adelaidem Emenonis Pictaviæ, & Engolismæ Comitis filiam duxisse vel disserte scripsit, vel saltem insinuavit? Imo quis Emenoni Adelheidem ullam tribuit? tu pro libidine commentum tuum veri stemmatis loco obtrudis; hoc nimirum.

1 Emeno Comes Pictaviæ & Engolismæ, Anno 840.

2 Adelaida uxor Roberti Fortis occisi, Anno 869.	2 Ademarus Comes Pictaviæ 887, uxor Sancia Petracoriensis; ἄπαις.	2 Adalelmus I Comes anno 870 & 877; *avunculus* Regis Odonis.	
3 Odo Rex Franciæ an. 898.	3 Robertus Rex Franc. anno 923.	3 Waltharius Comes, *nepos*, ideſt *consobrinus*, Odonis Regis, an. 892.	3 Adalelmus II Comes, *nepos* Odonis Regis, ideſt *consobrinus*, anno 886.

Sed in eô singula ferè nutant: 1. cum enim Rainaldo Pictaviæ Comiti A. D. 843, Iunii 22 in Britannia cæso, Bernardus filius & Ramnulfus nepos successerint, Emeno Pictaviæ Comes, nisi paucis annis Pippino in Aquitania regnante, aut titulo tenus, cum Pippino II militaret, esse nequaquam potuit. 2. Roberti *Fortis* cædes in anni 867, Iulium mensem jam affectum conferenda est; prout ex Reginone, Annalibus Metensibus, Fuldensibus, &c. constat. 3. ei nuptam Adelheidem Emenone natam fuisse, veterum nemo dixit. 4. Adalelmus ille, qui Odonis *avunculus* dictus est, Emenonis Comitis filius nec fuit, nec esse potuit, qui [1] *annô* 866, 18 *Kal. Iulii cum Landrico* (Santonum Comite) *congressus, & occiso Landrico saucius ad castrum regressus suum, debitum naturæ persolvit* 10 *Kal. Iul. relictô filio parvulo Ademaro nomine.* Si anno 866 Iun. 22 Ademarus Adalelmi primogenitus *parvulus* erat, quanto magis Adalelmus ipse? si vero *parvulus*, [2] qui ante annum 867 August. 29, *Cadussam super fluvium Saræ, in Comitatu Laudunensi sitam in beneficium tenuerit*; aut [3] annô 870, *Aquisgranensi pactioni inter Carolum Calvum, & Ludovicum Reges interfuerit*; aut anno 877, *Capitulis Caroli* ejusdem *apud Carisiacum subscripserit, & cum Ludovicô* Balbo, consilii causâ, *consistere* jussus fuerit? an ad regni clavum, pusiones sanus quisquam sedere velit? alius ergo ex necessitate ab Ademari germano erat, qui *Odonis avunculus* dictus est: sed universa illa, quæ nos Ademarum & Adalelmum, *parvulos* ab Emenone relictos docuerunt, periisse demus; an facilius erit eidem Adelaidem, quæ anno 859 Odonem pepererit, assignare? Imo id prorsus impossibile est, fuit enim Emeno Roberti Fortis *frater* natu minor, qui cum liberos *parvulos* reliquisse, & vitæ, saltem non culpatæ, fuisse dicatur, filiam (si quam habuit) germano nec junxit, nec (si jungere, vel per nefas, voluisset) jungere nondum nubilem actu ipso potuit. Si, *quod* ad A. D. 888 *Albericus descripsit, Hugonis Capeti stemma* turpe *judicas*, quia vi naturæ illatâ, Reginam Caroli Magni concubinam, post 80 ætatis annum parere coegit; quid de tuô ipse tu judicaveris, qui Adelaidam tuam Emenonis, patris germano Roberto, Odonem & Robertum Reges, trimam, vel quadrimam (in fas omne insurgens) peperisse fingis? *Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,*

[1] Chron. Malleacense Cod. Engolism. Ado, Ademarus fragm. hist. Aquit.
[2] Antiq. Dictyl. p. 803.
[3] Lun. p. 128.

tres patruo matrem faciant non amplius anni. Id forte ex *arcanorum* illorum *genealogicorum*, quæ penes te habes, felice promptuario, lectoris causâ, ne ipsum *aviâ* tecum *loca*, fructu nullô, *peragrare* necesse sit, eruere non graveberis.

Quod Alberici, qui post annum 1241, & Guidonis qui circa 1202, scripsere autoritate fretus, Roberti cædem in annum 865 confers, nullius prorsus momenti esse debet; cum ex Reginone & Annalibus Fuldensibus, Metensibus, & Chron. de gestis Normanorum supparibus, Anno demum 867, vel serius, cæsum constet; ut facile Adelhais, post Conradi prioris mariti, anno 862 ineunte defuncti, obitum ei juncta, quater ante ejus mortem parere po-
[1] Lun p. 189. tuerit; æque inutile ad causam tuam est, [1] quod *nepotis vocabulum in inferiori gradu trifariam usurpari* notas, *pro eô qui ex filio, vel filiâ natus est. 2. pro filio fratris vel sororis. 3. pro patruelis, vel consobrini filia. 4. in gradu æquali pro patruele, vel consobrino*; ut quando Regino ad A.D.892 mensem Iulium, Waltharium Comitem, *nepotem Odonis, filium scilicet avunculi ejus Adalelmi* vocat; quando Sigeberto ad annum, non 888, quem notas, sed 988, Hugo Rex *Caroli Ducis nepos*, & ad 1036 Conradus *Sacusi*, Odonis Campanien-
[2] p. 190. sis *nepos*; Apud [2] auctorem vitæ S. Henrici, Ottoni II, Henricus idem *nepos*, Roberto de Monte ad annum 1143, & Chesneo hist. Gisnensis præf. lib. 2. & lib. 8. c. 3. *Odo Campanienſis* Theobaldi Comitis *nepos* dicitur. nemo enim negat, à mediæ antiquitatis scriptoribus, varie accepta, *avunculi*, & *nepotis*, imo *generi* vocabula, Hugonem *Capetum* Caroli Ducis, Conradum *Salicum*, per Gislam uxorem Odonis II Comitis consobrinos, Henricum Ottonis II, Waltharium Comitem Odonis Regis, & Odonem Campanien-sem, Theobaldi Comitis *patrueles*, adeoque improprie *nepotes* fuisse. duo tamen sunt, quæ in dissertatione tuâ reprehensionem mereantur, alterum quod Waltharium & Adalelmum Odonis *consobrinos* (quasi *consanguinei*, non fuerit) facis; alterum quod Henricum I, Ottonis I germanum, quasi uno eodemque tempore, totaque vita *Lotharingiæ & Bavariæ Dux* fuerit, Lotharingiæ & Bavariæ Ducem vocas; Lotharingia enim ei A.D. 940 *commissa*; sed (si qua Sigeberto ad A. D. 943, & continuatori *Reginonis* ad 940 fides) continuo post, ejus *Ducatus Ottoni* Ricuini filio *datus*; Bavaria vero denatô annô 937, Arnulfo II Duce, ab Ottone Magno Bertulfo com-
[3] Herman. vigebert. mendata est, cui anno 946 defuncto, Henricus [3] nullius Ducatus Rector, & à quinquenniô Lotharienſis regni *exdux*, tum primum suffectus est.

Id etiam in te miserandum, quod cum *Ademarum Odonis Regis avunculum* propriè dictum, seu *matris germanum* fuisse, demonstraturum te polliceare; desertô vadimonio, Abbonis, cœtanei, imo Odoni familiaris loco, qui lon-
[4] lib. 2. ge aliud suadeat, sciens prudens abutaris, [4] *sic* inquis *Ado* cecinit,

Consul Ademarus, Regi copulatus *eidem*
Progenie, *cujus memini; Proserpina dudum*
Huic cessit, cuneos dum profligavit Odonis.
Umbra fugat stellas, Ademarus ab agmine vitas.
Dormit Odo, consanguineus *sua proterit arma.* Hucusque Abbonis verba tibi exscribere placuit; ego vero ut vi majore stringatur modus, immediate sequentia adjiciam, *Astra micant, primas vigilat, sed & avolat ipsa* Regia *mox* consanguinitas, *de sanguine lata.* Vrge nunc quantum libet

de Ada-

de Adalelmo [1] quem *secundum* vocas, eum Abboni Odonis *nepotem* dictum, sic enim ille. *Vnde* nepos *ejus, nimium tristans Adalelmus*

Consulis intererat populo, cui talia dixit;
Eja viri fortes, clypeos sumatis & arma,
Vlciscique meum raptim properemus avunculum.

[1] Lum. p. 118.

Rectè Odonis *nepotem*, eum *qui in gradu æquali* erat, hîc nuncupâri contendis, sed in eô falleris quod *consobrinum* putes, fuit enim ex necessitate *patruelis*, cujus germanus Ademarus, Odoni *progenie copulatus*, & *consanguineus*, imo *Regia consanguinitas* erat; ut igitur statum nobilissimæ familiæ animo capere valeas, subjectam tabellam intuere.

Theodebertus sive Thiethertus Comes Matricensis.

Odo Aurelian. Comes Engeltrudis maritus, A.D. 834 cæsus Ludovici *Pii consobrinus*,		Willelmus cum fratre cæsus.		Robertus Aganæ maritus.		Engeltrudis Pippini Aquitan. Regis A.D. 838 Decemb. 13 denatus.		
Willelmus Caroli Calvi *consobrinus* & sororius A.D. 866 decollatus.	Ermentrudis Caroli Calvi uxor prior.	Robertus *Fortis* Pippini II propugnator, Adelheidis maritus posterior A.D. 867, Jul. 25 cæsus.	Adalelmus Odonis Regis *avunculus* de quo ad A. D. 870 & 877. Tom. 3. Script. Franc. p 453. 64.	Turpio A. D. 862, Oct. 4 cæsus.	Emenô Pippini II propugnator, A. D. 839 cæsus 866 Jun. 14.	Pippinus II à Carolo patruo nequicquam repugnantibus Roberto & Emenone oppressus.	Carolus Archiepisc. Moguntinus.	Berta N. Ratharii uxor. Gerardi uxor. Hi Carolo Calvo adversus Pippinum faverunt.
Odo Rex.	Robertus Rex.	Walthartius Odonis Regis *nepos* ejusdem jussu, A. D. 892 decollatus.		Ademarus *parvulus* A. D. 866, Odoni *progenie copulatus*, ejus *consanguineus*, & *consanguinitas*, A. D 930, April. 2 denatus.		Adalelmus Odonis *nepos* dictus Abboni, & Odoni Cluniac. lib. 1. c. 38 & 39 vitæ S. Geraldi memoratus.		

XII. *An fieri potuerit, ut Adelhais Conrado* Majori, *ac exinde Roberto* Forti *nupta, Hugone Abbate Caroli Magni filio naturali nasceretur.*

QVandoquidem ex veteri, & Francico jure, *matrem familias non sequi* constat, paternorumque Christianissimi Regis avorum, quibus litem status intenderas, seriem à cavillorum tuorum spiris liberam, ad Robertum usque *Fortem* deduximus; quô patre Adelhais, quam illi tu matrem, nos uxorem assignamus, edita sit, nihil ad præcipuam quæstionem nostram facit; sive enim Adelhais Hugone 1 Abbate Caroli Magni nothô, sive Ludovico Pio, sive Emenone Comite, sive alio quocunque nata sit, Pippini Majoris nihilominus per secundogenitum Childebrandum Ducem *nepos* fuerit, cui fortasse minus à matrum aliquâ nobilitatis decus accesserit, si hunc illa potius quam alium patrem habuerit. Non tam igitur nostri, quam Regum quotquot nunc in Christiano orbe sunt, ipsiusque veritatis causâ, tecum in arenam descendimus de Adelhaidis natalibus disputaturi; probrumque quo Principum omnium, ne tuô quidem exceptô, ostrum conspurcas, procul amandaturi, quod si maneret, eos omnes & singulos, *presbyteri* se in sacris constituti *filios* adeoque hac ex parte *illegitimos* esse, fateri necesse sit.

[1] Eginhart. Annal. Brun.

Facile assentior Hugonem Reginæ filium annô ad summum 802 [1] natum, & 844 Iunii 7 denatum; ex necessitate diversum fuisse, ab Hugone illo, [2] qui A. D. 872, antequam alter nascereturo 29, [3] Frodoini Novalicienſis Abbatis curæ commissus à Carolo Magno fuisse, ejus funeri jam Amblulfo Abbati suffectus interfuisse, *paucisque post annis in S. Medardi cœnobio Idus Iunii* obiisse dicitur; quandoquidem nemini bis nasci & mori per naturæ leges datum est, nec *paucis post* annum 814 *annis* devixisse dici potest, qui anno demum 844, ab 814 *tricesimo primo*, fatis concesserit. Æque admitterem his Anastasii verbis, *apud se Papiam* Carolus *adduci fecit suam conjugem excellentissimam Hiltigardam Reginam, & nobilissimos filios*, insinuari Hugonem Novalicienſem, cum Carolo Hiltigardis primogenito, ipsaque Hiltigarde *adductum* insinuari, si Hugonem illum à Carolo genitum constaret, *filiorumque* nomine solos mares, eosque à Carolo quomodocunque genitos intelligi necesse esset: sed cum Anastasii verba ad liberos ex Hiltigarde natos, eô nomine ex æquo *nobilissimos*, restringi videatur, *filii* [4] *appellatione omnes liberos intelligamus*, & [5] *liberorum appellatione contineantur omnes, sive virilis, sive fœminini sexus sint*; & per *filios*, Carolum, Rotrudem, Bertam facile intelligere possimus, nihil est quod nos de Hugone vel cogitare cogat: Huc accedit, quod Eginhartus à quo uxorum, amicarum, liberorum (quotquot tam ex uxoribus, quam ex amasiis Carolus suscepit) Catalogum habemus, unicum ei Hugonem Reginæ filium assignavit; si Pippini ante legale connubium ex Hilmedrada nati, & ob conjurationem adversus patrem famosi, meminisse eum non puduit, nec vagas Caroli sexagenarii, post quartæ nuptæ funus elatum, libidines (turpe senilem amorem esse recordatus) erubuit; quanto minus de Hugonis Novalicienſis, in cujus vita nihil nisi laude dignum occurrit, pudere eum debuerit? Sed eum universos Hildegardis liberos, non recensuisse clarum est, cum ei (quam 4 *filios & 5 filias* peperisse Paulus [6] Diaconus refert) *tres filios* Carolum, Pippinum, Ludovicum, *& totidem filias* Ruotrudem, Bertam & Gisslam tribuat; cæteros enim sciens prudens omisit, Lotharium quia *biennis occubuit*, Adelheidem quæ *sumpserat ortum prope mœnia celsa Papiæ*, quia cum Hildegardia, quæ anno 782 Iulio circiter mense nata, vix 40 à matris 783, April. 30, denatæ obitu, *dies vixit*: Emmæ quam post furtivos concubitus, ex nescio cujus contubernio natam duxerat, volens etiam nomen prætermisit, ne (eo recitato) illati probri memoria intempestive refricari videretur: tantum autem abfuit, ut eam sibi junctam negaret, ut Lotharium Ludovici *Pii* primogenitum, *nepotem* appellare non dubitaverit, hæc epistolâ 34 ad eum scribens, *admonendam censui* neptitatem vestram, *ut per prudentiam adeo vobis concessam caveatis periculum vestrum*. reliquos post Hildegardem defunctam Carolo natos accurate enumeravisse, non est quod dubitemus; cum autem Pippini nothi meminerit, eumque unum *ante legale connubium* à Carolo genitum noverit, qui antequam Fastrada parere cœpisset, & Angilramnus Metensis A. D. 791, Octob. 25, defunctus vita excessisset, scripsit Paulus Diaconus, cur Hugonem Novalicienſem Caroli filium fuisse credere debeamus non video.

[2] Chron Novalic. c. 15. 27. 31.
[3] in Hadriano I.

[4] Dif. de verb. signif. c. 84.
[5] Ibid. c. 56.

[6] de Epiſc. Metenſ.

Neque nos Chronici Novalicienſis ab auctore emunctæ parum maris, post A. D. 1040, sub Henrico Nigrô scripti, auctoritas jure permoverit, cum tot nugis fœdatum sit, ut ei nemo, nisi experimentô factô, credere debeat exem-

exempla aliquot cape, *Luitprandus Rex Langobardorum tanta longitudine fertur pedes habuisse, ut ad cubitum humanum metirentur.* 2. *Pippinus Carolum filium suum parvulum ad eum direxit, ut ei juxta morem ex capillis tonderet, & fieret ei pater spiritualis.* atqui quarto à Pippini morte anno regnare Luitprandus cœpit, Carolique filium Pippinum non *parvulum*, sed ephebum anno circiter 730, quo Narbona à Martello expugnata est, suscepit. 3. *in loco* Luitprandi *Desiderius Rex exaltatur*; at Luitprando anno 743 denato Ratchisius successit, huic Aistulfus, eoque è vivis anno 758 sublato, Desiderius. 4. *Dominus omnipotens per visionem Karolo Regi Francorum ostendere dignatus est, ut ad Italiam quantocyus properaret, suæ ditioni subjugandam.* contrarium Paulus Diaconus docet lib. 6. de Langob. gestis c. 61. *Dum in magna angustia ac tribulatione consisteret*, (Hadrianus) *direxit Missos suos marino itinere cum Apostolicis literis ad Carolum.* Anastasius in Hadriano 1, *pertinacia & audacia egressus à suo palatio* Desiderius *Romam properare nitebatur*, &c. *properantes Apostolicæ sedis Missi subtilius cuncta referentes, & de maligno proposito Desiderii* Carolo, &c. nulla ergo *visione*, sed precibus Hadriani Desiderio bellum intulit Carolus, cui si *visio* cœlestis oblata esset, nullos ad Desiderium Missos, qui pacem rogarent, *deprecans misisset*. 5. *joculator perduxit Carolum cum suis per crepidinem cujusdam montis, cumque descendissent, devenerunt in planitiem, ibique se adunantes struebant aciem contra Desiderium*, &c. *joculatori dedit Karolus quantum sonitus tubæ audiri potuit.* universa hæc refellit Anastasius, *dum vellent Franci ad propria reverti, Deus misit terrorem & validam trepidationem in cor Desiderii, & eadem nocte dimissis propriis tentoriis atque omni supellectile fugam omnes generaliter nemine eos persequente arripuerunt.* 6. *divinitus Karolo revelatum cum esset, dum* Theodorus Episcopus Papiensis *viveret, non esset ab eo capta ipsa civitas, cæpit abire per circuitum ejusdem civitatis, capiens urbes universas, scilicet Eporediensem, Vercellis, Novariam, Plauentiam, Mediolanum, Parmam, Tertonam; insinuatum est Karolo quod Episcopus obiisset, qui congregans statim universum exercitum tendit Papiam.* Contra Anastasius *Desiderius velociori cursu fugiens, atque Papiam conjungens, ibidem se recludi statuit*, &c. *At vero Karolus movens, cum suis generalibus exercitibus, atque Papiam conjungens civitatem, eam ex omni parte circumdans vallavit.* Paulus Diaconus; *Desiderius velociori cursu fugiens, Papiam se muniens clausit, quem Carolus persecutus, eandem civitatem ex omni parte circumdans vallavit.* 7. *Ibi Desiderius Rex fugiens manebat cum Algiso filio suo & filia. Erat Desiderius valde humilis & bonus*, &c. *aperiebatur statim divinitus regia ante suo conspectu*, &c. *filia Desiderii compositam epistolam per balistam Carolo transmisit, dicens ut si se in conjugem accipere dignaretur, traderet illi continuo civitatem*, &c. *Karolus scripsit, quod ad amorem ipsius magis in se incitaretur*, &c. *ea statim furando tulit claves portæ civitatis, quæ erant ad caput lectuli patris, mandans per balistam Karolo ut eadem nocte paratus esset cum suis*, &c. *cum Karolus introiret, occurrit illi prædicta puella, quæ statim inter pedes equorum conculcata, atque interfecta est, expergefactus Algisus, evaginato ense percutiebat omnes Francos*, &c. *cui pater statim interdixit ne faceret, quia voluntas Dei erat*, &c. *fugiens Algisus abiit*, &c. *dicunt nonnulli quod Karolus oculos eruisset Desiderii*: Contra Anastasius Carolus *dirigens continuo in Franciam, ibidem apud se Papiam adduci fecit, suam*

¹ Paul. Diac. de gestis Langob. c. 42. 53. 54.

conjugem excellentissimam Hildigardam Reginam, & nobilissimos filios. Et dum agnovisset fugam arripuisse in Veronam Adalgisum, relinquens plurimam partem ex suis exercitibus Papiæ, ipse quoque cum aliquantis fortissimis Francis, in eandem Veronam properavit Civitatem. Et dum illuc conjunxisset, protinus Autcharius, & uxor, atque filii Carolomanni, propria voluntate eidem benignissimo Carolo Regi se tradiderunt; eosque recipiens ejus excellentia, denuo repedavit Papiam; qui confestim dirigens cuneos exercituum bellatorum, comprehendit diversas civitates Langobardorum ultra Padum constitutas. Roma *reversus cum suis exercitibus Ticinum, ipse excellentissimus Francorum Rex, fortiterque debellans atque obsidens civitatem Papiam, dum ira Dei super omnes Langobardos, qui in eadem civitate erant, grassaretur atque saviret, & plures de languoribus, seu mortalitatis clade defecissent; ita Dei nutu eandem civitatem, simulque & Desiderium Langobardorum Regem, atque cunctos, qui cum eò erant, ipse excellentissimus Francorum Rex comprehendit, & sua potestati cunctum regnum Langobardorum subjugavit, præfatum vero Desiderium Langobardorum Regem, & ejus conjugem secum in Franciam deportavit.* Paulus Diaconus, *positis custodibus* (Papiæ) *ad persequendum Adelgisum Desiderii filium, Veronam venit; qui tanti Regis adventum metuens, post aliquot dies clam fugiens, in portu Pisano navale iter arripiens, Constantinopolim non reversurus migravit. Carolus igitur Papiam reversus, cum jam per sex mensium spatia ibidem moraretur, relictâ ibi exercitus multitudine, ipse magnum habens desiderium orationis, voto Romam ad limina B. Petri Apostoli devotissimus venit, reversusque Papiam, ipsamque obsidens, fortiterque debellans, eandem civitatem simulque & Desiderium Langobardorum Regem,* &c. *comprehendit,* &c. *præfatum vero Desiderium & ejus conjugem ad Franciam misit.*

Qui tam multa mentitus est, quidni potuit de Hugone suo, ejusque regiis natalibus, falsa narrare? Demus tamen quæcunque Novaliciense Chronicon fabulatur, vera, & indubitata esse, aliumque Novaliciæ, alium S. Quintini Abbatem fuisse; [1] An hic *Clericus conjugatus* fuerit; quod de Hucberto Teutbergæ Reginæ germano ad annum 862, Bertiniani Annales referunt; aut *Abbas* laicus, sive *Abba Comes*, quod de Hugone 11, & Ludovico Balbo, S. Martini; de Hucberto S. Mauricii, S. Martini, & Lobiarum; de Roberto *Forti* ejusque *filiis ac nepotibus, Odone Roberto* 1, *Hugone Magno, & Hugone Capeto Abbatibus conjugio illigatis* legitur? in eâ Chesnæus, Sammarthani, Bessius, aliique ex nostris plures, sententiâ cum fuissent, eam postea mutaverè; tu eorum exemplo nequaquam permotus, quod accuratius perpensa re abjiciendum putaverant, mordicus tueris; & Senonense Chronicon in partes trahis, cujus hæc verba sunt; *Dicitur quod iste Hugo ex progenie,* [2] (Caroli Magni) *descenderat, non ex primogenitô.* Imo Sanmarthanorũ verba urges, *la Chronique de Sens, dit mot pour mot exprimé du Latin, que le Roy Hugues Capet, estoit issu de Charlemagne, mais non de l'aisné de ses enfans.* hîc posslem regerere Senonense Chronicon duplex extare, alterum antiquius, quod in annum 1190 desinit, aliud post A. D. 1480 scriptum, in quô verba à te laudata, sive omnia, sive ex parte leguntur. Sed præstat quid ex illis colligas audire, *Caroli Magni proles masculinæ* fœcunditate *felices fuere Pippinus Rex Italiæ, & Ludovicus Pius.* esto: *de illis duntaxat intelligendum esse Chronici auctorem verbæ ejus*, non ex primogenito *insinuant.* Nego. *non oriebatur Hugo Capetus à primogen-*

[1] Lum. p. 195.

[2] Assertor in Ausberti rediviva familia, p. 216. hæc verba in Codicibus Camuzatiano & Petaviano legi negat.

mogenito Pippino, ut diserte Chronicon: neque à Ludovico Pio. universa hæc falsa ajo; imo falsum rursus à te sumi & ratione te falsissima niti, *quia scilicet ortum illum Capeti usurpatoris fautores silentio non prætermisissent*; quandoquidem neque *Capetus usurpator* fuit, sed *Rex legitime electus*; neque *Caroloni sanguinis*, sed *liberæ & legitimæ electionis* jure, Carolinâ successione interciså, ad regnum evectus est; neque necesse fuit *Capeti fautores*, inaternum ejus genus, à quo nihil in illum juris profluere poterat, ut factum suum tuerentur, ostentare. Vis nunc loci, qualem ex Chronicô Senonensi protulisti, mentem capere? oculos in diagramma subjectum intende.



Cum igitur *ex Caroli Magni progenie*, per Pippinum Italiæ Regem, & Ludovicum Pium *descenderit Capetus*; ut *ab Hugone notho* oriundus fuerit, *nuptiis illigato*, quemque [1] *spurias proles ex concubinis edidisse non credis, oriundus fuerit*, nequaquam (quicquid in contrarium putes) *superest*. Sed te *Coloniâ* monuit *V. C. Ægidius Gelenius in Ecclesia Sti Andreæ (cujus ipse est Canonicus) servari aram veterem viatoriam aurô puro vestitam, cum hac inscriptione, Hoc decus altaris, monumentum dulcis amoris*

Dat tua bella tibi, conjux, Dux Hugo, Iuthitta,

Vt memor ejus sis, omni quô tempore vivis. facile credo. quod tamen *illam* Iuthittam, *existimat fuisse conjugem Hugonis* I *Abbatis & Ducis*, duplici falso laborare censeo; cum *Hugo* I *Abbas*, nec *Dux*, nec *maritus* fuerit; quod rursus *aliorum Hugonum Ducum, uxores omnes aliis præditas nominibus se reperisse ait*, pari falso laborat: quod vero addit, fundatam *S. Andreæ Ecclesiam à Brunone Colonienſi Archiepiscopô, fratre Hadwidæ Hugonis Capeti matris*, à quâ *Bruno legatus in Occidentalem Franciam aliquoties missus aram illam è Capetica veteri suppellectile dono accepisse potuit*, verissimum puto; ut autem Hugonem Ducem Iuthittæ maritum tecum certo dignoscere possit, subjectum diagramma purgatis oculis intueatur.

[1] *nothas* dicere debuerat, nam *spurius* à matre ignobili dicitur. [2] Lum. p. 196.

Ludo-

Ludovicus *Pius* Ermengardis ac exinde Iudith maritus.

Adelhais Roberti *Fortis* uxor.	Carolus *Calvus* Ermentrudis maritus.

Robertus Rex Beatricis maritus.	Iudith Balduini ferrei uxor.	Rothildis N. Comitis uxor.
Hugo Magnus Iudithæ Richildæ natæ, Eadhild Eduardo Regis filiæ, ac tandem Hadwidis, quæ Brunoni germano *aram viatoriam* donavit, maritus.		Iudith Hugonis *Magni* uxor prima, quæ ipsi *aram viatoriam* dedit.

[1] p. 194. *Hugonem* [1] *Abbatem* [1] *Burgundiæ Ducem* fuisse, (Auctore Chronici Turonensis, qui Odonis Cluniacensis de Hugone II verba ad *primum* traxerat, & vocem *nepotis*, qua *sororis filium* designaverat, ad designandum *filiæ filium*, præter mentem ejus, post annum 1228 detorserat, asserente) frustra inculcas; quandoquidem ille in errorem prolapsus, Chesneo & Sanmarthanis errandi exemplum præbuit; his vero, qui penitius Odonis, & Alberici eum κατ' ἀνδρας secuti, sensum imbiberunt, & priora sua emendarunt, cum tibi amica manu, quæ verissima credebant, indicaverint, parum gratus es; quæque tua iniquitas est, à devio in viam regressos, quod profecerint, à jure suffragii submovendos pronuncias; quis tantam immanitatem ferat? Mala fide, ab Odone Cluniacensi, & Ioanne Majoris monasterii monacho, *Ducalem* in Burgundia *dignitatem* Hugoni Abbati, Reginæ filio *tributam* asseris, cum Odonem de Hugone Conradi filio verba fecisse, Ioannem *Burgundiæ Ducis*, quem in mente habebat nomen non expressisse, clarius sit quam ut in dubium vel à te, vel alio quoquam revocari possit.

Insaniâ non dispari, in Bouchetum de patriâ historiâ optime meritum in-
[1] p. 191. surgis, ille [1] cum prius B. Arnulfum Odæ maritum, jamque Clodulfi & Ausgisi patrem, inclinante ætate, & uxore, vel defunctâ, vel ex consensu dimissa *presbyterum, & Episcopum factum*, consona auctoritate veterum omnium fretus, scripsisset; Hugonem Caroli Magni nothum, de quô *conjugio illigatum* fuisse, coætaneus aut suppar nemo dixit; Annales vero Bertiniani ad A. D. 844, quô cæsus est, *presbyterum* fuisse referunt, cœlibem vixisse voluerat; tu contra, tam facile, quam olim Arnulfus potuerat, post nuptias ad sacerdotium transire potuisse jactas; da igitur vel unum antiquum, qui de eo, quod de Arnulfo docuere omnes, vel expresse pronunciaverit, vel saltem insinuaverit. Ego vero te eo adigam, ut à quoquam nec pronunciari, nec insinuari vere potuisse, ingratiis tuis, fateare. Si enim (quod Eginhartus scripsit) Reginæ *post annum* 800 adamatæ secundogenitus; anno 818, qui vitæ 15 desinens erat, *tonsus*, & sub custodiâ monasticâ ad annum 822 vitæ 19 desinentem positus est; anno [3] vero *Christi* 825, *Hludovici Imp.* 12, Abbatialis dignitatis *secundo*, *die* 8 *Kal. Novemb.* quo S. Quintini corpus *de loco, quô eum* [4] p. 20. *S. posuerat Eligius, elevavit*, [4] *Monasticus, Sophisticus*, & [5] *Monachus Præsul* [5] p. 25. *cœnobitarum* S. Quintini fuit; annô denique 844 *presbyter à Pippini Ducibus*

[3] Augustæ Veromand. prob. p. 18.

in

in Engolismensi pago *cæsus* est, nec ante annum 818, nec post, voti monastici religione obstrictus, matrimonio ullo illigari potuit; si non potuit, nec ullas *proles ex concubinis edidit*, nonnisi falso eum Adelheidis & Petronillæ parentem fuisse, vel tu, vel alius quisquam dixerit; qui enim *nullius* absolute *pater* fuit, nec *hujus*, nec *illius* esse ullatenus potuit. Cum te Actorum authenticorum, ex Archivo S. Quintini, à Claudio Hemeræo Sorbonico Doctore, & Veromanduensis Ecclesiæ Regalis Canonico anno 1643, petitorum auctoritate constrictum sentires, *Auctorem* eorum *incertum & haud dubie* corruptum causaris; quo argumento? *Albericus* (inquis) *anno* 835, Hugo frater Imperatoris factus est, Abbas S. Quintini. *Anno deinde* 836, anno Ludovici Imp. 22 Abbatis Hugonis fratris ejusdem anno 2, elevatum est corpus S. Quintini 8 Kal. Novembris, &c. *Tot Characteres clare docent illam tumulationem non factam anno* 825. Sed *Characteres* illi Albericum in codicem mendosum incidisse, luce meridiana clarius docent, cum A. D. 814, 5 Kal. Febr. feria 7, quæ infallibilis anni character, rebus humanis excedente Carolo Magno, primum Imperii Ludovicus *Pius* inierit, concurrit 22, cum 835, non autem cum 836, nec verius Albericus *tumulationem* S. Quintini *anno 22 Ludovici factam*, quam anno Christi 836, *Ludovici 22 & Hugonis* 2 coincidere scripsit; Annon pudet te Auctoris in errorem abrepti hallucinatione, ad genuinorum Actorum fidem convellendam abuti? Ad Annales Bertinianos consilii inops transvolas, qui ad annum 838 Ludovicum *invitante* Hugone *fratre & B. Quintini Martyris monasterii Abbate, ejusdem Martyris festivitate honorifice, alacriterque celebratâ Attiniacum pervenisse, & Carolum redeuntem suscepisse* notant; quasi vero qui anno 824, monasterii regimen suscepérat, anno Christi 825, regiminis 2, Octob. 25. S. Quintini *corpus elevare*, & anno 838 Ludovici fratris 25, proprii regiminis 15, ad *celebrandam* Octob. 31. S. Quintini *festivitatem* eum *invitare* non potuerit. Vides, opinor, quæ à Bertinianis Annalibus traduntur, in rem tuam non esse. Hugonem tamen annô, non 817, quem notas, sed 818 *Clericali militiæ adscriptum*, 822 *libertati redditum*, 835 *Abbatem factum, totis tredecim annis inire conjugium potuisse, ac deinde uxore orbatum vitam Ecclesiasticam sorio amplexum* tuâ causâ demus: tunc inde eum Adelhaidis Conrado Majori nuptæ *patrem*, & Roberti *Fortis*, per eam *avum* fuisse confeceris? oculis mentis apertis, utrumque absolute impossibile fuisse, tandem aliquando agnosce. A. D. 822, *Augusto mense*, in *conventu* Attiniacensi, Hugoni *reconciliatus* est Ludovicus *Pius*; hic Hugonem antè anni exitum, qui vitæ 19 erat, uxorem duxisse, eamque anno 823 Adelheidem peperisse; ea certe ante annum ætatis 14 Christi 837, nubilis non fuerit, nec Robertum *Fortem* ante annum 838 parere potuerit, quem tamen *partium* anno 858, qui vitæ 20 tantum fuisset, *Ducem*, à cujus nutu regnum penderet, veteres nobis uno consensu exhibent; tu qui Monachos, vel invitos, ad matrimonium & liberorum seminationem compellis, eisne filios tales assignaveris, qui è cunis ad castra momentô transvolent, summosque Imperatores, antequam tyrocinium facere potuerint, agant? si assignaveris, cui ludibrium non debeas? tecum perpende.

Lamp. p. 45.

Vita Ludov. Eginhart.

De Adelheide jam ex parte vidimus; eam cũ Lotharii minoris *materteram* in Bertinianis [1] Annalibus legissent, meminissent vero *materteram* in Festi

[1] A. D. 864.

fragmentis, *matris sororem, quasi matrem aberam* dici, non strictò & propriò
[1] Thegan. c. 28. sensu, quo [1] *Hugonis Comitis, timidis super omnes homines, & à sanguine* Carolinò alieni filia fuisset; sed minus propriò & latiore, quò *amita & patris soror*
[2] Prob. p. 345. delignetur, *materteram* eam appellatam Bouchetus; [2] & Dominicus [3] mo-
[3] Assertor. p. 15. nuerunt, eaque de causâ filios ejus, Hugonem à *Calvo* & *Balbo* Regibus, *propinquum*, à Ioanne VIII Papâ *regali prosapiâ editum*, Welsum S. Columbæ Abbatem *de prosapia regali*, Hugonem rursus ab Auctore de gestis Comitum Andegavensium, Caroli Simplicis *ex parte matris consanguineum*, idest,
[4] Lum p. 196. *cognatum*, dictos esse; Istas [4] *elogia illa* utrique; & si Hugonis & Abbatis filiâ nati sint, ex æquò *tribui potuisse*, neque vero negamus; sed re via istâ non expedis; quandoquidem nec Hugonis per illiam *nepotes* fuisse probas, nec esse potuisse jam demonstravimus.

[5] p. 197. Robertum I Regem à Berengario I [5] *propinquum* dictum notans, Gallice
[6] prob. p. 264. *cousin germain* verterat [6] Bouchetus, id tu ferre non potes, quia vocem *propinquus* non stricte *consobrinum*, sed in genere *sanguine junctum* denotare putas, nec vides te dum Boucheti versionem, quæ non tam Berengarii vocem quam legitimum ejus, ex auctoris mente, sensum exprimit, velleare non dubitas) in aliud incommodum incurrere, & *consanguineos* seu *propinquos paternos*, (qualis Berengario Robertus non erat) cum *maternis* & *cognatis* confundere; annon satius fuisset à procaci morsione abstinere, quam imperitiam suam prodere?

Prolata à te Herrici de Adelheide verba, ne in tuum caput ab assertore
[7] Lum. p. 197. retorta fateri cogare, [7] *duo in iis ponderanda* dicis, *primos scilicet Adelaidis natales*, quos, *quia* (ex opinione tua) *à Carolo per Hugonem non legitimi* erant, *caute non expressit, qui alio loco Adelaidem idcirco* (si te audiamus) *late dixit*, summo *loco natam. 2. natalium illorum, cum Imperiali Stemmate æquiparationem, quâ ortum Adelaidis, primarium quidem, sed obliquum comparando, venuste adæquat Herricus sincero* Stemmati Augustæ dignitatis, *quia Adelaid Iuditha Imperatricis glos erat, sive ex Conrado marito soror, sorores enim ut sorores sunt æquales.* Euge Chiffleti, rem acu tetigisti, Herricum audimus: *Adelaid primorum & ipsa* in *natalium, perinde titulis gloriosa*, quippe quæ *avitâ antiquorum Procerum oriunda propagine, splendorem generis angustissimæ æquiparabat Stemmate dignitatis*; hic autem noto 1. non *ipsa* in *natalium*, sed *ipsa natalium*; ac paulo post, non *stemmate*, sed *stemmati*, ut syntaxis, & sensus, qui (si lectionem tuam corruptam sequamur) nutabit semper, sibi constare possint, legendum esse. 2. Adelhaidem Ludovico Pio natam invictissimè ab Herricò, nec uno modò demonstrari. Nam 1. *Quisquis in familia Regia*, primorum natalium titulis gloriosus est, *uni Regi natales suos debet*; si enim à rege in regia familia diversus sit; cum is, quo natus est, *sub Rege* sit, non *primos*, sed (ex necessitate) *secundos* titulos possidebit. Atqui *Adelaid* (ex Herrici sententia) *in regia familia*, (Carolina) primorum natalium titulis gloriosa fuit. Ergo *Adelaid* (ex Herrici sententia) *uni Regi natales suos debuit*. Rursus *quisquis in familia Regia* summo loco natus est, *nulli dignitate* loci *cedit*, alioqui non *summo*, sed *inferiore* sub *summo loco*, natus dici debuerit. Atqui *Adelaid* (ex Herrici sententia) *in familia Regia* (Carolina) suo tempore summo loco nata est. Ergo *Adelaid* (ex Herrici) sententia, suo tempore *nulli dignitate* loci *cessit*; atque ex consequenti, pro antiqua regni consuetudine

tudine, & communi regiarum puellarum jure; *Regina* ab ortu dici meruit. Ea cum *Imperatoris* uxor non fuerit, sed *Ducis*, *Augustissimæ stemmate dignitatis* carere cogebatur, habebat tamen *splendorem generis*, *stemmati* illi (quanta quanta ejus *dignitas* fuerit) *æquiparandum*: hinc novum nobis, pro Regia Adelaidis dignitate argumentum exsurgit. *Cujus* splendor *nativus* Imperiali dignitati æquiparandus est, *is vel* Rex *est*, *per se*, *vel* Rege *natus*. Atqui *Adelaidis* (*ex Herrici sententia*) splendor *nativus*, Imperiali dignitati æquiparandus *fuit*. Ergo *Adelaid* (*ex Herrici sententia*) *vel* Regina *per se*, *vel* Rege *nata fuit*. Atqui *Regina* per se non fuit, nisi eo modô, quô omnes & singulæ, Regum nostrorum filiæ, ab antiquo *Reginæ* dicebantur. Ergo ad minimum *Rege nata* fuit.

Id ipsum Chuonradi elogium ab Herrico scriptum exigit, *quisquis enim* Collega Regum *est*, *ille in eodem cum Regibus* collegio consistit, *ipsisque æqualis est*, *vel* titulo ac potestate, *ut Rex*; *vel genere*, *ut germanus*; *vel* affinitate *ut sororius*. Atqui *Chuonradus* (*ex Herrici sententia*) *suo tempore* Collega Regum *fuit*. Ergo *Chuonradus* (*ex Herrici sententia*) *suo tempore*, *in eodem cum Regibus* collegio *constitit*, *ipsisque æqualis fuit*, *vel* titulo *ac* potestate, *ut Rex*; *vel* genere, *ut germanus*; *vel* affinitate *ut sororius fuit*: Atqui *neque* titulis, *neque* potestate, *quia* Rex *non fuit*; *neque* genere, *quia Regum* germanus *non erat*, Regibus *æqualis fuit*; *Ergo* affinitate *ut sororius*, *quia Ludovico* Pio, *ut* uxoris frater; *Lothario*, *Pippino*, *Ludovico & Carolo Calvo*, ut *sororis maritus*, loco *fratris* fuit; nemo autem nescit, *fratrum* cum æquali, qua *fratres* sunt, gradu consistant, naturale (ut sic dicam) *collegium* esse, in quo sibi invicem *Collegæ* sint.

Eum nunc *Hugonis* I *Abbatis* nescio quam, quæ nunquam fuit, *filiam* duxisse, statue; revera Ludovici Pii, qui germanæ maritus erat, *collega* (quia loco *fratris* erat) dici potuerit; sed nullum ipsi, tale cum *Pii* filiis, quorum *patruelem* tantum duxisset, *collegium* fuerit: Adelais ejus uxor nec *summo locô nata*, nec *primorum natalium titulis gloriosa* fuerit; nec ea *generis*, quod fœda in patris natalibus labes obscuravit, *splendorem Augustissimæ Stemmati dignitatis*, *æquiparare potuerit*: si enim Regum secundogeniti non Reges, (ut ut in eodem gradu, naturâ consistere videantur) longe infra primogeniti, cujus (vi Regiæ legis) *subditi* sunt, *locum* subsidunt, nec in eodem dignitatis apice (licet iisdem patre ac matre nati) permanent, sed decrescente primæ originis splendore, minorem quam ipsi à nativitate habuerint, transmittere in filios qui Regum filii esse desinunt, transmittere coguntur; Serenissimus enim Leopoldus Guillelmus, quamvis id cum Ferdinando III, germano commune per naturam habeat, ut *summô*, supra quem in Germanicâ ditione nullus est, *loco*; idest parente utroque Imperante uterque natus sit; inæquali sorte vivit, nec summo Regis, sed Archiducis clientelari *titulô* ac potestate gaudet, ad purpuræ fraternæ cultum sponte (prout fidelem subditum decet) inclinatus; ejus vero filii, (si quando Dominô benedicente, uxorem se dignam ducat, nonnullum paternæ dignitatis deliquium, hoc ipso quod Augustorum *filii* & *germani* non erunt, patientur: quanto magis id *nothorum* (quos *legitimis* universis, leges universæ substernunt) filios ac nepotes contiget? quamvis communis filiorum universorum fons Carolus Magnus fuerit, nec natura longius Hugo quam Ludovicus *Pius* à fonte illô abierit;

summô tamen (si sapis) *locô natum*; aut *primorum natalium titulis* ex æquo cum germanis legitimis *glorioſum*; aut eum *ſplendorem generis*, qui eum oblique tantum perſtrinxit, *auguſtiſſimæ dignitatis*, quæ à parente in ſolum Ludovicum transfluxerat, *ſtemmati equiparare* potuiſſe; nunquam, ne *illegitimum*, eoque *abjectiorem*, Reginæ concubinæ *thorum*, cum Hildegardis *legitimo*, ac vere *ſummo*, paria feciſſe, in animum inducere videare, dixeris, quanto minus hæc eadem de filia, (si quam habuit) pronunciaveris, quam gradu gemino à Carolo avô diſparatam, non *Regis* aut *Auguſti*, ſed *Abbatis* tantum longe infra *Reges* conſtituti, *filiam* fuiſſe plenis (ut sic dicam) buccis res ipſa clamat? ejus cum Iuditha Imperatrice, (cujus fratri eam nupſiſſe vis) affinitatem *ortum ejus primarium*, *ſed obliquum* nuncupas, quô auctore? an *ortus* dici, ſive *primarius*, ſive *ſecundarius*, ſive *obliquus*, ſive *rectus* debet, quod cuiquam longe poſt *ortum*, non *naturâ*, ſed ex *pacto* omnium maxime voluntario, advenit? quid ſit *monſtra loqui*, neſcire me fateor, ſi hoc quod ais non ſit; Videris tu, an hominem, ſi non ſapientem, certe *δεκηπαιΦον* adeo pueriliter ineptire deceat; famæ tuæ, plus quam à diverſarum partium homine ſperaveris, ſtudioſum monitorem ſpernere noli; gradus à Wippone *quatuordecim*, ab Adelbaldo Trajectenſi *ſedecim*, à Carolô *Magnô* in Giſlam Conradi *Salici* uxorem, & Henricum *Claudum* enumeratos, Adelaidem non Hugone, ſed Ludovico Pio natam poſcere memento, nec obfirmatâ in ejus immerentis dedecus mente, quod hactenus feciſti, graſſari perge, ne ſponte inſanientem, qui ſano ſincipite ſunt, Anticyram navigare jubeant.

De Petronillâ, cui patrem tu Hugonem, nos Conradum *Majorem*, ex matre, tibi Iuthitta, nobis Adelhaide, quam ejus germanam putabas, vere aſſignamus; an Hugone *notho*, vel nata ſit, vel naſci potuerit, amplius videndum; Cum nihil novi habeas, [1] appoſitam in Vindiciis cramben recoquis, nobiſque hiſtoriam veterem Comitum Andegavenſium, Odonem Cluniacenſem, Albericum, Chronicon Turonenſe, Sanmarthanos lib. 5. c. 4. penultimæ editionis, & Cheſneum lib. 2. Burg. c. 35. 36. & lib. 3. c. 6. iniquiſſime, vel hoc unô nomine reponis, quod à Cheſneo ante 30, à Sanmarthanis ante 22 annos ſcripta, ſecundis eorum curis præponderare jubeas, nec in noſtris ullum in melius profectum feras: illi errantes, geſtorum Andegavenſium & Chronici Turonenſis ſcriptores bona fide ſecuti, quamprimum eos erraſſe deprehenderunt, non modo ſe, ſed alios etiam errori ſubducere conati facem, quam nunc extinctam cupis, tibi aliiſque univerſis protulerunt: tu contra vere lucifuga, antiquas tuas tenebras amas, neque nobis puram lucem affulgere, quantum in te eſt, ſinis: Quandoquidem tibi teſtes ex veteribus advocandi erant, Odoni Cluniacenſi Hugonis Ducis ſuppari, utpote [2] anno 938, ab Hugonis 11 Abbatis dormitione 51, Novembris 18 denato, primæ deferendæ fuerant, & Alberico qui à veſtigiis ejus non abſceſſit, primas te deferre oportuerat; tu tamen Auctori geſtorum Andegavenſium, qui in annum 1137, ab Odonis obitu ducenteſimum deſinit, & ejus verbis abuſus turpiter eſt, jus primi ſuffragii, ſi non maligno, inconſiderato certe conſilio tribuis: Cui factum tuum probes?

[1] Lum. p. 198.

[2] Chron. Mariene.

Odo, Albericus, & Chronicon Turonenſ. *Ingelgerium Burgundiæ Ducis nepotem* cum diverſo ſenſu ſcripſiſſent, *filium filiæ* nepotem *latiniſſime* dici vere quidem, ſed intempeſtive prorſus notas; quandoquidem horum auctorum

rum nemo *Latinissimus* fuit; Odo & Albericus qui Hugonem secundum Abbatem, Conradi & Adelhaidis filium, quo procurante S. Martini lipsana Turonibus reddita fuere, in mente habebant; Ingelgerium ejus *nepotem*, quia Petronillæ, iisdem cum eo parentibus prognatæ filius erat, sanô, nobisque, qui fratris aut sororis filium *neveu* vocare solemus, usitatissimo sensu appellarunt: Gestorum Andegavensium scriptor, qui Petronillam *filiam Ducis Burgundiæ*, omisso *Ducis* nomine, nuncupat, falli nihil scripserit, si *filiæ* nomine *privignam* intellexit, Ducemque Robertum *Fortem* Petronillæ *vitricum*, cui commissa in *Ducatu inter Ligerim & Sequanam*, Burgundiæ cura fuerat, cogitaverit; sed forte tanti esse non debet, ut de ejus sensu anxie laborare debeamus, siquidem veris falsa interspargit, velut cum *circa id tempus, quo Carolus Calvus Ludovici filius, Karoli Magni Imp. nepos, ex Tetrarcho Monarchus factus est, Terculfum* (quem corrupte *Tertullum* vocat) *in Franciam abiisse*, vult; nec enim Carolus *Calvus Tetrarcha* factus est unquam, qui imperii paterni, non quadrantem, sed trientem sortitus est; nec deinceps *ex Tetrarcha Monarcha* evasit, cui supervixere Ludovici germani filii, Regni Transrhenani, Langobardici, & Lotharingici ex parte ad finem usque vitæ potentes; nec Terculfi, in *Monarchia*, quæ nulla fuit, tempus differri debuit adventus; aut cum Fulconis patrem *Ingelgerium*, *tempore Ludovici* nihil facientis, *ideſt* Balbi, *mortuum* nugatur; ut ut impossibile sit, eum, quem Odo ad annum usque 887, quô Turones reversum est S. Martini corpus, vixisse refert, sub Ludovico Balbo A. D. 879, April. 10. in Parasceue denato fatis concessisse. Id nobis satis esse debet, Monachi nostri de Petronilla verba sensum tuum qui aperte falsus, non ex necessitate inducere, verum autem & commodum, recipere posse, prout ad 1 Vindiciarum caput evicimus.

Chronicon tibi Turonense, post annum 1225, à prioris Hugonis cæde 381, à posterioris obitu 338 scriptum supereſt, cujus auctor, sive de priore, quod putare nos nihil cogit, sive de posteriore, quod improbabile non est, cum Odonis de eo loquentis verbis abusus sit, cogitaverit, *Petronillam Hugonis Burgundiæ Ducis filiam* fuisse falso scripsit; eandem Hugonis alterius Roberto Rege nati *materteram*, latius sumptô, ut amitæ aptari possit, vocabulô, appellavit, ejusque filium Ingelgerium, vel Hugonis iltius cujus *consobrinus* erat, vel alterius Conrado nati, cujus sorore natus erat, pro sæculi more, *nepotem* nuncupavit; quid hoc ad nos? tibi ne quicquid somniare libuit, ex auctore (eorum quæ narravit respectu) nupero, ambiguo, & in errore deprehenso, eruere, aliisque eâ lege, ne reclamare ausint, obtrudere licuerit?

Redis tandem ad Bertinianos Annales, 1 qui Adelhaidem Conradi *uxorem*, *Lotharii* minoris *materteram*, non quod Hugonis propatrui, (ut putas) filia, sed quod patris germana esset, ad annum 864 vocaverunt; *Apud Latinos puriores*, (inquis) *frater patris mei est patruus meus; frater matris meæ, est avunculus meus; soror patris mei, est amita mea; soror matris meæ, est mea matertera. Sed patruelis, & consobrina patris mei, & matris meæ, in Latio veteri nomen non habent. Nihilominus scriptores ævi medii rudioris, significatione latiori, patruum & avunculum, amitam & materteram, ad superiores illos gradus extendêre; atque id etiamnum in nonnullis Galliæ provinciis, Burgundia, Britannia, & alibi ex antiquâ consuetudine observari solet.* Ego vero te veris & confes-

1 Lum. p. 199.

confessis, ad pervertendum locorum per se clarissimorum, ac velut solis radiô scriptorum, fascinandasque imperitorum qui quo tendas non advertunt, mentes, indignis modis abuti queror. Ludovici Balbi, qui Ludovici Germanici patruelis erat, filios *nepotes* ejus, in sermone de tumulatione [1] SS. Martyrum Quintini & Victorici, & Annalibus Fuldensibus ad 880 & 81, vocari. [2] in Chronico Monasterii de Corona, prope Engolismam Alam non *montis*, sed *Fontis Ebraudi* Sanctimonialem Margaretæ de Torena *neptem*, idest *consobrinæ filiam* dici; in Charta anni 1211 à Chesneo, ex parte edita Margaretam Salinensium Guillelmi non *Folquarqueris*, sed *Forcalqueris* Comitis, uxorem Odonis III Burgundiæ Ducis, & matris consobrini *neptem* appellari. Robertum [3] Arvernicum Lugdunensem Archiepiscopum ab Hugone IV Burgundiæ Duce *avunculum*, Hugonem à Roberto *nepotem*, qui consobrinæ filius erat, A. D. 1233 nuncupari; [4] *patrui* & *avunculi* nomina uno apud nos vocabulo *oncle* exprimi, Childebrandum Ducem *qui Pippini patruus & Martelli patris germanus* erat, *avunculum* à Fredegario dici, & sponte fateor, & adversus postremas tuas cavillationes noto. *Materteram* item & *amitam*, unica exprimi passim voce *Tante* agnosco, non tamen apud universos, quandoquidem inter Picardos, Normannos, Vallones Belgas plebs pro *amita* mea, *Men Ante* dicere solet. Apud Flodoardum denique ad annum 957, Hadwidem Hugonis Magni relictam & Capeti matrem, Lotharii Regis *amitam* pro *matertera*, & à Bertinianorum Annalium scriptore ad A. D. 864, Adelhaidem Lotharii Regis *materteram*, pro *amita* denominatum consentio: fuit enim revera, cum *germanum* Lotharii parentem habuerit; sed *materteram* dictam quia Hugone notho propatruo, quem cœlibem vixisse, nec eam etsi conjugatus fuisset, gignere potuisse demonstravimus, natam fuisse, commentum tuum est, vel hoc nomine quod nullo ex 5 à te prolatis exemplis confirmari potest, insulsissimum. Oleum itaque hic & operam absolute perdidisti, nihilque aliud restat, nisi ut ringare, reque foro cedere coactum deplores. Tuas de Bertinianorum Annalium scriptore conjecturas, *vel Burgundum, vel monasterii Luxovien sis alumnum* fuisse, *Burgundico loquendi modo* usum esse, anilium deliramentorum loco habemus; ubi Bertinianos & Luxovienses, *magnam olim inter se societatem, & fraternitatem habuisse*, *Burgundicum*que *loquendi modum* esse, *ut pro patris femina patruele matertera* dicatur legitime probaveris, credemus; tibi qui toties ludionum more lectores præstigiis tuis fallere conatus es, nisi te legitimis argumentis munieris, etiam jurato non credemus. ubi probaveris, cum Bertinianum scriptorem *materteram* pro *amita* sumpsisse, & Burgundica, quia ejusdem Regis cum Burgundionibus imperio fuberat, scripsisse constet, à te nihil quod ad rem esset actum contestabimur:

Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle
Vis dicam quid sis? magnus es Ardelio.

Ne vel minimus ex nodis tuis non dedolatus relinquatur, [5] lectorem monitum velim, Bouchetum, cujus ubique, nullâ bonæ fidei tuæque famæ curâ, à tenebrionibus nescio quibus, qui tibi è Gallia plaudunt, incitatus, nomen vellicas, cum satis haberet legitimos Ludovici Pii, & Ermengardis ei anno non 797, sed 796 junctæ, ac 818 Octobris 3 denatæ, liberos enumerasse, de eorum ordine sibi anxie laborandum, nequaquam putavisse: si ei vel per-

[1] apud Chesn. Tom. 2. p. 483.
[2] Lum. p. 200. Chesn. in Ducib. Burg. c. 5. prob. p. 36.
[3] Instell. Arvern. lib. 2. c. 14. prob. 36.
[4] Lum. p. 201.
[5] Lum. p. 46.

suspicionem in mentem venire potuisset, exorituros, qui exagitandis ejus minutiis se totos darent, suum cuique locum pro virili tribuisset, ac priores Pippino post Lotharium, inter mares, reservasset; Alpaidi cujus maritus Beggo anno 816 defunctus, eam geminæ prolis parentem reliquerat, primum; Hildegardi secundum; Gisiæ tertium; Adelhaidi quæ anno 817 aut 818 nata videtur, quia post annum 863 quater uterum tulit, postremum assignasset; te vero qui Ludovicum, mariumi minimum, anno 877 obiisse putas, anno 876, Augusti 28, ad meliorem vitam translatum docuisset. Ejus hac in parte vices implebo, ubique quantum in me erit, ne per *avia* viarum incertus ferare, opitulabor. Tu siquidem potes, boni consules.

XIII. *An ortus* XIV *Carolini, à Dominico Francorum Regibus assignati legitimi sint.*

POstquam de Adelhaidis, Conrado *Majori*, ac exinde Roberto *forti*, nuptæ natalibus strenue nugatus es, eamque Ludovico *Pio* natam evicimus, primus ab Assertore, assignatus Regibus nostris Carolinus ortus, abunde vindicatus est, de secundo in appendice, ad caput Vindiciarum tuarum secundum agemus: tertium ex Chartis, ab ipso Ioanne Besly editis, in Vindiciarum earumdem caput primum confirmavimus, nec nobis necesse est de Roberti Regis verbis, ab Helgaldo recitatis, contentiosum funem trahere, cum de Adelhaidis Capeto nuptæ patre nobis constet, Guillelmumque III, per eam Roberti Regis *consobrinum* fuisse, scriptæ ab eo Chartæ demonstrent. Quartum verissimum cum fatearis, hoc unum tibi notandum venit, Roberti m Regem, per Adelhaidem Ludovici Pii filiam, quæ cum Roberto *Forti* peperit, 232 annis Carolino sanguine imbutum, antequam Alfonsus VII, vel secundum alios VIII, ejus particeps fuisset, nec cum *integro seculo antegnam Ludovicus* VIII nasceretur, natum, nuptæ enim Raimundo Burgundio Urraca Castellæ hæres A. D. 1092. Alfonsum peperit 1096 Martium natus Ludovicus VIII A. D. 1187. Sept. 5. intercedunt inter Alfonsi & Ludovici natales anni 91, menses 6, dies 5. *id etiam* observo, quod Alfonsi sanguis Ludovicum IX, A. D. 1215. April. 25. natum, & Roberti Borbonio-rum stirpis A. D. 1256. in lucem editi parentem, annis 244 antequam Austriacorum omnium primus Maximilianus A. D. 1459 natus, eo imbueretur, perfudit. Quintum, 6, 7, 8, & 9, non modo non impugnas, sed utrique Regibus *communes* fateris, ego vero, qui ad 10 Vindiciarum tuarum, caput evincam, nihil exinde Austriacos, nisi per Capetinas matres, adeoque post Capeti progeniem traxisse, hic insuper observo te Guillelmo Raimundi Burgundi parenti *Viennensem & Matisconensem* Comitatus ex errore tribuere, quem ut certius deprehendas, en gentis Stemma.

Otto

Lum. p. 209.

p. 111.

Otto Guillelmus Burgundiæ, Niverni, &c. Comes
Ermentrudis de Roceio maritus.

Guido Belnæ Comes, Elizabethæ Lamberto Cabilonensi & Adela natæ maritus, ante patrem denatus.	Rainaldus I Adeliciæ Norman. maritus, Burgund. Comes post patrem.			
Otto Belnæ Comes, Irvis, ac exinde Elizabethæ maritus.	Guillelmus Gertrudis Theodorico Limburgico natæ maritus.			
Godefridus Belnæ & Matiſconis Comes.	Rainaldus II. N. Zaringiæ maritus Guidonis hæres.	Stephanus Agnetis de Zaringia maritus.		Raimundus Vrracæ maritus.
Guido qui Rainaldum II hæredem ſcripſit.	Guillelmus A. D. 1126. Febr. 9 denatus.	Rainaldus III.	Guillelmus Matiſconis poſt Guillelmum Comes.	Alfonſus Rex.

Ibid. Quod *Giſla* Ludovico Pio natæ, *ſanguinem in Hiſpanos prius Reges quam in Francos tranſfuſum* aſſeris, non negamus: Anno enim 1096, Martii 1, natus ex Raimundo & Urraca Alfonſus VIII; anno vero 1119 natus ex Adela Willæ Raimundi germanæ filia Ludovicus VII; ſed hoc nihil ad Auſtriacos quorum primus Maximilianus Hiſpanico ſanguine, eoque non puro, A. D. 1459 imbutus eſt, quod vero Carolinum *ſanguinem ſincerum ante Ludovicum* VIII, *Capetino permixtum* negas, indomitæ tuæ, ſed quam pro merito retudimus, & falſi convicimus, pervicaciæ eſt.

Lun. p. 211. Ortus 10. 11. & 12. hoc ipſo Carolinos aſſeris, quod Petronillam Conrado & Adelhaide natam Hugonis I filiam fuiſſe, (falſo tamen) putas, ego vero machinamentorum tuorum mole everſa, eam in integrum reſtitui, ſuoque vero & legitimo parenti reddidi: expungendum itaque in tabula tua Hugonis nomen. 2. Adelhaidi ſubdenda, ut matri, filia Petronilla. 3. Petronillæ cum Terculfo nuptiæ in A. D. 860 differri non debuerunt, cum Ingelgerium eadem natum, anno 877, Iunii 14, cum Ludovicô *Balbô* filio, ut is ejus, non (opinor) pueri, *auxilio uteretur, conſiſtere* juſſerit Carolus *Calvus*; id enim indicio eſſe poteſt, cum non multo poſt A. D. 850, lucem videre cœpiſſe. 4. Robertum *Fortem* nec Adelhaidis, quam duxit, filium fuiſſe, nec anno 865, ſed 867, cæſum. 5. Robertum I Regem non 922, ſed 923, Iunii 15, feriâ 1, paulo poſt ſextam horam obiiſſe. 6. Hugonem Capetum non 998, ſed 997, Octob. 24. Conradum vero 993, Octob. 19, deceſſiſſe, ut tibi verius, quam à te aliis *metachroniſmi* objici poſſint. Ortus 13. & 14. quandoquidem hoc tantum nomine à te vitiati creduntur, quod à te perperam reprehenſo inferantur, fruſtrà à te & inique rejiciuntur: nec nos in 14 iſtis ſubſiſtemus.

Tom. 2. ſcript. Franc. p. 464.

p. 593. 638.

Ludo-

Ludovici VIII à Willelmo Nangio, Edmundo Dintero, Roberto Guagvino, Nicolao Gillio, Francisco Belleforestio commendatum ortum, quasi primus ille maternam originem à Carolo Magno traxisset, urges; *si* (inquis) *pleraque à Dominico producta vera essent, priores Capetini Reges justum per illa ortum à Carolo Magno dudum traxissent*; fatere ergo quia *vera sunt, dudum traxisse, neque in Ludovico* VIII, *per matrem solam puro alveo rediisse ad progeniem Caroli*, cum ipse Ludovicus, Philippus pater, Ludovicus avus, Ludovicus proavus, Henricus I, Robertus II, Hugo Rex, Hugo pater & Robertus avus, *ab Imperatore Magno legitimis nuptiis*, ab A. D. 864, *processerint*. Adversus Dominicum observantem ex Nangio, de Ludovici VIII matre loquente, cum *etiam hoc modo descendisse de progenie Caroli*, respondes duobus aliis locis eundem asserere *regnum rediisse*, & *reductum esse ad stirpem*, & *progeniem Caroli*, quasi vero hæc vera esse nequeant, si pluribus modis à Carolo Ludovicus descendisse dicatur; aut necesse sit quod rediisse, aut reductus esse dicitur, non nisi semel, & uno modo rediisse aut reductum fuisse. si te *hoc loco ad nugas rediisse*, & *reductum ad incitas esse* dixero, tunc mihi exorseris, ut te *semel*, non pluries *nugatum*, aut *ad incitas reductum* insinuem? longe alia mihi mens, ut & Nangii diversissima, ab eô quod vis, sententia fuit. Cæterum *excerpto ex vita S. Mathildis Reginæ* à *Gelenio accepto*, lubens subscribo, & in refutatione quam prius Nangianæ de ejus ortu sententiæ scripsi, magis ac magis acquiesco. Quid amplius à nobis exigas? Lum. p. 213. Lamp. p. 49.

SECVNDI VINDICIARVM CAPITIS EVERSIO.

RObertum *Fortem* Capeti Regis *proavum*, Childebrandô Duce, Caroli Martelli *germanô*, oriundum, Adelhaidem Ludovicô Piô Imp. Martelli *pronepote*, & Ermengarde Augustâ natam duxisse, cum præcedenti capite demonstratum sit, quibus Beatrix Roberti ejusdem & Adelhaidis *nurus* parentibus edita sit, ex ordine inquirendum, ac primum effictum à te pro libidine Stemma excutiendum.

I. Stemma *Hildebrantæ*, quam Heriberti II Viromanduæ Comitis uxorem fuisse *sponte agnoscimus*, Roberti *vero* Francorum Regis, *filiam* adversus illos qui Robertum Regem Heriberti Comitis, sororem duxisse scribunt probandum, *male suscepit Chiffletius*.

Stemmatis Censura.

DE Welfi, Conradi *Majoris*, & Roberti *Fortis* titulis, jam vidimus: quæro nunc, unde *Pippinum* Bernardi Regis filium *Veromanduorum Comitem* fuisse noveris, cui [1] unius *Parronæ Comitatum* veteres assignatum meminere, quo tempore Augustæ Veromanduorum capitis *Comitatus* ab [2] Adalardo, [3] Gunthardo, [4] & Teutrico regebatur. 2. quô auctore Heribertum primum *Trecarum Comitem* inscripseris, cum Tricassium Comitatum Aledramno, Roberto, Richardo, &c. antea commendatum, annô demum 958 ab Ho-

[1] Andreas de Marcennis, apud Jacob. Guis. lib. 2. part. 19.
[2] Charta S. Quintini anno Caroli Calvi 23. Ind. 11. prid. Idus Ianuar. A. D. 865. data.
[3] Mirac. S. Quintini c. 29
[4] Serm. de tumulat. SS. Quintini, Victorici & Cassiani.

ab Heriberti cæde 56, Anſegisô Epiſcopô pulsô occupaverit Heriberti nepos Robertus. 31. quô jure Heriberto III, cui *Meldarum* primum, ac exinde Robertô fratre denatô, *Trecarum* Comitatus obvenit, Veromanduorum Comitatum ab Albertô fratre, & poſteris ad annum uſque 1090 adminiſtratum tribueris. 4. Quâ fiduciâ, expreſſo veterum teſtimoniô deſtitutus, *Beatricem Roberti I Regis uxorem, Richardi Burgundiæ Ducis filiam* fuiſſe finxeris: cum tuô, & Adelhaidis cujus paginâ 14 chartam laudas, ſi Richardô Duce Beatricem natam velimus, causâ te cadere, Hugonemque *Magnum* Capeti patrem per matrem (quod impugnandum ſuſceperas) Carolô Magnô prognatum fateri neceſſe ſit. Adelheidem (imo teipſum, quia ejus verba exſcripſiſti) audi; *pro animâ germani dulciſſimi mei Domini Rudolfi Regis, harum videlicet rerum largitoris; tum vero pro requie Domini mei, piæ memoriæ principis Richardi; ac pro Willâ reginâ, dehinc pro me & Dominô Rudulfô Rege filiô meô; & item Rudolfô Rege nepote meô; pro aliis quoque filiis meis, Hugone, Boſone & Ludovicô nepote; ſed & pro cæteris conſanguineis noſtris, atque his qui noſtro ſervitio adhærent: pro genitore etiam ac genitrice meâ, & Dominô Hugone inſigni Abbate, cùm cæteris noſtris utriuſque ſexûs propinquis*, &c. Cum igitur Rudolfi I Burgundiæ Regis *germana*, ſecundi *amita*, Conradi *Minoris* & Ermentrudis *filia*, Conradi *Majoris* & Adelhaidis Ludovicô Piô, & Ermengarde Auguſtâ natæ *neptis* fuerit, quæ (ex tuâ ſententiâ) Beatricem peperit Adelhais; fuerit (vel teipsô auctore) Caroli Magni *abneptis*; Capeti Regis *avia* Beatrix.

Sed immanem errorem tuum, indignis (in compendium noſtrum) modis vertere nolumus; Beatricem cum omnimodâ veritatis jacturâ, & inſigni Canonum injuriâ in Capetinam familiam deducere, Regumque noſtrorum gloriam multiplici inceſtorum labe fœdare, ſi tibi ludus jocuſque eſt, nobis eſſe non poteſt, qui Beatricem avunculi magni pudendis (ſi Adelhaide, & Richardo nata ſit) nuptiis infamem factam, Emmam filiam Rudolfo germano proſtituiſſe (exemplo tuo) cogitare nefas ducimus; tibi, qui Robertum *Forzem*, Conradi Majoris & Adelhaidis filium fuiſſe finxiſti, Roberti patruelis Beatrix uxor fuerit, at illô ipsô, quod intentô digitô notaveram, Rudolfum Emmamque, crimine implicitos manere neceſſe eſt; ne quando negare audeas, en ob oculos utriuſque ex noſtrâ tuaque hypotheſi Stemma.

Verum Stemma.

Adelhais Ludovici Pii & Ermengardis filia, Conradi *Majoris* ac exinde Roberti *Forti* uxor.

1 *nupt.*	2 *nupt.*
Conradus Minor Ermentrudis maritus.	Robertus I Rex Beatricis maritus.

Rudolfus Rex Burgundiæ maritus.	Adelhais Richardi Ducis uxor.	Hugo *Magnus.*	Emma Rudolfi Regis uxor.

Rudolfus Franciæ Rex Emmæ maritus quem Beatricis germanum abſurde credidit Chifflerius.

Corruptum à Chiffletiô Stemma.

Adelhais Hugonis Abbatis filia Conradi *Majoris* uxor.

Robertus *Forti* maritus. N.	Conradus *Minor* Ermentrudis maritus.	Hugo Abbas.

Robertus Rex Beatricis maritus.	Rudolfus I Burgund. Rex. Adelhais Richardi Ducis uxor.

Hugo Magnus.	Emma Rudolfi uxor.	Rudolfus Rex Emmæ marit.	Beatrix Roberti I Regis uxor Emmæ mater.

Hinc Beatricem Richardô & Adelhaide natam non modo non fuiſſe, ſed eſſe nequaquam potuiſſe, aliamque ejuſdem quærendam nobis originem,

vel te ipsô (si qua menti tuæ lux affulget) judice, plus satis constat. Cui vero de fœminæ principis, ante annos 700 denatæ, natalibus fidem habebimus? an tibi conjectorum infelicissimo, totiusque Capetinæ gentis hosti infensissimo, an vero veteribus minime gratiæ suspectis? Anonymi de Ecclesiæ Corbejensis destructionibus fragmentum ex Flodoardo ad A. D. 938. *Anno* 899 *regnavit Carolus Pius, qui occidit apud civitatem Suessionis Robertum, qui habebat sororem Herberti de Peronâ in uxorem.* Chronici brevis ex Petavianâ Bibliothecâ auctor anonymus, in annum 1015 desinens; Odorannus ineditus, Hugo Floriacensis circa annum 1100, Andreas, Guido, Vincentius, Ioannes Monachus, Aimoini continuator, Chron. MS. ex Bibliotheca Thuana, Magni Chronici Belgici compilator, *habebat Robertus sororem ipsius Heriberti in conjugium, ex quâ ortus est Hugo magnus.* Guillelmus Calculus Gemmeticensis circa annum 1066 vitâ functus, cujus operi librum 8 à *Monachô Beccensi assutum* (Chesnei judicio tuisque ex capp. 32. 41. 42. conjecturis fictus) putas, libri 2 capite 21, de quô nec tibi, nec Chesneo dubitatio ulla, *Robertus Dux sororem Heriberti in conjugiô habuit, de quâ Hugonem magnum genuit*; & lib. 8. c. 26. tibi suspecto, *factus est post ipsum* Robertum, *Princeps Francorum filius ejus Hugo Magnus, natus ex filiâ Heriberti Comitis Parronæ.* Philippus Mouske historiâ, circa annum 1242, vulgi idiomate scriptâ *Roberts d'Anjo*, &c. *Ot à feme la fille al Comte de Vermandois.* Cum igitur neminem in hanc usque diem prævium habueris, qui Beatricem Reginam Heribertô primô natam fuisse negaverit, quis à justâ in effrænem illam (quâ confessa & unanimi præcedentium consensu firmata inficiaris) audaciam indignatione sibi temperet?

male Aimoini continuatorem A. D. 1065, desinere putat Chifletius p. 28, cum ad annum 1165 pertingat.

[1] Vindic. p. 16 edit. 2. p. 19. Si quid Hildebrantam Hugonis magni *sororem* non *amitam* fuisse suadere debeat, Hugonis quem anno Christi 921 ætatis 54, utero fuderit, natale erit; Cum enim vivere anni 867, Julii 26, Robertus Fortis desierit, ex necessitate in annum sequentem Hildebrantæ nativitas conferenda, fuerit, cujus filius Hugo anno 915 Flodoardo teste *nec dum quinquennis ferebatur.*

Sed graves te fortè causæ diversum abire coegerunt: quæ illæ? *Flodoardus* [1] *Canonicus Remensis ab Heribertô* 11 *Comite multa passus, & custodia* (*quod Hugoni Heriberti ejusdem filio, in Archiepiscopum Remensem, contra Canones electo non adhæresceret*) *mancipatus, cuique in hac re fidem præ cæteris adhibendam esse nemo negaverit*, Flodoardus (inquam) sub annum 943 & 52. *Heriberti filios Hugonis Ducis* Roberto nati *nepotes*, annoque 946, *Hugonem principem avunculum ipsorum* vocavit. Witikindus *Saxo sæculi decimi scriptor* & Sigebertus Gemblacensis, *qui annô* non (ut putas) 1112 sed 1113 Octob. 5 obiit; Hugonem Heriberti filium Remensem electum, *Nepotem Hugonis* appellarunt.

[2] ad A. D. 892.

[3] lib. 1. obsid. Paris.

Quid tum vero? an à mediæ antiquitatis auctoribus, *avunculi, generi, nepotis*, &c. vocabula laxiore significatione nonnunquam sumpta ignoras, qui quando commodum est idipsum notas? Quid mirum si Heriberti filios *Hugonis nepotes*? Hugonem *ipsorum avunculum* eodem sensu Flodoardus, eumque imitatus Sigebertus dixerit, quô Regino Flodoardô prior, & ex Reginone Annalium Metensium compilator, Waltgarium & Megingaudum Comites, [2] *Odonis* Regis *nepotes*, qui Adalelmi *avunculi* vel potius *patrui filii erant*; Odonem *Adalelmi* IV gradu propinqui *avunculum* [3] Abbo Reginonis æqualis; Radulfum Cameracensem, Ludovici ultramarini consobrino nati *nepotem*, fragmentum de destructionibus Ecclesiæ Corbeiensis; Ludovicum Regem, Ludovici Franciæ Orientalis Regis, consobrinô Balbô ex Ansgarde natum ejusdem *nepotem*; & Berengarium primum Gisiæ, quæ Carolomanni amita fuit, filium Arnulfi, Carolomannô nati *nepotem* Annalium

lium Fuldensium scriptor ad annum 881 & 95. Ludovicum *Balbum*, Ludovici Francorum Orientalium Regis, qui reverâ *patruelis* fuit, *nepotem* Ioannes VIII Papa *epist.* 58. Gerbergam Gandersheimensis cœnobii Abbatissam Henrico I patruô Bajoariorum Duce progenitam, *Neptim* Otto II Imp. Chartâ A. D. 973, *Jun.* 7, *Indict.* 1 datâ. Lotharium Ottonis II (qui avunculi filius erat) *nepotem*, Baldricus *lib.* 1. c. 96. Carolum Lotharingiæ inferioris Ducem Arnulfi Archiepiscopi, cujus reverâ *patruus* erat, *nepotem* Hugo Floriacensis, *Tom.* 3. *Script. Franc.* p. 142. Hugonem Regem Caroli ejusdem, qui Gerberga materterâ natus erat, *nepotem* Sigebertus ad annum 988, vocare non dubitavit?

Witikindi [1] qui 1. *Martialem Imperatorem à militibus interfectum* primus in somnis vidit. 2. vallum in Britanniâ majore, *à Romanis* de discessu cogitantibus *constructum* finxit. 3. *Hugam Clodoveum Fraxconum Regem nullum alium haredem regni reliquisse, præter unicam filiam, nomine* [2] *Amalabergam Erminfrido Turingorum Regi nuptam*, Erminfridum Theoderici *generum* fuisse, Theoderico *servilem* conditionem, ab Erminfridó objectam deliravit. 4. Ludovico Arnulfi filio, qui cælebs decessit, Ludgardim Brunonis & Ottonis Ducum germanam, reverâ Ludovico patruo magno nuptam *uxorem* dare, & Carolum simplicem, Lotharii Ludovico filio nati *proavum* credere potuit. 5. Odonem Regem in Neustriâ natum ex *Orientalibus Francis* oriundum nugatus est. 6. Caroli crassi *uxorem* (cum *prægnans* relicta esset) ab eô Odoni commendatam, qui *post mortem patris natum filium regno & nomine paternô declaraverit*; absurde commentus est. 7. Robertum Odonis, cui germanus erat, *filium*; Eadgit Ottonis primi uxorem, Edmundi, cujus, & Adelstani *soror* fuit, *filiam* perperam vocavit, auctoritate solâ, nec ipse tuto niti, nec eadem nos (si nolimus) urgere jure potes.

[1] lib. 1.

[2] Clodovei consanguinea non fuit, sed Theoderici Ostrogothi ex Amalafrida sorore neptis. Amalaberga.

Ad tuæ de Hugonis Magni & Heriberti II affinitate sententiæ fidem adstruendam, Guidonis de Bazochiis, Cantoris S. Stephani Catalaunensis, annô 1202 denati, verba arripis, [3] quibus ad annum 924, *Heribertum* II *Hugonis Ducis sororem uxorem habuisse* docet, ac exinde Alberici trium fontium monachi post annum 1241 defuncti, auctoritate [4] eo fidentius pugnas, quod ad annum 920, Heribertum *Roberti generum*; ad annum 930 Hugonem Archiepiscopum *Hugonis Magni Ducis ex sorore nepotem*: ad annos denique 998 *Hugonis Cappati Regis patrem, sororem habuisse de quâ nati sint Heriberti Comitis de Peronâ, filii quatuor* constanter scripsit. Nec eos ego falsâ forte Flodoardi, ex usu sæculi sui minus proprie loquentis, verborum interpretatione deceptos fuisse negaverim. Sed moneo primum; à Guidone idipsum, quod præter alios jam laudatos, Ioannes Majoris monasterii Monachus inditus totidem verbis asserit, (*Heribertum* scilicet *Roberti sororem* uxorem *habuisse*) reverâ non negari. 2. Alberici Reginam, Caroli Magni concubinam, Hugonis primi Abbatis parentem, Roberto Forti nupsisse perperam scribentis, sententiam tot incommodis obrui, ut ab eâ defiectere coactus Beatrici Richardum (Hugonis nigri, & Rudolfi patrem) *parentem*, adscribere malueris; verum nec sic tibi salvam rem esse urgeo; ut ut enim Roberto Regi Adelhaidis Conrado Minore natæ filiam (si te audiamus) Beatricem uxorem, assignare te sinamus, Rudolfo Regi, Hugonis Ducis, & Beatricis ex tua confessione fratri natu majori, Emmam Beatricis ejusdem filiam matri-

[3] Vindic. p. 28.

[4] p. 27. 28. edit. 2. p. 19.

moniô, jungere nisi per nefas potes, nec si Vertumno mutabilior sis, *Anne*, universa effugies, *avunculo* neptemi, velut in Canonum despectum, copulare ausus. Albericiani commenti, quo Regina septuagenaria major, uterum tulisse fingitur, *ἀλληγορίαν* nemo non videt; En Roberti, Rudolfi, Beatricis, Emmæ, ex tua ipsius mente, cognationem.

Adelhais Conradi majoris uxor.

Conradus Minor Ermentrudis maritus. — Robertus Fortis.

Adelhais Richardi uxor. — Robertus Rex Beatricis maritus.

Rodulfus Rex Emmæ maritus. — Beatrix Roberti Regis uxor.

Emma Rudolfi avunculi uxor, Chiffletio.

Hactenus Beatricem *Richardi Ducis* filiam non fuisse; si fuisset (nec à Robertô Rege per Canones Duci, nec Rudolfo Beatricis ejusdem (si te audiamus) germano Emmam filiam eloeare potuisse; etsi ex Richardi matrimoniô susceptam, Roberto quomodocunque nupsisse velimus, Hugonem *Magnum*; quem Roberto peperit, per eam Caroli Magni *nepotem* fuisse evicimus; ut novô nodô arctius constrictus teneare, addo nunc, illam ipsam Beatricem (si Adelhaide Caroli Magni, sive per Ludovicum, sive per Hugonem Abbatem, neptem prognatam, negare lubeat) à Regiæ consanguinitatis jure (cui impugnando insudasti) minime excidere: quandoquidem Conradus *Major* ejusdem (ex tua sententia) proavus Ludovicum *Pium* proximâ cognatione contigit, nec jure potuit Iuditha, Conradi germana, Ludovico nubere, prout teipsum, qui ejus verba laudas, Fridericus Ultrajectinæ Ecclesiæ Episcopus docuit, his Ludovicum Augustum, violatorum Canonum reum, aculeis fodicans, *Habes conjugis locô Iuditham tibi sanguine propinquam, Guelfi Bajoariorum Ducis filiam.* Certe si *sanguine propinqua* fuit, quod confessum Fridericus voluit, te (qui Conradi germani posteros à Ludovici *sanguine alienos* fuisse contendis) frustra esse ex necessitate oportet.

Cæsus Fridericus A. D. 838. Iulii 18. Martyrol. Rom. Surius Tom. 4. Molanus de SS. Belg.

Alio nos vocanti scriptorum, qui Beatricem Carolo per Pippinum Italiæ Regem oriundam censuerunt, turbæ, ut quoquô pactô obnitaris, eos testes colligis, qui vel *avunculi*, *nepotis*, *generi* (ex corruptô sæculi sui more) vocabulis abusi, *instituto* tuo non serviant, vel (si proprie locuti credantur) nihil, quod in quæstione sit, probent. Demus enim Hildebrantam, Heriberti secundi *uxorem*, Hugonis Magni *germanam*, & Hugonem Heriberti liberorum *avunculum* proprie fuisse; Heribertum vero (ex Witikindi & Ditmari, abusivâ phrasi) *Hugonis generum* ideòque *fororium* habendum, quid inde tibi commodi? Hildebrantam, Beatrice, Heriberti primi filiâ non natam optime probas, nec enim Heriberto secundo, primi filia, germano fratri soror nubere potuit; Beatricem, Roberti Regis *uxorem*, Hugonis Magni *parentem* Heriberti primi filiam, secundi (cui Hildebranta nupsit) germanam minime

fuisse

fuisse, non obtines; cum post susceptam ex priore matrimonio Hildebrantam, Beatricem, Heriberti I filiam (ex quâ paulo post Hugo Magnus natus sit) ducere, ejusdemque fratrem Heribertum secundum, generum facilitate eadem assumere potuerit, quâ Gomatrudem Sichildis novercæ germanam annô 625 Rex Dagobertus: Sanciam Aragoniam, Leonoræ, Raimundo VI patri nuptæ sororem, annô circiter 1218, Raimundus VII, Tolosanorum Comes: Isabellam Lavallam, Emmæ novercæ sororem circa annum 1225, Burchardus VI de Monte moranciacô; Mariam Sabaudicam, Margaretæ novercæ itidem sororem circa annum 1470, Petrus Lucemburgius S. Pauli Comes. Adelhaidem Henrici Campaniæ Comitis, generi sororem annô 1161, Ludovicus VII Rex, Aelidem Roberti II, Drocarum Comitis, quem generum adscivit, sororem annô circiter 1176, Radulfus de Codiciacô duxit. In quamcunque igitur partem tuus inclinet impetus, non cassus esse non potest; hinc plurimis Robertum Regem, quô tempore apud Suessiones adversus Carolum pugnavit, *Heriberti sororem conjugem habuisse, ex quâ Hugo Magnus filius natus sit*, (quod aliorum nemo negat) testificantibus: Inde qui Heribertum Roberti Regis generum fuisse, vel dixerunt, vel dicere visi sunt, Hildebrantam Heriberti uxorem Roberto Rege, & Hugonis matre Beatrice natam, (quod unum ad propositum tuum faciebat) non pronunciantibus; ut alterutrum tibi deinceps negare integrum non sit, vel (quod si non probabilius, certe plurium testificatione munitum est) duplici Robertum Regem, & Heribertum Comitem, sororum matrimoniô invicem colligatos; vel (quod citati à te testes saltem in speciem exigunt) Hildebrantam ex priore, Roberti Regis uxore natam, Heriberto, cujus germanam Beatricem, secundis nuptiis Robertus idem duxit, nupsisse.

II. *An Bernardus Rex Beatricis proavus, ex concubinâ natus sit.*

SEnseras (opinor) improbô te conatu nihil prorsus egisse, quô Beatricem Hugonis Magni matrem Roberdô Duce natam fuisse, Heriberti vero secundi germanam non fuisse persuaderes; cum igitur in Hugone universaque Capetinâ gente Carolini sanguinis traducem, nec æquis (injusto odiô transversus actus) oculis aspicere; nec (micante veri luce perstrictus) diffiteri ulterius posses, quod unum restabat, quô malignitati tuæ blandirere, aspersam regiis natalibus labem fuisse criminatus es; Theganum (eumque solum ex veteribus) nactus, qui [1] *Bernardum Pippini* Italiæ Regis *filium ex concubinâ natum*, vel scripsisset, vel scripsisse videretur. An vere? Carolomannus annô 777, ex Hildegarde Carolo Magno natus, Romæ annô 781 tempore [2] Paschatis, ab Adrianô I Papâ sacrô lavacrô tinctus Pippini nomen accepit, & Langobardorum, seu Italiæ Rex *unctus*, annô circiter 795 Bertam Guillelmo Tolosæ Comite, & Aquitanorum Duce; & Cunegunde natam duxit, ex quâ Bernardum, Adelhaidem, Atalam, Gundradam, Bertradam ac Theodradam, *superstites reliquit*: annô vero 795 nuptias ejus assignandas putamus, quia 796 proxime sequenti, Ermengardim Ingoramni Ducis filiam, sibi matrimoniô Ludovicus natu minor frater sociavit; eodemque ipse *cum Italicis, ac Bajoaricis copiis in Pannoniam ire jussus, ad patrem Aquisgrani jam hiberna habentem venit*, nec ei in procinctu constituto nuptialibus

[1] cap. 12.

[2] Pascha A. D. 781. in April. 17 incidit.

ptialibus gaudiis indulgere vacavit: annus 797 Bernardi natalis fuisse videtur; quandoquidem Pippino patri annò 810, ætatis 33, Iulii 8 denato, annò 811 ab avò suffectus, annò 812 bello idoneus, *in Italiam missus propter famam classis, quæ de Africâ & Hispaniâ ad vastandam Italiam venit*: annò 814 quò ineunte mortalitatem Carolus avus explevit, jam maritus fuit; sic enim [1] coætaneus, *illò in tempore* (quò de constituenda novâ Corbejâ consilium sumptum) *commissa* Adalhardo Abbati, *erat cura maxima, videlicet ut regnum Langobardorum gubernare deberet, donec filius Pippini, Bernardus nomine, cresceret. Nam ipse Pippinus, Karoli Regis filius ante triennii tempus obierat, & ideo prædictus Abbas, non potuit perficere quod cupierat, & per sexennii tempus tardatum est opus. factum est autem postquam præfatus puer crevit, accepit ei uxorem, & constituit (secundum jussionem principis) super omne regnum. His ita gestis, perrexit Romam, non solum orationis causâ, sed etiam ut cum venerabili viro Leone Papâ, conferret de necessitate regiâ & plebis; ubi cum moraretur, atque simul de profectu adolescentis gauderent, subito venit nuncius penuigerò volatu, afferens epistolam luctuosam nimis de morte Karoli Imperatoris.*

[1] libro de constructione novæ Corbejæ.

Pippinum Bernardo annò circiter 815, natum valde probabile est, siquidem annò 834 à patris, infortuniò 16 in Italiâ inter partium Duces, pro Ludovicò Imperatore stetit, annum forte ætatis 20 agens, prout nos Bertinianorum Annalium, laude dignissimus scriptor docet, *factum est* (inquit) *cum sentirent qui fideles erant Domno Imperatori in Italiâ, Ratholdus videlicet Episcopus, Bonifacius Comes, Pippinus consanguineus Imperatoris, aliique quamplures, quod conjugem ejus quidam inimicorum morti tradere vellent, miserunt sub omni celeritate, qui illam eriperent, ereptamque usque ad præsentiam Domni Imperatoris in Aquis incolumem perduxerunt:* hac autem occasione Italiâ in quâ Lotharium, ob molimina disturbata adversarium sensisset, relictâ, in Belgicam secessit: cujus nobilissimam partem, Veromanduos ac Suessiones posteri deinceps tenuerunt.

Bertam à Pippinò Italiæ Rege solenni Ecclesiæ more desponsatam fuisse, hæc non modo suadent, sed plane convincunt, 1. Summa fœminæ principis & cognatæ dignitas, cui enim verisimile fiat Aquitanorum Ducis, *propinqui* * *& in Aula Imp. præ cunctis clarioris*, filiam, cujus germanus Bernardus Ludovici Augusti, [2] *ex baptismò filius, Dux*, per aviam *de stirpe regali*, post patrem *Hispanicarum partium & limitum Comes*, imo *Cameræ* Imperialis *præfectus, secundus* à principe *in imperio* erat, *concubinæ* more prostituram fuisse? 2. Caroli *Magni* de Bernardò, & sororibus cura. *In* Pippini liberis (inquit Eginhardus) *Rex pietatis suæ præcipuum documentum ostendit, cum filiò defunctò nepotem patri succedere, & neptes inter filias suas educari fecisset.* Poëta Saxonicus ad annum 811. Indict. 3. *Hoc quoque Bernardo regnum concesserat annò Italicum pius Augustus; nam filius idem Pippini, merito patri successerat hæres.* Eginhardi, Bertiniani, Metenses, Fuldenses Annales, [3] ad annum 813 *Bernardum nepotem sunm, ex Pippinò filiò Italiæ præfecit, & Regem appellari jussit* Carolus; quis autem tantam Caroli in Ludovicum [4] *filiorum optimum*, trium jam liberorum parentem, iniquitatem fuisse credat, ut Bernardum spurium, ipsi quodammodo æquaret, cæteris que ex legitimò thorò susceptis nepotibus, eundem (attributâ universâ Pippini parentis hæreditate, Italiæ scilicet Bajoariæ & Alamanniæ regnò) anteferret? vel quis

* Tom. 3. script. Franc. P. 391.

[2] Thegan. vita Ludovici. Nithard. lib. 1.

[3] Regino. Herman. Sigebert. ad A. D. 812.

[4] Thegan.

Adel-

Adelhardum infractæ, ab ipsis adolescentiæ annis, constantiæ virum, qui *sæculum relinquere*, [1] quam Caroli cum Hildegarde conjugium probare maluerat, *nec propinquitatis jura considerare* dignatus fuerat, Walonemque Adelhardi germanum [2] *omnibus, qui erant in palatio venerabiliores, & omni provinciâ Saxonicâ prælatum*, tam degeneri suique oblito animô fuisse, ut (neglectâ propinquorum legitimorum injuriâ) *concubinæ* pullum sinu fovendum, usquedum assignato regno per se administrando par esset, susciperent? 3. expressa Alcuini Pippinum discipulum jam maritum, imo parentem, compellantis, testificatio. [3] *Esto* (inquit) *honestus in conversatione, castus in corpore* [4] Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, & non sint alienæ participes tui; *ut benedictio tibi à Deô data, in longam nepotum procedat posteritatem.* Cum Alcuinum post *damnatam* annô 792, *Synodali auctoritate apud Raiginisburg* Felicis Urgellitani *hæresim*, à Carolô Magnô *in Franciam venire jussum*, Pippino, ob amicæ (hoc ipsô quod *jure* nullius fuerit, alienæ) contubernium gratulatum fingere absurdum sit; nec *alienæ* cujusquam virum bonum *participem* fieri, aut *cum* eadem, impuris amoribus inescatum, *lætari* liceat; *mulier* illa *adolescentiæ, cum* quâ sine noxâ *lætari* Pippinus potuit, *concubina* nequaquam fuit, sed ex necessitate legitima sponsa, cujus consuetudo *in conversatione honestum, corpore castum* nullô modô dedecebat: ei igitur jam fidem obstrinxerat, *longam*que *nepotum posteritatem* spondente *benedictione, à Deô* optimô maximô *donatus*, Bernardi *parens* erat, quem proinde *ex concubinâ natum* dicere, ut falsum, sic inhumanum & illiberale prorsus fuit, eritque semper. Sit ergo Pippini, patri populisque (dum vixit) carissimi, (prout ex his [5] Alcuini Magistri ad Carolum parentem verbis constare potest, *Domine mi, memor sit pietas vestra captivorum, dum est Pippinus tuus tecum*) Sit, inquam, laudati suô tempore principis, benedicta in perpetuum memoria, nec impune cuiqnam liceat pios cineres (ad nepotum, qui usque nunc ubique per Europam regnant, invidiam) fæculentâ maledictorum (ceu totidem sputorum) adspergine conspurcare: illibata vero æternum maneat elogii à poetâ Saxonicô, ante annos 760 scripti, gloria.

[1] Paschas Ratbert. in ejus vita.

[2] libell. de constrnct. novæ Corbejæ.

[3] epist. 91.

[4] Proverb. 5. 17. 18.

[5] epist. 90.

Pippinus Rex Italiæ *
Francorum nitidô lætum cum duceret ævum
Flore vigens, simul ætatis, mentisque decore;
Cui præclara fuit virtus, cui gloria summa:
Omnia fallacis pariter cul prospera mundi
Tunc aderant, morbô vitam finivit acerbô.
Immaturus huic obitus, jucundaque vitâ
Extitit; unde suo nimium de funere patri,
Omnibus & Francis gemitum luctumque reliquit.

Sed quid Thegano tandem fiet Bernardi Regis matrem injuriosô *concubinæ* titulô dehonestare ausô? An magnorum adversus patruum ausorum, quibus justô Dei judiciô excidit infelix princeps, odiô acerbiore turbatum, convitium immerenti fecisse dixerimus? At quicquid inconsultus filius deliraverit, innocens plecti mater non debuit; nec insultandum à quoquam miserando funeri, cujus inopinatus adspectus irritatum antea Imperatorem adeo perculit, ut *magnô cum dolore fleverit multô tempore, & Confessionem dederit coram Episcopis, & judiciô eorum pœnitentiam susceperit, propter hoc*

tantum quia non prohibuerat, consiliarios hanc crudelitatem agere. Longe alia Italorum mens fuit, qui defunctum laudibus exquisitis, non falsis alieni criminis accusationibus, prosecuti tumulum inscriptione subjectâ coronarunt. *Bernhardus civilitate mirabilis, cæterisque virtutibus, Rex hic requiescit. Regnavit annos quatuor,* [1] *menses quinque, obiit* XV *Kalend. Maji, Indictione* XI, *filius piæ memoriæ Pippini.*

[1] sic coronatus fuerit anno 813. mense Novembri.

An temere, per vulgi maleferiati rumusculos, disseminatam de Bernardi parente calumniam, arreptam censebimus; ut eodem meritò *concubina* à Theganò dicta sit, quò à Flodoardò & Glabrò Sprota Bernardi proneptis, Guillelmi Normannorum Ducis uxor; aut à Guibertò Novigenti Abbate, Matthildis Raimundi S. Ægidii Comitis uxor prior, Bertranni Tripolitani inconsiderate *filii naturalis* epithetò probrosò, infamati mater? At viri gravis fuit vulgi levitatem procul facessere jubere.

An moroso Thegani, de Pipini cum consanguineâ nuptiis, judicio convitium imputabimus, ut quemadmodum [2] Adalhardo, Caroli *Magni* cum Hildegarde, quam *vivente Desiderii Regis filiâ* duxit, *illicitus* visus est *thorus*; Friderico Ultrajectino, Iuditha & Ludovici *Pii*, nuptiæ displicuerunt; Gauzleno Parisiensium Episcopo, *quare* Hincmarus Rhemensis [3] *Ansgardim uxorem abjectam* Ludovicum Balbum *recipere non coegerit, & Adelhaidim ab eô retineri non prohibuerit*, querenti, improbatum Adelhaidis matrimonium fuit, *illegitimam* Pippini & Bertæ propinquorum, copulam credidisse videatur? Certe si Hildegardis & Adelhais *superductæ*, Adalhardo & Gauzleno, & Iuditha cognata, nupta Friderico *concubinæ* haberi potuerunt, æque facile fuit Thegano aliisque ἀκεφοδικαίοις, non legitimam uxorem, sed *concubinam* Bertam putare, quæ Pippino ex Canonum præscriptò nubere, non debuit tertiò gradu propinqua, prout ad oculum subdita tabella docebit.

[2] vita Adalh.

[3] Flodoard. hist. Eccl. Rhem. lib. 3. c. 19.

Pippinus Major domus Alpaidis maritus.

1 Carolus *Martellus* Major domus Ruotrudis maritus.

Childebrandus Dux.

Aldana Theodorici Comitis uxor.

Carolomannus Major domus.

2 Pippinus Rex Bertæ marit.

Bernardus.

Nebelungus Comes.

Guillelmus Dux Cunegundis ac exinde Guitbergæ maritus.

3 Carolus Magnus Hildegardis maritus.

Adalhardus Abbas.

Wala Comes ac exinde Abbas. Bernardi Regis tutores.

Theodebertus Comes.

Bernardus Dux.

Berta Pipini Regis uxor.

4 Pippinus Rex Italiæ Bertæ maritus.

Ludovicus Imp. Ermengardis marit.

Robertus Agnæ maritus.

Guitterius. Gauzlenus decollatus, A.D. 834. Heribertus excæcatus, A.D. 834. Gerberga monialis, A. D. 834 demersa.

5 Bernardus Rex.

Adelhais Conradi ac exinde Roberti fortis uxor.

Robertus *Fortis* Adelhaidis maritus posterior.

6 Pippinus Comes.

Odo Rex.

Robertus Rex Beatricis maritus.

Hildebranta Heriberti I I uxor.

7 Bernardus. Heribertus I. Pippinus.

8 Heribertus I I Hildebrantæ maritus. Beatrix Roberti Regis uxor.

Hoc

Hoc forte violatæ in propinquorum nuptiis disciplinæ speciosô obtentu, Bertam criminatus Theganus, ejusdem sibi matrimonium displicere, probrî objectatione testatus est; sed quod *illegitimum*, ipsoque jûre *nullum* putavit, Francis reliquis, qui summum Canonum rigorem nonnunquam remittere jus falsque esse judicabant, non modo *ratum*, sed *gratum* fuit; nec (ex eorum sententiâ) *concubina* Berta, *spurius* Bernardus ex eadem natus habendi fuerunt. Veram (ni fallor) illatæ à Theganô Bertæ reginæ injuriæ causam in præcedentibus aperui; quid si omni eundem culpâ liberandi animo, receptæ lectionis vitium unicæ literulæ mutatione tollere libeat? Hæc ejus in editis verba sunt, *ipsô eodemque annô Bernhardus, filius Pippini, & ex concubinâ natus, per exhortationem malorum hominum extollens, se adversus patruum suum voluit, eum à regnô expellere*, legendum autem videri posset, *Bernhardus filius Pippini, ut ex concubinâ natus*, &c. ut *Bernardum Pippini filium* non ex *concubinâ natum*, sed Pippino alteri, *ex concubinâ nato* parem fuisse insinuaverit Theganus. *Erat scilicet* (Eginhardô teste) Carolo *Magno* Bernardi avo *filius nomine Pippinus ex concubinâ editus, facie quidem pulcher sed gibbô deformis.* qui (*cum pater bellô contra Hunnos suscepiô in Bajoariâ hyemaret*) *ægritudine simulatâ adversus patrem conjuravit:* hunc cum Bernardô non sine colore composuerit Theganus; ut enim annô 792 *adversus* Carolum *patrem*, caput *extulit* Pippinus, ex Hilmedradæ contuberniô natus; sic annô 817 *adversus* Ludovicum *patrum* infausta molitus est Bernardus, Pippini Regis filius, sed Pippini alterius, *ex concubinâ nati* infelix imitator. An ista excusando vetusto scriptori idonea sint, periti judicent. Nobis sive injuriam fecerit, sive ab eadem abstinuerit, ad causam satis est, Beatricem ut Caroli *Magni* trineptem, sic Hugonis *Magni* Capeti Regis parentis *matrem* fuisse, quod Charta sequens evidenter demonstrat.

Nos in Dei nomine Hugo Rector Abbatiæ S. Martini, de tantis Omnipotentis Domini promissionibus bene securi, pro amore ejusdem Omnipotentis Dei, atque S. Martini egregii Confessoris sui, & elcemosynâ Domini genitoris nostri Roberti Regis, ac genitricis nostræ Dominæ Beatricis, *atque nostrâ, omniumque parentum nostrorum, alodum juris nostri, quem ex* [1] *materna hereditate jure, & legaliter, ac cum quietô ordine possidere videmur, Castellionum* [2] *nomine cum Ecclesiis, idest Spauciacum & Pometum, atque Sausiacum situm in pagô Bituricensi, cum omnibus rebus ad ipsum alodum pertinentibus, & in ipsô pagô sitis,* [3] *& in pagô Turonicô* [4] *Mauzinacum alodum similiter nostrum, cum terris cultis & incultis, & quicquid Arbertus quondam fidelis noster, ex nostrô propriô tenuit. Data 7 Kal. Aprilis, Turonis in castrô S. Martini, in Basilicâ, ante sepulchrum ipsius, annô 8, regnante Dominô Rodulfô Rege gloriosissimo.*

[1] idest *ex hereditate* Aganæ proaviæ Bituricensis pagi Comite Wifredo natæ.
[2] Chastillon sur Indre Paucy, Pometty, Saisseatur.
[3] Mausne.
[4] A. D. 931, Mart. 26.

III. *Falsa Willelmi Nangii de Matthilde Henrici Aucupis uxore sententia plenius refellitur.*

WIllelmum Nangium sæculi 13 Scriptorem, nescio quorum de Matthildis Reginæ prosapiâ, somniis plus æquô addictum, *falsô fundamentô niti, totoque cælô aberrare*, & tecum sentimus, & novis, quæ te forte fugerunt, argumentis, hac in parte refellendum putamus. *Arnulfus* (inquit) *Imp. Romanorum, filius Karlomanni, filii Ludovici Germanorum Regis, fratris Caroli* Vindic. p. 21.

Calvi Regis Francorum, & Imperatoris, genuit Ludovicum juniorem Imperatorem; qui Ludovicus duas tantum habuit filias, Placidiam & Matildem; quarum primogenita Placidia, nupsit Conrado filio Conradi Comitis, qui post Ludovicum junior imperavit. Matildis vero data est uxor Henrico filio Othonis Ducis Saxonum; qui Henricus mortuo Conrado, & ejus uxore Placidiâ sine hæredibus, imperavit cum uxore suâ Matthilde, de quâ gennit primum Othonem Imperatorem & duas filias, Gerbergam uxorem Ludovici Regis, patris istius Ludovici sine hærede mortui; & Hawidam matrem istius Hugonis Capucii; per quæ patet quod ipse descendit de progenie Karoli Magni.

In præcedente Nangii locô hæc tantum vera sunt, *Ludovicum juniorem* Arnulfo Karlomanni filio, Ludovici nepote natum, Conradum *Conradi filium* fuisse, Matthildem, Henrico Aucupi, Ottonis Ducis filio nuptam, ex eaque Henricum, *Ottonem primum Imp. Gerbergam* Ludovici, *Hadwidem* Hugonis *Magni* (qui Capeti Regis pater *fuit*) uxorem *genuisse*; cætera rotidem deliramenta haberi debent. Nam 1. *Ludovicus junior Imperator*, nec revera fuit, nec à quoquam cœtaneô dictus est, nec à nobis (nisi forte in *Imperatoris* vocabulô ludere libeat, ut designandis deinceps universis Germaniæ & Lotharingiæ, seu *Franciæ Orientalis* Regibus inserviat) hodie dicendus venit; imo nec ipse se unquam *Imperatorem* inscripsit, qui non modo Romæ non regnavit, sed ne Romam vidit unquam, nec sibi vel ad momentum juris quicquam in Romanos arrogavit, quos unicum Ludovici ætate post Lamberti Guidone nati excessum, *Imperatorem* Ludovicum Bosonis & Ermengardis filium, à Berengario primô, annô 904 (si Reginonem audiamus) *lumine privatum* agnovisse constat.

2. Ludovicus Arnulfi filius nunquam (quod sciamus) uxorem duxit, aut liberos genuit. 3. ullos si genuit, Conradi & Henrici uxores *filias habere*, nequaquam potuit: annô nimirum 893 natus, 900 Februarii 4, quô Arnulfo patri Decembris 8 denato suffectus est, Ditmaro & Alberto Bremensi *puer.*

* Annal. Fuld. Herman.

* Chronico Halberstadensi *infans*, Mariano & Aventino *septennis*. Hepidano, Petro Bibliothecario, Godefrido Viterbiensi *parvulus; admodum puer, adhuc puerulus*, 911 quô mortalitatem explevit nondum 20 annos natus, quod ipsa epitaphii verba indicant, *quatuor vix lustra videbam, injecit rapidas cum mihi Parca manus:* quis autem Matthildem (etsi eam ex fungorum, quos unicæ noctis spatiô naturæ vis edere solet, genere fuisse velit) Ludovico nasci potuisse putet, quam ante annum Ludovici natalem in vivis fuisse fateri invicta naturæ necessitas jubet? Ottonis certe primogeniti annô (ad summum) 906 mater esse debuerit, qui annô 926 Edgitham Eduardo Anglorum Rege natam duxit, jamque Guillelmum ex concubinâ susceperat, annô [1] 954, Decembris 24, feria prima, *Moguntiæ* Friderici Archiepiscopi locô ordinatum; quemque (si Canonum observantes, Moguntinos fuisse statuamus) tricenario minorem esse non oportuit; natus ergo fuerit Guillelmus annô circiter 924, Ottonis patris plus minus 18, Mathildi vero matri, si duplum assignaverimus ad annum 888, ante Ludovici Regis (cujus filia fuisse fingitur) sextum ordine retrogrado perveniemus, ut qui Matthildem Ludovico natam credunt, id ipsum de eâ, quod herbarii de flore *filius ante patrem* dictô narrant, somniare cogantur.

[1] Marian. Scot.

4. *Placidia* nulla Conrado Regi nupsit, sed [2] *Cunegundis*, Erchangeri & Bertholdi

[2] Chron. Laurisham. & S. Galli, & Hepidani.

Bertholdi soror, Luipoldi Bajoariorum Ducis A. D. 908, Augusti 9 ab Hungaris cæsi relicta, quam ætatis jam provectæ, non tamen effœtæ anno 913, paulo post superatos, ab Arnulfô Luipoldi filiô, Hungaros, duxit Conradus; nec illa, cujus tunc filius *Bajoariæ Dux*, summâ in exercitu potestate pollebat, 35 vel forte 40 annis minor; nec Arnulfus, quem Erchangeri & Bertholdi, Cunegundis germanorum *nepotem*, diserte Hepidanus[1] vocat, aliâ matre natus credi potuit, ut ut cum Adelhaidem Ottonis Saxonum Ducis filiam, Henrici *Aucupis* germanam, matrem habuisse perperam scribat Aventinus. Ineiderit igitur in annum circiter 883, Cunegundis natale, fueritque Ludovico, quem ei parentem aliorum exemplo assignavit Nangius, solidô decennio major.

5. Si quotquot quomodocunque regnaverunt *imperasse* statuamus; vere Conradus, Henricusque *Auceps* Franciæ Orientalis Reges *imperarunt*, sed *Transrhenanis* solis Conradus, *Transrhenanis* & *Lotharingis* Henricus; non *Italis*, quos ab annô 900, ad 936 (tantisperdum Ludovicus Arnulfi filius, Conradus, Henricus vixerunt) Ludovicus *orbis* Bosone natus, Berengarius primus, Rudolfus II, Hugo cum Lotharió filiô ordine rexere. Romanis, toto illô tempore, nemo proprie *imperavit*, præter Ludovicum *orbum*, annô circiter vel 902, vel 904, à Berengario deturbatum; & ab anno 915 Berengarium ipsum; hos enim solos *Imperatores*, & salutaverunt Romani, & agnoverunt cujuscunque gentis coætanei, soli sibi iidem sine cujusquam invidia *Imperatorium* titulum vindicarunt, à quô Arnulfi filium, Conradum & Henricum, ut consultô, sic constanter abstinuisse certum est.

6. Non absolute *sine hæredibus* Conradus decessit, sed reverâ[1] *virili prole caruit*. 7. Ludovicus Gerbergæ maritus, *Ludovici sine hærede mortui pater* proprie non fuit, sed *avus*, Lotharii qui Ludovicum genuit pater. 8. per Matthildem aviam maternam, *de Karoli Magni*, *progenie* Capetus Rex non *descendit*: sed (prout rectè ex[2] Luitprandô notas) *ex eadem*, quâ Henricus maritus *gente* fuit Matthildis, Saxonicâ nimirum. 9. Arnulfi filius, Ludovici *frater* æque falsò à nonnullis Conradus creditus est. Vide Ottonem Frisinghensem *lib.* 6. c. 14. 16. Abbatem Urspergensem ad annos 907, & 912. Albertum Krantzium *Saxoniæ* lib. 2. c. 33.

[1] Eckehard de casib. S. Galli c. 5.

[2] lib. 4. c. 7.

Verum Conradi Stemma.

Verum Cunegundis Conrado Regi nuptæ Stemma.



IV. Verum *Henrici* I Regis falſo Chiffletio *Imperatoris* dicti *Stemma* plenius aſſeritur.

ALberici qui Sigeberti ad annum 859 verba mutuatus interpolavit, & ab auctoris ſui mente detorſit, teſtimoniô munitus, Henrici primi Francorum Orientalium Regis *parentem* Ottonem, *avum* Leutulphum, *qui corpus Innocentii primi Papæ à Româ in Saxoniam tranſtulit* fuiſſe, vere pronuncias, ejuſdemque tale *Stemma* exhibes.

Vind. p. 31. edit. 2. p. 21.



Addit

Addis mox Matthildis Henrici secundæ uxoris aliud Stemma. p. 22.

1 Theodoricus Dux seu Comes Saxoniæ de Wittin de genere — magni Witikindi, uxor Reinilda.

2 Rupertus Trevirensis Archiepiscopus. 2 Matthilda uxor Henrici I Imperatoris.

3 Otto I Imperator. | Henricus Dux Lotharing. & Bavar. | Bruno Archiepiscopus Coloniensis & Dux Lotharing. | Gerbergæ uxor Gisleberti Lotharing. Ducis, dein Ludovici IV Francorum Regis. | Hawidis uxor Hugonis Magni Francorum Ducis.

Hugo Capetus Rex Francorum.

Nec nos à re in re ipsâ (utpote à Willelmi Nangii commentô alienissimi) dissentimus, nonnulla tamen tua castiganda putamus; nam 1. adversus eorum omnium, qui ad annum usque 1200 scripserunt, mentem, sed forte Albericum, qui interpolatô Sigeberti textu, *Henricum Romanorum Regem* inconsiderate vocavit, secutus, Henricum eundem *Imperatorem* septies, Matthildem uxorem *Imperatricem* semel inscripsisti, neutri cum Romanis Berengario primo, ac exinde Alberico subditis commune quicquam fuisse, Berengariumque unum totô Henrici tempore, à semet, à * Romanâ Ecclesiâ, à Græcis, à Carolô Simplice verorum *Augustorum* nepote, & Francis *Imperatorem* dictum oblitus. 2. Theodericum (quicquid in contrarium p. 32. ex Sigeberto, & Alberico incaute locutis afferas) *Saxonum Ducem*, nec reverâ fuisse, nec ab ipsis, quos merito laudas, *Saxonibus*, Witikindo Matthildis Quindelinburgensis Abbatissæ, & Matthildis reginæ neptis cœtaneô, Ditmaro Merseburgensium Episcopo A. D. 1018, Decembris 1 sub Henrici Claudi, qui Matthildis pronepos fuit, imperiô, denatô, & Paulô Langiô longe recentiore utpote in annum 1515 desinente, dictum fuisse; nec ipsô (qui ab annô 859 ad 912, Ludolfo & posteris, Brunone, Ottone, Henrico *Saxoniæ Ducatum* commissum fuisse fateris) judice dici debuisse constat. 3. Henricum Matthildis filium, qui vix Lotharingiæ clavum per biennium tenuit, eoque annis, antequam diem ultimum obiret, fere 14 excussus est, temere à te falsoque *Lotharingiæ Ducem*, quasi ad vitæ finem Ducatum illum tenuerit, pronunciari, negare ne possis, audi Flodoardum sub oculis gesta scribentem, annô 940 *Otto Rex Henrico fratri suo, Regnum Lothariense committit:* annô vero 942 *Hugo & Heribertus, cum Ottone Duce Lothariensium*, &c. *ex alterâ parte fluminis* (Isaræ) *confederunt*; ut Ottonem Ricwini filium Henrico ante suffectum fuisse necesse sit: annô 944 *Otto Dux Lothariensium vitâ decessit*; annô 945 *Rex* Otto, &c. *mittit ad Hugonem Conradum Ducem Lothariensium.* annô 953 *Rex* (Otto) *Conradum à Ducatu Lothariensium removet*, &c. *Bruno frater Regis Ottonis*, Coloniæ *pontifex ordinatur; cui etiam Rex Otto Regnum Lothariense committit.* annô vero 955, Novemb. 1. vitam cum morte commutavit Henricus Ratisbonæ sepultus.

* Tom. 3. Concil. Gall. p. 376. 77. Constant. de adminis. Imp. c. 26.

Vim deinceps in Alberici † ad annum 921, locô à te exscripto facis, *Dux Theodericus fuit de genere Guitecindi, & habuit tres fratres, Guitecin, Immet, & Regimben. Et ex hac serie istorum quatuor fratrum descendit nobilitas, totius Saxoniæ, Italiæ, Germaniæ*, Galliæ *& Normanniæ, Bavariæ, Suevia, Hungariæ,*

† p. 33. edit. 1. p. 22.

Hungariæ, Bohemiæ, Tusciæ & Poloniæ. Moxque *Galliæ* vocem *notare* nos *obsecras, quia ex Hawide Henrici 1 & Matthildis (utriusque Saxonis) filiâ, uxore Hugonis Magni, & Hugonis Capeti matre, orta est, progenies tota tertia regalis in Franciâ*: Bonô animô esto, Chiffleti, nullum hîc ex Francis adversarium habes; nec enim Regum suorum progeniem, à Theodericô Witikindi Magni nepote, per Matthildem & Hadwidem, processisse negaturi sunt, aut Alberico conterraneo refragaturi, quem tamen minus accurate locutum inficiari non potes, cum perinde se ejus sermo habeat, ac si *Saxoniam, Bavariam, Sueviam* extra *Germaniam*; *Normanniam* extra *Galliam*; *Tusciam* extra *Italiam*, sitas fuisse absurde crediderit. Sed qui *Saxonem* per proavos Ludolfum, Ottonem, Theodericum Capetum Regem, tibi fuisse sponte largimur; eundem *Carolinum*, non modo per *proaviam* Adelhaidem, & *aviam* Beatricem, sed etiam per avi materni Henrici, *matrem* Hatwi (Ditmari * ætate suppparis, & in Saxonicâ aulâ versati auctoritate constricti) fuisse contendimus. *fuit* (inquit) *in Occiduis partibus quidam Rex, qui ab unô fuimet Ducum captus tenebris includitur carceralibus. Hic Henrici Regis nostri*, nepotis *autem* sui, *implorans auxilium dextram Christi Martyris Dionysii, & cum eâ omne regnum Lotharionum, si ab eô liberaretur, sibi traduturum sacramentis promisit.* Hinc autem 2 notatu dignissima habemus, alterum à Carolô Simplice, qui *ab unô* suorum *Ducum Heribertô 2 captus*, apud S. Quintinum primum, exinde apud Theoderici castrum custodiæ mancipatus fuerat, ac Peronæ tandem vitam finivit; Henrico, post captivitatem, anno ni fallor 923, simulac captus est, oblatum in liberationis præmium Lotharingiæ regnum fuisse, falsosque Reginonis continuatorem, Sigebertum, Ottonem Frisinghensem, Albericum, &c. qui *Carolum & Henricum Reges, apud Bonnam castellum convenisse*, &c. *Carolum nunquam sibi amplius Lothariense regnum usurpaturum promisisse*, &c. *regnum Lotharingiæ Henrico Regi reddidisse, Episcopis*, & *Comitibus utrinque jurandô, rem confirmantibus*, &c. *Belgicam Henrico cessisse*, (ut ut Bonnensis pacti tabulæ, anno 921, Novemb. 7, scriptæ contrarium ex professo doceant) fabulati sunt. Alterum, Henricum *Aucupem*, Caroli Simplicis *nepotem*, ideſt cognatum fuisse, quod cum ei per Ottonem patrem, à gente Carolinâ alienum nequaquam obvenerit, per matrem consecutus fuerit, hoc (si quid capio) modo.

* Ditmar. lib. 1. Videndus Adelboldus Vltraject. Ecclesiæ Episcopus libro de Henrici Imp. vita, Eckehardus de vita Notkeri c. 1.

De Karolorum genere & sanguine, & Saxonum antiquorum, de quibus illo in tempore Impp. Ottones orti sunt, erat parentum ejus prosapia.

Ludovicus *Pius* Ermengardis, ac exinde Iudithæ maritus.

	1 *nupt.*			2 *nupt.*
Lotharius Imper.	Pippinus Aquit. Rex.	Ludovicus Germaniæ Rex Emmæ maritus.		Carolus *Calvus* Imperator Ermentrudis maritus.
Carolomannus ex Litovindæ contubernio pater.	Ludovicus Ludgardis Ludolfo Saxoniæ Duce natæ maritus.	Carolus *Crassus* Richardis maritus.	Hatwi Ottonis Ducis Ludolfo nati uxor.	Ludovicus *Balbus* Adelhaidis maritus.
Arnulfi Imper. Vttæ mariti.	Ludovicus puer denatus.	Henricus *Aucups* Matthildis maritus A.D. 876 natus, 936 (qui vitæ 60) Iulii 4 denatus, Caroli *Simplicis* impropriè *nepos* dictus, Hadwidis, quæ Hugoni Magno nupsit, parens.		Carolus *Simplex* anno 879 Sept. 17. natus, 929 Octo. 7 denatus.

Hujus

Hujus consanguinitatis notitia confusa, Willelmum Nangium alioſque impulit, ut Ludgardim Ottonis Ducis *sororem*, Henrici Aucupis *amitam*, Ludovico, non *seniori*, Carolomanni & Caroli *crassi* germano, sed *juniori* Arnulfi filio (eversô temporum rerumque ordine) nuptam, Matthildisque, quam annô circiter 906 Henricus *Auceps* duxit, *parentem* fuisse scriberent, quorum errorem pluribus cum revicerimus, tuum est Chiffleti, Ditmarum vel refellere, ut (quod in votis hactenus habuisti) ad Caroli Magni progeniem, Hadwidis Capeti Regis mater nullô modô pertineat: vel nobiscum sequi, ut per eam inter Caroli *nepotes* Rex Capetus habeatur. Ubi Reinhildis, quam Theodericus Matthildis pater duxit, & uxorum, quæ Childebrando, Nebelungo, Theodeberto, Bernardo Regi, Pippino filio, Heriberto nepoti nupserunt, *Stemmata* (quod non desperamus) ab inobscurante, in quâ per tot sæcula jacuerunt, oblivione vindicare datum fuerit; nova Clarissimæ orbe totô gentis gloriæ lux affulgebit, quâ (ceu coruscâ vi fulminis) tu tuique similes colluſtrati, adspiciatis, admiremini, stupescatis. Eâ nunc (cum multa, quæ nostram huc usque notitiam fugerunt, desiderare cogamur) etsi carere videamur; non desunt tamen in compertis, quæ latentium, quibus inhiamus, omne desiderium lenire possint, Hugo Capetus Rex per atavos Caroli Magni *propinquus*, per matrem, aviam, proaviam *nepos*, Adelhaidem duxit Ludovici *Balbi* Regis (qui Caroli Magni *pronepos* fuit) *abneptim*, ex quâ Robertus II Rex natus est. Histor. fragmentum ex S. Maglorii Archivô depromptum. *Cum suâ venerabili conjuge* Adelhaide *nomine, filiâ Pictavorum Comitis*, de progenie Caroli Magni Imperatoris, *eidem Ecclesiæ* (S. Maglorii) *magna dona, possessionesque, & prædia obtulit* (Hugo) *quæ sub nomine Lotharii Regis & Ludovici filii ejus, describi & confirmari præcepit, Regioque sigillô muniri constituit.* Charta Burgolienſis à Samuele scripta, quam integram edidit I. Besly in Aquit. Ducum historia, probat. p. 365. *hanc Chartulam cum filiô meô firmavi, & aliis viris ad firmandum tradidi, peractis* M. *&* XXIIX *annis, ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi, regnante Rege Roberto in Francia, & ejus consobrinô Guillelmo in Aquitaniâ, sub diebus Isemberti S. Petri Episc. in Kal. Martii S. Guillelmi Comitis*, &c. quarti nimirum, Guillelmo III Adelhaidis, quæ Robertum Regem peperit, germano fratri, fuit enim Adelhais Guillelmi II filia, Ebali neptis, Ramnulfi II & Adelaidis proneptis, cujus hæc in S. Hilarii Pictavensis monasterio Charta, ab *Assertore* jam edita servatur. *Mirabiliter laudabilis, & laudabiliter semper mirabilis Dominus*, &c. *Ego Adelaidis instinctu divinô ammonita, proposui in cordis mei Secretariô, quatinus de prædiorum meorum possessionibus hæreditariam facerem secundam Dei Ecclesiam. Verum quia B. Petro Apostolo specialiter collata est potestas solvendi, atque ligandi à Dominô; multo melius censui mihi consulendum, & pro peccatis meis, apud eum, quem tantô dilexit amore, intercedendum. Ergo tam pro animâ* genitoris nostri Hludovici Regis piissimi, *qui mihi præfatas res in hæreditate dedit, atque concessit, quam pro meis criminibus veniam impetrandis, & quam pro nobilissimi* Senioris mei, *atque gloriosi Comitis Ranulphi utriusque, Dominus indulgere dignetur omnium peccatorum remissionem*, &c. *Data 3 Idus Iulii, annô 3 Regnante, Domno Carolô gloriosissimô Rege.* Cum pro *animâ* Ranulfi utriusque, ideſt soceri, annô 867 Iuliô mense à Normannis cæsi, & mariti annô 890 venenô sublati, *prædia* sua ex æquô offerat, nonnisi sub

Script. Franc. Tom. 3. p. 344.

p. 29.

hinc Hlotarius Rex Charta à viro clariss. I. Besly in hist. Comitum Pictav. edita p. 251. Eblonem consanguineum agnoscit, *quemiam* (inquit) *consobrini, Ducisque potentissimi Eblonis conjux Illustris Adela.*

Carolo *Simplice* germanô Chartam ſcripſerit, annô vel 894 à primâ ejuſdem coronatione *tertiô*, vel 900 ab ejuſdem *redintegratione*, & Odonis dormitione rurſus *tertiô* currente. Ebalum autem genuit Adelhaidis Eduardô Anglorum Rege natæ maritum, quæ donorum S. Trinitatis monaſterio Pictavis à ſe fundato oblatorum confirmationem, annô 940 à Ludoviçô IV impetravit, eademque Rex Ebalum jam denatum *conſobrinum* ſuum, (utpote *amitæ* filium) vocavit: Quare non immeritô Senonenſe Chronicon MS. de Hugone & Roberto Regibus. *Dicitur quod iſte Hugo* ex progenie deſcenderat, non ex primogenitô, *& habuit uxorem* de progenie Magni Imperatoris Caroli, *ex quâ genuit filium nomine Robertum*, conſanguineum *dictorum Ludovici* V, *& Caroli Aurelianis detenti.* Quod ut ob oculos quodammodo ſtatuamus en plenius delineatum Hugonis & Adelhaidis Stemma.



I. *An*

I. *An Beatrix Roberti* I *Regis uxor, Heriberto* I *Comite nata sit.*

Appendix ad Lampad. hist. p. 47.

QVod iis usu venit, qui adversus torrentem nituntur, tibi, qui (incestas in Roberti Regis familiam nuptias inducendi spe) unanimi veterum, & recentiorum de ejus uxore testimonio obniti audes, eveniat necesse est; frustra lacertos jactantem, quo non vis, ipse te vortex duxisset, ne tamen sine colore refragari videare, id quod obiter ab Assertore[1] dictum fuerat, *Auctorem historiæ* destructionum Ecclesiæ Corbejensis, *Flodoardo obloqui, eique velut antiquiorem aut supparem ab Andrea* Ducheſne *præfici*, avide arripis, & ab Auctore illô *Ecclesiæ suæ destructiones, diu postquam contigerant, descriptas verisimile esse* regeris; ego vero quod *verisimile* putas, *absolute necessarium* esse, his adductus rationibus censeo, pro 13, *à Bathildis* (quam *corrupte Balthildem* vocat) *& Lotharii filii temporibus, Reges* 16 *usque ad tempus Karoli & Ludovici fratrum regnavisse.* 2. Northmannos & Danos, *Norois & Danois* dictos fuisse. 3. secundam destructionem sub Carolo *simplice* anno 929 denato, tertiam vero *tempore Ludovici* filii Caroli, *de guerra Radulfi Cameracensis nepotis* ejus, quæ ante annum 900 desierat, quartam *vivente adhuc ipsô*, quâ ab Issembardo & Wermondo rapta sit *l'escarboucle* contigisse. 4. post hos, quos *Hunos* non imperite vocat, *alios malos & pessimos* qui *Loherene* dicerentur venisse scribit, *altæ* denique *justitiæ & inferioris* mentionem facit; ex his enim luce clarius apparet, eum idiomate, quod post annum 1200 in vulgi nostri ore erat, usum; quodque gravius est, historiæ non adeo gnarum fuisse, cum *Ecclesiæ Corbejensis destructionem*, flagrante *bellô Cameracensi* factam, non *secundam*, sed *tertiam* putans, eam in Ludovici *Transmarini*, qui anno 936 regnum auspicatus est, *tempora* rejicit; nec advertit *bellum Cameracense.* 15 circiter annis, antequam Ludovicus nasceretur confectum fuisse. Sed cujuscunque ætatis & meriti fuisse, scriptor ille credatur, nec *Flodoardo oblocutus* est, nec *Flodoardi*, cum quo sensit, *auctoritate* à te coargui potuit: quid enim ille de Robertô Caroli *simplicis* æmulo? habebat *sororem Heriberti de Perona in uxorem*; quid[2] Flodoardus de Ludovico, & Roberti filio? *Heribertum per deprecationem Hugonis*, (Roberto nati) *ad pacem recepit. Tusciacum super Mosam, cum villis aliis ad ipsum pertinentibus, quas pater ipsius* (Heriberti) *matri ejus* (Hugonis) *dotis jure dederat, quasque Rotgarius Comes*, (Laudunensis) *tenebat, ipso reddente, recepit, dum eas hostili manu repetiit.* Cujus est nuptæ *dotem* dare? annon eam collocantis patris? cujus est vero datam dotem repetere? annon hæredis nuptâ nati? fuit ergo Hugo Heriberti primi, qui dotem filiæ constituerat, nepos; dotem illam à Rotgario usurpatam, ut matris legitimus hæres, idem Hugo sibi vindicavit; cumque vi propria usurpatorem dejicere non posset, armorum, nominisque Regii ope, seipsum *in integrum* restituit. Quid clarius? illa ipsa dos ab Hugone A. D. 938 recepta, post annos circiter 13, in Beatricem filiam, ut nominis, sic bonorum *à materna* avia relictorum hæredem transiit, & Barrensis Comitatus à Friderico marito anno 951 fundari cœpti pars facta est. Plaude nunc tibi, Chiffleti, nostrosque, si potes, *æqualis & accurati scriptoris, cui tantam fidem*[3] *Baronius tribuit,*

[1] c. 4. p. 26.

Vide Flodoard. ad A. D. 954.

[2] ad A. D. 938.

[3] A. D. 933. §. 1. 954. §. 1.

tribuit, ut ex eo alios omnes mendacii redarguerit, auctoritate vel corrige, vel erroris convince, per nos licet.

II. *An Ermengardis Ludovici* Pii *uxor prior Ingoramno, an vero Nemerico patre nata sit.*

HUc tantum quæstio ista à te mota facit, ut maternum Adelhaidis Roberto *Forti*, anno 862 nuptæ genus, quandoquidem de paterno jam constat, certius agnoscamus; audiamus ergo, quid in utramque tibi partem
[1] Lam.p.103. afferre placuerit, [1] ex vita Ludovici ad annum 896 hæc affers, *cum consilio suorum Hermengardam futuram Reginam claris ortam natalibus, utpote filiam Ingramni Comitis, sibi sociavit*; & ex Thegano c. 4. *desponsavit sibi filiam nobilissimi Ducis* Ingoramni, *qui erat filius fratris* Ruthgangi *sanctipontificis*, quem *Chrodegangum* (quasi hæc nomina quia varie à variis, pro dialectorum diversitate efferuntur, reipsa differant) scribi debuisse mones, simulque Stemma sequens edis.

1 Carolus Martellus Princeps Francorum.

2 Pipinus Brevis Rex Francorum. — 2 Landrada uxor Sigramni I Ducis Hasbaniæ.

3 Carolus Magnus Imperator. — 3 Sigramnus II Dux Hasbaniæ. — 3 Chrodegangus Archiepisc. Metensis.

4 Ludovicus Pius Imper. uxor Ermengardis. — 4 Ingoramnus Dux Hasbaniæ.

5 Ermengardis uxor Ludovici Pii, anno 796.

In eo hoc unum desideraverim, ut unde *Sigiramni* II nomen erueris, expromere non graveris. Cum autem Ludovicus *tertio & quarto*, non *consanguinitatis*, quæ à patribus est; sed *cognationis*, quæ à matribus profluit, *gradu uxor*, *suorum consilio* juncta sit, neque factum *queri Episcopos*, neque te non quæstos Episcopos mirari æquum fuit; ii enim non ita duri fuerunt, ut ne latum unguem publici boni causa, de Canonum à Majoribus suis; pro arbitrio constitutorum rigore, remittendum putarent: alios tamen esse notas, qui (ne cognatæ maritum Ludovicum fuisse fateri cogantur,) *Guidonem de*
[1] apud Albericum anno 833. *Bazochiis*, [2] Ermengardem *filiam Nemerici*, *sororem sancti Guillelmi*, fuisse scribentem *audire malint*. Tunc qui solis [1] *antiquis auctoribus credi* temet
[2] Lam.p.34. posthabito jubes, probaveris, ut Thegano & Vitæ Ludovici scriptori, coætaneis, omnibusque suo tempore comperta narrantibus, Guidonem hominem 450 post Ermengardis nuptias annis natum, & fabularum, quas vulgi sermone scripta monumenta, vulgo *Romans* dicta, incautis lectoribus propinant, avidum præferre audeant? Albericum Guidonis defloratorem, *ad annum 779 totum Nemerici genus describere* falso indicas, cum ipsemet se illud *ex parte*, tantum *declarasse* professus sit, demus tamen *totum declarare* in animo habuisse, indicas: quid tum? an falsis & ridiculis, quibus se imbibi passus est, nos inhiare docuerit? *Karolus Rex* (inquit) *subjugatis Narbonensibus, in Franciam est regressus. Hans civitatem Narbonam petivit à Karolo, Arnaldus*

de

de Bellanda pro filio suo Nemerico & obtinuit. Vnde in hoc loco genus Nemerici, quod fuit nominatissimum, ex parte declarandum est. Garrinus de Monglane versus Tolosam, quatuor habuit filios exercitio militari nominatissimos; Arnoldum de Bellanda, qui fuit in Lombardia, Gerardum de Vienna, Renerum Gebennensem, & Milonem de Apulia; Gerardus de Vienna filios habuit [1] *Savericum & Bovonem; quorum frater fuit, vel nepos ille Gerardus, qui inscribitur de Novo vico. De Renero Oliverus & Alda nati sunt; de Milone Simon de Apulia, & quædam soror illius; Nemericus vero Arnoldi filius, septem filios habuit; Bernardum patrem Bertranni; Bovonem de Commarceio, cujus fuerunt tres filii, Guido, Guielinus & Gerardus, Guillelmum Auraficensem; Arnaldum Aureliacensem, & Garinum de Auscona; Annerum* [2] *captivum, patrem Rogonis Venetiani, & Guibelinum. Horum fuerunt sorores, uxor Imperatoris Ludovici Ermengardis, mater Viviani Martyris, qui sororem habuit matrem Fulconis, mater Richardi Normanni, mater Heliæ de Provincia.* Hactenus ille, cujus fabula in tabulam redacta hæc est.

[1] forte Savaricum.

[2] alias Aimerum.



Conscientiam tuam appellare non dubitabo, Chiffleti; quicquamne totâ vitâ tuâ insulsius & absurdius legisti? annon efficta ad ludibrium, quæque nullibi in genuinis 8 & 9 sæculorum monumentis legas, *Nemerici*, *Reneri*, *Saverini*, *Oliveri*, *Anneri*, Guielini nomina dixeris? an toto Carlovingorum tempore, ulla unquam ad distinctionem proceribus cognomina, quæ à dynastiis eorum petita sint, tributa repereris? ut aliqua tributa fuisse demus, an non absurde hæc conficta fateberis, de Monglana, de Bellanda, de Apulia, de Auscona, conficta fateberis? an primogeniti, qui *de Bellanda* dictus sit, post natos de *Vienna*, *Gebenna*, *Apuliâ*, quæ Caroli Magni ætate, ut regni Langobardici portio, Beneventi Ducibus parebat, denominatos credideris? unde prima *Arnaldi de Bellanda* mentio, nisi ex cercopitheco, [3] qui Tilpini Remensis nomen mentiri conatus, *Turpinus* post A.D. 1000 evasit? cui cognomen *de Apulia*, antequam Robertus Guiscardus, anno 1060 *Apuliæ* Dux salutatus esset, aptatum fuit; aut quis *de Provincia*, priusquam Arelati dynastæ se *Provinciæ Comites* inscriberent dictus est? Anni 779 notam Abrici fabulæ præfixam intuitus, *à Carolo* Magno [4] *Narbonenses subjugatos* putas, ut eos à Martello Magni, aut anno 732, ante Caroli Magni natalem decimo subactos, Carolum in Vasconiam bis tantum, anno nimirum 769 & 78, quo Pyrenæum transcendit, in Gothiam nunquam profectum fuisse, anno 779

[3] c.11.14.30

[4] Fredegar. c. 109.

[1] Eginhart. Annal.

Haristallii Dominicum [1] Natalem & Pascha celebrasse, inde *Compendium* venisse, *Virciniaco* prope Rhemos, *Duriam* petiisse; *trajecto Rheno ad Lippiam conventum habuisse*, ad Wiseram progressum esse, ac tandem *Wormaciam in hiberna se recepisse* constat. Sed quid confutando Alberici de Nemerico, ejusque posteris, commento, (cum res uno verbo expediri possit) immorari necesse est? Ermengardim quæ Ludovico *Pio* nupsit, *S. Guillelmi sororem* fuisse, aut esse potuisse, temporum ratio nullo modo patitur. Rhuotrudim Aldanæ S. Guillelmi matris parentem, anno 725 è vivis excessisse, Ludovici *Pii* natalem, in annum 778 incidisse; eidem annos 18 nato, Ermengardim, vel æqualem, vel aliquanto juniorem, anno 796, à Rhuotrudis obitu 71, junctam fuisse certum est: tunc Aldanam annò ætatis 60 Ermengardim peperisse dixeris? fac tamen eam Ermengardis matrem, vel post annum vitæ centesimum fuisse; an incommodum, quò gravabare, effugeris? ne Ludovicum *consobrinæ* junctum faterere, in Guidonis & Alberici somnia inclinasti; quid promoveris vide. Martyrologium vetus Catusiense, *In valle Geilonis 5 Kal. Iunii, natale S. Willelmi, qui relicto sæculo monachus effectus, nunc miraculis claret; pater ejus fuit Theodericus, mater Aldana soror Hiltrudis & Landradæ*; Cum igitur Pippini sorore editus, Caroli Magni *consobrinus* fuerit, eadem Ermengardim, ejus (ex Guidonis & Alberici mente) *sororem* propinquitas contingeret, ut te (dum minus in Canones peccatum vitas) gravius in eos impingere necesse sit; id autem ex subjecta tabula certius deprehendes.

[2] Tom. 2. Script. Franc. p. 3, 7, 287, 89.



[3] Orderic. lib. 6. ex Actis.

Quod Willelmum, Alberico corrupte *Auraficensem*, ad annum 779 & 802 dictum, notas, quia *à Carolo Magno* [3] *Dux Aquitaniæ constitutus, Araufficam urbem*, (quæ ab A. D. 781 *Aquitanica* censebatur) *obsedit, & fugatis invasoribus eripuit*, non negamus; sed ad Ermengardis cum Willelmo, sive veram, sive imaginariam germanitatem nullatenus pertinet; æque ἀπροσδιόνυσον & falsum est, quod Albericus idem (nescio unde) habet, *Comitem Aurelianensem* Arnais *voluisse regnare, & esse tutorem Ludovici; sed Guilelmum Auraficensem, fortiter restitisse, Arnais* vero *patrem Sansonet de una sorore Caroli* fuisse. Anno enim 802 Ludovicus (annos 24 natus, & patris collega) tutore non eguit; anno 792 [4] *Rahonem Aurelianensibus Comitem*, (cui postea Matfridus, & Vodo suffecti sunt) *præfecit* Carolus. Arnais (quem Albericus Willelmi fratrem fecit) Sansonetus Arnais filius, & *Caroli soror* (quæ eum peperisse dicitur) totidem tragelaphi sunt, quos Albericus, suo periculo, omnique antiquiorum præsidio destitutus, lectoribus suis obtrusit. Addo amplius cum, quod una manu scripserat, alterâ scientem prudentem delevisse,

[4] Adrevald. lib. 1. de mirac. Bened. c. 18.

visse, cum ad annum 779, Willelmum Nemerico natum dixerit, ad annum vero 806 sententiam mutaverit, hæc à temet laudata scribens; *S. Guillelmus, invictus triumphator & dominator Sarracenorum, ex Duce Aquitaniæ, relicto sæculo factus est Monachus in desertis civitatis Latavenensis*, lege Lutebensis, *pater ejus Theodoricus, mater Algana*, vel potius *Aldana*; dic quantum voles *tua hæc* Theodorici, [1] Aimerici, & Nemerici *nomina pro uno & eodem usurpata fuisse*; sive fuerint, sive non fuerint, causâ cadis Ermengardim Ludovici Pii *consobrinam* fuisse contra quam volebas, confiteri coactus.

[1] Catell. in histor. Tolos. ex MS.

III. *An Iudith Ludovici* Pii *uxor posterior, ejus* propinqua *fuerit.*

CVm Ioannes de Beka vitæ S. Friderici Ultrajectensis, circa A. D. 1346. post anonymum apud Surium scriptor, Iuditham Ludovici *sanguine propinquam*, Magnum Chron. Belgicum, ex Chronicis Ultrajectensibus *carnalem consanguineam*, Willelmus Heda & Gerbrandus Leidensis *neptem* vocavissent; ne eam Carolino sanguine imbutam admittere cogaris, gemina Thegani & Eginharti, quem [2] tuò more *Eginarthum* scribis, locò ad somnia tua abusus, *ex parte matris propinquitatem illam fuisse clarum esse* pronuncias, nobisque sequentem tabulam offers.

[2] Lum. p. 205.

1 Gothefridus Dux Sueviæ.
2 Houchingus Dux Sueviæ.
3 Nebi Dux Sueviæ.

4 Imma uxor N. Comitis in Suevia. — 4 Alia filia uxor N. Comitis Altorffi.

5 Hildegardis uxor Caroli Magni. — 5 Geroldus & Vdalricus Comites. — 5 Isembertus Warinus Princeps Altorffi, Anno 780 ex Chronico Constantiensi.

6 Ludovicus Pius Imper. uxor Iuditha. — 6 Welfus Altorffi Comes, uxor Irmentruda Saxonica.

7 Carolus Calvus Imper. — 7 Iuditha uxor Ludovici Pii. — 7 Conradus Dux Burgundiæ.

8 Ludovicus Balbus Rex Franciæ. — 8 Robertus Fortis, à quo omnes Capetini Reges.

Addis etiam quæ necessaria non erant, ex Walafrido Strabone ad Grimaldum, Geroldo in pugnâ contra Hunnos cæso annò 799, *reginam sororem Ludovici charam genitricem* fuisse; ex Monacho Sangallensi c. 14. *Vdalricum fratrem magnæ Reginæ Hildegardis* fuisse. ex Alberico ad A. D. 783. *obiisse Reginam Hildegardim 2 Kal. Maji, vigilia Ascensionis, & magno honore apud S. Arnulfum Metis sepultam:* quid enim hæc cum tuis de *alia* Nebi Ducis *filia Altorffi Comitis* nupta commentis, commune habent?

Warinum [3] *S. Otmari* anno 759 defuncti *persecutorem*, Isambardi patrem fuisse, Monachus Sangallensis notat, [4] ex Chartis vero Alamannicis A. D. 754, Augusti 6, feria 3. 759 Octob. 10, feria 1. 761 Maji 3, feria 1. [5] & Maji 11, feria 2. & 772 [6] Iunii 8, eum Comitatum Turgowiensem tenuisse constat; isque ex Annalibus veteribus, Eginharto, Caroli vitâ, Annalibus Bertinianis

[3] lib. 2. c. 11.
[4] Alaman. Tom. 2. parte 1. p. 52.
[5] p. 65.
[6] p. 46.

tinianis & Metenſibus, ex *Primatibus Carlomanni, ad Carolum Magnum* anno 771 *veniſſe* conſtat: forte *Altorffi* Dynaſta fuit, ejuſque poſſeſſionem ad Iſembardum filium tranſmiſit, qui Ludovicum Pium A. D. 806, & 808, in Hiſpania ſecutus eſt, ex eo etiam non improbabile eſt, Warinum illum, qui

[1] Tom. 2. Franc ſcript. p. 307. 421. 347. 88.

[1] A. D. 830, Iudith Auguſtam Vermeriam ad privignos deduxit, prognatum eſſe; an ex hoc Iſembardus, quem A. D. 849, cum Aledramno Willelmus Bernardo natus Barcinone circumvenit, annoque 853 Auguſtoduni, Matiſconis, Divionis, Belnæ, Tornoderiſi, Hattuariorum Comitatibus præfectum, inter *Miſſos* ſuos, in pretio habuit Carolus Calvus natus ſit, neſcio; Warinos ex alia procul dubio familia ortos, 9 ſæculi monumenta exhibent, alium Reſbacis, & Corbejæ novæ, ab A. D. 827 Abbatem, *ex nobiliſſimo Francorum & Saxonum genere ortum*, alium qui Caroli Calvi partes ſecutus, [2] ab eô *ob patriæ cuſtodiam* in Aquitania *relictus* eſt A. D. 842. utcunque ſit, tibi ſingula hæc probanda veniunt, 1. Nebi Duci ſecundam *filiam* fuiſſe, quam *Altorffi Comes* duceret. 2. hujus filium Iſenbertum *Warinum* dictum fuiſſe; quandoquidem Conſtantienſis Chronici, poſt A. D. 1500 ſcripti, auctoritas apud nos, niſi vetuſtis monumentis firmetur, nulla prorſus eſt, dictum fuiſſe. 3. Welfum *Iſenbardo natum*, & *Altorffi Comitem*, ac *Irmentrudis* maritum fuiſſe, quî enim fieri poteſt, ut is quem [3] Theganus *de nobiliſſima ſtirpe Bavarorum* fuiſſe, noſ ante annos 800 docuit, quiſquam nunc *Suevum* dicendum putet? 4. Conradum Iudithæ fratrem, quem vetuſta gentis monumenta [4] *Alamannorum Ducem* fuiſſe aſſeverant, *Burgundiæ Ducatum* tenuiſſe. 5. Robertum *Fortem* ejus filium fuiſſe, aut eſſe potuiſſe: niſi enim hæc univerſa (prolatis antiquorum auctoritatibus) demonſtraveris, non modo clarum non feceris, *propinquitatem* Ludovici Pii, & Iudithæ uxoris, *ex parte matris fuiſſe*; ſed luce meridiana *clarius* oſtenderis, te ſtrenue nugatum fuiſſe. Unica famæ tuæ conſulendi via ſupererit, ſi magis ac magis [5] *hæſitabundus, probabiles* (prout jam cœpiſti) *exiſtimare* pergas, *ob aliam cauſam, quam quod Iuditha nuptias reprehenderet Fridericum Vltrajectenſem cæſum* fuiſſe, re enim verâ abſurdum eſſet, nos excogitatis 510 à Friderici (cæde) anno Ioannis de Beka commentis credulitatem noſtram obſtringere, Iudithamque Auguſtam meditatum ab anno 819 ſcelus, in 836 Iulii 19, à primo conſilio fere 17 diſtuliſſe. Sed hæc extra rem.

[2] Nithard. lib. 2. 4.

[3] c. 26.

[4] Tom. 2. P. 37. P. 75.

[5] Lamp. p. 48.

TERTII

TERTII VINDICIARVM CAPITIS EVERSIO.

SIve quod tertiò *Vindiciarum* tuarum Capite disputas, sive quod Capitis ejusdem titulô spondes, justâ accurati examinis lance librandum sumamus, animi dubios pendere nos cogis, incertos quid in te potissimum culpare debeamus; an confidentiam, quâ ubique (etiam nugas agens) turgescis; an malignam mentem, quæ quavis occasione genuinũ in nostris infigere conatur; an ἀκρασίαν, supinamque, quæ quidlibet ex quolibet eruendi spem fecit, negligentiam? ut tandem aliquando, cristas demittere doctus, solido dentem infringere desinas, certusque ex disputatione nostrâ Lectores veri amantes fructus maneat, utrinque confessa primum secernemus; ac exinde quæcunque tibi, ex Francici nominis odiô enascens, furor arma ministrat, favente numine extorquebimus.

Etsi (contra quam falso putas, & subinde repetis) *postremus è sincerâ eaque masculinâ Caroli Magni lineâ, Otto Dux Lotharingiæ inferioris* nequaquam fuerit; *dudum à Carolô Magnô, directâ serie masculinâ, prosapiam neminem ducere; nullum, qui masculinâ serie ab Imperatore Magnô genus suum deduceret,* [2] *principem* ex anno 1247 *quærendum* fuisse, [3] *plures*que qui *ex illius caudice prodierant Regum ramos, sensim defeciſſe omnes*, sponte extra controversiam ponimus. [4] *A feminis claritatem, & decus per conjugium viris conciliari*, (Theodericô Italiæ Rege, his ad Ermenfredum Turingorum Regem verbis docente, *Neptis* (Amelbergæ) *caro pignori vos propitiâ divinitate sociamus, ut qui de Regiâ stirpe descenditis, nunc etiam longius Claritate Imperialis sanguinis fulgeatis*) non modo non negamus, sed *magnô in pretiô apud Germaniæ, Franciæque proceres, Carolini sanguinis, etiam per feminas derivatum in alios splendorem* fuisse, [5] *honorique summo ac maximæ gloriæ merito duxisse, qui postea in Orbe Cæsares Regesque dominati sunt, si rivos originis commune cum Carolinô fonte haberent*, lubentes fatemur, cum id totum in Capetinorum Regum, per atavos Caroli Martelli *propinquorum*, gloriæ cumulum accedat; quorum matres (quotquot ab annô 830 vixerunt) regali Caroli Magni stirpe editæ sunt: quod *eodem* [6] *planè studiô, quô antiquitus Augusti Cæsaris honos in Agrippinâ à Romanis*, decus patriæ, solus Augusti sanguis, antiquitatis specimen *vocatâ designatus est*, celebratam in filiabus Caroli nominis Majestatem putas, nequaquam displicét: Nec eô tibi nomine dicam scripserimus, quod [7] *magni æstimatam jam olim, ad obtinenda Regna, Carolini sanguinis per feminas duntaxat participationem* crediderit; cum facile potuerint, qui extra Franciam nostram regale solium conscenderunt, ob maternæ originis splendorem ab eligentibus, aliis omnibus anteferri. Quid enim hæc ad nos, quibus nec casu, nec ambitu Reges fiunt, sed in purpurâ nascuntur, nec antiquæ Magnatum, quibus regias puellas domum deducere datum est, familiæ despectui sunt? si quotquot tantæ dignitatis matres ostentare possunt, inter *nobilissimos* eminere solent; quotquot Reges, Regum filiabus prognati sunt, inter compares excellere ubique videri possint; non tamen inter nos *magis*

[1] p. 34. edit. 2. p. 34.

[2] quô Henricus Raspe dictus decessit.

[3] p. 35. edit. 2. p. 24.

[4] p. 40. edit. 2. 27. apud Cassiodor. lib. 4. epist. 1.

[5] Vindic. p. 34. edit. 2. p. 23.

[6] p. 40. edit. 2. p. 27.

[7] p. 34. edit. 2. p. 23.

Reges erunt, quibus nihil ad *regnum* materni natales conferunt: nec enim potiore Francorum regnum jure tenuere, Theodebertus Suabigothone, Sigismundi Burgundionum Regis, & Ostrogothæ Theodorici Gotthi filiæ filiâ prognatus; aut Childebertus Brunechildis (quam Athanagildô Wesogotthorum Rege natam fuisse constat) filius; quam Clotarius secundus Fredegundis Francæ, eoque subditæ, uterô fusus.

I. *Rhuotrudis Constantino Imperatori desponsatæ, exemplum Chifletio nequaquam favet.*

[1] Theophan. CVm annô 781,[1] *Constantem Sacellarium & Mamalum Primicerium, ad Carolum Magnum* Legatos *direxissent* Irene, *quo* Rhuotrudem *filiam*, Constantino Augusto impuberi (utpote annô 771, Indict. 9, Ianuariô mense nato) *nuptui traderet*; jure annô circiter 888, poeta Saxonicus cecinit, *Inclyta Constantinopolis de germine nostri Optabat Caroli nobilior fieri:* nullam enim, nisi ex Caroli familiâ, Imperatori suo dignitate parem sponsam expetere potuissent Græci; sed hinc nunquam efficies, ut vel Rhuotrudis regni Francici capax fuerit, vel aliquod Constantino filio, per Francæ matrimonium, in regnum Francorum jus quæsierit Irene: nulli à Iustiniani temporibus, ignota fuerat Majorum nostrorum consuetudo; nec (si muliebris imperii patientes ipsi fuissent) Rhuotrudem, (cui germani tres Carolus, Pippinus, Ludovicus jam nati erant) Carolô patre denatô ad regnum evexissent; fuit igitur ob nobilitatis meritum, præ aliis omnibus expetenda, sed non eâ spe ut suô unquam jure regnaret, maritumq; ac liberos ad regni nostri fastigium eveheret.

II. *Affictum Carolo Crasso, à Willelmô Malmesburiensi, visum nullam fidem meretur.*

FLectendis superis impar, Acheronta movere paras, ac quasi manes sublimare, cœlites infimare, Dantis (qui caros omnes vel in cœlum tulit, vel in paradisum induxit; hostes in tartarum detrusos finxit; medios purgatorio igni excoquendos addixit) licentiâ poeticâ abuti tuum sit; inauditam priscis universis, stertentis nescio cujus, fabulam pro *cælesti viso*[2] venditas. Sed cui primum innotuit? Unum Willelmum Malmesburiensem exterum; Anglicanæ Cellulæ tenebris assuetum; in nostris minus versatum; ducentos (& quod excurrit) annos post Caroli *Crassi* dormitionem natum; imo sibi non constantem habes, qui hæc Carolo verba affingere aüsus sit,[3] *Cum cerneret ductor meus in tantô pavore esse Spiritum meum, dixit ad me*, Sequere me ad dextram luculentissimæ vallis Paradisi; *& cum graderemur, contemplatus sum in ingenti claritate, cum gloriosis Regibus sedere Lotharium avunculum meum, super lapidem topazium miræ magnitudinis, coronatum diademate pretioso, & juxta eum filium suum Ludovicum similiter coronatum. Tunc conversus ad me Ludovicus dixit mihi*; Imperium, quod hactenus tenuisti, jure hæreditariô debet recipere Ludovicus filius filiæ meæ, *&c.*

[2] Vindic. p. 36. edit. 2. p. 24.

[3] lib. 2. Hist. Angl. Chron. MS. Biblioth. Thuanæ & Petavianæ, quæ de Carolo *Crasso* scripsit Willelmus, *Calvo* Crassi patruo contigisse refert.

Vt Willelmum bonâ fide, quæ ex antiquioribus hauserat, non modo retulisse, sed ex Caroli ipsius, sibi visa narrantis, ore pependisse demus; annon

oblatam

oblatam vel somnianti, vel extra se rapto *speciem* descripsisse dicitur? retundat igitur indomitam frontis tuæ duritiem, B. Hieronymi verbis princeps maximus, [1] *novum impudentiæ genus objicis mihi, somnium meum*, &c. *Sed tamen qui somnium* vel *criminatur*, vel in invidiam rapit, *audiat prophetarum voces*, somniis non esse credendum; *quia nec adulterium somnii ducit me ad tartarum, nec corona martyrii in Cælum levat. Quoties vidi me esse mortuum, & in sepulcrò positum? quoties volare super terras, & montes, ac maria, natatu aëris transfretare? Cogat ergo me non vivere, vel pennas habere per latera, quia vagis imaginibus mens sæpe delusa est.* Quis eum falsa, vel dormitantem, vel extra se positum somniasse miretur, cui annò 873, Ianuar. 26, Francofurti vigilanti tantâ erroris efficaciâ, [2] *se in Angelum lucis transformans, diabolus* illusisse legitur, ut *in* medio *Concilii* confessu, sub *patris, fratris, & fidelium tam Episcoporum, quam laicorum* oculis graviter *vexatus*, [3] *vix à sex fortissimis viris teneri potuerit*? Annon (illò fere tempore, quò de Ludovicò *Orbò*, falsâ somniasse fingitur) [4] *magnâ infirmitate aggravatus, corpore & animò æger*, cum *non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugerent*, ab omnibus *regni Optimatibus, certatim ad* Arnulfum *transeuntibus*, desertus est, tantoque deficientium contemptu obrutus, *ut in triduò vix aliquis remaneret, qui ei saltem officia humanitatis impenderet?* Eum certe, qui sæpius in vita mente motus; ad finem, ut corpore, sic animò totus collapsus est, absurda de se aliisque nonnunquam (dum dormitaret, vel extra se esset) cogitasse à vero nequaquam abluditi; sed falsa cuiquam cælitus denunciari potuisse, qui cum Willelmò & Albericò crediderit; etsi rationis in aliis compos videatur, non modo insaniâ, sed impietatis afflatu correptus merito censebitur.

[1] Apol. adverf. Rufin. lib. 1. ad finem.

[2] Annal. Bertin.

[3] Annal. Fuld.

[4] Ibid. A. D. 887. Regino, & ex eo Annal. Metenf.

Paradisum (cælestem [1] piorum cum Christò regnantium sedem) ad literam, vel cum Willelmò *vallem*, vel cum Dante *montis cacumen*, vel cum aliò quoquam *terrenum* locum putare, immersæ (ut sic dicam) luto mentis fuerit, quæ electis à *Deò* [2] *præparata bona*, carneis *oculis, auribus*que tantæ felicitatis incapacibus hausta, *in cor hominis animalis intrare* posse, temere sibi persuadeat; sed allegorice forte (ex Willelmi mente) & *vallis*, & *claritas*, & *topazium*, & Lotharii *sedes*, & *corona* accipienda fuerint. Esto. Quis Ludovicum Imperatorem, in sanctorum gloriâ positum, de Ludovicò nepote, quæ postea eventus destituit, & mendacii coarguit, prædixisse credat? Sive cum Matthæo Westmonasteriensi, imo tecum, Chiffletii, *imperium, quod hactenus tenuisti jure hæreditariò*, in Willelmò legamus; sive cum Albericò *Imperium, quod hactenus tenuisti, jure hæreditariò debet recipere Ludovicus* legere malimus; falsus vates Ludovicus pater fuerit; quod de virò cum Christò regnante cogitare, & absurdum est, & impium; tu Albericum *aliò Malmesburiensis Codice usum, Caroli* crassi *verbis, in hunc modum locutum* notas. *Videbatur mihi quod* Imperialem *redderem potestatem, velut in præsentiarum adstanti puero Ludovico, cui* jure debebatur hæreditariò, *quia fuerat genitus ex Imperatoris Ludovici filiâ Ermengarde & Bosone regulò*; sed utcunque legas, falsa pronunciaverit Ludovicus Imp. quandoquidem *Imperium, quod jure hæreditariò Carolus* crassus tenuit, nunquam *recepit* Ludovicus nepos, [3] *Franciam Orientalem* Arnulfò, *Occidentalem* Odone, *Burgundiam* Rodulfo; *Italiam urbisque imperium*, (quæ Ludovico Imperatori ex hæreditate paternâ obvenerant) Berengario, Widone, & Lamberto post Caroli dormitionem ad

[1] 2 Cor. 12. 4.

[2] 1 Cor. 2. 9.

[3] Regino.

annum usque 896 occupantibus, solamque Provinciam (permittente Arnulfô) sortitô Ludovicô, qui post Lamberti & Arnulfi excessum, in Berengarium ab adversariâ factione excitatus, simulac Imperatorium titulum sumpsit, Veronæ [1] à Berengariô oppressus, miseram luminibus effossis, per triginta & quod excurrit annos, in Provinciâ natali solô vitam traxit, ad nudum *Imperii* nomen redactus.

[1] Luitprand. lib. 2. c. 11.

Deinde si Lotharii & Ludovici *imperium jure hæreditariô tenuit* Carolus, velis nolis, justa Ludovici patris *heres* Ermengardis, nec reverâ fuit, nec haberi debuit; Si enim haberi debuit, [2] quæ cum *nolle vivere se diceret, si filia Imperatoris Italiæ, & desponsata Imperatori Græciæ, maritum suum* Bosonem *Regem non faceret, partim comminatione constrictis, partim cupiditate illectis, pro Abbatiis & villis eis promissis, & postea datis, Episcopis illarum partium persuasit, ut eum in Regem ungerent & coronarent*; qui factum ut in *Conventus, apud Mantalam territorii Viennensis*, anno 879, Octob. 15, congregati Actis, nulla ejusdem (quasi ad paternam hæreditatem vocatæ) mentio reperiatur, nec vel semel in Bosonianæ electionis decreto nomen ejus legatur? Quid necesse fuit Ioannem VIII Papam, Regibus nostris, Ludovico & Carlomanno fidem suam obstringere, ne Engelberga Ermengardis mater *Bosoni* genero, [3] *quodlibet adjutorium, vel auxilium verbis aut scriptis præbere quomodo valeret?* Quo jure Bosonis, (si uxoris jure nitebatur) molimen Iohánni Papæ, [4] *dissensio, perturbatio imperii, sive regni*, Annalium Bertinianorum scriptori ad annos 880 & 881 *seditio*, Boso ipse Papæ [5] *præsumptor & regni perturbator*, Annalium Fuldensium scriptori, *tyrannus* vocari potuit? Quem pro se colorem Ludovici & Caroli *crassi* Duces, qui anno 880, [6] *pari intentione cum filiis Ludovici* Balbi, *contra Bosonem in Galliam pugnaturi perrexerunt, & Madascone urbe expugnatâ Bosonem, ultra Rodanum fluvium fugaverunt*, dicendum habuerunt? An justarum partium propugnatores, quasi *tyrannidem exercere non cessarent* criminari, Ottramno Viennensium Præsuli, pro Bosone stanti, quasi perturbatoribus [7] *ausu temerariô favere, eorum malis operibus communicare præsumens, & in superbiam eorum sequax existens falsa opinione Romanam Ecclesiam infamare non dubitaret, quod ad talia peragendum ipsius auctoritatem habere se certificaret*, indignari, imo nisi *se de talibus criminibus satisfaciendo purgaret, omni Episcopali officio privandum* pronunciare debuit Papa? Si vero Boso, nec suo (utpote à familiâ regiâ alienus) nec uxoriô, (quod nullum prorsus fuit) jure munitus regnum invasit, Ludovici Imp. avi materni hæreditatem, (cujus verus ac legitimus ab anno 884 possessor fuit, Carolus *crassus*) nullo, (nisi forte *donationis* ab Arnulfo factæ & subsecutæ Provincialium *electionis*) jure adire potuit, Bosone & Ermengarde natus.

[2] Annal. Bertin. ad A. D. 879.

[3] epist. 163.

[4] epist. 281. 63.

[5] epist. 288.

[6] Annal. Fuld.

[7] epist. 288.

Nec te Alberici diversam lectionem sequi juvabit: Nam 1. ex * Reginonis, Annalium Metensium, Fuldensium, Normannicorum, Hildesheimensium, S. Galli, Australium, Asserii, Hermanni, Lamberti, Mariani, Willelmi Malmesburiensis, Ottonis Frisinghensis, Siffridi, &c. sententiâ, anno 887. Novembri mense, à principibus desertus Carolus *crassus*, Ianuarii sequentis Idibus ad meliorem vitam translatus est; nec potuit ei anno 889; (quo vivere in terris desierat) ullâ sive vera, sive falsa *specie*, (quicquid isi contrarium ex Alberico Sigeberti imitatore afferas) *oblata* dici. 2. *Imperialem potestatem*

* A.D. 888. Maji 1. Arnulfi Regis 1 *acta Synodus in Metensis civitatis suburbio*, &c.

Ludo-

Ludovico puero jure hæreditariô debitam, quia ex Ermengarde & Bosone genitus fuerat, nec somniavit Carolus, nec si somniavit, falso somnio fidem habuit, qui nunquam Ludovico *Imperialem potestatem reddidit*, sed eam ad supremam usque horam sibi vindicavit; nec Ludovicum proprie, sed Widonem, Lambertum, Arnulfum, ex ordine *Imperialis* nominis hæredes habuit: imo nec id Willelmus, somnii Carolini venditator, sed Albericus à Willelmi mente palam aberrans scripsit; nec (si Willelmum scripsisse velimus) alienigena de incompertis Francorum rebus falsa scribens fidem facere idoneus est. 3. Bosonem *Regulum* inusitato sæculis nono & decimo titulo, non Carolus, aut Willelmus, sed solus Albericus vocavit.

Sed quid nos in retegendis Alberici (qui Willelmum interpolavit) erratis morari necesse est, cum ipse Willelmi facilis nimium ad fabulas animus impostura passus, confictas ab infrunito falsario sub Caroli *crassi* nomine literas pro veris habuerit? ut tandem aliquando oculis tuis credas, quantumque distent æra lupinis advertas, hic ab anni 880 Decemb. 25. Carolinarum Chartarum titulus fuit, [1] *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus divinâ favente clementia Imperator Augustus.* vel [2] *Carolus divinâ ordinante providentia Imp. Augustus.* vel [3] *Carolus ordinante divinâ clementia Imp. Aug.* Audi nunc ex Willelmô Pseudo Carolum, *In nomine Domini summi Regis Regum. Ego Carolus Dei gratuito dono Imperator, Rex Germanorum, & Patricius Romanorum, atque Imperator Francorum.* Atqui nec nomini suo primæ personæ pronomen præscribere, nec se *Germanorum*, sed *Francorum Orientalium Reges*, Transrhenani Caroli Magni posteri inscribere, nec *Francos* à *Germanis*, (qui *Franci* habebantur) distinguere soliti sunt, nec eos (si distinguere libuisset) postremo loco addixissent; nec *Francorum Imperatores*, sed *Reges* dici amavere; nec si *Imperatores Francorum* dici voluissent, *Imperatoris* nomen bis usurpassent, absolute primum, ac exinde cum subditæ, cui *imperarent* gentis designatione; nec unquam qui *Imperatores* audierunt, vel *Augusti* cognomen omiserunt, vel *Patricii* titulum *Imperatorio* superadiderunt, sed simulac *Imperatores Augusti* salutati sunt, *Patricii* dici desierunt. Sequentia paria sunt, *sacrâ* (inquit Pseudo Carolus) *nocte Dominicæ diei, post celebratum nocturnarum horarum divinum officium, dum iremᵃ* repausationis *cubitum, & vellem dormitionis capere somnum, venit vox ad me terribiliter dicens*, Carole exiet à te modo spiritus tuus, in hora non modica; *statimque fui raptus in spiritu.* Quam *Dominicam* diem secuta sit illa *nox*, quærere superfluum, cum ipsimet impostori ignota fuerit; mirari si lubet apertis oculis somniantis cautionem, qui *cubitum ire*, nisi *repausaturus*; *somnum capere*, nisi *dormitionis*, ne *vigiliæ* crederes, noluit; dabis tamen operam palpando *spiritui*, ne forte (præ sermonis usitati, rerumque nostrarum fastidio) extra te evolare, corporis solutus compedibus, gestiat; eoque *à te exeunte*, vita (prout naturæ leges exigunt, quas calcandas putavit somniator) prorsus intercidat.

Fingit post hæc nugator, Ludovicum Regem, ante annos fere x denatum, his Carolum filium verbis compellasse, *Domne meus Carole, noli timere*, quasi vero patriæ post dormitionem potestatis, tam longa oblivia potasse debuerit, ut filium paulo post morituram *Domnum* venerabundus salutaret; addit Lotharium *patruum*, quem impropric *avunculum* vocat, magis pro imperio, ac Majestatis retinentiorem dixisse, *Carole successor meus, nunc tertius in*

[1] Concil. Gall. Tom. 3. p. 521.
[2] Script. Franc. Tom. 3. p. 657.
[3] Charta S. Martini Turon.

ᵃ forte legendum *repausaturus.*

Imperio Romanorum, &c. *tolletur omnis potestas imperii de manu tua, & postea brevissimo tempore in saculo vives*, &c.

Mox autem cum Ludovicus Imp. de Ludovico nepote, annos circiter novem nato, (quem tamen Pseudo Carolus *infantulum* sibi visum refert) adjecisset, *Redde illi potestatem Imperii*, &c. iteratis se patris, patrui, patruelis monitis fractum, manus dedisse; *donabam* (inquit) *illi Monarchiam omnem Imperii*, &c. *secundum destinationem Dei, in manus illius revertetur totum Imperium Romanorum.* Sed quorsum universa ista? ut scilicet (quod vel cogitare nefas) & *destinata*, & *revelata divinitus* credamus, quæ ad merum ludibrium effecta fuisse eventus docuit; eoque impudentiæ deveniamus, ut feminas ad Francorum regnum evehendi spe, superis putidâ delirantium mendacia, sine ullo conscientiæ morsu affingamus; etsi enim Carolum Imp. A. D. 887 (paucis ante depositionem mensibus) Ludovico [1] *parvulo obviam ad Rhenum villâ Chiricheim venisse*, *honorifice cum ad hominem suscepisse*, *sibi adoptivum filium injunxisse*, [2] *regiam eidem dignitatem concessisse*, (ablatâ per principes *omni Imperii potestate*) solio excidisse sponte fateamur; nulli (nedum Ludovico) tunc impuberi, & ad regnum inepto, ex somnii præscripto *potestatem*, *Monarchiam*que *omnem Imperii*, quam *invito proceres extorserunt*, vel *reddidit*, vel *donavit*; nunquam *in* Ludovici, qui vix Italiam salutavit, *manus*, *totum Romanorum Imperium reversum est*; nec *Dei destinationi*; quod nunquam evenit imputari debet. Tu qui Mercurium ex ligno quolibet exsculpendum putas, nec ab aperte falsis (dum præjudicio tuo ex æquo falso servias) manum abstines, Chartis quantum volueris illude, nos ludos non facies: nec Willelmi, non contemnendi sane scriptoris, nobis auctoritate præscribes, ut eum deinceps sine delectu & legamus, & tecum sequamur; quam multis enim erroribus obnoxius fuerit, vel ex illo quem laudasti loco experimentum cape; *Carolo* (inquit) *vix duobus annis in potestate integri Imperii, & regni facto, successit in regno Carolus filius Ludovici, qui apud Compendium obiit*, &c. *at in Imperio successit Carolo ipsi Arnulfus Rex, de genere Imperatorio, tutor Ludovici pueri, Arnulfo ergo post quindecim annos defuncto successit Ludovicus idem, quo mortuo Conradus quidam Rex Teutonicorum imperavit, huic successit filius Henricus.* Atqui menses super solidum biennium, quinque, integram Caroli *Magni* proavi potestatem tenuit *Crassus*: cum enim anno 884, Novembris 30, *vulneratus ab apro* Catlomannus, Decembris sequentis sexto vitam finivisset; adversus Normannos, Franciam Occidentalem rursus invadentes, vocatus Carolus, anno 885 [3] *ad Gundulphi villam obviam procedentes* proceres excepit, ibidemque [4] *pridie Idus Junii* Ecclesiæ Cabilonensi Episcoporum suorum electionem concessit; anno vero 887 Novembri mense, *circa S. Martini transitum Triburias venit*, ubi ab *Optimatibus certatim ad Arnulfum transeuntibus* abdicatus est. 2. Carolo in Franciæ Occidentalis regno, *Carolus Ludovici* Balbi, *qui apud Compendium obiit*, filius immediate non *successit*, sed Odo. 3. Eidem *in Imperio* proprie non *successit Arnulfus*, sed Wido primum, ac exinde Lambertus Widonis filius; nec ante annum 896, Italiam sibi, urbisque Imperium vindicavit Arnulfus. 4. *Ludovici* Bosone & Ermengarde geniti, *tutor* proprie non *fuit Arnulfus*, sed *Richardus Dux*, Bosonis germanus, prout [5] ex Concilii Valentini decreto constat. 5. Arnulfus anni 887 Novembri mense, Carolo patruo suffectus, & 899 Novem-

[1] Annal. Fuld.

[2] Concil. Valent. A. D. 890. congreg.

[3] Regino.

[4] Tom. 3. Concil. Gall. p. 521.

[5] Ibid. p. 519.

Novembris 29 denatus; annos, non 15, sed 12 regnavit; nec ultra primos anni 13 dies delibavit. 6. Arnulfo Ludovicus Bosonis filius non *successit*; sed in *regno* Lotharingico Zuentibaldus, Arnulfi ex concubina filius; in Transrhenano Ludovicus, Arnulfo ex Uttâ Reginâ anno 893 natus; in *Imperiô* proprie nemo: Cum enim Itali Arnulfi *imperium*, vix ad paucos menses admisissent, simulac in Germaniam reversus est, Lamberto æmulo se denuo commiserunt; nec antequam fatis concessisset Lambertus, de excitando in Berengarium Ludovicô Bosonis filio cogitarunt. 7. *Henricus Conradi* Ludovico Arnulfi filio suffecti, nec *filius* fuit, nec ex linea paterna *propinquus*, sed ex aliena familia *æmulus*.

Ex isto hallucinationum, quas ipsemet excusare non possis, specimine, discе Chiffleti, in Willelmi Malmesburiensis sive collectaneis, sive pronunciatis non semper acquiescendum esse: Non tibi (si modo oculos aperire digneris) delatæ ab eo Ludovico Ermengardis filio regiæ in Francos potestatis, causa longe quærenda fuerit; suo nos nostraque pede metiri parvi duxit: Cum enim anno 1126, Matthildi Henrici primi Anglorum Regis unicæ, *omnes* [1] *Angliæ & Normanniæ Optimates, tam Regni Angliæ, quam Ducatus Normanniæ fidelitatem juravisse*, rursusque anno 1132 Henricum, ubi ex Matthilde Henricum nepotem natum *cognovit, convocatis regni Principibus, filiam suam & hæredes ex ea nascituros, successores sibi constituisse* sciret: facile sibi similia de Ermengarde, & Ludovico filio, quem ad Regnum vocatum legerat, sibi persuasit; falso tamen; quod nulli in regni Francici historiâ versato ignotum esse potuit. [1] Matth. Paris.

III. *Admissum à Chiffletio in Valentini Concilii Decreto falsi crimen revincitur.* Vind. p. 25.

LVdovicum Bosonis & Ermengardis filium, Ludovici II Imperatoris nepotem, nullum sibi per matrem ad regni Francici successionem, jus vindicare potuisse evicimus. Cum anno 887 à Carolo *crasso* decennis [2] *adoptatus*, [2] Annal. Fuld. *regium* nomen consecutus esset: anno 890 *post Pascha, mense Madio*, in *villa quæ dicitur* Forahheim, *cum suis colloquium habenti* Arnulfo, à matre *Hludovici Italici Regis filia, Bosonis tyranni vidua* commendatus, paulo post (Indictione 8 adhuc currente) à Concilii Valentini patribus Rex *electus* & constitutus est: quod rursus invicte demonstrat eum non *successionis* (quod plane nullum fuit) sed solius *electionis* jure, ad regnum evectum fuisse. Electionem suam ipsa necessitate expressam cum protestentur patres, frustra aliis, quas ipsi non agnoscant, consilii eorum causis conquirendis insudas. Audi decretum, *de perturbatione hujus regni retulit* (Bernoinus Viennensis) *quomodo post gloriosissimi Caroli* [3] *Imperatoris obitum, aliquandiu sine Rege & principe exsistens, valde undique afflictaretur, non modo à propriis incolis, quos nulla dominationis virga coercebat, sed etiam à Paganis; quoniam ex una parte Nortmanni cuncta penitus devastantes insistebant; ex alia vero Saraceni provinciam depopulantes, terram in solitudinem redigebant.* Id ipsum scilicet obtenderunt, quod ante annos fere 11, acturus de Bosonis, à sanguine Carolino alieni, electione, animo suo obversatum finxerat Conventus Mantalensis; *quoniam jam olim personæ*, (cujus adminiculo consuevit populo condignum regimen exhiberi) [3] Crassi scil.

hiberi) *præfidiis, tam ipſi patres, quos gratia divina Epiſcopos vocari conceſſit, quam principes, & totum vulgus carentes, nullis compatientis fulciebantur, vel juvabantur auxiliis; præſertim cum* [1] *(Rege communi morte recepto) nullus in eos ſua viſcera per caritatis largitatem extenderet, anxiari plurimum compulſi ſunt,* &c. *Dum mentis aciem uſque quaque verterent, & ſimul cum nobilioribus ad hanc neceſſitatem ſubmovendam, idoneas perſonas conſiderarent, non invenientes qui ſui conſultationi reſpondere vellent, utpote negligentibus cunctis tantum laborem, ob honorem Dei & ſanctorum ejus, & matris Eccleſiæ ſumere,* &c. Elatum tunc in *Balbi* funere univerſum Caroli Magni genus fuiſſe, Mantalenſes audiens, dicas; ſupererant tamen *Balbi* ipſius filii tres, Ludovicus & Carlomannus ex Anſgarde nati, alter 16, alter 13 annos natus; poſtremus in cunis vagiens, ſuperductæ filius Carolus, poſtea dictus *ſimplex*: ſupererant eo ipſobrini Carlomannus Bajoariorum Rex, cum Arnulfo filio naturali, qui poſtea regnavit; Ludovicus Francorum Orientalium Rex, cum filiis Ludovico legitimo, & Hugone ſpurio; Carolus Alamannorum primum, ac exinde Francorum omnium & Langobardorum Rex, Romanorumque Imperator cognomento *Craſſus*, cum Bernardo notho; erant & propinqui ætate florentes, Bernardus; Heribertus, & Pippinus, Silvanecti & Peronæ Comites; erant conſanguinei remotiores Fulcoinus & Regembaldus fratres, ex Caroli Martelli ſtirpe, per Hieronymum filium oriundi; Odo & Robertus fratres, ſuo tempore Reges, ejuſdem fere cum Balbi filiis ætatis; Waltherius Lauduni Clavati Comes, Adalelmo natus; & Aletramnus Vellocaſſium Comes, ex Childebrandi Ducis (qui *Martelli* germanus fuit) poſteris. Nec adminiſtrando regno idonei deſiderabantur, ſiquidem (ut Transrhenanos Reges, & conſanguineos Francorum Occidentalium principes, Pippini Italiæ Regis pronepotes miſſos faciamus) ille ipſe Ludovicus, in quem (vix ephebum) inſurrexerat Boſo, illatæ ſibi regnoque injuriæ vindex acerrimus, turbonem ultricibus armis domitum in latebras compulit, Normannicas graſſationes toto vitæ tempore repreſſit, barbarorum cruento prælio fuſorum novem millia ſtravit, fratrem Carlomannum militaris fortitudinis hæredem, alioſque publicæ pacis & regni ſtudioſos reliquit; ut Mantalenſes patres ſive timore, ſive ſordidâ lucri ſpe corruptos, regnum *perſonâ, quæ condignum populo regimen exhiberet, caruiſſe; nullum qui compateretur,* aut *conſultationi reſpondere vellet, inventum; cunctos laborem* pro patriâ *ſumere neglexiſſe*, falſo ſcripſiſſe neceſſe ſit.

[1] Ludovico Balbo.

Reciſis anno 890 præcipuis Carolinæ ſtirpis ſurculis, ex qua vix quatuor in Franciâ Occidentali maſcula capita ſupererant, Carolus *Balbi* ex Adelheide filius annum ætatis x1 agens, Bernardus, Heribertus, & Pippinus, Pippini Italiæ Regis pronepotes, jam viri; in Orientali nothi tres, Arnulfus Carlomanni filius naturalis, in quem (utpote tricenarium populiſque acceptiſſimum) univerſa ad tempus domus inclinata recubuit, Bernardus Caroli *craſſi* ſpurius, adhuc impuber; & Zuentibaldus Arnulfo ex contubernio natus; miſerandum imo plane lamentabile *regnum*, quod hinc inde Normanni, Hunni, Saraceni (velut ex compacto) invadebant, jure videri poterat; non tamen *ſine Rege & principe*, (quod credi Valentini conventus patres voluerunt) fuit: cum ab anno 888 in Franciâ Transrhenanâ, & Lotharingicâ, Arnulfus à proceribus Carolo patruo ſuffectus, in Occidentali Odo (favente

Arnul-

Arnulfo) ad summam dignitatem provectus, in Burgundiâ Transjuranâ Alpibusque Græcis & Penninis Rodulfus; in Italiâ factionibus scissâ, electi à populis (non sine legitimorum Caroli Magni posterorum injuriâ, sed quam dura calamitosi temporis necessitas excusabat) Berengarius & Wido imperio digni regnarent; tantisperdum Bernardi ætate minoris, & spurii, ratio nulla habebatur; Carolus simplex, ob ætatis imbecillitatem suspectaque ex Adelheide superductâ natalia, despectus jacebat; Pippini Italiæ Regis posteros hinc objecta à multis (sed quam purgavimus) originis labes, inde Bernardi avi odiosa memoria, procul à regni spe depellebant; denatorumque Regum superstites filias, Hadwidem, Ludovico Francorum Orientalium Rege natam, quæ Ottoni Saxonum Duci nupserat: Adelhaidem & Willam Balbi, ex Ansgarde filias, quas Ramnulfus Aquitanorum Dux, & Robertus Trecarum Comes duxerant, ex æquo dedignati Franci omnes, ne quam sibi, vel maritis, vel filiis apertam unquam ad regnum viam putarent, sedulo cavebant.

Cum enim intercisa prorsus Carolinæ gentis successio videretur, nec ulli ex eâ reliqui extarent, nisi quorum (ipso saltem facto) controversa, & dubia origo facta fuisset; ubique de subrogandis per libera suffragia in locum demortuorum principibus, à subditis imperio Francico populis consilium sumptum, nec mirum si biennio post, ex illis ipsis qui novum in Bosonis gratiam, calcato Carolinorum principum jure, regnum condiderant, Lugdunenses, Viennenses, Arelatenses & Ebredunenses provinciarum Præsules, proceres, & plebes, Vesuntionenses & Tarantasienses, qui Rodulfum Bajoaricæ stirpis hominem Regem Arnulfo invito salutaverant, æmulatione, de evehendo ad regnum Ludovico, qui Regem per ætatem præstare nondum poterat, relictæ à Bosone Ermengardis prensationibus deliniti, ipsoque Arnulfi Rudolfo infensi favore sublevati, fidem suam in Valentino conventu obligaverint: parem utrique consilii sui necessitatem, par jus, paria rationum momenta vel prætexuerunt, vel prætexere potuerunt.

Vt anno 879 undecunque conquisitis argumentis Bosonem (ne indignum à se electum fateri cogerentur) commendaverant, *jam dudum in principatu Caroli defensorem, & adjutorem necessarium fuisse; Ludovicum, ejus insignem prudentiam cernentem, amplificare delegisse; Ipsum etiam non tantum in Gallis, sed & in Italia cunctis enituisse; ut Dominus Apostolicus Joannes Romensis, instar filii complexus, ejusdem sinceritatem multis præconiis extulerit, & ad suam tutelam revertens ad sedem propriam delegerit*, scribentes. Sic post annos decem, congestis undique rationibus, suum de Ludovico judicium munierunt. Nam primum Stephani Papæ consilium sequi se professi sunt. *Reverendus Dominus Stephanus Apostolicus, tam verbis, quam scriptis generaliter ad omnes Galliarum Cisalpinarum, tam Archicpiscopos, quam & reliquos venerabiles Antistites directis, suo sanctissimo commonuit hortatu, ut unanimes atque concordes omnes in Ludovico, nepote quondam Ludovici gloriosissimi Imperatoris, consentientes, hunc super populum Dei Regem constituerent. Cum igitur diligenter comperissemus, quod assensus sanctæ Catholicæ & Apostolicæ matris nostræ hunc faveret electioni, simul convenimus in civitatem Valentiam*, &c: Imo se Caroli *crassi*, & Arnulfi auctoritate permotos credi voluerunt. *Ludovicum excellentissimi Bosonis Regis filium elegimus, atque in Regem ungendum decrevimus, judicantes*

Concil. Mantal.

dicantes illum ad hoc dignum, cui præstantissimus Carolus Imperator, jam Regiam concesserat dignitatem; & Arnulfus, qui successor ejus existit, per suum sceptrum perque suos sagacissimos legatos Reoculsum videlicet Episcopum, & Bertaldum Comitem, fautor regni, auctorque in omnibus esse comprobatur. Hac tantâ talique fulti auctoritatis licentia, communi omnes in jam dictam civitatem advenientes consensu, hanc Regiam fieri decrevimus conscriptionem. Revera Carolus legitimis hæredibus destitutus, Ludovicum ab Ermengarde matre commendatum, ceu filium paterna teneritudine complexus fuerat; eundemque Arnulfus, Rudolfo (ob usurpatum inter Burgundos regium nomen) infensus, subruendæ surgentis potestatis spe, fovit, & *sceptro per legatos* misso, ad regnum palam vocavit; Cum enim Richardum Burgundionum Ducem Bosonis germanum, Adelhaidem Rudolfi sororem duxisse sciret, ne affinis partibus addictus idem, socia pro sororio arma moveret, Ludovicum in ejus, ceu patrui, tutelam traditum, quantum potuit extulit, & in Rudolfi perniciem armavit; nec sibi (conciliato per pupilli provectionem Richardo) ab Odone Rudolfi æmuli patruo, sed propinquo, & beneficiis obstricto, quicquam metuendum putavit.

Illis quorum maxime intererat, sua Valentinos patres de Ludovico consilia probavisse magnum videri poterat; ut tamen pro suo omnia jure egisse, nec alienæ voluntati clausis oculis obsecutos appareret, quid sibi potissimum in electo suo acceptum fuisset, nobilitate & indole laudata, indicarunt; sic enim illi, *Assensus in eo omnium fuit, ut nullus melius Rex fieri debuisset, quam ille*, qui *ex prosapia Imperiali prodiens, bonæ puer indolis jam coadolescebat.* Hac Valentini decreti laciniâ malignâ manu arrepta, & falsi crimine scienter admisso, pronominis *qui* loco, conjunctionem causalem *quia* reponis, in [1] *annô* 890 *proceres regni Arelatensis*, (quod tunc nullum erat) *Ludovico Bosonis & Ermengardæ filio Regis Provinciæ nomen & dignitatem*, quia ex prosapia Imperiali prodibat, *contulisse*, idque *in Actis* (quæ aliud habent) *esse*, liberius fingas, ac exinde Ludovicum non modo, *matris* (regni per se incapacis) sed *regni* per matrem *hæredem* fuisse, [2] *maternoque* (quod nullum prorsus fuit) *jure subnixum regnum & imperium obtinuisse*, si finamus, confecias. Testes posthæc, sed pro te plane mutos, advocas, Reginonem qui ad annum 898, *Ludovicum Berengarium fugasse*, & *Romam ubi à summo pontifice coronatus, & Imperator appellatus* est, *ingressum* scribit. Albericum qui ad annum 905, *Ludovicum Imperium in Italiâ adeptum, Berengarium expulisse*; ad annum vero 912, *ad Imperium à Longobardis invitatum* fuisse refert. Paulum Æmilium qui eundem *spe Italici regni, Augustique nominis, quod Ludovicus maternus ejus avus obtinuisset, adductum, in Italiam transcendisse* notat. Atqui nihil horum ad causam tuam facit: quid enim adversus nos, qui muliebre imperium nunquam admisimus, probandum suscepisti? Annon *Ludovicum* Bosonis & Ermengardis filium, *Arelatense regnum*, quod Francici segmentum fuit, *jure materno obtinuisse*? quid vero probas? Ludovico ab Italis invitato, regni Langobardici, quod ab Arelatensi & Francico longe diversum fuit, Romanique Imperii spem factam fuisse, imo eundem regni Langobardici jam compotem, *Romæ coronatum & Augustum* salutatum fuisse; quod admisisse nec nobis officit, nec tibi, qui de aliis interrogatus de cæpis respondes, prodest.

[1] p. 36. edit. 2. p. 25.

[2] p. 37. edit. 2. p. 25.

Pippi-

Pippinum rursus *eodem* (id est materno) *jure suffultum, quia ortu femineo Merovingus erat, regiam Francorum coronam adeptum*, ut temere & sine teste, sic falso pronuncias; nec appositè magis *Berengarium & Widonem, quia per matres Carlovingi erant, ad regnandum in Franciâ & Italiâ postulatos* fuisse putas; cum Widonem & *Carlovingum per matrem*, & *à Francis postulatum* fuisse, nonnisi à cerebro habeas; nec alio sive Pippinus, sive Arnulfus, sive Odo, sive Rudolfus, sive Berengarius, sive Wido, sive Ludovicus Bosonis filius, quam *electionis* jure regnaverint; tu primus regnum Pippino, Ludovico, Berengario, Widoni, ob maternum genus debitum somniaveris: si igitur quo titulo regnaverint omnes quærere libeat, nullo sive paternæ, sive maternæ *successionis* merito, unico *electionis* jure subnixos respondebo; si rursus, de electionis cautis, ne in sola eligentium voluntate ratione destituta subsistere cogare, inquirendum putes; plures se certatim offerent, cum formæ insigni decore, præcelsæ animi dotes, generis nobilitas, potestatis invictum robur, meritorum gloria. In Ludovico nondum adulto, nec virtutum maturitas, nec merita propriè dicta fuerunt; siquidem *ætas* ejus, *ad reprimendam barbarorum sævitiam*, ipsis eligentibus *minus sufficere* visa est, sed sola generis & *indolis* nobilitas placuit, ipsaque pueri sub Ermengarde matre, & Richardo patruo educatio, optimi principis spem fecit. Arnulfus (quem ex matris impare conditione, & concubinatu glisceus originis labes universâ paternæ successionis spe dejecerat) jam adultâ virtute, de patriâ optimè meritus, à Transrhenanis & Lotharingis, qui spurio ex Carolinâ familiâ quomodocunque oriundo, quam alienigenæ subesse maluerunt, cæteris proceribus prælatus, eorum propensæ in se voluntati universam suam debuit dignitatem, *electione* non *successione* princeps; ut Berengarium & Rudolfum, ob merita & generis (præcipuè materni) claritudinem Burgundiones & Langobardi, ad principatum vocaverunt, sic ab eorundem electione absolutè pependit, quicquid exinde uterque dignitatis habuit. Widonem & virtutis opinio, & familiæ (licet à Caroli stirpe alienæ) splendor & confirmata tempore potestas, *eligentibus* Italis & Romanis commendavit. Odonem, Caroli *Magni* per proavos, *propinquum*; Ludovici *Pii*, per matrem *nepotem*; eoque nobilissimum; Arnulfi à Francis universis expetiti favor, paternæ virtutis memoria, secundâ à Regibus in Francia Occidentali potestas, & propria merita, eligendum Carolo puero, & conditionis minus certæ, neglecto præferri suaserunt; nec refragari ausi videntur, Pippini Italiæ Regis posteri, geminata postea affinitate devincti; hinc deducta in familiam, ab Heriberto Pippiniano, Hildebrantâ Odonis sorore; inde Roberto Odonis germano nuptâ Heriberti secundi sorore. Sed gentis Carolinæ casum, totiusque Francici Imperii segmenta subditâ tabellâ ob oculos ponere præstat.

Carlomannus.

Drogo.

Pippinus Rex Bertæ maritus.

Carolus *Magnus* Hildegardis maritus.

Carlomannus.

Bernardus.

Adelhardus Abbas.

Wala Abbas.

Comes ac exinde Abbas.

Aldana Comitis uxor.

Theodoricus exinde Guitbergæ maritus.

Guillelmus Dux Cunegundis ac exinde

Landrada uxor.

Hrotgangus Metensis Episcopus.

Sigramnus uxor.

Sigramnus I I.

Hildtrudis Odilonis Ducis uxor.

Taffilo Dux.

Hieronymus Ermentrudis maritus.

Odwinus I Comes.

Fulradus Abbas.

Fulcoinus Episc. Tarvent.

Nebelungus Comes Matricensis.

Theodebertus Comes.

Aletramnus.

Childebrandus.

Nebelungus Comes.

Carolus.

Pippinus Bertę consanguineæ *concubina* à nonnullis reputatæ maritus.

Ludovicus *Pius* Ermengardis ac exinde Iudith maritus.

Adelhardus.

Engeltrudis Wodonis uxor.

Bernardus Dux.

Berta Pippini Italiæ Regis uxor.

Ingoiramnus Ermengardis Imperatricis pater.

Odwinus I I.

Robertus Aganæ maritus.

Odo Comes.

Willelmus.

Nebelungus Comes.

Bernardus Rex, A. D. 818 exæcatus.

Filiæ quinque.

Lotharius maritus.

Ermengardis

Ludovicus Imperator.

Emmæ maritus.

Gisla uxor.

Everardi

Adelhais exinde

Conradi ac Roberti uxor.

Carolus Calvus Ermentrudis marit.

Fulcoinus Thiedalæ maritus.

Regembaldus Comes post A. D. 928 denatus; à Francis A.D. 888 cum fratre neglectus.

Robertus *Fortis* Adelhaidis maritus posterior.

Adalelmus Comes.

Aletrannus cui A. D. 881 propugnatio Pontis Isaræ commissa est.

Pippinus Comes.

Ludovicus II Imperator Engelbergæ marit.

Lotharius cui ex Valdrada nati.

Carolus.

Carlomannus.

Ludovicus Iudgardis marit.

Carolus *trassus* abdicatus 887.

Hatwi Ottonis Ducis uxor.

Berengarius I Rex A. D. 888, Imp. 915 Bertilę marit.

Ingeltrudis Widonis. an. 888 Regis an. 890 Imper. uxor.

Conradus Ermentrudis marit.

Odo Rex A.D. 888.

Robertus Rex Beatricis maritus.

Hildebrāda Heriberti II maritus.

Ludovicus Balbus Ansgardis ac exinde Adelhaidis maritus.

Raimundus Lemoniensis Comes Odonis focer.

Fulcoinus Monachus S. Bertini.

Odo Rex A.D. 888 electus.

Robertus Rex A.D. 922 Iunii 30 electus Beatricis maritus.

Walterus Lauduni Clavati Comes.

Walerannus Vellocassium Comes Edelgardis maritus.

Bernardus à Francisco fratribus A.D. 888 neglectus.

Heribertus I.

Pippinus.

Ermengardis Bosonis uxor 2.

Hugo.

Gisla Godefridi uxor.

Berta Tetbaldi ac exinde Adalberti uxor.

Arnulfus Imp. Vetæ maritus.

Ludovicus Thus.

Hugo Vicecomes Thus.

Bernardus Notthus.

Henricus *Auceps* Matthildis mar.

Gisla Adalberti uxor.

Lambertus anno 892, Imp. 896 denatus.

Rodolfus Burg. Rex A.D. 888 uxor. Willę marit.

Adelhais Richar Rex di Ducis uxor.

Hugo Magnus Hadwidis maritus.

Ludovicus Rex A.D. 882, Aug. 4 denatus.

Carlomannus Rex, A. D. 884, Dec. 6 denatus.

Carolus *Simplex* Otgivæ maritus, A. D. 888 neglectus, anno vero 892 coronatus, A. D. 929, Octob. 7 decessit.

Hugo Magnus Hadwidis maritus.

Emma Rudolfi Regis uxor.

Heribertus I I Hildebrandæ marit.

Beatrix Roberti I Regis uxor.

Ludovicus III Imp. an. 877 natus, A.D. 890 Rex à Provincialibus, A.D. 896 ab Italis electus & Imp. salutatus post A.D. 933 denatus.

Hugo Rex an. 927.

Boso.

Ludovicus Rex.

Zuentibaldus Rex Nothus.

Rathoddus Nothus.

Gerberga Ludovici IV uxor.

Hadwidis Hugonis Magni uxor 3.

Berengarius I I Willæ marit.

Rudolfus II.

Hugo Capetus Rex, A. D. 987.

Ludovicus I V Gerbergæ maritus, A. D. 954, Octobri 15 denatus.

Hugo Capetus Rex, A.D. 887 Carolo Duce abdicato electus.

Lotharius Rex Emmæ maritus, A.D. 986 Mart. 2 feria 3 denatus.

Carolus Dux Bonæ, ac exinde Agnetis maritus, A. D. 967 à Francis abdicatus.

Ludovicus quo, A. D. 987, Iul. 22 denato Hugo Capetus electus est.

Otto Dux A.D. 1005 denatus.

Ludovicus Cæciliæ de Sangerhausen maritus.

Carlotus.

IV. Hemico

IV. *Henrico* III *Conradi* II *filio ad Germanicum Imperium per Giselam matrem jus nullum fuit.*

IMperialem potestatem Ludovico Bosonis filio *hereditariô jure debitam* non fuisse; eidem Provinciæ regnum per Ermengardis matris *successionem* non obvenisse; Pippinum, Berengarium, Widonem, ad regnum *maternô* nullô *jure*, sed solâ Francorum, & Langobardorum *electione* vocatos; imo hoc unô Arnulfum, Odonem, Rudolfum *jure* (postquam Carolinæ gentis *legitima* successio vel revera concidit, vel populis concidisse visa est) nixos fuisse docuimus. Henricum III, post novum in familiâ Saxonicâ, ab annô 919 inter Germanos, sub Henrico Aucupe, Caroli Magni, per maternam lineam, abnepote; ab annô 962 inter Langobardos & Romanos, sub Ottone Magnô tritavô inchoatum successionis ordinem natum, Conradi patris hæreditatem in Germaniâ, Lotharingiâ, Langobardia, ipsaque urbe Româ crevisse; regnum Burgundicum & Arelatense, legati à Rudolfo *ignavô* Gisiæ matris avunculô scripti jure obtinuisse, dominium nullum per matrem consecutum fuisse certum est; nec ipsi quos laudas auctores negant; ex quorum dictis nihil, quod non probemus, habes; cum hoc unum, quod per se manifestissimum fuit, velint, Henricum qui (*paternæ successionis* titulô) Germaniam, Italiam, Lotharingiam possidebat, regni vero Burgundici possessorem, non ut Rudolfi Regis per matrem *propinquus* absolute, (sic enim jure potiori Odoni Campaniæ Comiti cedere debuisset) sed ut *legatarius*, ad regnum liberâ testantis dispositione præter ordinem vocatus, adierat; Henricum inquam aliunde *Regem*, per materni sanguinis gloriam *illustriorem* factum. Ipsos audiamus. Albericus ad annum 1024, *uxor Conradi Gisila, de antiquô & gloriosô Karolorum sanguine oriunda fuit.* & ad annum 1040. *in eô* (Henrico) *dignitas Imperialis, quæ per longum jam tempus à semine Karoli exulaverat, ad generosum, & antiquum germen Karoli reducta est*; per Gislam scilicet, prout rectè mones, sed non solam; quandoquidem *Imperialis dignitas* per Ottonem Magnum, Henrici *Aucupis* (quem Ditmarus, Caroli Simplicis *nepotem*, adeoque per matrem *Carolinum* fuisse notat) filium, ad Henricum *nigrum* transmissa, *à Caroli semine* absolute non *exulaverat*, fueratque non in unô *Aucupe*, per maternum stemma, sed etiam in Ottone II, & Henrico *Claudô* Imperatoribus, per Adelhaidem & Gislam, Gislæ (quam Conradus duxit) amitas Carolini sanguinis tradux, prout ex subdita tabella constat.

Vind. p. 24.



Otto Friſingenſis lib. 6. c. 28. *uxorem Giſilam nomine de antiqnô & glorioſô Carolorum ſanguine* (Conradus) *habuit.* Conradus Abbas Urſpergenſis in Chron. *in* Henricô *propter maternum genus, poſt multa curricula annorum rediit Imperium ad Illuſtrem, & glorioſam progeniem Caroli Magni:* quô locô obiter notandum, ita per Giſlam matrem in Henricum Carolini ſanguinis traducem rediiſſe, ut ante in patre & conſanguineis Impp. Ottone II, & Henricô fuerit, prout ad oculum jam demonſtratum eſt. Wippo cæteris antiquiôr *Conradi vitæ* capite, *De diſpoſitione Curiali & de Reginâ, &c. Dilecta Regis conjux Giſela, cui pater erat Herimannus Dux Alamaniæ, mater ejus Kerbirga, filia Conradi Regis de Burgundiâ fuit; cujus parentes de Caroli Magni ſtirpe proceſſerant; unde quidam de noſtris in libellô, quem Tetralogum nominavit, & poſtea Regi Henrico tertio, cum natalem Domini in Argentinâ civitate celebraret, præſentavit; inter alios duos edidit hoc modô. Quando poſt decimam numeratur linea quarta, De Carolô Magnô proceſſit Giſela prudens.* hîc rurſus tria notanda veniunt; 1. Gerbergæ *parentes*, ideſt patrem & matrem à Carolo Magnô oriundos fuiſſe. 2. terminum à quô numerus Giſlæ majorum auſpicandus ſit, Carolum Magnum eſſe, non alium. 3. Giſlam 14 à Carolô Magnô caput (utroque parente numeratô) eſſe; quæ omnia ſagacitatem tuam *arcanis Regiis, politicis, genealogicis lucem* ſpondentem fugiſſe videntur; nam 1. nullo tibi numero ſunt Gerbergæ parentes, ſed ſola mater.

Vindic. p. 38. edit. 2. p. 26.

mater. 2. aliud à Carolô Magnô, quem poeta Wipponi laudatus nominatim designavit, Gislæ fontem aperis, Arnoaldum Ducem, de quô non modo non cogitavit, sed ne cogitare quidem potuit. 3. *Francicam Carlovingorum* omnium *stirpem*, quam inepte *stipitem* vocas, in poetæ mentem veniſſe perperam putas, quandoquidem Francicum Carlovingorum ſtemma delineare, aut ab *Arnoaldô Auſtraſiæ Duce*, *Ansbertô genere Romanô*, *& ſic externô*; *& Blitilde Clotarii primi Francorum Regis filiâ* natô, initium ducere, ipſi nequaquam propoſitum fuit; ſed unius Gislæ, non qua *Franca* fuit, ſed qua *Carlovinga* & *de Carolô procedens*; ut Gisla & Carolus, termini ex neceſſitate ſint, in quem, & à quô lineæ omnes diſcurrant. 4. nonniſi 14 capita ex poetæ ſententiâ *numeranda* ſunt, ex tuâ (quæ mera aberratio eſt) *quindecim*; *hoc* ipsô, quô tuâ manu deſcripſiſti *modô*.

I	*Arnoaldus Dux*
II	*S. Arnulphus Dux*
III	*Anſigiſus Dux*
IV	*Pippinus Herſtalius*
V	*Carolus Martellus*
VI	*Pippinus Brevis Rex*
VII	*Carolus Magnus Imp.*
IIX	*Ludovicus Pius Imp.*
IX	*Carolus Calvus Imp.*
X	*Ludovicus Balbus Rex*
XI	*Carolus Simplex Rex*
XII	*Ludovicus* IV *Rex*
XIII	*Matthildis Regina Burgundiæ*
XIV	*Gerberga Duciſſa* * *Allemaniæ*
XV	*Giſela conjux Conradi* II *mater Henrici* III *Impp.*

Tu ſcilicet, conjectorum infeliciſſimus, ubi interpretem profiteris, explanandi loci ſenſum, non modo non aſſequeris, ſed libidini tuæ expoſitis ejus vocibus, vim facere non dubitas; quod nunquam negaveris, niſi forte, pro eodem tibi ſit *numerare* (quod in præſenti dixit poeta) & *numeraviſſe*, (quomodô verſum ejus explicas) *poſtquam capita quatuordecim numeraveris* ſcribens. At ego (ex ejus mente) utroque Gerbergæ parente recenſitô, *quando poſt decimam numeratur linea quarta*, adeoque *poſtquam capita* tredecim, non plura *numeraveris*, in Gislæ *decimoquartô* ſubſiſtendum, tuumque de Adelhaide, quam Hugone Abbate natam fingis, & Roberto *Forti*, pro *uxore*, matrem donas, commentum vel hinc refelli poſſe contendo, quod à Carolô *Magnô*, per Hugonem Abbatem, ad Giſlam ductis lineis, *quindecim*, non *quatuordecim* capita numerare, & à *tetralogi* ſcriptore, & Wippone (quorum *arcano genealogico lucem* ſpondes) diverſus, abire neceſſe habeas; ſi dubitare te obtendis, vel oculis tuis crede.

Falſum

Falsum Diagramma ex Chiffletii mente.



Verum Diagramma ex Tetralogi & Wiponis mente, quò nostra de Adelhaide sententia invictè stabilitur.



V. *Friderici Imperatoris Ahenobarbi, Alphonsi X Hispaniarum Regis, Henrici III Brabantiæ Ducis, Philippi Boni Burgundiæ Ducis, & Sigismundi Imperatoris allata à Chiffletio exempla, principibus à Carolo Magnò quomodocunque oriundis, Germanicum Imperium Carolini sanguinis jure deberi nequaquam probant.*

FRidericum Suevia Ducem, non modo per Gislam *ataviam*, sed etiam per Agnetem Pictavicam *abaviam*, Henrici *nigri* uxorem secundam, Caroli Magni *nepotem* fuisse, non negamus Chiffleti; tu qui, quod nobiscum negare debueras, asseverare audes; quî eum, [1] *propterea quod à Gisla prodibat, Romanum Imperium adeptum* fuisse probas? Sic (inquis) Henricus Stero ad annum 1152. *Fridericus I Friderici Suevorum Ducis filius, fratris scilicet Conradi Regis, natus ex clarissimâ progenie Carolorum, post Conradum III patruum suum, apud Franckenfurt, communi votò & consensu omnium principum est electus ad Imperium.* Atqui hoc ipsò, quod *communi votò & consensu omnium principum electum notat, quem ex clarissimâ Carolorum progenie natum* scripserat, Carolini sanguinis jure in Germaniâ regnavisse negat, tuumque *propterea quod à Gislâ prodibat*, datâ (ut sic dicam) operâ dissimulat. Reverâ Fredericus suprêmâ Conradi patrui, liberos proprios posthabentis, voluntate ad regnum vocatus, inde principibus commendatior evasit; sed ab unâ eorum electione (quantum quantum vel ipse, vel Conradus patruus habuerunt) regnandi jus pependit. Cum enim annô 1076 Martii 15 datâ, ad Herimannum Metensem epistola, Regem [2] *filium suum carnali amore populis præponere non* debere, *si meliorem illô & utiliorem possint invenire*, nullaque deinceps habitâ successionis ratione, solos *meliores* (undecunque sint) regno præficiendos pronunciasset Gregorius VII: conjurati adversus Henricum IV prin-

[1] Vind. p. 39. edit. 2. p. 26.

[2] lib. 5. epist. 21.

IV principes annô 1077 Martii 13, Forcheimii successionis jus universum in perpetuum everterant, novô conditô decretô, *ut* [1] scilicet *Regia potestas nulli per hæreditatem* (*sicut ante fuerat consuetudo*) *cederet, haberet* vero *populus in potestate, quem vellet Regem facere:* Rudolfus Alamannorum Dux ab ipsis electus, [2] *omne hæreditarium jus in regnô repudiaverat, filio suo se hoc adoptaturum fore penitus denegans*; ipseque Conradus, qui annô 1125 Henrici V avunculi hæreditatem (lege propinquitatis, & Friderici fratris natu majoris cessione fretus) adire conatus erat, (evectô communibus principum suffragiis ad regnum Lothario alienigenâ) frustra fuerat; Annon pudet, Chifflleti, somnia tua Germanicæ gentis (quæ vetus *Francicum* jus ab annis 570 abrogavit) consuetudini ex diametrô contraria, nobis, qui vetusti patrum moris retinentiores hactenus fuimus, & per Dei gratiam erimus, nec quid à vicinis nostris, contra per factionem primum invectum est, præstare tenemur, pro regulâ obtrudere? An vero ex eorum genere censendus es, quos perfrictâ semel fronte nihil pudet? elige.

[1] Lambert.

[2] Paulus Bernareid. p. 216.

Alfonsum X *per* [3] *Raimundum atavum* paternum, & Philippum Beatricis matris patrem, quorum tibi nota & memorata origo; imo per Constantiam Urracæ, quæ Raimundo nupsit, matrem; per Berengariam Alfonsi IIX uxorem; per Blancam Sancio 3 nuptam; & per Alienordem Alfonsi IX uxorem, (quod vel ignorasti vel dissimulasti) Caroli Magni *nepotem* fuisse certum sit, & utrinque confessum, causæ tuæ servire, nostræ nocere non potest: quid in regnô suô, ab annô 1077 electivô, vicini nostri Transrhenani moliti sint olim, & quotidie moliantur, nostra non interest: sive Regum denatorum filiabus, & sororibus genitos, sive ex alienâ familiâ petitos, eligendos duxerint, suô (quô successio omnis abrogata est) jure egerunt; nihil ad nos. in regnô antiquis moribus stante natos, nec alios ullos nisi Regum filios, aut ex filiis nepotes Reges admittere à primis Monarchiæ cunabulis solitos; Sed imperitiam tuam multiplicem revincere vere nostrum est: quod enim Alfonsum X *annô* 1247 *in Imperatorem electum* scribis, consistere nullô modô potest; quandoquidem abdicato à Germanis conjuratis Friderico secundô, anni 1246, Augustô mense, Henricus Thuringiæ Lantgravius, *Raspe* dictus electus est; eodemque (tantisperdum sequentis anni quadragesima decurreret) è vivis sublatô, paucis post mensibus Guillelmus Hollandiæ Comes suffectus est; quô à Frisionibus anni 1256 Januarii 15 cæsô, à principum parte alterâ Richardus Cornubiæ Comes, Friderici II sororius, anni 1257 Januarii 6; ab alterâ Martii sequentis 31, Alfonsus X, Philippi ex filia nepos, ad regnum vocatus est: Quod rursus ex Alfonsô de Carthagenâ Burgensium Episcopo, post annum 1456 denatô affers, electum scilicet *ab aliquibus* Alfonsum X, *ut in Allemanniâ imperaret, quod esset de domô Bavariæ*, & immerito laudas, cum adeo falsum sit, ut improbatâ *Bavariæ* voce, *Sueviæ* dictionem in margine appingere coactus sis; & hypothesi tuæ, quâ Alfonsum, *quia à Carolô Magnô* (de quô electores ne cogitavisse putavit Carthagena) *oriebatur, electum* statuis adversatur. Si enim in unam *Bavaricæ*, vel potius *Suevicæ*, per maternam lineam, originis nobilitatem (quod Carthagena scripsit) oculos Alfonsi electores defixere; nihil destinatô consiliô Carolini sanguinis gloriæ, quæ in mentem nequaquam veniebat, dederunt. Si rursus (quod negare non potes) *electione* ad regnum Germanicum Alfon-

[3] Vindic. p. 39. edit. 2. p. 26.

sus vocatus est, *jure maternô*, contra quam credis, nihil assecutus est, nisi forte ut avitam hæreditatem adiret, *electoribus* opus habuisse credas. Si denique *juri* alicui *materno*, locum relinquere potuerunt Transrhenani, apud quos ab annô 1077, nullus non *electus* regnavit; nec factum, nec facti auctoritas Francos Occidentales urgere potest, inter quos ab antiquô nullum mulieribus ad regnum jus; nullus, quamdiu legitimi Regum hæredes supersunt, legitimus *electionis* proprie dictæ, cujus vi regnum deferatur, usus esse

[1] Vind. p. 39. edit. 2. p. 26. potest. Antiquos [1] *Brabantiæ* principes, Gisleberti Mansuarienſis, & Ermengardis Lothariô Imp. natæ posteros, annô demum 1106 titulô *Ducali* (non qua *Brabantiæ* possessores, sed qua *Lotharingiæ* inferiori præfecti sunt) titulô ornatos, Caroli *Magni* per matres *nepotes* fuisse, non inviti largimur; *quia* Caroli Magni *nepotes* fuerunt, *ad Imperium* Germanicum *capessendum* (quæ tua deliratio est) *aliquoties accersitos* fuisse, largiri non possumus. si fuisse demus, *jure* ullo *maternô nixos*; si *nixos* fingamus, *jus* illud ab *accersentibus* agnitum; si denique *agnitum* statuamus, eô ipsô Francos Occidentales (quorum alii semper mores fuere) ullô modô teneri negamus: tu qui *aliquoties* à Teutonibus, *quia femininô stipite à Carolô Magnô genus ducebant, accersitos* asseris,

[1] lib. 4. c. 13. & 14. anno 1246. qui fidem facis? Dinterus [1] (inquis) in Chronicô, *Innocentius Papa* IV, *Legatum à latere, misit ad Henricum Ducem Lotharingiæ, & Brabantiæ, ipsum exhortando, quatenus si Regnum Romanorum acceptare vellet, ipsum Regem eligi procuraret; quod ipse renuens, obtinuit, quod nepos suus scilicet Willelmus Comes Hollandiæ, sororis suæ filius, fuit in Regem Romanorum electus.* Atqui hinc Henricum Ducem, ad regnum *capessendum accersitum* fuisse non constat; imo *accersitum* non fuisse, sed ipsius operâ *Guillelmum*, ex sorore *nepotem* constat; siquidem Henrico Innocentium Papam, eô fine ut *accersiretur*, opem obtulisse docet; *accersitum* de factô ex professô negat testis tuus; quibus nunc eum, qui *accersitus* non est, vel *quia à Carolô Magnô genus ducebat accersitum*, vel *jure maternô* (ut *accersiretur*, qui *arcessiri* noluit) *nixum*, vel his de causis, quas frustra in Dinterô nullam indicante quæsieris, *Guillelmum* qui *Brabantiæ Dux* non erat, *electum*, fidiculis expresseris? Hîc acumen tuum pistillô obtusius vel invitus prodis; quandoquidem ad ea, quæ tibi probanda fuerant, confirmanda parum idoneus, extra controversiam posita referentem testem inducis, soluſque extra chorum saltas. Ne vero frustra nos in qualecunque ejus testimonium incidisse querare, hæc in eô corrigenda monitus notabis. *Henricus* ille *ad* quem *Innocentius* IV *Legatum misit*, *Lotharingiæ* unius inferioris *Dux* fuit, non *Brabantiæ*; quæ tunc *Ducatus*, nec revera fuit, nec à quoquam dicta est. 2. *Legatum* suum *ad eum annô* 1246 non *misit* Papa, sed *post Lantgravii Thuringiæ* (annô 1247, in quadragesimâ denati) *obitum*, prout ipsemet Dinterus à te decurtatus fatetur. 3. Germania Henrico Brabantino, à Papâ per Legatum oblata, nonnisi abusive *Romanorum regnum* à Dinterô dicta est, & nunc dicitur. 4. Guillelmum ad *regnum Germanicum*, *& Lotharingicum*, Teutones & Lotharingi Coloniæ annô 1247, jam affectô congregati proprie vocaverunt, non ad *Burgundicum*, aut *Langobardicum*, aut *Romanum*, in quæ nihil ipsis juris fuit, sed solis *Burgundiis*, *Provincialibus*, *Langobardis* & *Romanis*.

[1] Vindic. p. 39. edit. 2. p. 27. *Vivente* [1] *& florente Philippô Bonô, Imperii solium ter vacuum fuisse, totidemque vicibus Philippum à Germaniæ proceribus electum, Imperii diadema recusasse*

recusasse (quod suô periculô *observavit Georgius Castellanus*, & verum credis, aperte falsum est; bis enim ab A. D. 1419 Septemb. 2 ad 1467 Iulii 15, quo decessit Philippus, vacavit Imperium. Sed hæc tria in præsens urgenda puto. 1. *Germaniæ proceres*, Germanici solius *Imperii*, non *Romani* proprie dicti (quod aliorum fuit) *diadema* Philippo offerre jure potuisse. 2. Philippum Capetinæ gentis principem (etsi per maternam lineam Caroli Magni *nepos* fuit) ob Carolini sanguinis traducem, à Germanis electum fuisse non liquere. 3. *quia à Carolô Magnô genus ducebat, ad Germanicum Imperium capessendum accersitum* fuisse, quod probandum suscepperas, à Georgiô Castellanô teste tuô, non scribi: cum *amphora* à te *cœperit institui, currente rotâ cur urceus exit? an vervecum in patriâ crassoque sub aëre natos* nos putas; nec posse quoties nugaris advertere?

[1] A. D. 1437 Decemb. 9 denato Sigismundo, & A. D. 1439 Octob. 27. denato Alberto, A. D. 1493. Aug. 19. decessit Fridericus III, Alberto suffectus.

Allatô [2] tandem ex Pii II Commentariis loco, [3] quo *Albertum Austriæ Ducem* (denatô A. D. 1437, *sine virili sobole* Sigismundo) *cum filiâ ejus Elizabeth, Regnum* Hungariæ, Bohemiæque consecutum, & Imperium Germanicum adeptum refert; addis, quod verum est, *Ortum suum ad Carolum Magnum, mediante Margaretâ, Ioannis I Brabantiæ Ducis filiâ, Henrici Luxemburgici Romanorum Imperatoris* uxore *Sigismundum & Elizabetham retulisse*; Ducebat & ipse Henricus VII, per Ermengardim Lotharii Imp. filiam; & Ermesindim, Godefrido Namurcicô natam, atavias; per Margaretam Barrensem aviam, & per Beatricem de Avennis matrem, *à Carolo Magnô genus*; ut & Albertus Elizabethæ abneptis maritus (ut alias remotiores omittam) per Elizabetham Tirolensem abaviam, Ioannam de Firretô proaviam, Ioannam Bavaricam matrem. Sed, ut sexcenta similia congeras, nihil promovebis; Cum nec Sigismundum, aut Albertum, *quia à Carolô Magnô genus ducebant, maternoque* vel uxoriô *jure nitebantur*, ad Imperium Germanicum evectos probes; nec (si probes) id ipsum, quod inepte falsoque venditas jus, in Galliâ nostrâ momenti ullius esse debere obtineas. Quocirca te toto hoc titulo, à capite ad calcem, delirasse patet.

[2] Vind. p. 40. edit. 2. p. 27.
[3] lib. 12.

VI. *Ipsa Germanorum, post conditam annô 1077 de Electione Regum legem, praxis, longe meliorem, & naturæ convenientiorem Francorum Occidentalium, quorum Reges hæreditariô jure regnant, consuetudinem esse convincit.*

ANtiquatum annô 1077 Martii 13, in Germaniâ & Lotharingiâ, avitum Francorum morem, vimque ipsi naturæ (religionis, & publici boni prætextu) quodammodo factam, nec id à Gentibus aliis in exemplum trahi debere docuimus. Restat nunc, ut inter eos, quos patriæ legis tædium cepit, tacitam facti pœnitentiam protinus subiisse, expulsamque (ut sic dicam) naturam, usque nunc recurrere manifestum faciamus. *Repudiato* in perpetuum *hæreditariô omni in regnô jure*, succisisque in speciem universis *successionis* nervis; communi libertati, & saluti, optime prospectum videri voluerant Francorum Orientalium proceres. At contra evenit, vix enim unquam postea electus quisquam, denati, vel abdicati principis non *propinquus*, aut *affinis*; duravit impugnata in speciem, sed per prensationum blandimenta glis-

Paul. Bernried.

cens *successionis series*, in Saxonicæ familiæ propaginibus, ab an. 1077 ad 1273; in Austriacâ & affinitate devinctis (si modo quinque Lucemburgicæ, stirpis principes excipias) ab an. 1273, in hanc usque diem: soli, extra propinquorum, & affinium, ordinem constituti; Hermannus, ab anno 1081 Decembris 26, ad 1088, Henrici IV æmulus; & Adolfus Nassovius annô 1292 Maji 1 electus, ad 1298, Iulii 2 (quo cæsus est) regni compos; & Guntherus Schwartzemburgius A.D. 1349, vix quinque mensium Rex, Quod ne cuiquam incredibile videri possit, ipsô eventu comprobatum, positis ob oculos tabulis, demonstrabimus.

I. *Regum Franciæ Orientalis, ex familiâ Saxonicâ ortorum, series.*

I Henricus Rex *Aucupis* dictus, Matthildis maritus, A. D. 936, Iulii 4 denatus.

II Otto Magnus Edgit, ac exinde Adelhaidis maritus, A. D. 973, Maji 7 denatus.

Henricus Bajoariæ Dux, Iudithæ Arnolfo Duce natæ maritus, A. D. 955, Novemb. 1 denatus.

Ludolfus Dux, Iuttæ Hermanno Duce natæ maritus, A.D. 957, Septemb. 6 denatus.

III Otto II Theophaniæ maritus, A. D. 983, Decemb. 7 denatus.

Henricus Dux Gillæ maritus, A.D. 996, Octob. 5 denatus.

Bruno Marchio Gillæ maritus 1, A. D. 1006 denatus.

Otto Dux Iuttæ maritus, A. D. 982, Augusti 20 denatus.

IV Otto III, A. D. 1002, Ianuar. 24 denatus.

V Henricus Imper. Claudus dictus Cunegundis marit. A D. 1024, Iulii 13 denatus.

Ludolfus Marchio, A. D. 1038, April. 23 denatus.

Henricus Dux Adelhaidis Alsaticæ maritus prior.

Conradus Carinthiæ Dux Matthildis Sueviæ maritus, A. D. 1012 denatus.

Bruno, A. D. 1057 cæsus.

Egbertus Marchio relictæ ab Ottone Suinfurtensi Sueviæ Duce maritus, A.D. 1068, Ianuar. mense denatus.

Otho Northaimii Comitis Cunizæ maritus, A. D. 1083 cæsus.

VI Conradus Rex *Salicus* dictus, Gillæ maritus 3, A. D. 1039, Iunii 4 denatus.

Conradus, qui annô 1024, de regno cum Conrado *Salico* contendit, A.D. 1039, Iulii 20 denatus.

X Egbertus Thuringiæ Marchio abdicato à Saxonibus Hermanno, A. D. 1088 Rex electus, A.D. 1090 cæsus.

Gertrudis Henrici *Crassi* Comitis de Northeim uxor.

Henricus Crassus Gertrudis maritus, qui oblatum, A. D. 1125 regnum Lothario genero asseruit.

VII Henricus Rex *Niger* dictus Agnetis Pictav. maritus, A. D. 1056, Octob. 4 denatus.

XII Richsa Lotharii Gebhardo Suppelenburgensi nati uxor, A. D. 1125, Augusti 24 Henrico socero annitente Henrico V suffectus Lotharius, A. D. 1137, Decemb. 4 decessit.

VIII Henricus IV Bertæ maritus, A.D. 1076 depositus, A. D. 1106, Augusti 1 denatus.

IX Matthildis Rudolfi Alaman. Ducis qui A.D. 1077, abdicato Henrico Rex electus est uxor, ea denata, Agnetæ Bertæ reginæ sororem duxit Rudolfus, an. 1080, Oct. 15 cæsus.

Gertrudis Henrici superbi uxor Saxoniæ & Bajoar. Ducis.

Hedwigis Ludovici III Thuringiæ Lantgravii uxor.

XI Henricus V Matthildis maritus, A. D. 1125, Maji 23 denatus.

Agnes Friderici Sueviæ Ducis uxor.

Henricus Leo Matthildis Angliæ maritus.

Ludovicus IV Claritiæ maritus.

Fridericus II Iudithæ Bajoariæ, ac exinde Agnetis Sarepontanæ maritus.

XIII Conradus III Rex Gertrudis maritus, A.D. 1152, Febr. 6 denatus.

Otto IV Rex Elisæ marit. XVII Regis tritavus.

Willelmus Lunebur. Dux Friderici A.D. 1400, Aug. 20 electi Regis tritavus.

Henricus Clementiæ Palatinæ marit.

Hermannus Sophiæ Saxon. Palatinæ maritus.

1 *nupt.*

XIV Fridericus, Rex Barbarossa dictus, Beatricis maritus, A. D. 1190, Iunii 10 submersus.

2 *nupt.*

Conradus Elizabeth Palatinæ maritus, A.D. 1195 denatus.

Claricia Ludovici IV Thuringiæ Lantgravii uxor.

Agnes Ottonis Bajoar. Ducis uxor.

Henricus *de Rasse* dictus Friderico II abdicato Rex salutatus, A. D. 1247, Febr. 16 in quadragef. denatus. XIX.

Iutta Theodorici Misniæ Marchionis uxor Friderici cui regnum, A. D. 1348 oblatum abavia.

XV Henricus VI Constantiæ maritus, A.D. 1197, Sept. 19 denatus.

XVI Philippus Rex Irenes marit. A.D. 1208, Iun. 21 cæsus.

Clementia Henrici Leonc nati uxor.

Henricus

Ludovicus III *Severus* dictus Matthildis Rodolfo Habsburgio Rege natæ marit.

XVIII Fridericus II Yolendis marit. A.D. 1245, Iul. 17 depositus, an. 1250, Dec. 26 denatus.

Maria Henrici II Brabant. uxor.

Cunegundis Venceslai Bohemiæ Regis uxor.

Beatrix Ferdinandi III Hispaniæ Regis uxor.

Elica Ottonis IV uxor.

Rudolfus Comes Matthildis Adolfo Nassovio Regi natæ maritus, A.D. 1290, Septemb. 10 electi Regis, proavus.

Ludovicus IV Rex, A. D. 1284, Octob. 20 electus, A. D. 1347, Octob. 19 denatus. XXII

XX Conradus Rex Elizabethæ maritus, A. D. 1254, Iun. 26 denatus.

Beatrix Henrici de *Rasse* qui Friderico II depositio Rex electus est uxor.

Ottocarus Rex Cunegundis Russiæ marit. A. D. 1178, Aug. 26, ser. 6 cæsus.

Alfonsus X, A. D. 1257. Guillelmo suffectus. XXI.

Conradus Rex, A. D. 1268, Octob. 29 decollatus.

Wenceslaus Iuttæ Rodolfo Habsburgio Rege natæ maritus.

Agnes.

Wenceslaus Rex.

Anna Henrici Carinthiæ Ducis uxor.

Elizabeth Ioannis Bohemiæ Regis Henrico VII nati uxor, vido tab. seq.

Iutta N. Vrsini uxor.

II. *Regum Franciæ Orientalis ex familiâ Lucemburgicâ ortorum series.*

Gislebertus Lucemburgi Comes.

Conradus Ermentrudis Longi vici Comitissæ maritus, A. D. 1086, Augusti 20 denatus.

I Hermannus Salmensis, A. D. 1081, Aug. 10 post Rudolfum Rex electus Decemb. 26 coronatus, A. D. 1088 decessit.

Henricus. | Guillelmus. | Ermesindis Godefridi Namurcensis uxor, Conradi nepotis hæres.

Otto Comes Palatinus in Rineke Gertrudis maritus. | Hermannus Salmensis.

Conradus II. | Henricus Comes Agnetis Gelricæ maritus. | Ermesindis Waleranni Limburgici uxor, A. D. 1246 denata.

Sophia Theodorici V I Hollandiæ Comitis, A. D. 1156 denati uxor.

Henricus Margaretæ Henrico II Barri Comite & Philippa Drocensi natæ maritus, anno circiter 1270 denatus.

Florentius III Adæ Henrico Scotiæ principe & Adæ Surriensi natæ maritus, A. D. 1190 denatus.

Henricus Beatricis Balduino de Avennis & Felicitate de Codiciaco natæ maritus, A. D. 1288 cæsus.

Theodoricus VII. | Guillelmus Adelhaidis Ottone Geldriæ Comite natæ maritus, A. D. 1223 denatus.

Florentius IV Matthildis Henrico I Brabant. Duce & Matthildæ Bonon. natæ marit. A. D. 1234 denatus.

III Henricus VII Margaretæ Ioanne I Brabantiæ Duce & Margaretæ Flandrica natæ maritus, A. D. 1307, Nov. 25. Rex electus, Ianuar. 6 coronatus, A. D. 1313, Augusti. 22 denatus.

II Guillelmus Rex post Henrici de *Raspe* obitum, A. D. 1247 electus, A. D. 1256, Ianuar. 15 cæsus.

Ioannes Rex Elizabethæ Venceslao Bohemiæ Regi & Iutta Habsburgica natæ maritus, A. D. 1346, Augusti 25 in prælio cæsus.

IV Carolus I V Rex Annæ Boleslao Sueidnicensi natæ, ac exinde Elizabethæ Bogislai V Stetini Ducis filiæ maritus, A. D. 1346, Iul. 19 electus, A. D. 1378, Mart. 27 denatus.

Ioannes Moraviæ Marchio Margaretæ Opoliensis maritus.

3 *nupt.*
V Venceslaus Rex post patrem, A. D. 1361, Martio mense natus, 1376, Iun. 3, fer. 3 Rex electus, 1400, Aug. 20, fer. 6 depositus, 1417, Iulii 17 denatus.

4 *nupt.*
VII Sigismundus Rex Barbaræ Hermanno Ciliæ Comite natæ maritus, A. D. 1411, Iudoco consobrino suffectus, A. D. 1437, Dec. 9 denatus.

VI Iudocus Rex Ruperto post Venceslaum ad regnum evecto, A. D. 1410, Sept. 20 suffectus, A. D. 1411, Mart. 20 decessit.

VIII Elizabetha Alberti II Austriaci uxor.

III. *Regum Franciæ Orientalis cum Brabanticâ familiâ affinitas.*

Henricus I Brabantiæ Dux Matthildis Bononiensis maritus, A. D. 1235, Septemb. 7 denatus.

Henricus II Mariæ Philippo Rege & Irene natæ maritus, ab Innocentio IV, A. D. 1047 ad regnum vocatus, A. D. 1248, Ianuar. 22 denatus.

Maria Ottonis IV Regis uxor 2.

Matthildis Florentii I V Hollandiæ Comitis uxor.

Henricus III Adelhaidis Hugone IV Burgund. Duce & Yolende Drocensi natæ maritus.

Beatrix Henrici *de Raspe* Thuringiæ Lantgravii, A. D. 1246, Augusto mense Regis electi, A. D. 1247, in quadragesima Febr. 16 denati uxor.

Guillelmus Rex post Henrici *de Raspe* mortem, A. D. 1247, Septemb. 30, annitente Henrico avunculo electus, A. D. 1256, Ianuar. 15 cæsus est.

Ioannes I Margaretæ Guidone Flandriæ Comite & Matthildæ Bethunia natæ maritus.

Margareta Henrici V II Regis uxor.

IV. *Regum Franciæ Orientalis cum Anglicanâ familiâ affinitas.*

Henricus II Anglorum Rex Alienordis Pictavensis maritus.

Ioannes Rex Isabellæ Engolism. maritus.

Henricus III Rex.

Richardus Cornubiæ Comes, A. D. 1257, Ianuar. 6 Rex Germaniæ electus A.D. 1271, April. 2 denatus.

Isabella Friderici II uxor sexta.

Henricus, A. D. 1254, Maji 10 denatus.

Matthildis Henrici Leonis Saxoniæ Ducis uxor.

Otto IV Rex.

Guilielmus Brunsvicæ Dux Helenæ Waldemaro Danorum Rege natæ maritus.

Otto Matthildis Alberto Brandeburgico natæ maritus.

Elizabeth Guilielmi Hollandiæ Comitis ad regnum A. D. 1247 evecti uxor.

Alienor Alfonsi IX Castellæ Regis uxor.

Berengaria Alfonsi IX Legionum Regis uxor.

Ferdinandus III Beatricis Philippo Rege & Irene natæ maritus.

Alfonsus X Richardi Regis æmulus, A. D. 1257, Mart. 31 electus, A.D. 1273 abdicavit.

V. *Regum Franciæ Orientalis ex familiâ Austriacâ series.*

I Rudolfus Habsburgi Comes, A. D. 1218, Maji 1 natus, Annæ Burchardo Comite ab Hohenberg natæ maritus, A. D. 1273, Sept. 19 Rex electus, Aquisgrani Decemb. 19, feria 3 coronatus, A.D. 1291, Sept. 30 decessit.

II Albertus I post Adolfum Nassovium, A. D. 1298, Iulii 2 cæsum Rex, Elizabethæ Mainardo Tirolensi & Elizabetha Bavaricæ natæ, A. D. 1273 maritus, A. D. 1308, Maji 1 confossus est.

Matthildis Ludovici III Palatini, A.D. 1295, denari uxor 3.

III Fridericus Rex, A.D. 1314, Oct. 28 electus, adversus Ludovicum IV certavit A.D. 1322, Septemb. 28, A. D. 1330, Ianuar. 13 decessit. Elizabetham Iacobo II Aragon. Regem naram, A. D. 1315 in Pentecoste duxit.

Albertus *Constantinus* Ioannæ Vlrico II Comite Firtarum natæ, A.D. 1319 maritus, A. D. 1358, Iulio mense decessit.

Rudolfus A.D. 1274 natus, Matthildis Adolfo Nassovio Rege natæ, A.D. 1295, Sept. 1 marit. A.D. 1329 decessit.

Ludovicus IV, A. D. 1286 natus, A. D. 1314, Oct. 20 feria 1 Rex electus, Beatricis Glogovianæ maritus, A.D. 1347, Oct. 19 decessit.

Albertus III Beatricis Ioannæ I Burgravio Nuremb. & Elizabethæ Hemebergicæ natæ maritus, A. D. 1375 denatus.

Leopoldus Viridæ Bernabone Mediolanen. principe natæ maritus, A.D. 1386, Iulii 9 ad Sempachium cæsus.

Adolfus Cunegundis Ludovico Oetingensi Comite natæ maritus.

Matthildis Friderici Thur. Lantgravii (cui oblatam à proceribus, A. D. 1347, diadema) uxor.

Albertus IV Ioannæ Alberto Bavaro Hollandiæ Comite & Margaretæ Bergensi natæ maritus.

Ernestus Zimburgis Witoldo Massoviæ Duce natæ maritus Styriæ & Carinthiæ Dux.

Rupertus I Beatricis Friderico Aragone Siciliæ Rege & Elizabethâ Carinthiacâ natæ maritus.

IV Albertus V Elizabethæ Sigismundo Regi & Barbara Cilia natæ maritus, Rex A.D. 1438, Ianu. 1 creatus, A.D 1439, Octob. 27 denatus.

V Fridericus III Leonoræ Eduardo Portugalliæ Regi natæ marit. A.D. 1493 Imperii 54 Aug. 19 decessit.

II Rupertus Rex, A. D. 1400, Septemb. 20 electus, A. D. 1410, Iunii 2 denatus.

Ladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex posthumus, A.D. 1440, Febr. 3 natus, A. D. 1457, Novemb. 23 decessit.

VI Maximilianus I Mariæ Carolò Burgund. Duce & Isabella Borbonia natæ maritus, A. D. 1486, Febr. 16 ad regnum procurante patre evectus, A. D. 1519, Ianuar. 12 vivere desiit.

Philippus I Ioannæ Ferdinando Aragonum Rege & Isabella Castellæ Regina natæ maritus ante patrem, A. D. 1506, Septemb. 14, feria 6 denatus.

VII Carolus V Isabellæ Emmanuele Portugalliæ Rege natæ maritus, A. D. 1519, Iun. 28 avo suffectus, A.D. 1555, exeunte abdicavit, A.D. 1558, Sept. 21 decessit.

VIII Ferdinandus Annæ Ladislao Hungariæ Rege natæ maritus, à fratre A. D. 1531, Ianuar. 5 ad regni societatem vocatus, A.D. 1564, Iulii 25 decessit.

Philippus II Hispan. Rex, A. D. 1597, Sept. 13 denatus.

Maria Maximiliani consobrini uxor, A.D. 1603 Febr. 24 denata.

IX Maximilianus II Mariæ consobrinæ maritus, patri A.D. 1562, Novemb. 24 associatus, A. D. 1576, Octob. 11 decessit.

Ferdinandus Tiroli princeps, A. D. 1590, Febr. denatus.

Carolus Styriæ Dux, Mariæ Alberto Bavariæ Duce, & Annæ Austriaca forore natæ marit. A. D. 1590, Iulii 1 denatus.

X Rudolfus II patri A. D. 1576 exeunte suffectus, A.D. 1612, Ianuar. 12 denatus.

XI Matthias Rudolfo fratri, A.D. 1612 suffectus, A. D. 1619, Mart. 20 decessit.

XII Ferdinandus II Mariæ Annæ Guilelmo Bajoariæ Duce consobrino & Renata Lotharingica natæ maritus: Matthiæ consobrino, A.D. 1619, Septemb. 9 suffectus, A.D. 1637, Febr. 15 decessit.

XIII Ferdinandus III patri suffectus.

Hoc

Hoc eventu procul facere jussō veterum Francorum more, novum regnandi jus trans Rhenum institutum fuit; sed quod initiō novitate suâ spem attulerat, protinus exolescente favore incommodum videri cœpit; quid amabo *successionem*, ceu scopulum reipublicæ naufragiis infamem, averſari, ejusque patronos silentio damnare, necesse erat; si peremptoriō decretō proscripta, postico (proscribentes ipsos fallens) redire, positisque pristinæ dignitatis exuviis, potentioribus, & factionum capitibus, in prædam cedere debuit? Rudolfum [1] Alamanniæ Ducem, annō 1077, Martii 17, Hermannum annō 1081, Augusti 10. Egbertum 1088 communibus principum universorum *Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Marchionum & Comitum*; suffragiis eligi placuerat; idipsum annō 1125, post tristia turbarum præcedentium experimenta fastidio fuit, Commissa [2] 40 *militibus* futuri principis electione, illi parum concordes de Lothario Saxonum Duce, Lupoldō Austriæ Marchione, Carolo Flandriæ Comite, & Friderico Henrici nuper defuncti nepote, ad multitudinem referre coacti, nova per Germaniam motuum semina sparserunt; cum enim (Henrico Northeimiō, quem inter electos fuisse Ordericus putavit, adnitente) Lotharii factio prævaluisset; repulsæ fraternæ, illararumque à Lothario injuriarum impatiens Conradus, armis causam, quæ se (stante veteri Francorum instituto) nemini probasset, ostentato Agnetis matris jure (quod caducum, imo nullum prorsus erat) tueri decrevit; [3] nec ante anni 1134. Septembris 19, (Bernardō nostrō hortante) pacem, in ordinem redactus, promeruit.

Annis 1139 & 1152 [4] ad proceres universos, redeunte electionis jure Conradus III, & Fridericus primus; Conradi ex fratre nepos, post Lotharium ordine ad regnum vocati sunt; exinde à Fridericō, Henricus VI primogenitus [5] circiter novennis anno 1168, ab Henricō ipsō annō 1196, Fridericus unigenitus *vix triennis* Rex salutatus est. Henrico A. D. 1197 Septembris 29, è vivis (antequam regno idoneus hæres *Fridericus* esse posset) sublato, scissisque studia in contraria principibus, [6] Philippus Henrici germanus, regium à Bertholdo Zaringiæ Duce nomen, *Ducatu & duodecim marcarum millibus* mercati coactus, continuis ad vitæ (in A. D. 1208 Junii 21 desinentis) finem, cum Ottone æmulo bellis conflictatus est. Ne rursus tanto adversario è medio excedente, tuto regnaret Otto, in eum A. D. 1211 Decembris 13, à contrariâ factione excitatus Fridericus, annorum plus minus 18 adolescens, paulatim superior evasit. Denato A. D. 1216 Maji 15 æmulo, totius regni compos, A. D. 1222 Maji 8, Henricum primogenitum *adhuc puerum* (utpote annō 1210 natum) consecrari fecit; Henrico annō 1237 sub custodia posito, & 1247 vivis exemptō, Conradum, ex Yolendis Brennæ matrimonio susceptum suffecit; Annoque 1245 Julii 17, ab Innocentiō IV in Lugdunensi Concilio depositus, Henricum *de Raspe* dictum, Thuringiæ Lantgravium, ab anni 1246 Augusto mense, ad 1247 quadragesimam; Guilelmum Hollandiæ Comitem, ab annō 1247 ad ipsum vitæ (quam annō 1250 Decembris 26, ærumnis expugnatus clausit) exitum adversarios passus est, principum qui jus electionis ad se traxerant, majoremque deinceps ferre dedignabantur conjuratione subnixos; nec Conradi annō 1254 [7] Maji 20, oppressi melior conditio fuit.

Multitudinem ceu certum turbarum fontem, & Camarinam nunquam sine

[1] Bertold.

[2] Orderic. hist. Eccl. lib. 12. Chron. Cassin. lib. 4. c. 87. paulo aliter. *Henrico V Imp. defuncto, Consules. Præsidi, Dictatores, Duces, & Principes in unum convenientes, de Imperatoris electione tractare cœperunt; visum demum omnibus est, ut electionem ipsam in arbitrio Archiepiscopi Magunt. & Lotharii Ducis Saxoniæ ponerent.*

[3] Otto Frising. lib. 7. c. 17.

[4] ibid. c. 19.

[5] Otto de S. Blasio c. 5, c. 43. 45.

[6] pro Philippo Bavariæ & Saxoniæ Duces, Magdeburgensis & Salzburgensis Episcopi, *cum cæteris Episcopis & Baronibus orientalibus.* pro Ottone Colonienſis, Trevirenſis, Palatinus *cum aliis Baronibus illarum regionum.* Otto de S. Blasio. c. 44.

[7] Vigilia ascens.

fine noxâ movendam jam tum multi exhorrescere videbantur; quandoquidem Matthæus Paris ad annum 1245, ubi Concilii Lugdunensis de *electione pontificum* decretum retulit, arreptâ de Transthenanorum Regum *electionibus* agendi occasione, eam solis Capitibus *septem* non pluribus Austriaco, scilicet Bavarico, Saxoni, & Brabantino Ducibus, Colonienſi, Moguntino, Salsburgenſi Prælatis, vindicare visus; à reliquis *Alamanniæ Magnatibus*, Bohemiæ Regi, Lotharingiæ, Brunſviceæ, Sueviæ, Limburgi, Carinthiæ Ducibus, Turingiæ Landgravio, Geltriæ Comiti, &c. ferendi suffragii jus abjudicandum putavit; ſi tamen putaſſe, quæque interpolatoris manu adjecta, è margine in textum (deſcribentium incuriâ) irrepſiſſe, non levis ſuſpicio ſit, ab eo ſcripta ſtatuamus: Annô certe 1198 in Philippi caput conjurati [1] *principes, & Barones Alemanniæ, Clerici & laïci*, Adolfus Colonienſis Archiepiſcopus, Bernardus Paderbornenſis, & Thietmarus Mindenſis Epiſcopi, Witikindus Corbeienſis, Gerardus Tudenſis, & Eribertus Werdenſis Abbates, Henricus Lotharingiæ inferioris Dux, & Henricus Comes de Kuyk, cum Philippo Dunelmenſi, aliiſque ſeptem Richardi Angli (à Moguntino Archiepiſcopo, *aliiſque magnatibus ad eligendum imperio*) *idoneum* vocati, legatis, Ottonem *Pictaviæ Comitem*, Henrici Saxonum Ducis, *Leonis* dicti, & Matthildis Anglicanæ filium elegerunt. [2] Annô 1211 Siffridus Moguntienſis Archiepiſcopus, & *Legatus* à Papâ conſtitutus, cum Hermannô Lantgraviô & Rege Bohemiæ, & *quibuſdam principibus terræ, apud Bavimberg colloquium habuit*, &c. *ut ſecundum præceptum Papæ Ottonem Imp. relinquerent, & Fridericum Regem Siciliæ, filium Henrici Imp. eligerent.* [3] Anno 1245. *Principes Alemanniæ ſcilicet Archiepiſcopus Moguntinus, Colonienſis, & Treverenſis, cum cæteris Epiſcopis, Argentinenſi, Metenſi, Spirenſi & aliis, elegerunt apud Herbipolim Henricum Lantgravium, Turingiæ, in Regem.* Albert. Argent. A. D. 1227. *Henricus filius Imperatoris, admodum puer, quaſi decennis, per Ottonem Wirzeburgenſem Epiſcopum; cujus tutelæ deputatus fuerat à patre, de conſenſu principum in Regem electus*, &c. *cum Duce Auſtriæ, & Salzeburgenſi Archiepiſcopo, & aliis multis principibus glorioſe in ſede Aquiſgrani eſt inthronizatus.* A. D. 1237. Conradum *elegerunt Archiepiſcopus Moguntinus, & Treverenſis, & Rex Bohemiæ, & Dux Bavariæ, qui & Palatinus Comes Rheni conſentientibus cæteris, qui aderant tamen pauci.* [4] A. D. 1246. *Principes Alamanniæ ſcilicet Archiep. Mogunt. & Colon. & Trevirenſis, cum initeris Epiſcopis Argentinenſi, Metenſi, Spirenſi & aliis, elegerunt, apud Herbipolim Henricum Lantgravium*, &c. Annô 1247 *mortuô Henrico Rege*, &c. *Wilhelmum Comitem Hollandiæ*, &c. [5] *Epiſcopi elegerunt in Regem apud Coloniam*, &c. [6] Annô 1257 *convenerunt principes ad electionem, more ſolito faciendam Londini ad Natale Domini*, venerunt *quidam de primatibus Alemanniæ, nuntiantes omnibus qui ibi fuerunt, quod unanimi conſenſu Comitem Richardum, in Regem Alemanniæ rite elegerant*, &c. *Hi* (inquit Matthæus Paris) *ſunt maximi in Alemanniâ, ad quorum nutum pendet electio ipſius Regni, quod eſt quaſi arrha Imperii Romanorum; Archiepiſcopus Coloniæ, cujus titulus eſt*, Sacri Imperii Protocancellarius, *poſt honorem Archipraſulatus, Archiepiſcopus Maguntinus. Archiepiſcopus Treverenſis, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus de Rheno; Dux Auſtriæ; Dux Suaviæ qui & Comes Bavariæ, Dux Poloniæ, Marchiſius de* * Miche, *Marchiſius de Brandeborg, Dux Saxoniæ, Dux de Bruneſvic, Dux de*

Caren-

[1] Vide apud Goldaſt eorum epiſt. & Roger. de Hoveden.

[2] Godefrid. Annal.

[3] Incerti fragm. Alberto Argentin. præfixum.

[4] Monach. Padiuan. Chron. lib. 1. Marth. Pariſ. idem ad annum 1248.

[5] *Coronatio* Willelmi à *multis nulla reputabatur, quia omnes Electores non erant ibi præſentes.* &c. *utpote Dux Saxoniæ*, &c. *Nec Dux Bavariæ*, &c. *ſe nec multi alii.* Si Septemviri eligebant ut nunc fit, qui *multi* eſſe poterant, Willelmi electionem à patre procerum factam cum Saxone & Bavaro improbare aufi?

[6] forte *Moraviæ.*

Carentene, Dux [1] *de* Melai, *Dux Brabantiæ, qui & Lovaniæ, Landegravius Duringiæ, Marchio* [2] Missiæ, *inter omnes hos Magnates supereminens est Archiepiscopus Colonienſis, qui coronare tenetur Regem Alemanniæ, apud Aquisgranum, ab antiquâ & approbatâ consuetudine.* Chronica Augustensis paulo aliter. *Principes Regni pro eligendo Rege, jamdiu habitis diversis conventibus, tandem definitum electionis diem, in* [3] *octavâ Epiphaniæ, statuunt in Frankenfurt celebrandum, ubi dum quidam convenissent, Moguntinus, Colonienſis Archiepiscopus, & Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ac frater suus Dominus Henricus Dux Bavariæ, in Richardum fratrem Regis Angliæ convenerunt; & electus ab ipsis subsequenter, in die* [4] *Ascensionis Domini, apud Aquisgranum in Regem ungitur, & potenter in regni solio collocatur. Dominus autem Trevirenſis Episcopus, cum aliis quibusdam principibus, consentire nolens electioni prædictæ, in media* [5] *Quadragesima, fictus literis, & auctoritate Regis Bohemiæ, Ducis Saxoniæ, Marchionum de Brandenburch, & multorum principum, elegit, Dominum Alphonsum Regem Hispaniæ, qui electioni de se factæ consensit, persuasus à Regibus & principibus & amicis.* Sic ad annum usque 1257, ad plures ex unaquaque familiâ principe, Bavaricâ nimirum, Brandeburgica, &c. electionis jus pertinuit; nec fieri potest, ut insertæ Indicibus Aragonicis, ad A. D. 1256 ab Hieronymo Surita, Urbani IV literæ, quæ aliud suadere videntur, interpolata non sint.

[1] Dalmatiæ.
[2] Missiæ.
[3] Ianuar. 13.
[4] Maji 26.
[5] Martii 31.

Anno 1271 Aprilis 2, cum vivendi finem Richardus fecisset, Alfonsus æmulus (Germanis se nunquam committere ausus) in Hispaniâ hæsisset, [6] *nulluſque Alemanniæ principum, regni vacantis regimen assumere vellet*, Gregorius X Papa, *initô consiliô præcepit principibus Alemanniæ Electoribus duntaxat, ut de Romanorum Rege sicut sua ab antiquâ (& approbatâ consuetudine intererat) providerent, infra tempus eis ad hoc statutum, alias ipse de consensu Cardinalium, Rom. Imperii providere vellet desolationi.* [7] *Principes circa octavam S. Michaelis, in Franckenfurt convenerunt, & dum omnes qui vocandi erant interessent, præter Henricum Ducem Bavariæ, qui & solennes miserat nuncios, & per ratihabitionem suam, electioni præbuit consensum, electus est Rudolfus Comes de Habspurg*, &c. Iam tunc ad paucos nominatim *vocandos*, contracta fuerat eligendi prærogativa, cum Albertus Argentinas, anno circiter 1380 conceptis verbis scribat, Wernherum Moguntinum, *pro creatione Regis Romanorum, principes* (non universos, ut olim, nec quoscunque, sed) *quorum intererat ad oppidum Franckfurt convocavisse*, & *congregatis principibus Electoribus*, &c. *pro Rudolfo Comite institisse.* Erant igitur inter eos, qui *Electorum* munere (seclusis aliis omnibus) fungerentur; ne tamen singulares, ex unaquaque gente (prout nunc usu receptum est) suffragium tulisse putemus; obstat Rudolfi ipsius diploma, annô 1275 Maji 15, Augustæ in hæc verba scriptum. *Noster filius Ludovicus* (Palatinus) *coram nobis, cunctisque principibus, Prælatis*, &c. *extitit, publice protestatus, quod prædictus frater ipsius olim, electioni inclyti Richardi Romanorum Regis, nostri prædecessoris, una cum ipsô præsentialiter, cum cæteris principibus coelectoribus interfuit, & in eum uterque direxit legaliter votum suum, eundem in Romanorum Regem, una cum aliis Comprincipibus, jus in hoc habentibus, eligendo*, &c. *Deinde vero electionis tempore, apud Franchenfurte de nobis ab omnibus principibus jus in Electione habentibus concorditer celebratæ, per nuncios & procu-*

[6] Incerti historia Alberto Argent. præfixa.
[7] H. Steró anno circiter 1300.

ratores ejusdem Ducis Henrici, videlicet Henricum præpositum Oetingensem, & Fridericum Rectorem Ecclesiæ de Landshut, ipsius absentiam propter impedimenta legitima legitime excusantes, præsente venerabili Bertholdô Babenbergensi Episcopô, procuratore prædicti Regis Bohemiæ, & contradicente quidem ipsis procuratoribus, sed ipsius contradictione, à principibus Electoribus omnibus, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus non admissâ, in dictum Ludovicum Comitem Palatinum Rheni, vestrum filium, una cum aliis principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota (prout jam dicti procuratores, in mandatis receperant) concorditer extitit compromissum: qui commissum hujusmodi in se recipiens, suô & dicti Henrici Ducis fratris sui, ac omnium aliorum principum, jus in electione habentium, auctoritate, & nomine in Rom. Regem, solenniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bavariæ, Comitum Palatinorum Rheni, ratione Ducatûs, pro unâ, in septem principum, jus in Electione Regis Romani habentium, numerô computatis. Hinc scil. velut Solis radiô scriptum habemus. 1. Controversum annô 1273, inter Ottokarum Bohemum, & Henricum Bavarum, *jus electionis* fuisse. 2. non nisi quatuor *Electorales* familias numeratas. 3. geminos annis 1257 & 1273, ex Bavaricâ familiâ *Electores* admissos. 4. eosdem non *Palatinatus Rheni* (prout nunc fieri solet) sed *Bavarici Ducatûs* (contra quam hodie fit) ratione votum emisisse. 5. adeo incommodam Rudolfi, ætate visam *electorum* multitudinem, ut *in Ludovicum Palatinum, principes jus in Electione habentes, compromittere* necesse fuerit.

Idipsum in Adolfi Nassovii, Rudolfo annô 1291 Septembris 30 denato, suffecti, Electione locum habuit; annô enim 1292, [1] *Primâ Maji electores reliqui electionem in Maguntinum, tum præsentem, transtulerunt: Maguntinus Comitem Adolfum* de Nassow, *cognatum suum elegit, consenserunt reliqui:* Nec multo post, anno nim. 1298 Iunii 23, vi præcedentis compromissi (quasi illibatum in perpetuum esse deberet) Moguntinus cum Brandeburgico, & Saxone, in Adolfum, qui Iulii sequentis secundo in prælio cecidit, Albertum primum Austriacum excitaverunt, his ad populum Moguntinum verbis usi; [2] *Nos Electores tres ex parte nostrâ, & ex parte reliquorum Electorum, qui in nos eligendi vota sua transtulerunt, jure ac Canonice Adolfum de Nassowe, tunc non cognoscentes meliorem, in Regem elegimus Romanorum,* &c. *auctoritate nobis commissâ, Adolfum Regem insufficientem invenientes, absolvimus eum à regiminis dignitate, & Dominum Albertum Ducem Austriæ, in Dominum, & Regem eligimus Romanorum,* &c.

Albertum [3] *Papa Bonifacius diu odiô prosequens, & læsæ Majestatis crimine reum dicens, tandem similiter in odium Regis Franciæ approbavit; Quem cum Papa contra Regem Franciæ instigare vellet, ille se hoc non facturum, nisi sibi & hæredibus suis regnum, & Imperium confirmaretur per sedem* (Henricum VII qui electionis morem abrogandum pronunciaverat, imitatus) *respondit,* &c. *tandem in contrarium resedit consilium. Recensuerunt enim quantum à tempore promotionis Rudolfi Regis, patris sui illa fuerit progenies exaltata, in servitutem redigi se timentes. Dixit ei Papa,* non fiet vivente ista Iezabel, *denotans Elizabet Reginam, quæ ex matre soror extitit Chunradini.*

Confessio anno 1308 Maji 1, à Ioanne nepote Albertô, [4] *Henricus Comes de Lutzelburg strenuus & acer, eodem annô in festô omnium sanctorum, à principibus*

[1] Annal. Colmar. parte 1.

[2] parte 2. Petrus Moguntinus A. D. 1314 Octob. 23. vide mea & Collectorum meorum prædictorum jus in ipsa electione habentium, ex potestate mihi per eos tradita & specialiter concessa, Ludovicum invocata spiritus sancti gratia in Rom. Regem eligo.

[3] Albert. Argent.

[4] Ibidem.

tipibus concorditer in Francfurt est electus, & Aquisgrani insequenti annò in Epiphaniâ coronatus; annò vero 1313 Augusti 24, venenô sublatus, novis eligentium rixis locum fecit, *in discordiâ* hinc Ludovicô Bavarô, Alberti ex sorore nepote, à quinque principibus Petro Maguntinô, Balduini Trevirensi, Ioanne Bohemo, Waldemaro Brandeburgensi, Ioanne Saxone; inde Friderico Alberti filio, à duobus, Henricô Colonienſi, & Rudolfô Palatinô, qui cum aliis non *convenerant*, *sed in suô* seorsim *exercitu* egerant, Regibus salutatis; nec ante cruenti inter æmulos principes duelli finis fuit, quàm Fridericus (profligato ad Muldorffium exercitu) anno 1322, Septembris 28 captus, annô 1329 Martii 13 feriâ 4, victori manus dedit, Elizabetham filiam Stephano ejusdem filio desponsavit, regium nomen abjecit, ac tandem annô 1330 Ianuarii 13 mortalitatem explevit.

Extra omnem sublatô æmulô aleam, posita videri poterat Ludovici dignitas, quam novo decretô annô 1338 Augusti 8, principes Francofurti congregati munierant, [1] *Imperialem dignitatem & potestatem esse immediate à solô Deô; Electum concorditer, vel à majori parte electorum, ex solâ electione pro verô & legitimô Imperatore, ab omnibus censeri & haberi* debere; *quicunque de cæterô, ipsum Ludovicum teneat excommunicatum; aut qui cessaverit à divinis propter sententias Papales, proscriptum esse corpore, & in rebus*, pronunciantes. Sed cum [2] Clemens VI, *processus Papæ Ioannis innovans, Ludovicum hæreticum & schismaticum* declarasset, *principes Electores ut Regem eligerent monuisset*, Gerlacum Nassovium *circa vigesimum annum agentem*, depositô Henrico de Virnenberg (*quod principi adhæreret & faveret*) *in Archiepiscopum Moguntinensem promovissent: provisus ab eô Gerlacus, ad villam Rens super Rhenum, ad feriam quartam, post Margaretæ, sub annô Domini* 1346, *ad eligendum Regem principes convocavit, ubi convenientes Balduinus de Luxelburg Trevirensis, Walderamus de Iuliacô Colonienſis, item Gerlacus de Nassowe noviter provisus, Moguntinensis Archiepiscopi; item Rudolfus Dux Saxoniæ, & Ioannes Rex Bohemiæ, & imperium diu vacasse decernentes, Carolum Marchionem Moraviæ, in Regem elegerunt Romanum; pro quô factô, prædicti Colonienſis & Dux Saxoniæ magnâ pecuniâ sunt corrupti.*

[1] Rebdorff.

[2] Albert Argent.

Hinc rursus accensæ ubique per Germaniam novæ turbarum faces, quas Ludovici, annô 1347 Octobris 11 denati, obitus nequaquam extinxit: *Ecce* enim *Henricus Maguntinus, Ludovicus Marchio Brandenburgensis, Rupertus Palatinus, cui in hoc alii duo consenserant, & Ericus Dux Saxoniæ* (*cui ex successione* patris sui, Senioris Rudolfo Duce, jus *eligendi competere dicebatur nihil mutandum quamvis Rudolfus Caroli electior, quædam dominia quibus principatum annexum asserebat*, se habere prætenderet) de eligendo Rege aliô, *cum electionem Caroli irritam asserrent, concordarunt; missisque per eos pluries solennibus nunciis ad Eduardum Angliæ Regem*, ipsi *electionem obtulerunt*; eodemque *propter litem cum Francô in festo B. Ioannis* 1348, *renovatam de electione de ipsô factâ, intromittere se nolente*, &c. *iidem principes Electores vocato Friderico Marchione Misnensi, abnepote quondam Friderici Imp. ex filia ejus, genero prædicti Ludovici principis defuncti, in principiô mensis Iunii, in Kans Bavariæ convenerunt, ubi inter eos actum est, quod idem Marchio* [3] *olim Imperatricem in uxorem duceret, & de Romano regnô ad eorum electionem intromittere se deberet. Oppidum quoque Nurenberg* (*ejectis potentioribus Regis fautoribus*

[3] Margaretam Hollandicam, quam *Beatricem* perperam vocat Albertus Beatricem Polonam A. D. 1321 denatam oblitus,

dicente populò se non consensisse in Regem) *Marchionem de Brandenburg pro Rege acceptavit.*

Post hæc Marchio Misnensis desistens, à propositò receptis à Rege Carolone decem millibus marcis, factò sibi homagiò, & exceptò ne contra filios defuncti principis faceret, à Rege ipsò feudorum imperialium investituram accepit; quamvis enim juvenis, arthriticò tenebatur, & infra biennium mortuus est. Cum Albertus Austriæ *Dux, Carolum Bohemum, Ludovicum Bavarum Marchionem in Brandenburg, & alios multos in Pataviam, ad Dominicam post Iacobi pro tractandâ concordiâ convocasset,* &c. *signa Imperialia aquilarum, Pataviæ hospitiis Bohemi inpicta, per familiam Marchionis, præsertim Hugonem Comitem de Honhenberg, stercoribus sunt deleta, & barræ in vicubus hospitiorum Bohemi violenter apertæ; factis autem & aliis terminis minime concordarunt,* &c. *Guntherus Comes de Schuartzenburg Thuringiæ, ætatis circa 45 annorum, vir robustus, bellicosus, strenuus & prudens in bellis, qui in servitiò Henrici Moguntini, & quondam Ludovici principis plurimum laboraverat, quique in pluribus conflictibus feliciter prævalens, propriis (capiendo, & talliando Barones) plurimum* fuerat *ditatus, à principibus Carolò contrariis, ni se intromitteret de regnò* rogatus est. *Qui primò renuens, tandem eò pactò annuit, si in Franckfurt, per principes, & nobiles sententiatum* fuisset, *vacare Regnum & Imperium, majorque pars principum, qui similiter per sententiam declarati* fuissent *jus habere, ipsum absque omni Simoniâ* elegissent *propter Deum; dicens se expositurum periculis, pro Deò & Imperiò corpus suum: Hoc factò cum exercitu suò in campò se*

[1] A.D. 1349. Ianuar. 16. fer. 6. *posuit juxta Franckfurt feriâ sextâ, post* [1] *Hilarii annò* 1349. *Convenientibusque inibi Principibus quatuor, & multis aliis Baronibus, & per sententiam decretò* Imperium vacare, & eisdem quatuor competere jus eligendi; *electus est in*

[2] Feb. 2. fer. 2. *Purificatione* [2] *per Henricum Archiepiscopum Moguntinum, Ludovicum Marchionem de Brandenburg, Rudolfum de Bavariâ, Palatinum Rheni,* (*annuente Ruperto suò fratre, & captò tum Ruperto fratrueli eorum*) *& Ercsum Ducem Saxoniæ in Regem Romanorum; eumque idem Guntherus per sex hebdomadas potenter jacuisset in campis Franckfurt, more regio per eandem civitatem est receptus, aliaque civitates in Wederaugiâ eum similiter receperunt.*

[3] Feb. 22. [4] Rudolfus Imp. Iuttæ parer, quæ Venceslao Regi nupsit, ex Iutta nata Elizabeth Ioannis Regis uxor, Caroli mater: rursus Mathildis Iutræ soror Ludovici Palatini uxor Rudolfum peperit Rudolfi patrem, Annæ quam Carolus duxit avum. [3] Anna Elizabethæ sororHenrico Carinthiæ Ducinupta, Annæ, quam Rudolfus Patrimus Annæ pater dixit, parens fuit. [5] Mart. 22.

Intelligens autem Carolus Guntherum jacere in campo, ad Rhenum se transferens, Trevirensem & Colonien sem Archiepiscopos, Leodiensem Episcopum, Ducem Brabantiæ, & alios Principes amicos allocutus est. *Scribens etiam Baronibus & civitatibus, quæ cum receperant, pro subsidiò, & quod in villâ* Castel *ex oppositò Moguntiæ castrametari vellet, Dominicâ* Esto mihi; [4] *ad quos locum & terminum Guntherus, quasi in derisum, torneamentum indixit. Carolus autem quia fuerat viduus, tractaverat cum Rudolfo de Bavaria Palatinò, qui Guntherum elegerat, de sponsalibus cum filia Rudolfi Palatini, quæ unica fuerat filia ex matre de Carinthiâ, & duxit eam uxorem; quamvis ipsi duo Carolus & Rudolfus, quondam Regis Rudolfi pronepotes fuerant, + ipseque Rudolfus & quondam uxor, mater sponsæ similiter fuerunt ejusdem Rudolfi Regis proneptes, super quo nunquam dicitur fuisse dispensatum; materque sponsæ & sponsus similiter liberi duarum sororum fuere. Cum autem Carolus pro tunc Guntherum præ potentiâ suâ & sibi adhærentium, invadere non posset; indixit Colloquium Spiræ ad Dominicam* [5] Lætare *tunc sequentem, de villâ* Castel *recedendo. Cumque Spiram venisset, convenientibus ibidem Treverensi, Gerlacò Moguntinensi,*

Eberhardo

Eberhardo Comite de Wirtenberg, multisque Baronibus & Civitatum nunciis, cum speraretur Guntherum in vicinô venturum, pro concordiâ inter electos tractandâ, prout Principes ipsi Gunthero scripserant, ipse scriptum spernens castrum Frideberg *obsedit, cujus castrenses sibi rebellabant, & tandem vicit. Post hæc in principio Maji infirmante Guntherô in Franckfurt, Magister Fridanckus famosus medicus, & Comitibus de* Nassowe *antiquitus familiaris, cum Gunthero potionem dedisset, quam asseruit eidem expedire; eam (licet invitus) ad mandatum Guntheri primo tentavit, & probavit ipsô præsente; post hæc Guntherus eam sumpsit. Statim Medicus in facie inceperat decolorari, & infra triduum moriebatur. Guntherus inflatus, quoad valentiam corporis statim inutilis est effectus; & creditur famulum medici injecisse potioni venenum,* &c.

Convocavit autem Rex Carolus exercitum ad Moguntiam in Majo, Moguntini enim sibi (in odium Henrici Archiepiscopi, qui eos læserat, & Franckfurtensium, à quibus Rex abstulerat nundinas dans eas Moguntinis) firmiter adhæserant. Intentio autem Moguntinorum fuit expugnare oppidum, cum castrô Altevill, *constructum per Moguntinum super Rhenum, ad duas leucas distans à Moguntiâ. Guntherus autem lethaliter infirmus, cum gente suâ in* Altevill, *apud Henricum Moguntinum tunc collocavit. Transeunte autem Carolô Rege Rhenum, ducenti equites Guntheri impetum facientes Carolum terruerunt; accelerantes autem equites Eberhardi de Wirtemberg, & quidam alii fugarunt eosdem; de quâ fugatione multi milites novi sunt creati. Veniens autem Marchio de Brandenburg sine gente, habitis tractatibus cum Rege Carolô de concordiâ, videns etiam Guntherum factum invalidum, negotium inter eos comportavit, ita quod Guntherο, pro renunciatione juris suæ electionis, data sunt viginti duo millia marcarum argenti, & duo oppida Thuringiæ Imperialia pro tempore vitæ suæ; quod ipse Guntherus (licet infirmus) difficulter consensit (si sanus fuisset, nullatenus consensisset) de Principum suorum Electorum (specialiter Bavarorum) perfidiâ multa conquerendo. Obiit autem ipse Guntherus post comportationem hujusmodi infra mensem, in* Franckfurt, *& in Ecclesiâ parochiali (ibidem præsente Rege Carolô) fuit cum lamentatione sepultus; quo sepulto Francofordenses in perpetuam memoriam, solenne (ut decet Regem) fecerunt sepulchrum. Rex Carolus ex tunc Franckfurtensibus omnia sua privilegia confirmavit, & nundinas restituit; datis sibi viginti millibus marcarum, quæ receptæ sunt à Judæis crematis ibidem,* &c. [1] *Marchioni* Ludovico *Comitatum Tirolis,* [1] Rebdorff. *& omnem terram quam tenuit in Alpibus concessit, & apud D. Papam obtinere promisit dispensationem, super matrimoniô, cum filiâ Ducis Carinthiæ, uxore Ioannis fratris Caroli, qui adhuc vixit, per ipsum de facto contracto, & quæ attinebat Ludwico prædicto in tertio gradu; ac multos alios casus apud sedem Apostolicam & alios terminare promisit, quorum tamen nullum terminavit: his & aliis paucis interpositis, Carolus & Ludwicus prædicti, facti sunt amici. Super hujusmodi compositionis negotiô, Carolus solennem ambassatam proposuit dirigere ad Dom.* Clementem *Papam; sed hæc legatio nullum sortiebatur effectum,* &c. *Rex* (enim) *Carolus communiter recognitus ab omnibus Principibus, & civitatibus in Alemanniâ Rex Romanorum, cum Reginâ uxore suâ nuper ductâ transiit Aquisgranum, ubi secundo coronatus est, & Regina secum* [2] *in festo* [2] Jul. 25. *B. Iacobi, per D. Archiepiscopum Colonien sem,* &c. id autem [3] *Archiepiscopus Mediolanensis scripsit Papæ, & literam quandam sibi direxit, in quâ narraba-* [3] Albert. Argent.

tur Regem Aquisgrani, ex novô consensu Principum electum, & coronatum in Regem ex vacatione quondam Ludovici Principis; de hoc Papa commotus scripsit Regi, sicque ambo manserunt.

Sic tandem blandimentis, prensationibus, multoque aurô pacem redimere coactus, artibus iisdem Venceslao filio natu majori summum (quô procedente tempore indignissimus apparuit) decus comparavit, [1] *annô* enim *Dom.* 1376 [2] *feriâ* 3, *infra hebdomadam festi Pentecostes*, [3] juvenculi vix ephebi, *electionem fieri procuravit per omnes Imperii Electores concorditer, non sine magnâ pecuniâ.* Cum autem anni 1356 Decembri mense, in frequentissimis principum Metis congregatorum comitiis, & *solenniore Curiâ, quam de aliquo Imperatore scribatur temporibus retroactis multis*, Bullam κάλ' ἐξοχὴν *auream* dictam ediderit, quâ accuratissime *Electorum* ad Septenarium numerum redactorum, πρεσβεῖα omnia, & officia, ad perpetuam memoriam describuntur; hinc tota, quanta quanta est, eorum dignitas, & Electionum quas tredecies exinde Francia Orientalis celebravit, forma repetenda est. Eos enim in luce clarâ cæcutire certum est, qui institutum à Gregorio V, Ottonis III consobrini rogatu, ante annum 999 Septemvirorum Collegium putant, nec Ottones Franciæ Orientalis regnum hæreditario jure possedisse, propinquis possidendum reliquisse, Gregorio septimo, quæ de quintô finguntur (coætaneis historicis atteſtantibus) tribui debere, vident. Immaturo certe interitu annô Christi 1002 incunte, vitæ 22 exeunte, necdum (quod sciamus) maritus Otto III cum decesserit, universam ejus hæreditatem sanguine per utrumque parentem proximus * Henricus *Claudus* crevit, quô fine liberis excedente, jure ex natalium prærogativâ potior Conradus + suffectus est. Quid Ottonem adolescentem, circumstantibus consanguineis stipatum, violatô naturæ ordine, everſoque ut Francici regni, sic gentium fere universarum primitivo instituto, novum jus condere necesse fuit, quod summam injuriam esse propinqui queri possent, populi turbarum seminarium volentes nolentes experirentur?

[1] Albert. Argent.
[2] Iunii 3.
[3] natus A. D. 1361 mense Martio.

* ab omnibus regni primoribus electus. *Otto Frisi. lib. 6. c. 27.*
+ ab omnibus si paucos *Lotharingos* Pelegrinum *Colonensem, Fridericum Dutem, cum aliis quibusdam* excipias. vide Wiponem.

Regnum Transrhenanum nonnisi *electione* deferri suasit primum, in Henrici IV caput, & patriæ communis perniciem armata annô 1077 factio, cujus inauditô antea molimine, velut classicô excitatus Henricus, non modo se non deservit malorum impendentium metu fractus, sed contra audentior ivit. Promiscuam Electorum turbam amovere annô 1125 coacti sunt, qui prius universos ad suffragia proceres vocaverant, sensimque contractus numerus, in septenariô (sed non ante annum 1300) subsistit; paulatim gradu motis quos initiô inter Electores sedere placuerat (si Matthæi Parisiensis interpolato forte loco fidem habere libeat) Salisburgensis locum occupavit Trevirensis, Bavariæ Ducis Palatinus Rheni Comes, usque nunc *Elector*, imo *Electorum Caput*; non qua Bavariæ Dux, ut olim, sed qua Palatinatûs Rhenani Dominus. Brabantini ἀξίωμα Bohemus (Henricô VII, ni fallor, in Ioannis filii, Bohemiæ Regis, gratiam, post annum 1308 decernente) invasit. Cum plures antea ex singulis familiis Electoralibus, Bavaricâ, Saxonicâ, Brandeburgicâ, una suffragium ferre placuisset, penès unicum ex unaquaque gente suffragii jus manſit; vixque à 300 annis, qui nunc inter Germanos (antea fere semper ancipites) obtinet ordo, rectô talô stetit; quicunque aliâ in sententia sunt, si fidem à nobis impetrare velint, consignatis nobiscum

nobiscum tabulis bona fide agant, nec nos nuda deinceps asseveratione (ceu fumo venali) ludificandos putent.

Archicancellarios per Germaniam, Moguntini; *per Italiam* Colonienses; *per Gallias* Trevirenses, ab annis circiter 400 inscribere se soliti sunt, sed (in aliâ omnia deducentibus, quæcunque videre hactenus datum est, antiquitatis monumentis) quò antiquiore jure nitantur, in hanc usque diem capere nequaquam potui. Sub Pippino per universas Gallias, & Transrhenanam Germaniam late dominante, non Episcopi, sed alii minoris dignitatis Clerici, Widimarus, Baddilo, Hitterius, Chartas & scripserunt, & recognoverunt, & sigilli impressione munierunt; sub Carolo Magno, Hitterius, Rado, Ercambaldus; sub Ludovicô Piô, Elizachar Gemmeticensis Abbas, Wulfardus, Fridigisus S. Bertini Abbas, & Theodoricus; sub Lothario Majore, Luithardus, Agilmarus Viennensis, Hilduinus SS. Dionysii & Medardi Abbas; sub Ludovico Germaniæ Rege, Grimoaldus S. Galli Abbas: sub Carolo *Calvô* Ludovicus & Gauzlenus S. Dionysii Abbates: sub Lothariô minore Ercambaldus: sub Ludovicô *Balbô* Gauzlenus: sub Carolo *Crasso* Luidwardus Vercellensis; sub Ludovico Arnulfi filio Theutmarus; sub Carolo *Simplice* Heriveus Rhemensis, Rotgarius Trevirensis, &c. sub Zuentiboldo Radbodus Trevirensis: sub Henrico *Aucupe* Rotgarius Trevirensis; sub Ottone primô Fridericus Moguntinus, Ambrosius, Heroldus, Wido Mutinensis Episcopus, Hubertus Parmensis Episcopus, Bruno Colonensis, Willelmus & Hatto Moguntini: sub Ottonibus secundo, & tertio, & Henrico *Claudo*, Willegisus Moguntinus; sub Berengariô primô Ardingus Episcopus; sub Hugone & Lothario Boso Placentinus Hugonis nothus; sub Berengariô secundô, & Adalbertô, Bruningus Episcopus; sub Henricô *Claudô*, Ercambaldus Moguntinus; sub eodem & Conrado *Salico*, Aribo Moguntinus; sub Conrado eodem Bardo Moguntinus; sub Henrico *nigro* & filio, Bardo, Luitpoldus, Sigefridus Moguntini, & Hugo Vesuntionensis; sub Lothariô Adalbertus Moguntinus; sub Conrado III Adalbertus idem, & Henricus Moguntini; sub Friderico I, Raimaldus & Philippus Colonienses, Henricus & Arnoldus Moguntini, Hubertus, Stephanus & Willelmus Viennenses; sub Henrico VI, Conradus Wirceburgensis; sub Friderico II, Humbertus Viennensis.

Tom. 4. Franc. script. p. 578 & 727 de solo Colon. exempla habet ad A. D. 1161. & Butkenius in *trophæis Brabant.* probat. p. 76. 85.

Post Friderici II tristes exequias, (dissiliente in partes per turbatissima tempora maximi principis diversimode coagmentato Imperio) regias Chartas nullas, sive à Moguntino, Colonensi, & Trevirensi, per se; sive *ad eorum vicem*, ab aliis scriptas, recognitas, consignatas reperio; eum nec hæreditariô ad *Archicancellariatum* jure, trium sedium nunc *Electoralium* præsules ante vocati sint; sed pro principis cujusque arbitriô, modo hic, modo ille, sive ad tempus, sive ad vitam, quicquid ideò muneris exercuerint; nec qui pro tempore ad Archicancellariatum evecti sunt, per Germaniam solam, aut

* Charta Friderici I pro Ecclesiâ Massiliensi. Ego *Christianus Cancellarius, vice D. Rainaldi Colon. Archiepiscopi & Italiæ Archicancellarii recognovi. Actum quoque est anno Dom. Incarn.* 1164 *Indict.* 12. *regnante D. Friderico Rom. Imp. gloriosissimo, anno regni ejus* 12 *Imperii vero* 8. *Datum apud S. Salvatorem juxta Papiam* 15 *Kal. Maji* & pro Lugdunensium Archiepiscopo Heraclio

Godefridus Imperialis aulæ Cancellarius, vice Philippi Colonensis Archiepiscopi, & Italiæ Archicancellarii recognovi. Acta sunt hæc anno Domini Incarn. 1184 *Indict.* 3. *regnante D. Friderico Rom. Imp. gloriosissimo anno regni ejus* 33. *Imperii vero* 31. *Datum in villa S. Zenonis juxta Veronam* 3 *Kal. Novemb. feliciter, Amen.* horum in Italia cum principe constitutorum exemplo, alii qui eam ne ad momentum viderunt, titulo eodem (non sine abusu) insigniti sunt, cum Philippus ante Rainoldi A. D. 1167. *in vigilia assumptionis B. Mariæ* denati obitum Archicancellariatu donatus, *majorio Ecclesiæ* Colonensis *Decanus* tantum fuerit, eumque absentem *cum adhuc in Italia teneretur*, jamque Archicancellarium ageret, *pontificem sibi Colonensis Ecclesia* (Godefridô Monacho teste) elegerit. Rainaldum vero antequam Fridericus Colonensis decessisset, A. D. 1247, Cancellarium fuisse Radevicus lib. 1. c. 11. docet.

aut Italiam, aut Galliam principibus Transrhenanis subditam, sed per omnes omnino principi suo subjacentes provincias, potestate ubique pari demandato munere functi sunt; nec si Ottonum Imperium per quatuor; Conradi *Salicii* ac posterorum ad Henrici sexti tempora, per quinque; Henrici & Friderici secundi per sex regna porrectum sit; alius Germaniæ, alius Lotharingiæ, alius Burgundiæ superioris & Provinciæ, alius Langobardiæ, alius Siciliæ cis & trans Pharum, alius Romanorum Cancellarius fuit; sed unus idemque eodem tempore omnium æquò jure, *ad* cujus *vicem* alii pro regionum diversitate servierunt.. nec denique si ab annò 950 ad 1190 Moguntini tredecim, ab anno 919 Trevirensis unus, ab anno 953 Colonienſis unus, Regum suorum Cancellariæ præfecti sunt, potiore (ut præfecturam suam ad successores transmitterent) jure fuerunt, quam Vicennenses complures, aut Sanctorum Dionysii, & Galli Abbates, quos consimilis dignitatis apex in altum extulit. valeat igitur sonorus, sed nequicquam blandus, titulorum ad inanem pompam comparatorum, quique nihil nisi *rationis Entia* sint, tinnitus; nec cuiquam deinceps præcipuæ Claritudinis pontifices, emendicatis à postremorum sæculorum fæce pigmentis, unctitare volupe sit.

Invectâ in Franciæ Orientalis regnum Electione, optimum decussi Regalis apicis, succisorumque Majestatis nervorum præmium, intemeratam cum æquabili ordinum universorum libertate concordiam, se reportaturos speraverant Transrhenani proceres; sed quæ annò 1077 à tumultibus ceperat avitæ successionis abrogatio, alios ex aliis pro re natâ, ad annum 1350 tumultus sevit; populos prensatorum palpò, non delinitos, sed in furorem actos, mutuâ sæpius cæde confecit, rempublicam in sua vulnera conversam prope pessum dedit; proceres identidem inauditis antea probris, ex quibus vix unquam defunctorum fama emergat, oneratos *venditæ aurò patriæ Dominorumque potentium*; per nefas *impositorum*, reos (si qua historiæ
[1] Matth. Paris. fides) peregit. [1] Quâ *pecuniâ corrupti* Conradi Fridericò II nati milites, eum A. D. 1246 Augusti 6 *turpiter reliquerant*: eadem annò 1247 *ad Friderici* ipsius *confusionem collectâ, diligentissime procuratum, ut Willelmus Comes Hollandiæ, in Regem Alemanniæ eligeretur*: annò 1257 de Richardò Cornubiæ Comite, à Germaniæ procerum parte Rege salutatò invidiosè scriptum, *Nummus ait, pro me nubit Cornubia Romæ.* Annò 1314 [2] *Rudolfus*
[2] Rebdorff. *frater* Ludovici IV, *acceptâ pecuniâ à Ducibus Austriæ, contra fratrem elegit*
[3] Albert. Argent. *Fridericum.* Annò 1346 *pro* [3] Caroli IV electione Waldcramus *Colonienſis*, & Rudolfus *Saxoniæ Dux magnâ pecuniâ sunt corrupti.* Annò denique 1376 Carolus Wenceslai filii *electionem fieri procuravit, non sine magnâ pecuniâ.* Sic nonnunquam (glisscente turpis inter factionum principes lucri spe) & decus, & regnum, regina pecunia donavit: Nonnunquam potentiores (ut annò 1273) ostentatæ à regnaturò affinitatis pollicitatio expugnavit; nonnunquam eosdem, hinc ambitorum veneficium de mentis statu dejecit; inde injustum Christianò indignæ vindictæ desiderium pellexit, eoque dementiæ iratos compulit, ut miserandum in modum scissam patriam ferro flammaque depasci, quam sub exosò capite concordem, universis pacis bonis frui mallent. Quanto tutius & gloriosius regnant, qui potestatis hæredes certos; non scriptos, sed natos; ipsaque naturæ lege ad successionem suò tempore vocandos, ceu firma præ aliis omnibus imperii munimenta

menta nacti, eos ab ipsis cunis subditos, ceu traditam à summô rerum parente familiam, regere, præcipuaque caritate complecti docent? quanto felicius reguntur, qui nonnisi in purpurâ genitis, regiâ arte cum ipso lacte imbutis, committendi, nihil in se humano arbitrio permissum norunt, sed principes suos ab ipsa (ut sic dicam) Dei manu suscipiunt? Etsi *acclinis falsis animus meliora recusare* videatur, an Germaniæ populos, qui (veterum Gotthorum exemplo) Reges suos eligunt, Hispanis hodiernis, qui Francorum nostrorum more vivunt, beatiores putes? Non opinor, nisi forte *infamire parans certâ ratione, modoque*, turbatæ reipublicæ morbos, infestaque male affectorum in Regiam potestatem molimina, ipsi primævæ regnorum sanitati (quod peritis medicorum filiis nunquam evenerit) anteferenda pronunciare audeas.

IV. VINDICIARVM CAPITIS EVERSIO.

Vind p.28.

CVm Reges Christianissimi universos fere, qui progeniem dederunt Caroli Magni liberos atavos habeant; etsi *Philippum* IV *à Caroli Lotharingiæ inferioris Ducis* filiabus, *cum* quadam *natalium prærogativâ ante Regem* nostrum *oriundum* demus; nec *Salicam* (quæ tibi nota nunquam fuit) *legem explodendam*, nec *hodiernum Hispaniæ Regem à Carolo Magno per feminas pluries ortum*, nec *jus illi potius ad omnes Magni Imperatoris ditiones* esse (contra quam putas) obtinebis. Ne dubites, indicatis Carolinis Capetinæ gentis fontibus, incolumi re capite non esse evincemus primum, ac exinde congestorum toto IV Vindiciarum tuarum capite commentorum accuratiorem refutationem aggrediemur.

I. *Carolini Capetinorum Principum atavi.*



Habes

Habes (Chiffletì) non unum aut alterum Austriacis principibus addicendum, sed XXVIII Carolini sanguinis fontes, Regibus nostris suo jure recludendos, ut præ aliis omnibus quicquid à Magni Imperatoris stirpe illustre per octo sæculorum decursum manavit, suum ducant; totoque Orbe (velis nolis) Christianæ nobilitatis principes habeantur, qui nullas ab annis octingentis matres nisi Carloyingas (Deo optimo maximo sic providente) nacti sunt. Audiamus nunc quid contra mutire audeas.

II. *Chiffletianæ dissertationis, de Caroli Lotharingiæ inferioris Ducis hæreditate, Censura.*

Carolum Lotharingiæ inferioris (vulgo de Lothier) *Ducem, Lotharii Regis fratrem, Ludovici* V *patruum, adeoque jure* sanguinis (nisi magna de se ac posteris Francorum pene universorum stomacho fastidia movisset) hæredem futurum, ut tecum fatemur; sic *ex priore conjuge Bonâ Godefridi Ardennensis sorore, Othonem, Gerbergam & Ermengardim; ex altera Agnete, Heriberti Comitis Trecarum filiâ, Ludovicum & Carolum suscepisse* eundem lubentes agnoscimus. At *Ludovicum & Carolum* vel *gemellos*, vel *in Aurelianensi carcere natos*, contra stante Concilii anno 991 Iun. 17, in S. Basoli monasterio congregati auctoritate) admittere nequaquam possumus. *In puericiâ diem functos*, (ut ut *Magni Chronici Belgici paginam* 83, Tiliumque nostratem sententiæ tuæ patronos laudes) fidem non facis, adversus antiquiorum *Capite primò §.* 3. citatorum constans testimonium. Sed iis *assentiri non vis, quos absque fundamento* scripsisse putas, Caroli, & Agnetis liberos *à Francis pulsos, ad Romanorum Imperatorem in Germaniâ fugisse*: nec me dissentientem habebis, si *absque fundamento* scripsisse tam facile probaveris; quam promptum est capere, nec *in Germaniâ* esse potuisse, quos *Aurelianis natos*, imo ab ipso natali, carcere clausos fingis, nec iis *in Germaniâ fugæ* se committere licuisse, qui necdum *in Germaniâ* fuerant, in ipso fere Galliæ meditullio positi: Cur vero *qui pulsos ajunt, absque fundamento* locutos censes? *nimis tenelli adhuc erant, & in ipsius Capeti potestate*; at hîc rursus tibi somnia fingis, idoneo nullo testimonio munitus: Æque falso garris, *eô* Capetum *furore in Carolinum sanguinem exarsisse, ut ne illegitimo quidem parcitum voluerit*: quis enim tibi, quod *traditum* mones, tradidit? *Edmundus Dinterus Brabanticarum rerum historiographus, Philippo Bono Burgundiæ ac Brabantiæ Duci, tribusque ejus decessoribus à Secretis, in Chronico suo ante annos ducentos exarato lib.* 3. *c.* 1. Non quæro, quo tempore, vel scripserit, vel scribere desierit, sed quam vera retulerit; nec mea refert, an [1] *ante* 200 *annos Chronicon suum exaraverit*, cum 460 post oppressas à Capeto Rege Caroli Ducis spes, aperte falsa, vel confixerit, vel ab aliis conficta venditare ausus, suo se (soricis instar) indicio prodat; *Hugonem Caroli genus omne eradere de Francorum regno cupivisse* fabulatur; quo argumento persuasus? *collecto Concilio in urbe Rhemensi, fecit degradari Arnulfum consobrinum ejus, natum ex concubina, quem ipse Carolus Episcopum Rhemis substituerat.* Atqui singula hæc falsa sunt: Nam 1. *Concilium in urbe Rhemensi collectum* non est, sed in vicinia, in Basilica nimirum S. Basoli. *Congregata est* (inquiunt [2] Acta) *Synodus in Rhemensi territorio &c. XV Kal. Iul. collecti sunt in Basilica Domni Basoli, Confessoris Rhemorum Diœcesani.*

Vindic. p. 41.

Adæmarus Cabanensis Ludovico Caroli filio coæraneus fuit.

[1] Vind. p. 48.

[2] cap. 1.

fanci. 2. Cum Arnulfus sponte abdicans *degradatus* non sit, Regemque quod factum non est, *fieri* feciſſe, vel somniare absurdum sit, *Arnulfum degradari* nec *fecit* Rex, nec (ex hypotheſi) facere reipſa potuit: Arnulfum
[1] cap. 53. c. 51. ſe ſacerdotio privari popoſcit. *abdicaſſe* diximus, *Reſignat* (inquiunt [1] Acta) *Regi, quæ à Rege acceperat. Deponit quoque ſacerdotalis dignitatis inſignia apud Epiſcopos, non quidem exigentes, nec retinere cupientes, ſed iis quorum intereſt, in futurum reſervare diſponentes: deinde libellum ſuæ abdicationis, ſecundum exemplar abdicationis prædeceſſoris ſui Ebonis, perſcribi rogat, perſcriptumque hoc modo in medio conventu recitat.* Ego Arnulfus, &c. [2] *quo perlecto, ita ſubſcripſit.* Ego Arnulfus
[2] cap. 54. quondam Archiepiſcopus ſubſcripſi. *huic libello Arnulfi præſentes Epiſcopi teſtes adfuerunt, atque ab eo rogati ſubſcribere, ſubſcripſerunt, ac ſigillatim illi dixerunt,* Secundum tuam profeſſionem & ſubſcriptionem ceſſa ab officio. *Poſt hoc, Clerum & populum à ſacramentorum nexu abſolvit, ut omnibus libera facultas in alterius tranſmeandi jura pateret.* 3. Arnulfus Caroli *conſobrinus* non fuit, ſed ex fratre *nepos*, ex matre præter Canones ducta repudium paſſa, eoque ipſo inter *concubinas* (impropriè ſumpta voce) relata natus, prout capitis primi §. 4. docuimus. 4. Arnulfum *Rhemis Epiſcopum ſubſtituere* Hugo & Robertus Reges, non *Carolus*; Decretum electionis audi: *Nos qui dicimur Epiſcopi diœceſeos Rhomorum Metropolis, cum omni Clerô, diverſi ordinis*
[3] Hugone & Roberto. *populo acclamante, orthodoxis Regibus* [3] *noſtris conſentientibus, eligimus nobis in Præſulem* &c. *Arnulfum*, &c. *à factione tyrannica remotum*, &c. Audi Arnulfi ipſius Chirographum, *Ego Arnulfus gratiâ Dei præveniente Rhemorum Archiepiſcopus, promitto Regibus Francorum Hugoni & Rotberto me fidem puriſſimam ſervaturum, conſilium & auxilium, ſecundum meum ſcire & poſſe, in*
[4] Carolum. *omnibus negotiis prabiturum; inimicos* [4] *eorum nec conſilio, nec auxilio, ad eorum infidelitatem ſcienter adjuturum.* Audi Hugonis Regis epiſtolam ad Ioannem Papam. *Arnulfus Regis Lotharii (ut dicunt) filius, poſt graves inimicitias, ac ſcelera, quæ in nos Regnumque noſtrum exercuit, loco parentis adoptatus eſt à nobis, ac Metropoli Rhemorum gratis donatus, juſjurandum præbuit, quod contra præterita & futura valeret ſacramenta; libellum fidelitatis ſub nomine Chirographi conſcripſit, recitavit, corroboravit, corroborarique fecit: Militesque ac omnes cives jurare coegit, ut in noſtra perſiſterent fide, ſi ipſe aliquando in poteſtatem*
[5] Concil. in Baſilica S. Baſoli. c. 30. *hoſtium deveniret.* Hinc Guido Sueſſionenſis [5] Arnulfum ipſum alloquens. *te ad Dominorum tuorum præſentiam ire monui, per fidelitatem quam eis promiſeras, per omnia ſacramenta quæ ipſis præbueras; unde perjurum te eſſe negare non potes, per Chirographum cui ſubſcripſiſti, & omnes nos ſubſcribere feciſti,* &c. *quodnam tibi ſacramentum potius ſervandum foret, requirebam, ſcilicet quod Regi & Domino tuo ſponte dederas, aut quod hoſti armato invitus dare debueras? tria autem erant ſacramenta, quæ nulla arte, nullo ingenio effugere poteras, Primum quo te obligaſti, ut pro nullo à te factô, vel faciendo ſacramento à fidelitate Dominorum noſtrorum recederes:* & Arnulfus Aurelianenſis pro-
[6] cap. 52. reo ad Burchardum Comitem verba faciens, [6] *ſufficiat vobis hoc tantum noſſe, quod publice confitetur, ſcilicet ſacramenta quæ Regibus publice præbuit minimè*
[7] cap. 53. *conſervaſſe.* & paulo poſt converſa ad Arnulfum oratione, [7] *proſternere coram tuis Dominis, coramque tuis Regibus quos inexpiabiliter offendiſti.* nec aliter Gerbertus epiſtolâ ad Wilderodum Argentinenſem datâ. *poſt obitum beatæ memoriæ Adalberonis, à ſolo Adalberone Epiſcopo Laudunenſi reconcilia-*

tus,

tus, spe obtinendæ pacis, Metropoli Rhemorum donatus est, acceptis ab eo terribilibus sacramentis, & libellari professione pro fide suis Regibus conservandâ, quam & vivâ voce in conventu Ecclesiæ recitavit, & propriâ manu subscribendo corroboravit.

Hugonem *eradendi Carolini generis* spe, Arnulfi dejectionem procurasse non unus finxit Dinterus, idipsum somniavit Annalium nescio quorum ineditorum [1]: ipsaque luce indignissimorum compilator, & Hugo Floriacensis ad [2] annum 997 his verbis usus, *Hugo Rex invidebat ei, volens exterminare progeniem Clotarii Regis*; hos autem omnes strenue mentitos constat; Dinterum multiplicis falsi reum jam peregimus, Hugonis errore paris, imo infeliciter fœcundi portentorum parentis, hallucinationes notasse refutasse fuerit: quid enim figmentis ejus absurdius? 1. Ludovico [3] (inquit) *successit Carolus frater ejus, filius Clotarii Regis*; atqui nec Ludovico *successit* primus occupante Hugone, nec Ludovici *frater, Lotharii filius* fuit Carolus, sed illius *patruus*, hujus *germanus*. 2. *rebellavit contra Carolum Hugo Dux Francorum, eo quod accepisset Carolus filiam Herberti Comitis Trecarum.* Atqui nec proprie *rebellavit*, nec *rebellare* potuit Hugo, antequam de invadendo regno Carolus cogitaret, Ludovico suffectus: imo nec ob *acceptam Herberti filiam*, quam annis aliquot ante Lotharii excessum, per eam Ludovici & Caroli parens effectus, duxerat, *contra Carolum* (si *rebellavit* unquam) *rebellare* potuit. 3. Carolo *in custodia Aurelianis in turri, genuit uxor sua filios duos Ludovicum & Carolum.* Atqui Ludovicus antequam in Hugonis manus incideret pater, non modo natus, sed grandiusculus erat; prout [4] ex inserta Synodi in S. Basoli æde congregatæ Actis Rainerii Vicedomini interlocutione liquet. 4. *Eôdem anno unctus est in Regem Hugo*; atqui ante triennium, 12 à Ludovici dormitione die *unctus* fuerat. 5. *Congregavit in urbe Rhemensi Synodum Hugo.* atqui extra urbem *in territorio congregavit.* 6. *fecit degradare Arnulfum dolo nepotis sui* Caroli. Atqui nec Arnulfi, nec Hugonis *nepos* Carolus, sed illius *patruus*, hujus consobrinus; nec *degradatus* Arnulfus, sed sponte abdicavit. 7. *Seguinus non consensit in degradatione Arnulfi, alii vero Episcopi (licet inviti, tamen propter timorem Regis) degradaverunt Arnulfum.* Atqui Seguinum cum aliis XI *testibus Confessoribus suis, judicem delictorum suorum sibi constituit* Arnulfus abdicans, idemque *rogatus* pœnitentis *Chirographo subscripsit*, imo se *indignum* profitenti *dixit cessa ab officio.* hinc A. D. 995 Iulii 1, qui Concilio in S. Basoli monasterio congregato interfuerant, [5] in Seguini *præsentia Arnulfus seipsum sacerdotio exuit.* 8. *Seguinus plus timens Deum, quam terrenum Regem, noluit consentire Regis nequitiæ, sed magis in quantum potuit redarguit ipsum Regem; propter quam causam ira Regis contra eum efferbuit*; Atqui nec Rex à perjuro & læsæ Majestatis reo meritas pœnas reposcens, *nequam* dici debuit; nec ulla causa fuit cur contra Seguinum, qui Arnulfi abdicantis Chirographo cum collegis subscripsit, *ira Regis efferveret.* 9. *Misit Papa* Ioannes *Leonem Abbatem ad Seguinum Archiepiscopum, qui vice sua in urbe Rhemensi Synodum congregaret, mandans illi ut sine dilatione revocaret de carcere Arnulfum, & degradaret Gerbertum.* Atqui nec *ad Seguinum*, sed adversus eum & collegas, *missus est Leo Abbas*; nec mandatum de Synodô *congregandâ, revocandô* Arnulfo, *degradandô* Gerberto suscepit Seguinus; nec (si suscepisse fingamus) executus est, cum Collegis qui Ar-

[1] Annal. Metenſ.
[2] & ex eo Aimoini contin. lib. 5. cap 45.
[3] Tom. 4. Franc. p. 142.
[4] cap. 30.
[5] apud Baron. Card. A. D. 991. §. 10.

nulfi judices sederant, Ioannis Papæ sententiâ *à sacrâ communione suspensus.* Sic enim ad eum Gerbertus, [1] *Romæ dicitur esse, qui ea quæ damnatis justificet, & quæ justa putatis damnet,* &c. *Non* [2] *à sacra communione (quasi criminosi confessi vel convicti) suspendi debuistis; neque vero (veluti rebelles & refugæ) qui sacrosancta Concilia nunquam devitastis; maxime cum actus & conscientia sit pura, neq; legalis sententia damnationis in vos sit lata, nec legibus inferri possit* &c. *Valete,* [3] *& à sacrosanctis & mysticis suspendere vos nolite* &c. *repellenda est falsa accusatio, & contemnenda illegalis judicatio; ne dum volumus videri innocentes, coram Ecclesia efficiamur nocentes.* 10. *Collecto Concilio iterum in urbe Rhemensi, ex jussione Apostolicâ revocatus est Arnulfus de custodiâ, & cum honore magno receptus est in patria sede:* Atqui nec *iterum Collectum in urbe Rhemensi Concilium*, ubi ante congregatum non fuerat, sed in locô vicino, *Beati* scilicet *Basoli* monasterio; nec tunc *revocatus*, aut *in patriâ sede receptus* Arnulfus, sed post Ioannis Papæ & Hugonis Regis dormitionem, sub Gregoriô v & Robertô. Hinc datâ post solutum Concilium ad Ottonem III epistola Gerbertus. [4] *Minori sumus affecti curâ, ob legationem Leonis Abbatis, vobis directam super illo Arnulfo* &c. *novi ingenitam vobis benevolentiam, talibus ausis & velle, & posse obsistere: Et quoniam noster Leo iter suum ad vos intenderit volando (ut ipse scripsit) 6 Id. Sept. quando primum allata venit epistola, iniquis (ut credo) memorata ventis, nihil super Arnulfo consultum est. Sed secum fert alia, ut magnis inventa ingeniis, sic magnis finienda consiliis*: quia scilicet [5] *Leo ut absolveretur* Arnulfus *obtinuit, ob confirmandum Regis Roberti novum* (cum Bertâ Odonis Comitis relictâ) *conjugium.* Nequaquam restitutum à Leone & Seguinô Arnulfum, coætaneus Aimoinus ex professo docet, *occasio* [6] (inquit) *se præbuit, ut rogatu ac precibus gloriosi Regis Rotberti, Romuleam repedaret ad urbem* (Abbo Floriacensis, qui annô 991, Arnulfi Archiepiscopi patrocinium suscepérat) *præcipua vero earum, pro quibus directus est, causarum, hæc fuit; quia Arnulfus Rhemorum Archiepiscopus, absque justâ audientia sede suâ privatus, custodiæque fuerat mancipatus. Ob hoc Gregorius, qui Ioanni in Apostolicâ successerat sede, non solum nobilitate generis, verum etiam probitate clarus mentis, toti regno Francorum anathema se invecturum comminatus est: hac igitur ex re, Italiam repetere servus Dei cogitur* &c. *Regressus honorabilis Abbo, ad Regem à quo missus fuerat; cuncta pro quibus ierat perfecta nunciat, Arnulfum Rhemensem custodiâ exemptum pontificatui restituit; pallium illi à Domnô Papa directum reddidit:* quod suis ad Papam literis apertius declaravit. *vestri* (inquit) *animi sensa, fideliter, simpliciterque (ut præcepistis) deprompsi: nec animo sitatem Regis perhorrui; dum fidem quam vobis promiseram, ex asse servavi; quandoquidem nihil addidi, nihil minui, nihil immutavi, nihil reliqui. Horum omnium ipse Arnulfus è custodiâ liberatus, & absolutus testis est; cui vestrum pallium coopertum obtuli, quomodo illud acceperam ex sanctis manibus vestris.* 11. *Gerbertus intelligens, quòd injuste pontificalem dignitatem suscepisset, pœnitentiâ ductus est.* At contra, sibi [7] *formidanti, & reluctanti, à Gallicanis Episcopis, sacerdotii onus, sub divini nominis obtestatione, impositum* constanter protestatus, eos *qui Arnulfum suæ sedi restituere quærebant, ad regni confusionem* quærere queritus est. 12. *Residens in urbe* Ravennâ *pontifex quamplurimos annos* Gerbertus, *defunctus est Papa urbis Romæ,* Gregorius V. At Gerbertum unico annô Ravennatem Ecclesiam

[1] apud eundem A. D. 992. §. 43.
[2] §. 47.
[3] §. 48.
[4] Tom. 2. Franc. p. 835.
[5] Ibid. p. 816.
[6] de Abbonis vita Tom. 4. Franc. p. 129.
[7] orat. ad Synodum Mosom. apud Baron. Anno 995. §. 6.
[8] Tom. 2. Franc. p. 826.

tesiam texisse, insculptum Gerberti tumulo epitaphium docet his verbis, *Ravennatis meruit conscendere summum Ecclesiæ regimen; nobilis atque potens, Post annum Romam mutato nomine sumpsit:* crediderim tamen solidum biennium sedisse, siquidem annô 997 April. 28, *Indictione* x, à Gregorio v (annô 996 Iulii 16, feria 1, ordinato) pallio donatus, eidem annô 999 Februarii 18, feria 4, denato *mox* suffectus est. Rubens hist. Raven. lib. 5. p. 273.

Hoc auctore, quem somnorum in patriâ (cum de Hugone, & Arnulfo, quem *traditorem cognominatum*, ætate suppar, ex S. Vitoni Virdunensis monacho Flaviniaci Abbas Hugo notat, scriberet) versatum negare non potes, fretus; & Dinterô quem vel senectute, vel temere concepto in gentem nostram odio despuisse certum est; Optimi suo tempore principis famam vellicare audes, tenebrio, nec te pudet immeritum (650 postquam in Dominô dormivit annis) contumelioſe lædere, quasi *furore exardescens, Caroli genus* universum *exterminare, & eradere voluerit.* At ei Caroli, Lotharii & Ludovici Regum, & Francorum judicio dejecti, liberos ab omni regni spe depulisse satis fuit; nullius vitæ insidiatus est; in Veromandicam familiam, quæ tota Carlovinga, & Caroli Ducis partibus implicita, ne digitum movit: Arnulfo sub custodia (ne ullas deinceps turbas cieret) posito clementer pepercit, nec ullo hostium sanguine purpuram suam respersit. [2] *Cum* Arnulfus *in modum crucis prostratus, pro vitâ & membris ejulatu, quô poterat, supplicasset; in lacrymas & suspiria Synodum totam convertit. Moxque Daibertus Bituricensium Archiepiscopus, ad genua principum obvolutus, humillimas preces omnium pro salute viri obtulit.* Quid autem illi? *pietate flexi*, vivat (*inquiunt*) vestro beneficio, nostraque degat sub custodia, nec fertum, nec vincula metuens, nisi forte in fugâ spem posuerit. *Cumque hoc dictum Episcopis non satis placuisset, quippe qui putabant adolescenti fugam facile posse persuaderi, quam ob rem mortis legibus iterum subjaceret. Iterarunt preces, & iterum obtinuerunt, juvenem minime gladiô feriendum, nisi iterum dignâ ultore gladiô committeret. Elevatus itaque à terrâ, nihil grave ultra metuit.* Post annum sextum [3] permittente Robertô Rege, à Floriacensium Cœnobiarchâ Abbone *custodiâ exemptus* (non *vinculis*, quæ nulla fuerant, unde Hugo Floriacensis, *alligatum in carcerem retrusum, alligatum in carcere Aurelianis civitate, ibi tribus annis mansisse* scribens, falsi coarguitur) *pontificatui* suo *restitutus* est, quem ad [4] annum usque 1023 tenuit, [5] Martii 5 denatus. Vbi (nisi forte in te furiis agitato) Capeto, posterisque impactus *furor?* dic sodes Chiffleti. Regum nostrorum Clementiam mirari debes, truculentam & sanguinis avidam duritiem, quâ semper & caruerunt, & (per Dei gratiam) carebunt, exagitare jure nullô potes.

[2] Synodi ali S. Basoli ædē congregari c. 13.

[3] vita Abbonis c. 12.

[4] Alberic. Chartul. [5] S. Remigii.

Historiæ Arnulfi à multis depravatæ, paucissimis autem cognitæ summa.

A. D. 986 Cum denatô Martii 2, feria 3, Lothario Rege parente, Laudunum Clavatum natalem urbem invasisset, & Adalberonem Episcopum sub custodiâ posuisset Arnulfus, à Galliæ Episcopis damnatus est.

987 Iunii 22 Ludovicus Rex denatus est: Iulii sequentis 3, feria 1, Rhemis

Rhemis Rex Hugo unctus, occupatum à Carolo Duce Laudunum irritô conatu obsedit. Montem Acutum expugnavit, Suessiones usque excurrit.

988 Ianuarii 1, Robertus Aurelianis unctus est, & quinto proxime sequente, Adalbero Rhemensis denatus; huic suffectus ab Hugone, & Roberto Arnulfus, quem * Adalbero Laudunensis *reconciliaverat solus*, Sacramenti Regibus dicti immemor, *septimô* post ordinationem *mense* (Rhemos ejus jussu prodente Adalgerô presbyterô) Laudunum à Manasse & Rotgariô Comitibus se perdueendum permisit: ibidemque *Rhemensis urbis prædatores*, qui nihil nisi eô consciô & probante aggressi fuerant, *excommunicavit*; anathema Synodô quæ Silvanectis habita est confirmante.

* epist. Gerberti ad Wilderodum Argentinensem, sed ex Concilii in S. Basoli æde congregati capite 5, à Brunone Lingonensi conobrino, qui *seipsum in pignus obsidis dederat*, regi reconciliatum, & *honoris* Archiepiscopalis *obtentu, ad meliorem vitæ statum* invitatum constat.

989 Cum Carolô Duce patruo arma sociavit Arnulfus. Idemque

990 *post menses* 18 Hugoni Regi reconciliatus, imo *Regiæ mensæ particeps factus*, fidem fefellit; post Gislebertum Rociaci & Guidonem Suessionum Comites, cum Brunone Lingonensi obsides anno 988 *captivitati contraditos*, & Brunonem Lingonum Episcopum *pacis sponsorem in mortis discrimine derelictum*. Guidonem Suessionum Episcopum, qui eum medio inter Suessiones, & Laudunum intervallo *apud Cavinionem convenerat* ludificatus, Hugonem Regem & provinciæ Rhemensis Episcopos, ad *causam* Romam Iulio mense per Legatos *perferendam* compulit; quod tamen (contra facientibus Heriberti Comitis Legatis) frustra fuit.

991 Laudunô April. 2, feria 5 *in Cœna Domini*, ab Ascelino Episcopo tradito, cum in Regis potestatem Carolus Dux, cum Agnete uxore & Arnulfo Archiepiscopo venisset, Concilium adversus Arnulfum in S. Basoli æde Iunii 17 congregatum fuit; die sequenti abdicavit idem, ac mox Genabum deductus, sub custodia positus est: Gerbertus autem ad Rhemensis Ecclesiæ administrationem vocatus.

994 Cum Episcopos, qui in Arnulfi causa judices sederant, à sacris abstinendos judicasset Ioannes Papa XV, ad eum Regis Episcoporumque nomine missus est Rhemensis Ecclesiæ Archidiaconus, qui scripta Apologetica pro Synodô, & Regis pontificem ad Colloquium Gratianopoli habendum invitantis epistolam secum detulit.

995 Leo S. Bonifacii Abbas in Gallias à Ioanne Papa missus, Synodum Mosomagi ad 4 Nonas Iunias convocavit, Gerbertum causam suam magno animo prosecutum audivit, orationem ejus scriptis mandatam ubi accepit, Synodum aliam Rhemis ad Iulii Kal. congregandam indixit, cujus hic exitus fuit, ut Gerbertus præcipuis præsidiis suis paulatim destitueretur.

996 Bertam Burgundicam cum (paulo post Febr. 12, denatus Odo Campaniæ Comes, viduam reliquisset) eamque Rex Robertus duxisset, *ob confirmandum* ejus *conjugium*, *absolvi* Arnulfum *obtinuit* Leo Abbas; Ioanni Papæ Maji 7, defuncto, Bruno Ottonis Ducis filius, *Marchia Veronensis* præfectus, Iunii 16, feria 1 suffectus est, Gerbertus

bertus *conspirantium militum*, *& Clericorum* tædium non ferens, transcursis Alpibus, Ottonem III discipulum adiit, à quo paulo post Ravennati Ecclesiæ præfectus est.

997 Gerbertum Archiepiscopali pallio, Februarii 28, Indictione 10, Ottonem III Maji in Pentecoste, Imperiali coronâ infignivit Gregorius V. Octobris sequentis 24 in Dominô Rex Hugo dormivit.

998 Ad Gregorium V, minas universo regno intentantem, missus Abbo Floriacensis, paulo post Arnulfum, pallio Archiepiscopali à Papâ consanguineô donatum, *custodiâ exemit*, *& pontificatui restituit*; à Bertâ consanguineâ, & commatre, monstrosio ejusdem partu territus, divertit; Constantiamque Guillelmo I Arelatensi, & Blanca Andegavensi natam duxit Robertus Rex.

999 Denato Februarii 18, feria 7, Gregorio V Papa; *April.* 2, feria prima, ab Ottone III suffectus est Gerbertus Ravennas, Silvester II exinde dictus; qui paulo post Arnulfum in Archiepiscopatu Rhemensi *confirmavit*; eodem annô Roberto Regi primogenitus Hugo natus est.

1002 Ianuar. 23 denato Ottone III, Henricus Dux patruelis, *ab omnibus regni primoribus electus*, successit.

1003 Maji 12 Silvester II denatus est, eique suffectus Ioannes XVI.

1023 Martii 5, cum decessisset Arnulfus Archiepiscopus, Ebalus ex Rociaci Comite, à Beatrice Hannonicâ uxore divertens, successit.

Nullam testibus tuis, Hugonem Regem inique criminantibus, habendam fidem, cum nunc negandi nullus tibi color superfit; quid post Caroli Ducis, in Aurelianensi custodiâ denati, excessum evenerit, videamus. *Ottonem superstitem & absentem*, sub Ottonis III consanguinei, tunc Francorum Orientalium Regis, sed qui sexennio post, Langobardorum regnum, ac exinde Romanorum Imperium consecutus est, *clientelâ* vixisse; *Carolo parenti in Lotharingiæ inferioris Ducatu successisse*; *absque liberis* excessisse; nec ante annum 1005 vitâ functum fuisse, concedo; Sed *ultimam Caroli magni virilem progeniem*, (quod Iacobus Meyerus *Annal. librô* 2. fuisse perperam putavit) nego: superarant enim Veromandicæ familiæ (quæ ad annum usque 1100 duravit) principes; Comites ab Andechs (quorum masculâ progenies, post anni 1248 Iulii 11 defecit) & suscepti, ex Agnetis Veromandicæ conjugio, à Carolô Duce liberi Ludovicus & Carolus, qui obfirmatis in Francîâ nostrâ animis & pedem fixerunt, & fautores suos (saltem occultos) habuerunt; & regnum totô Hugonis Capeti tempore affectarunt; prout ante docuimus, & ex Chartulariô S. Petri Uzarchiensis in Lemovicibus constare potest, in quo Charta hac insigni Carolinæ, necdum annô Roberti II, prorsus extinctæ factionis, notâ consignata reperitur, *Actum annô Incarnationis Domini* M VIII, *regnante Robertô, & Ludovicô, & Carloinô:* unde (velis nolis) conficitur, *Scriptores*, qui Ludovicum, & Carolum, in ordinem, à Robertô coactos, post annum 1024, ad Conradum *Salicum* propinquum, & propinquæ maritum, *fugisse* nos docuerunt, *absque fundamentô* nequaquam fuisse. *Manfit* forte *altâ* aliquandiu *mente repostum* Francorum *judicium*, *spretique* Caroli parentis *injuria*; sed Henricum primum, Roberto natum, illi ipsi (qui amicum Ludovico, & Carolo extorribus sinum aperuerant) Conradus & Gisla, legitimum

Anno ab Ottonis Ducis obitu tertio vel quarto.

Regem agnoverunt; nec agnoverunt modo, sed præcipuâ caritate [1] (*desponsatâ Matthildæ filiâ*, anno 1034, antequam nuberet, Wormatiæ denatâ) complexi sunt; sensim etiam redintegratâ cum Regibus nostris amicitiâ, omnis in Ludovici posteris pristini doloris sensus evanuit; siquidem anno 1161 Ludovicus IV Thuringiæ Lantgravius *Ferreus* dictus, Caroli Ducis abnepos, Ludovico VII [2] *devotum servitium cum sincerâ dilectione, servitiis suis* Regiæ *Majestati notificari voluit; filios* suos *eidem misit, ut sub ejus defensione Parisiis stabilius possent locari; quicquid* (*pro discordiâ quæ erat inter* Regem, *& Imp.* Fredericum I) *mandaverit, omni dubio remotò se aggredi ausurum* spopondit: nec mirum nunc, si Sophiâ Ludovici quarti pronepte oriundi hodierni Hassiæ Lantgravii, Reges nostros, quibus ab antiquo se carissimos norunt, sincerò affectu colant.

[1] Wippo.

[2] Tom. 4. Franc. p. 704. Freher. Germ. p. 309.

Postquam Ottonem Ducem, *ultimam Caroli magni virilem progeniem*, à Meyerò deceptus, pronunciasti, *sorores ejus Gerbergam & Ermengardim superfuisse* vere notas: unde vero tibi *natu major* Gerberga, cui secundas, non primas, post Hugonem Floriacensem à doctissimo Butkenio laudatum, S. Arnulfi (ante annos 400 scripta, eoque testibus tuis Dintero, & Nivellensi genealogia, ut longe antiquior, sic fide dignior) Genealogia, detulit? eo enim ordine Caroli posteros recensuit, *Karolus Dux genuit Ermengardam, Othonem Ducem, & Gerbergam, fratres & sorores*: quadrifido (si Deo placet) telô pro Gerbergæ prærogativâ armatus in arenam descendis; *Gerbergam* (inquis) *dico natu majorem fuisse, primo quia nomen acceperat à Gerbergâ Saxonicâ, Reginâ Francorum, aviâ suâ paternâ, quam Caroli filii primò loco genitum è sacro fonte suscepisse vero est simillimum.* At hoc ipso quod te *verisimilibus* non certo veris niti profiteris, non probas quod primâ fronte videbare, sed probandi impotentiam imprudens prodis; quid enim tibi fiet si te *verisimilium* ostentatione ludos facere animus sit? quam *verisimile* est te hoc loco delirasse? an te delirum evicerit, quisquis te solis *verisimilibus*, idest suspicionibus suis, non certis argumentis, aggressus fuerit? etsi Gerbergam Caroli filiam, de *aviæ paternæ nomine* dictam, dubitare nullo modo possim, ab eadem *è sacro fonte susceptam* fateri nequaquam cogar, si fateri lubeat; *primogenitam* fuisse largiri, (si nolim) non tenebor. Ne contra hiscere audeas, impetitiam tuam exemplo è proximo petito revincam. Matthildis Caroli Ducis germana, Gerbergæ tuæ amita, Conrado marito filias quatuor ex ordine peperit; Gislam, Bertam, Gerbergam, Matthildem; Gerbergam (ut tua tibi verba reponam) *à Gerbergâ Saxonicâ Regina Francorum, aviâ suâ* materna *nomen accepisse* clarum est; tertio genita tamen fuit, nec quicquam quod *è fonte sacro* ab eadem *susceptam* fuisse suadeat habes: an *primogenitæ*, & *susceptæ* prærogativam ei asserendi spe, vim naturæ facies, ut (everso familiæ Burgundicæ statu) Gisla & Berta gradu suo excidere cogantur? Si de Ermengardis natalibus contentiosum (quod in re nihili à me impetrare non possum) tecum funem trahere decretum sit; ea primas jure nominis invaserit, quæ triplicis Ermengardis, tritaviæ Ludovico pio, abaviæ Lothario Imperatori, proaviæ Gisleberto Mansuariorum Comiti nuptæ nomen sortita est: non tamen incerta pro certis conjecturæ fiduciâ venditare velim: sive primas, sive secundas tenuerit mea non refert, qui feminas nullas Francici regni capaces esse, vel fuisse unquam contendo.

p. 42. edit. 2. p. 28.

in eadem sententia fuit Balduinus de Avennis, in opere Genealogico, ad A. D. 1280 desinente, & Iac. Meyerus ad A. D. 1005 in Balduino barbato.

Pergis

Pergis ulterius in devia abreptus. *Accedit præterea quod Lamberto Comiti Lovanienſi in dotem attulerit, Gerberga* dominium Comitatus Brabantiæ, & Bruxellenſis, tanquam verum allodium, quo privari non poterat; *Ermengardis vero natu minor, Alberto Comiti Namurcenſi, Thenenſe duntaxat exile dominium* (Tillemont) *tunc Hasbaniæ partem.* Teſtes hic te dignos E. Dinterum [1] in manifeſtô jam falſi crimine deprehenſum, & Ioan. Baptiſtam Gramaye [2] nudiustertius natum, nec priore meliorem advocas: At ego quæcunque ab iis mutuô ſumis, non modo falſa, ſed inepte conficta (veritatis evidentia auctoriſque graviſſimi Butkenii, qui te ex profeſſo refellit teſtimonio fretus) aſſevero. Quid (amabo) Dinterô tuô, *Brabantiæ Comitatum* Caroli & Ottonis Ducum tempore ſomniante, ineptius publicam lucem ferre poteſt; cum annô 870 Iulii 28, [3] *quatuor in Brachantô* (Comitatuum maſſa, non Comitatu) *quatuor* (inquam) *Comitatus*, ex Lotharii minoris hæreditate Carolus Calvus ſortitus ſit? quid * rurſus (vel Mejero, ex citatis à te teſtibus non poſtremo, judice) diſtinctione *Comitatus Bruxellenſis à Brabanticô*, abſonum magis effingi potuit; quaſi *Bruxella* (quæ *Brachanti* pars, ab antiquô fuit, & nunc eſt) extra ejus fines portecta jacuerit unquam? Quæro [3] unde *Brabantiam*, cujus membrum nobile *Bruxella* ſemper fuit, *verum Allodium quô* Gerberga *privari non poterat*, dici debuiſſe tibi conſtet: quô enim jure ad eam devenerit? non *maternæ dotis*; nec enim ex parentum ſucceſſione plura, & potiorâ ſortita Bona fuerit, quam frater Godefridus; non *paternæ hæreditatis*; nec enim Carolo ſecundogenito, extra regni Francici fines à Ludovicô IV parente, (qui, quod non habebat, quocunque modo in alium tranſcribere non potuit) aſſignata fuerit; imo nec in regnô Francicô, ſi (quod [4] nonnulli volunt) *Carolus privatus in ſuis ædibus ſenuit*; ſed forte qui portionem nonnullam ex hæreditate paternâ ſub germani clientelâ ſortitus erat, pro privatô habitus eſt, & priſtinô jure ſpoliatus, ſimulac Ottonis ſecundi partibus, ſe adverſus fratrem Regem & patriam addixit: Tunc autem ei ab Imperatore *Ducatus*, (ideſt *præfectura*, non *dominium*) totius inferioris Lotharingiæ permiſſus eſt, quæ plures ambitu ſuo Comitatus ampléctebatur, Friſiæ ſcilicet Occidentalis, Hollandiæ, Zelandiæ, Geldriæ, Iuliaci, Cliviæ, Limburgi, Montium ſeu *Caſtri loci, Hannoniæ* poſtea dictum, Lomenſem ſeu Namurcicum, Loſſenſem, Cameracenſem, † Lovanienſem & Bruxellenſem in Brabantiô pagô ſitum, hæreditariô jure à Lambertô Gerbergæ marito cum Bruxellenſi poſſeſſum, & alios ſuis Comitibus, ſive *hæreditatis*, ſive *beneficii* nomine attributos: ſed nullum inveneris, qui ſe eo tempore *Brabantiæ Comitem* abſolute dixerit; cum ſub uno eodemque principe, antequam Lotharingiæ inferioris Ducatum Godefrido barbatô Lovanienſi commiſerit Henricus V, *Brabantia* non fuerit, cujus ſingula membra dominio ſuo adjunxere Godefridi poſteri, paulatim compacto ex Lotharingici ruinis *Brabantico*, qui nunquam antea in naturâ rerum fuerat, *Ducatu*; nec poſtea novas formas inducendi finis factus eſt, Geldriâ annô 1339, Iuliacô annô plus minus 1360, Cliviâ circa annum 1440, Ducalem titulum aſſecutis; quod ſive affectui indulgens diſſimulaveris, ſive abſolute ignoraveris, perinde eſt, *ſtultitia ne erres nihilum diſtabit, an ira.* Thenas *Hasbaniæ olim partem* fuiſſe, ſive verum ſit, ſive falſum, nihil ad cauſam; Ermengardis Carolô Duce natæ dotalem fundum fuiſſe, niſi fide dignis monumentis comprobes, nobis, qui

[1] lib 4. c. 2.

[2] in Thenis & Namurco. Vind. p. 29.

[3] Annal. Bertin.

* Mejer. ad A. D. 1086. *Lovanienſium Comitatus, cum Lovanio Bruttellam, Andevertpiam, & Nimegellam amplectebatur.*

[4] Tom. 2. Franc. p. 639. Tom. 3. p. 342.

† Chriſt. à Butkens in *lauro Brabantica* Lambertū A. D. 948, Ansfridum filium ad annum uſque 992, Lovanii Comites fuiſſe, Lamberto conſobrino Gerbergæ marito, Comitatum ſuum Ansfridum reliquiſſe, Gerbergam Lamberto A. D. 976. deſponſatam docet, adverſus Dinteri, Mejeri, &c. *Lovanienſem Comitatum Gerbergæ aſſignatum*, ſomniantium deliria.

ad populum phaleras tuas remittere decrevimus, te vero intus & in cute novimus, non persuadebis; sed etsi comprobes, Ermengardim post Gerbergam Lovanii Comitissam natam, non conficies at tertiam tuam pro Gerbergæ natalibus rationem audiamus.

[1] Vind. p. 42. alias 29. [2] lib. 4. in proleg. [3] p. 99.

Per [1] *obitum Othonis Ducis fratris sui, Gerberga tam regnô quam Ducatu spoliata est*, [2] inquit Dinterus; & in antiquâ Nivellensi Genealogiâ dicitur *amisisse Lotharingiæ Ducatum*: cujus privationis causam reddit auctor [3] magni Chronici Belgici; *mortuô Othone sine sobole, Gerberga soror ejus, quia femina fuit, Ducatum Lotharingiæ amisit.* sic cæcos in mediâ luce (quasi in tenebris micarent) palpantes, quique clarum loqui nunquam didicerant, duces secutus, & falsa, & inepta congeris. Dic sodes, Chiffleti, an ad momentum Francorum regnum, & Lotharingorum Ducatum tenuit Gerbergâ, ut *spoliata*, utrumque *amisisse* videri potuerit? eumne, qui nunquam habuit, id quo semper, tam de facto, quam de jure caruit, *amisisse*; eodemque *spoliatum* Sequani tui; ut *vervecum in patriâ crassoque sub aere nati* dixerint? nobis nec primogenita, nec unigenita femina, justa unquam regni hæres esse potuit; imo nec veteribus Lotharingis, quos nullum suæ gentis *Ducatum*, nisi *armatam præfecturam* masculorum propriam novisse, nec unquam (etsi Semiramidem, Tomirim, Zenobiam bellatrices, Victorinam *Castrorum matrem* fuisse audiverant) sub fœminæ dominantis signis militare, aut muliebria jussa capessere fas putasse, nescire non potes: fac tamen Gerbergam & primogenitam, & justam (deficientibus masculis) paterni Ducatus hæredem fuisse,

[4] Vind. p. 42. 43. edit. 2. p. 29.

quod tamen ipse nequaquam admiseris, [4] qui eam (*feminei sexus impedimento*, ne *Ducatus ejus proprius fuisset*, vetante permotus) à Lotharingiæ inferioris principatu procul arces; quid ad te, imo quid ad Brabantinos Duces Gerbergæ nepotes, cum masculi Caroli Ducis posteri, Ludovicô Gerbergæ fratre oriundi, ante annum 1247 nequaquam defecerint?

Quod Lotharingiæ Ducatum, & *feudum* vocas, quo tempore (necdum invento *feudi* nomine) *feudorum* mentio nulla fuit: & *Imperii* (Romani scilicet) *feudum* fuisse somnias; in *politicorum arcanorum*, (quem offerre ausus, præstare teneris) *investigatore* minime ferendum est. Ne quem deinceps qui sis lateat; leoninâ detractâ te ex eorum numero esse convincam, qui (ut Gelasii Papæ adversus Andromachum verbis utar) *sedent in domibus suis, nescientes, neque quæ loquantur, neque de quibus affirment; de aliis judicare nitentes, cum se ipsi non judicent, & velint prius accusare quam nosse, ac docere quam discere, & indiscussis rebus, nec investigatis causis, nec rerum ratione quæsita, quod eis ad buccam venerit, inconsideranter effundere, & præcipitanter evomere; non veritatis assertione prolata censentes, sed studio Cacologiæ quæ nesciunt arguentes.* Cum enim quæ Lotharingici regni, quæ Ducatus in eo singularis primum, ac procedente tempore germinati, conditio fuerit ignorasse videaris; meliora pro virili te aliosque, fuligine tuâ oblitos docere conabor.

Lotharingici regni ortus, amplitudo, dignitas breviter indicantur.

[1] Annal. Bertin. [2] Fontenay.

CVm Lotharius Imp. [1] *in pago Altissiodorensis locô, qui dicitur* [2] Fontanidus A. D. 841, *septimô Kalendas Iulii, die Sabbatô*, à fratribus *turpiter victus*

annô


Rhine flu
Brunlaut flu
TURGOV.
Turgau
Foram Tiberij
BRISGOW
BASALGOW
Rauracorum
Basilea
Schlatstatt
Colmaria Argentaria
BURGUNDIÆ
Ledonagus rapid
Arar sive Sequana flu
Vesontio Caesarum
Cabrus Mons
Barrum Alt.
Barrum Reg.
Tornodor
Nuertum
Fontanetum
Augustobona
Senonum
BARRENSIACUM

annô 843, cum iisdem paciſci coactus eſſet, *Ludovicus ultra Rhenum omnia, citra Rhenum verò, Nemetum, Vangium & Moguntiam, civitates pagoſque ſortitus eſt*; *Lotharius inter Rhenum & Scaldem in mare decurrentem, & rurſus per* [1] *Camaracenſem, Hainnaum, Loëmſem, Caſtritium, & eos Comitatus qui Moſæ citra contigui habentur, uſque ad Ararem Rhodano influentem, & per deflexum Rhodani in mare, cum Comitatibus ſimiliter ſibi utrinque adhærentibus*; *Cætera uſque ad Hiſpaniam Carolo ceſſerunt. Lotharius* rurſus, annô 855 *morbo correptus, vitamque deſperans, monaſterium Promeæ in Arduennâ conſtitutum adiit, ſeculoque & regno penitus abrenuncians tonſus eſt, ut am habitumque Monachi humiliter ſumens; diſpoſitoque inter filios, qui ſecum morabantur, regnô, ita ut Lotharius cognomen ejus, Franciam; Karlus verò Provinciam obtineret; intra* VI *dies, vitâ deceſſit* IV *Kal. Octobrium, atque in eodem monaſteriô ſepulturam (ut deſideraverat) conſecutus eſt. Ludovicus Rex Italiæ, ſuper portione regni paterni in Franciâ, apud patruos ſuos Ludovicum & Karlum* annô 856 conqueſtus, cum Lothario fratre Regem Franciæ, *& Karlo puerô germanô ſuô apud Virbam convenit, ubi adeo pro regni paterni portionibus* contendit, *ut pene armis* decernendum videretur. *Karlo tamen Provinciam & Ducatum Lugdunenſem, juxta paternam diſpoſitionem diſtribuerunt fratres, eripientibus eum Optimatibus à Lotharîô fratre, qui illum moliebatur in Clericum tonſurare.*

[1] Cambreſis, Hainaut, Namurois, Retelois.

Annô 858, *Lotharius Rex cum fratre ſuô Karolô Provinciæ Rege amicitiam firmavit, datis ei duobus Epiſcopatibus, ex regnô ſuô portionibus, ideſt* [2] *Biliſiô & Tarantaſiâ*; *Karolus verò eidem fratri ſuo Lothario Regnum ſuum eâ conditione tradidit, ut ſi antequam uxorem acciperet, & filios generaret, ab hac vitâ decederet, ei Lotharius jure hæreditario ſuccederet.* Annô ſequenti 859, *Lotharius* idem *fratri ſuo Ludoico Italorum Regi, quandam Regni ſui portionem attribuit; ea videlicet quæ ultra Iuram montem habebat, ideſt* [3] *Genuam, Lauſonnam & Sedunum civitates, cum Epiſcopatibus, monaſteriis, & Comitatibus, præter hoſpitale quod eſt in monte Iovis, & Pipincenſem Comitatum:* ac tandem anno 860, cum Karlum patruum metueret, *Ludovico Regi Germaniæ ſociatus, ob eandem ſocietatem, partem regni ſui, ideſt Helizatiam, tradidit.*

[2] Beley.

[3] Geneve, Lauſanne, Sion.

Annô 863, *Carolus Rex Provinciæ, din epilepticâ infirmitate vexatus,* cum deceſſiſſet. *Ludovicus frater ejus, Italiæ vocatus Imperator, Provinciam venit, & quos potuit ipſius regni primores ſibi conciliavit*; quô *audito Lotharius illuc* pertexit, *& mediantibus inter eos domeſticis, & amicis illorum, placitum quo ſimul* redirent, *& de ipſo regno apud ſe* tractarent, *Ludovicus Italiam, Lotharius in regnum ſuum* revertſus eſt. Cum autem anno 869, Auguſti 8, feria 2, Placentiæ vivendi finem feciſſet, & Septembris ſequentis 9, feria 5, *Mettis in S. Stephani Baſilicâ* coronatus fuiſſet Carolus Calvus; is annô 870, Iulii 28, *Lotharii* nepotis *regnum diviſit*, cum Ludovico Germaniæ Rege fratre natu majore, qui *Coloniam Treviros, Vltrecht, Stratburg,* [4] *Baſilam, Liugas, ſtrictum Trectis, Civitatem Mettis* &c. accepit, Carolus vero *Lugdunum, Veſontium, Viennam, Tungros, Tullum, Viridunum, Camaracum, Vivarias, Vetiam*, (nullâ Ludovici Imp. qui juſtus Lotharii fratris hæres eſſe debuerat, habitâ ratione) ſibi retinuit; & Ludovico Balbo filio reliquit. At eo anno 879, IV *Idus Aprilis, in die Paraſcenes* denato, cum Ludovicus *Germaniæ Rex, uſque ad Viridunum*, (univerſam Franciam Occidentalem invadendi ſpe) veniſſet; *ad eum* Hugo Abbas aliique proceres, Legatos miſerunt, qui *ei offer-*

[4] Baſle, Liege, Maeſtrich.

rent partem de regno Lotharii junioris, quam Carolus contra fratrem suum Ludovicum ipsius Ludovici patrem acceperat; ut accepta illa portione regni, in regnum suum rediret, & quod reliquum de regno patris sui Caroli Ludovicus (Balbus) *habuit filiis suis consentiret. Acceptam oblationem habente* Ludovico, universa Lotharingia penes eum mansit; ubi is *moritè succubuit*, anno 882, [1] Ianuarii 20, è vivis sublatus; [2] *Venientes primores partis illius regni, quæ ipsi Ludovico in locarium data fuerat, quatenus quæpater & avus illorum habuerunt, illis Ludovicus Balbi filius consentiret, voluerunt se illi commendare. Sed consilio primorum, propter sacramenta, quæ inter eum & Carolum facta fuerunt, non eos in commendationem suscepit:* paulo post *infirmatus corpore, & lectica deportatus usque ad monasterium S. Dionysii,* [3] *Augusti 4, ibi mortuus est, & sepultus. Novembris Kal. versus Warmatiam placitum suum habiturus*, cum Carolus *crassus* Ludovici Germanici hæres recessisset: *Hugo Abbas* eum *adiit pro petitione partis regni, quam frater suus Ludovicus in locarium acceperat; ut* (*sicut ipse Carolus olim promiserat*) *Carolomanno restitueret; unde nil certi obtinuit.* Sic dum protrahitur tempus, *ab aprò graviter vulneratus*, Carolomannus annò 884, Decembris 6, *vitam cum regnò amisit. Normannorum mandatis territi Optimates*, anni 885, Iunio mense, Caroli crassi *ditioni se subjecerunt*; nec ultra anni 887 Novembrem universam Caroli Magni hæreditatem sub manu habuit: annò [4] enim 888 Itali factionibus scissi Berengarium, & Widonem, Reges salutarunt; Odo (Arnulfo comprobante) Franciam sibi Occidentalem vindicavit. Rudolfus novo condito regno, quod *Burgundiæ* deinceps dictum est, *occupata*que universa *inter Iuram & Alpes Penninas provinciâ*, ex veteri *Lotharienſi* regno, Vesontionensem, Tarantasiensem, Basiliensem, Lausannensem, Belicensem, Sedunensem, Genevensem, Maurianensem diœceses amputavit: Vosagum ditionis à Septentrione limitem constituit, extrema omnia pati, & fortunam, quæcunque accidere posset, pro dignitate tuenda experiri certus. Exinde *Lotharingiæ* (seu malis *Lotharii regnum*) decem diœceseon finibus, (Argentoratensi, Tullensi, Metensi, Virdunensi, Trevirensi, Leodiensi, Colonienſi, Ultrajectina, Cameracensi & Tornacensi ex parte) concluſa est, nec ultra jus suum vetus recuperare potuit, vicinorum regnorum fere semper accessio facta: anno enim 870, Iulii 28, hinc Transrhenanæ Franciæ, inde Occidentali, in partes dissiliens cessit; ab anno 879, tota Transrhenanis principibus Ludovico Germaniæ regi, Carolo *crassò* Ludovici germano, Arnulfo utriusque, ex fratre Carlomanno, nepoti permissa est: Arnulfus anno 895, post Triburiensem Synodum Majo mense congregatam, *Wormatiam venit, ibique ex optimatibus, ex omnibus regnis suæ ditioni subditis sibi occurrentibus, conventum publicum celebravit; in quo, omnibus assentientibus atque collaudantibus, Zuendibolch filium regno Lotharii præfecit:* Sic ad paucos annos Lotharingis per se consistere vix datum, *Ortâ* enim annò 900, *inter Zuendiboldum & priores regni inexpiabili dissensione, certatim ad Ludovicum* (puerum, ejus fratrem) *transierunt, eum in regnum introduxerunt, & in Theodonis villa, manibus datis ejus dominationi se subjecerunt*: Cumque *Ludovico trans Rhenum eunte, Zuendibolch coadunatis quoscunque potuit, civitates regni circuiret, incendiis ac rapinis cuncta devastaret, arbitratus defectores, qui propter ejus insolentiam, & immanem malitiam ab eò defecerant, immaniora & pejora faciens, ad se revocare posse;*

Ludo-

[1] Herman.

[2] Annal. Bertin.

[3] ex Willelmo Malmesbur. hinc autem corrigendus Regino qui Ludovicum Germanicum Augusti 20 denatum scripsit; si enim Aug. 20 decessit, qui factum ut Aug. 4 denarius, de ejus morte audiret?

[4] Regino.

Ludovicus in regnum rursus accersitus est, & à Comitibus Stephanô, Gerhardô, & Matfridô circa Mosam Zuendibolch *in prælio interfectus Idibus Augusti.*

Denato anno 912, Ianuarii 21 Ludovico, cum Transrhenani Franci Conradum Comitem ad regnum evexissent, Lotharingi (utpote sui juris, nec à vicinorum arbitriô pendere coacti) in Carolum *Simplicem* Ludovici *Balbi* filium inclinarunt, qui exinde *largiorem se hæreditatem indeptum* constanter gloriatus est, revera aliquanto latius quam Carolus avus, ab anno 840 ad 876, & Ludovicus pater toto vitæ tempore dominabatur: sed ultra septennium non stetit tanta Regni moles; Gisslebertus Dux Lotharingicæ nobilitatis princeps, Caroli decreto sub S. Servatii nomine in Trajecto loco conditam, Abbatiam Trevirensi Ecclesiæ A. D. 920, restituere jussus, illatam injuriam injuriâ ulcisci statuit, de exturbando totâ Lotharingiâ Rege propinquo, quem pene omnes Franciæ Comites Haganonis odio concitante reliquerant, turbulenta cum Henrico Aucupe Transrhenanæ Franciæ Monarchâ consilia miscens; tunc vero Carolus [1] *Alsatiam & Franciæ partes, juxta Rhenum usque Moguntiam sibi usurpaturus, usque Pâternichcum villam juxta Wormatiam hostiliter pervenit*, sic enim Flodoardus coætaneus ad annum 920, Rex *morabatur in pagô Warmacensi sedens, contra Henricum Principem Transrhenensem*; & Hermannus [2] suppar, *Carolus Rex Galliarum in Franciam venit*, eam nimirum quæ Germanici juris erat, & *Galliis* ab anno 843 opponebatur Moguntinam, & Spirensem diœceses complexa, cum Wormaciensi Franconiæ Ducum præcipuâ sede, à quâ sæpe *Wormaciæ Duces* vocati sunt, quibus *Franconiæ* cis & trans Rhenum portecta regimen committebatur, hinc autem corrigendus venit Reginonis continuator, qui in annum 923, quo *Domini sanguis in Augiam venisse*, & Fuldensis Abbas Haicho decessisse dicitur, imo quo exauctoratus à Francis & fugatus Carolus, in Heriberti Comitis manus inciderat, ejusdem adversus Henricum expeditionem conferendam putavit.

[1] continuator Reginonis.

[2] Chron. Auftralis.

Antequam 920 annus exiret, [3] *Lothariensibus ipsoque Gisleberto quem plurimi* eorum *principem delegerant, ad* legitimum Regem *Carolum reversis*, is anno 921, *Ricuini præsidia quædam* in Lotharii regno *recepit, facta pactione usque ad Missam S. Martini, cum Henrico principe Transrhenensi reversus est in montem Lauduni, & iterum Novembris 7, feria 4*, (anni 921 charactere infallibili) *in medio Rheni fluminis, ad Bonnam castrum, unanimitatis pactum ac societatis amicitiam, cum Henrico* Aucupe sacramento interposito *firmavit*: hîc Reginonis continuator (ad annum 924, quo sub custodiâ positus Carolus sui juris non erat) eum *nunquam sibi amplius Lothariense regnum usurpaturum promisisse*; Sigebertus (ad annum 923, quo ab Heriberto Rex idem comprehensus est) *Lotharingiæ regnum Henrico reddidisse*. Otto Frisingensis *Belgicam Henrico cessisse* finxerunt; sed eos omnes ipsa pacti in hanc usque diem extantis verba refellunt, quid enim Henrico à Carolo promissum? *Ego* [4] *Karolus divinâ propitiante clementiâ Rex Francorum Occidentalium, à modo ero huic amico meo Regi Orientali Heinrico amicus, sicut amicus per rectum debet esse suo amico, secundum meum scire ac posse; eâ vero ratione, si ipse mihi juraverit ipsum eundemque Sacramentum, & attenderit quæ promiserit: sic me Deus adjuvet, & ista sanctæ reliquiæ.* Fidem tuam, Chiffleti, ubi vel minima non dicam *cessionis*, (quæ nulla tunc fuit) sed *Lotharingiæ cedendæ* mentio?

[3] Flodoard.

[4] Tom. 2. Franc. p. 187.

mentio? *amicum* se fore Carolus spopondit, sub conditione; si Henricus fidem daret & servaret; qui ejusmodi sacramento Lotharii regnum ab eô *redditum* credunt, cui *redditum* sit doceant; *ipsis* enim *iisdem*que (prout pacti chatra testatur) *sacramentis*, fidem suam Carolo sub hac una conditione juranti, obstrinxit Henricus: sed pacti verba audiamus. p. 588. *'E contra Rex Henricus eandem promissionem sacramentô, eisdem prosecutus est verbis consequenter, ut hujus amicitiæ firmitas inviolabiliter observaretur.* Si *eandem* (quam paulo ante Carolus) *promissionem iisdem est prosecutus verbis Henricus*; ea autem de *reddendâ* Lotharingiâ fuit; annon eam Carolo (ex absurdâ adversariorum hypothesi) *reddents*, vicissim *reddiderit*, qui ipsissimis Caroli verbis usus est Henricus? vel sola loci, ubi pactum scriptum est, Prælatorum ex Caroli Regis parte subscriptorum nomina, fabulatorum atramentum in minium vertere debuerant: ubi enim data fides? annon in medio Rheno, communi regnorum limite? quos etiam fidei datæ assertores protulit Carolus? Herimannum Colonienſem, Rotgerum Trevirenſem, Stephanum Cameracenſem, Bovonem Catalaunenſem, Baldricum Trajectenſem, Lotharingos (si Bovonem unum excipias) universos; quibus adjuncti; inter alios, Comites Matfridus, à quo anno 900 profligatus Zuentiboldus; Boso, qui Ricuinum anno 923 confodit; Isaacus Cameracenſis, Theodericus Hollandus, &c. itidem Lotharingi: Annon Carolum pro se, non suos, sed Henrici subditos testes produxisse, vel cogitare absurdissimum fuerit? Summa igitur, post Bohnense pactum, Caroli in Lotharienſe regnum potestas illibata mansit; at ubi 'carceralibus se tenebris inclusum vidit, *Henrici* anno circiter 923, *auxilium imploráns*, ei *dextram Christi martyris Dionysii, & cum eâ omne regnum Lotariorum, si ab eo liberaretur, sibi traditurum Sacramentis promisit*: Exinde 'Ditmar. lib. 1. *invitantibus Gislebertô Comite, & Rotgariô Trevirorum Præsule, qui necdum se Rudolfo Carolo suffectô subdiderant, Rhenum transmisit*; nec arridentem fortunam urgere desiit, donec *cuncti se Lotharienses*, ipsi anno 925, *commiserunt*; annoque sequenti regnum Lotharingicum auspicatus est; quod ex Adalberonis Metensium Præsulis Charta, in Gorzienſium gratiam scripta clarum est. hoc enim fine clauditur, *Actum Metis publice, sub die 17 Kal. Ianuarii, anno ab incarn. Dom. nostri Iesu Christi* 933, *regni autem glorioſissimi Regis Henrici, in regno Lotharienſium* 8, *Epiſcopatus autem Domini Adalberonis, qui hoc ſcriptum fieri juſſit, quinto.* anno 927 *Legatos ad* cum *trans Rhenum dirigere* coactus, imo *per ipsos ad colloquium evocatus* Heribertus, cum *muneribus honoravit, ab eô* vicissim *honoratus*, ac tandem *Carolum de custodia ejecit*; qui cum anno 928, ad paucos dies, *sub custodia redactus* fuisset; anno 929, Octob. 7, *apud Perronam* ærumnosam vitam finivit. Rudolfus vero, qui in Franciâ Occidentali ejus loco regnabat; anno 923 *à plurimis Lotharienſium ſuſceptus in regnô* fuerat; anno 925, *Cameraci Gislebertum & Ottonem ſuos effectos* in gratiam receperat; anno 935, *ad Henrici colloquium properavit, pacta cum eo amicitia*, Bosonem germanum *recipi; terram, quam prius habuerat, ei ex magna parte restitui* curavit, annoque sequenti Ianuarii 15 vivere desiit. Eo denato, Ludovicus Caroli filius, ex Angliâ *accerſitus, Laudunum* à Francis *deductus, regali benedictione ditatus*, & (Iunii 30, feria 3, tertiâ ante Henrici Iulii 2 è vivis sublati dormitionem die) *unctus* est. *Henricô obeunte, contentio de regno inter filios ipsius agitata* est; at *rerum tandem ſumma natu majori* Flodoard.

Ottoni

Ottoni obvenit; quem cum annô 939 *Lotharienſes deſeruiſſent, ad Ludovicum venientes*; is *eos recipere diſtulit ob amicitiam, quæ inter eos* (*Legatis ipſius Ottonis & Arnulfô Comite mediante*) *depacta erat.* Cum tamen *iterum veniſſent, proceres ipſius regni, Giſlebertus ſcilicet Dux, & Otto, Iſaac, atque Theodericus Comites eidem ſe commiſerunt: Epiſcopi, quoniam Rex eorum Otto ſecum detinebat obſidatum, Ludovico Regi ſe committere diſtulerunt; Otto Rex Rhenô tranſmiſſo Regnum Lotharienſe*, uſque ad Caprimontem, *perluſtravit, incendiis prædiſque plura loca devaſtavit, & colloquiô cum Hugone, Heriberthô, Arnulfô, & Willelmô Nordmannorum principe habitô, & acceptis ab eis pactis ſacramentis, trans Rhenum regreſſus eſt.* Interea *Rex Ludovicus Virdunenſem pagum petiit, ubi quidam regni Lotharienſis Epiſcopi ſui effectûs ſunt: Inde in pagum Elizatium profectus*, Briſiacum munivit, ibidem *cum Hugone cisalpino locutus, & quibuſdam ad ſe venientibus receptis Lotharienſibus, nonnullis quoque Ottonis Regis fidelibus trans Rhenum fugatis, Laudunum reverſus eſt*: cumque Giſlebertum Rhenô hauſtum reſciviſſet, *in regnum Lotharienſe regreſſus, relictam* ejus *Gerbergam, Ottonis Regis ſororem, duxit.* At Otto recepto Briſiaco *in regnum Lotharienſe regrediens*, [1] *pene cunctos ad ſe redire coegit Lotharienſes*; cumque annô 940, *Ludovicum Regem cum Artaldô Archiepiſcopô, & aliis fidelibus ſuis in Lotharienſe regnum profectum* audiiſſet, *Rhenô tranſito adverſus eum venit, ſed ab eorum fidelibus inter eos determinatis induciis*, nihil hoſtile geſtum, annô vero 942 *amicabiliter ſe mutuo ſuſcipientes*, Ludovicus & Otto, *amicitiam ſuam mutuis conditionibus firmaverunt*; nec ultra de Lotharii regnô ab Ottone ſubactô certatum eſt.

[1] *Metenſis Epiſcopus* Adelbero, Ottonis Lotharingi filius, *aliquamdiu reſiſtere conatus eſt.* Reginonis contin. Herman. Marianus Sigebert.

Annô 957 cum Bruno Coloniæ Archiepiſcopus, & Lotharingiæ Dux, [2] *bonis Raginarii Comitis*, qui annô 958 deceſſit, *publicatis, Raginarium & Lambertum ejus filios ad Lotharium Regem fugere* compuliſſet, idemque annô 965 Octob. 11, ac exinde annô 973 Maji 7, Otto Magnus vivendi finem feciſſent, Raginarius & Lambertus *paulatim reſumptis viribus, à Franciâ redierunt, cum Garnerô* Valentianenſi, *& Rainaldo* Rhemenſi, *bello apud Peronam confligentes*, eoſdem *peremerunt, caſtello Buxude* (quod annô 974 ab Ottone 11 dirutum fuit) *ſuper Hagnam fluvium munitô, Lotharingiam infeſtarunt*; Hadewidem Hugonis Capeti Francorum Ducis, ac exinde Regis filiam, & Çerbergam Carolo Lotharii Regis fratre natam duxerunt, annoque [3] 976 *in ipſo* tempore *quadrageſimæ, majoris hebdomadæ feriâ quartâ*, XIII *Kalendas Maji, Indictione* IV, *circa mediam diem, adverſus Godefridum & Arnulfum* Comitês, *ad Montem Caſtrum irruerunt.* Novorum turbinum metu annô 977. [4] *Ducatus Lotharingiæ Carolo fratri Lotharii Regis, multis inſuper beneficiis conducto ab Ottone ſecundô, ut ipſe ab inſolentiis deſiſteret, & fratris ſui motibus obſiſteret, datus eſt; ipſique Raginarii filii, Raginarius & Lambertus in terrâ patrum ſuorum relocati ſunt.*

[2] Sigebert.

[3] contin. Floardi, Baldric. lib. 1. c. 21.

[4] Sigebert. Willelm. de Nangiis, ex Baldrici lib. 1. c. 108.

Hâc Caroli, quid fratri, quid regno deberet, obliti, cum Rege externô, & gloriæ avidiore, conjuratione, ceu clarigatione quadam excitatus Lotharius; ne quid Francica reſp. detrimenti caperet, Ludovicum filium, vix duodecennem, Regem ſalutari juſſit, quod vel ex Gerberti epiſtolis, & chartis annum Ludovici primum, cum Lotharii patris 24, Chriſti 978, Indictione 6 componentibus, evincitur; ac exinde, injuriæ obviam ire paratus, Lotharingiam armatus invaſit, [5] Aquiſgranum per triduum *diripuit*, Ottonem conſo-

[1] Herman. Lambert. Sigebert. Willelm. de Nangis Hepidan. Chron. Hildesheim. Auſtral.

consobrinum & sororium fugâ sibi consulere coegit: Is autem ad *vindictam properans, post* adversarii *recessum, cum copioso exercitu per Lotharingiam Franciam ingressus, & Rhemensem, Laudunensem, Suessionensemque provincias omnia devastando pertransiens, usque Parisius venit, & suburbium civitatis incendit, in Franciâ à Kal. Octobris usque ad Kal. Decembris fines ejus diversâ clade vastavit.* Carolus, cujus occasione ad arma venerant propinqui,

[1] Tom. 2. Franc. p. 795.

[1] *Laudunum civitatem dolò surripuit*, Emmam *reginam infamavit, Laudunensem Episcopum* indignis modis vexavit. At [2] Lotharius *congregato ingenti exercitu super hostes irruens, eos fugere compulit*, in Axonæ transitu *maximò detrimento* affecit, eosdemque *tribus diebus & tribus noctibus persequens usque ad* [3] *flumen quod fluit intra Ardennam, interfectâ ex iis maximâ multitudine, cum triumpho reversus est in Franciam:* nec *Otto* (*cum his qui evaserant confuse repatrians*) *apposuit ultra redire in Franciam.* Annô 980 *Ottonem Imp. & Lotharium Regem super Carum fluvium convenientes, datis invicem Sacramentis pacificatos, Lotharingiamque à Lothario abjuratam* refert [4] Sigebertus. Willelmus vero Nangius, ex Hugone Floriacensi, non *super Carum*, sed *Rhemis pacificatum*, non *abjurasse*, sed *in beneficium Lotharingiæ Ducatum* * *Ottoni dedisse* Lotharium, *id contra principum Regni voluntatem* factum, *magis eorum corda contristavisse* scribit: mediâ nos viâ incedere, ut nec absolute *abjurasse*, nec *Ottoni in beneficium Lotharingiæ Ducatum* proprie *dedisse*; sed odiosam Caroli germani cum Ottone, qui *Lotharingiæ* inferioris *Ducatum* ei *in beneficium dederat*, pactionem ratam habuisse, & utrique (frustra reclamantibus Francis) reconciliatum Lotharium dicamus, tutius forte videri possit.

[2] Ibid. p. 626. vide Chron. August.

[3] Mosam.

[4] Sigebert.

* Hugo *regnum in beneficium* datum vult.

Annô 983 [5] Decemb. 7 cum [6] *Otto Imp. tædio & angore animi deficiens, Romæ* contabuisset, nonnullis Theophaniæ *Imperatricis odio ejus imperium transferre volentibus ad Henricum Ducem filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis*, is [7] *Agrippinam civitatem intravit*, Ottonem III *Regem retinuit, regnumque ejus invadendo, plurimos sibi de Saxonibus associavit, qui eum in proximo Pascha* (Matt. 23) *Quidelingaburg ad Regem elegerunt*; quod minime ferendum ratus Lotharius, *urbem Virdunum & Godefridum ipsius urbis Comitem cepit*, non *ad invadendam Lotharingiam rursus laborans* (quod Sigebertus, Regibus nostris semper iniquior, finxit) imo nec eum *quoniam Lotharingi Franciam collimitantes rapinas exercebant*, (quod rursus Willelmo Nangio in mentem venit) *rursus recuperandi*, [8] sed Henrici molitionibus obsistendi, Ottonis III pueri patrocinium suscipiendi, summamque ejus dignitatem asserendi animô: sic enim epistolâ 22 ad Imixam datâ Gerbertus, *Reges Francorum filio* (Theophaniæ Imperatricis Ottoni III) *favere dicite, nihilque eos aliud conari, nisi tyrannidem Henrici, Regem se facere volentis, sub nomine advocationis, velle destruere*; epistolâ 32 Caroli Ducis nomine ad Diedericum Metensium Episcopum scriptâ; *Non solus, nec in angulò, fidem integerrimam filio nostri Cæsaris astruo, ut tu nocturno mero eructas; adsunt mecum Galliæ principes,* † *Reges Francorum* (*velis nolis*) *præclarissimi: Lotharienses fide devoti, his est curæ filius Cæsaris, hi nec Regnum quærunt eripere, ut tu; nec conregnantem instituere.* epistolâ 35 ad Geraldum Abbatem Auriliacensem, *à Lothariensis regni primatibus obsides accipit*, (Rhemensium Archiepiscopus Adelbero) *& filio Imperatoris parere cogit sub Regis Francorum clientelâ,*

[5] Gerbert. Dithmar. Herman. Marian.

[6] Sigebert.

[7] Chron. Hildesh.

[8] Lotharius & Ludovicus.

† Lotharius cum Ludovico filio.

telâ, &c. Henricum in Galliâ regnare prohibet; & epist. 58 pro Adalberone scriptâ. *Cum agretur ut Senior meus* (Lotharius) *filio Imperatoris advocatus foret, eaque de causa dati obsides essent* &c. *Senior meus de revocatione Regni nihil mihi dixerit, sed de solâ advocatione*, &c. tantisperdum adolesceret, & patronô opus habere desineret.

Simulac Henrici factione concidente : *extorto*que *de manu* ejus Ottone puerô, Germanici regni pax firmata est, Virdunum sponte restituit Lotharius, *tractatumque concordiæ cum* Ottone II *jam pactum, cum* filio *stabilivit*; hinc Gerbertus epist. 100 ad Ecbertum Trevirorum Archiepiscopum datâ, *Quantum utilitatis Reipublicæ contulerit, quantumve collatura sit pax inter Reges nostros bene fundata, testis est civitas Virdunensium sine cæde & sanguine, sine obsidibus, sine pecuniis in integrum Imperio vestro restituta; testis erit Colonia, rebus sibi diu subtractis in integrum restituendis.* Sed maligne, pro more, generosum Regis nostri factum interpretatus Sigebertus, & falsa adsperšit, & Willelmo Nangio persuasit, hæc ad annum 985 scribens, *Lotharius Rex, videns Ottonem Imperatorem virtute militum suorum proficere, urbem Virdunum & Godefridum Comitem reddit.* Atqui necdum Imperator fuit, aut dici debuit Otto, annô demum 997 in Pentecoste Romæ consecratus; nec eâ ætate fuit, vix quinquennis, ut vel *profecisse*, vel regnum per se administravisse, vel ostentata, quam nondum nosse aptus erat, *militum virtute* Lothario Regi terrorem incutere potuisse, vel (quod absurde admodum somniavit Nangius) *mandata & apices*, quibus Lotharium elatioris spiritus principem *obtemperare* necesse fuerit, dedisse in mentem cuiquam venire debuerit: nec denique *Godefridum* Virduni Comitem *reddidit*, aut *liberavit* unquam; si quidem epistolâ 72, annô 986, *sexto Nonas Martias*, quô animam efflavit Lotharius, ad *Stephanum* Romanæ Ecclesiæ *Diaconum* datâ, hæc Gerbertus habet. *Exequiis Domini Lotharii Regis occupati, multa tibi quærenti pauca rescripsimus: Lotharienses dudum capti omnes elapsi sunt, præter Comitem Godefridum, de quo in brevi meliora sperantur:* & epistola 103 Adalberonis Archiepiscopi nomine ad Theophaniam Imperatricem scriptâ, Maji die 17 (quæ 86 à Lotharii dormitione fuit) Godefridum libertati restitutum docet, sic enim ait, *Decimo sexto Kal. Iunii fratre meo* (Godefrido) *de inferni tenebris liberato, quædam lux vestri honoris oriri visa est*, &c.

Willelm. Nang.

Quicquid sit, universa Lotharingici regni possessio penes Ottonem tertium illibata mansit, nec Hugoni Capeto posterisque Regibus, metum jamdudum Transrhenanis principibus, de ea litem armis dirimere vacavit: hi autem (ne quando ad Francos Occidentales Lotharingorum animus inclinaret) Ecclesiarum præsulibus *regalia* sua per diœceses transcripserunt; unde factum ut in hanc usque diem *Imperii principes* abusive dicantur, qui *regni* illius (cujus præcipua membra sunt & fuerunt) *principes* proprie dici debuerant. Ipsis certe cum *Imperio Romano* (in Caroli Magni gratiam annô 800 Decembris 25 restituto, quodque, quamdiu laicis subjacuit, post Ottonum tempora nemo non Transrhenanus possedit) commune nihil est, cum ab annis 300, & quod excurrit, Principem nullum sæcularem contigerit; imo nec fuit unquam, nisi per accidens, quia scilicet unum idemque caput aliô atque aliô jure Romanis (imperii propriè dicti membris) Langobardis, Francis Transrhenanis, Lotharienšibus, Burgundis, qui totidem

Robertum & Henricum : nihil ultra verba conatos Wibertus, Baldricus, Lambertus & Sigebertus (ex quibus ad cap. 13. plura) docent.

diversa regna, & parallela constituerant, dominabatur: & in unam massam quæ per se singula constiterant, & consistere in æternum apta nata erant, quomodocunque conflaverat; Imperite igitur (licet aliorum minus excussâ phrasi utentium exemplo) *Lotharingiæ inferioris Ducatum*, qui à sæculis aliquot concidit, cum *Brabantico* Lotharingici veteris propagine confundis, & *Imperii feudum* vocas; cum ab eo institutus primum in Francia media fuerit, qui *Romanum Imperium* nondum obtinuerat, *Imperatorem* se nunquam inscripserat, à quoquam *Imperator* ne semel audierat. Si *Imperii* nomine summum in ditiones universas principis illius, cui Lotharingia paruit, jus intelligas; impropriè & abusivè loqueris, laxum nescio quod dominationis ex hoterogeneis constans corpus compingere ausus; deinde nihil quod ad rem tuam sit efficis; quandoquidem *Lotharingiæ*, sive *superioris*, sive *inferioris* Ducatus, non *Imperii Romani* (quod tunc cum uterque exortus est vacabat) sed Ottoniani portio fuit; nec id absolutè, sed secundum quid, quia scilicet Lothariensis regni (ab annô 888 tertia sui parte minuti, & ab Ottone, qui *Romano Imperio*, tunc temporis caruit, & *Germaniæ* seu *Franciæ Transrhenanæ* proprie ac κυρίως Rex fuit) subacti dimidia pars fuit; nec enim citra Rhenum is, qua *Germaniæ* Rex, sed qua *Franciæ mediæ* princeps, dominatus est.

Enguerr. Monstrel. Volum. 3. ad A. D. 1464. Novemb. 3. Philippi Burg. Ducis verba referens. *Duquel pays (de Hollande) je suis Seigneur en la terre & en la mer; sans en reconnoistre nul à Souverain que Dieu.* Ibid. Petri de Goux de eod. Duce ad Francos verba. *Il à hors du royaume maintes belles Seigneuries, comme les Duchez de Brabant, de Luxembourg, de Lembourg, & de Latrich, avec les Comtez de Bourgoigne, de Hainault, de Hollande, de Zelande, & de Namur, & d'autres pays, qu'il tient de Dieu tant seulement.*

Cum autem Lothariensis jamdudum collapsi regni exilis confusaque memoria ad nostra usque tempora vix superfit; nec ejusdem partes, quæ hinc Hispaniæ Regi parent; indè fœderatis ordinibus, quos allenô quocunque imperio jamdudum solutos, & in plenam absolutamque libertatem vindicatos agnoscit Monasterii & Osnabrugæ congregata πανήγυρις, partes inquam illæ Transrhenanis Regibus nequaquam serviant: Imo nec cæteri quotquot restant antiqui Lothariensis regni primates, *Sacri Romani Imperii* se *principes* inscribant, ut *Imperium* illud colant, quod jam propriè loquendo nullum est, nec (quomodocunque esse statueris) à sæculis aliquot Transrhenanæ Franciæ Regibus subest, sed ut colantur, & cum Germaniæ principibus paria faciant, æquisque passibus incedant; frustra nobis nudum nomen, quod universâ suâ (ut sic dicam) *realitate* careat, Gorgonis instar obtendis, dumque de Franciâ, Franciscque tam Cisrhenanis quam Transrhenanis agis, *Imperium Romanum* quod nusquam ab anno 800 extra Italiam fuit, ad merum ludibrium ostentas.

Lotharingiæ Ducatuum origo & amplitudo primitiva breviter indicatur.

ETsi *Francia Media* à mari ad mare inter Alpes, Rhenum, Rhodanum, Ararim, Mosam, Scaldim protensa, tota quanta quanta est (si modo Mogun-

Carolus *Audax* Burg. Dux Ioannem de Croy Chimaci Comitem anno 1473 Febr. mense creavit.
Philippus II *Hisp. Rex*, Marchionem de Hautech, anno 1570, de Roubais anno 1579, Comites de Cantecroy anno 1590, de Berlaimont anno 1574, de Herlius, Busquoy, Hennin anno 1599, de Isenghiem anno 1582, de Solre anno 1590.
Albertus *Archidux* Princips de Ligne anno 1602, de Barbançon anno 1614 Marchionem de Trasignies anno 1614, Comites de S. Aldegunde & Frefin anno 1602. de Anappe & de Bruay anno 1605, d'Elterres anno 1611, de Villerval anno 1612, de Vertain, Noyelle, Buisenf, Falais, Gosnignies anno 1614, de Croix anno 1617, de Marles anno 1621, de Middelburg, anno 1617.
Philippus IV Ducem de Havrech anno 1617, Principem de Mourbeque anno 1630, Marchiones Dainze, & Aiseaux anno 1621, de Treslon & Westerloo anno 1626, Comites de Gamerage anno 1623, de Compigny anno 1614, de Grimberg anno 1621, de Massam anno 1626, de Thiant & Wake anno 1627, de Motterie anno 1628, de Wakove anno 1629, de Wils an. 1630.

guntinam, Warmatiensem & Spirensem dioeceses excipias) annô 843 Lothario majori, qui in Italiâ *Langobardorum regnum* & *Romanorum Imperium* jam tenebat, assignata fuerit; ex eoque vere, ac proprie, *Lotharii regnum* fuerit, & dici jure potuerit; nunquam tamen dicta est; nec repertus hactenus suppar quisquam, qui (vel ante, vel post divisam anno 855 à Lothario ipsomet, inter filios Lotharium minorem, & Carolum *Franciam mediam*) vel *Provinciam* Carolo transcriptam *Lothariense regnum*, vel geminas *Lotharingias* aut *Lotharii regna* animô conciperet. Sola Lotharii minoris hæreditas, *Lotharii*, seu *Lothariense regnum*, & *Lotharingia* dicta est; nec tota nomen illud servavit, siquidem universa illa, quæ inter Vosagum, Ararim, Rhodanum porrecta est regni *Lothariensis* portio, annô 888 *Burgundiæ Transjuranæ* regnum constituere cœpit, & *Lothariensis* esse ac dici desiit; tunc etiam universi illi Comitatus, qui Rhodani, Araris, Mosæ, ripæ Occidentali adsident, à Lotharingicô regnô resecti, paulatim Franciæ nostræ coaluerunt. Nullius, qui totô Lotharii majoris tempore, vel institutus sit primum, vel aliis suffectus fuerit, Ducis nomen ab oblivione vindicavit, historia; sub Lotharió minore, [1] *Duces adversus* Humbertum Tietbergæ reginæ fratrem *directos*; Conradum *Iurensium partium* [2] *Ducem* fuisse; Hugoni puero vix quinquenni ex Vualdradâ suscepto, [3] *Ducatum Elizatium* annô 867 *donatum* refert. Postquam vivere Lotharius desiit, sub patruis Ludovico & Carolô Calvô, qui regnum ejus diviserant, nulla Ducum mentio occurrit; Imo nec sub Ludovicô *Balbô*; Ludovicô, & Carolo *crasso*, Balbi consobrinis; & Arnulfo; sed sub Zuentiboldo, [4] Ludovico ejusdem germano, & Carolo *Simplice*, Rainerius [5] *Hasbacensis & Haynuensis Dux* audit; ut & Gisleber-tus filius [6] sub Carolô eodem, Henricô *Aucupe*, & Ottone I ad annum usque 939, quô *in Rhenô undarum vi enecatus est*; ei annô 940 suffectus est Henricus Bavariæ Dux, [7] Ottonis Regis germanus, quô [8] *mox eodem annô à Lotharien sibus expulsô*; Otto Comes *Ricuini* (qui Gisleberti patruus erat) *filius*, Ducatum ad annum usque 944 quô *vitâ decessit*, administravit; huic rursus *Conradus Werinheri filius*, Ottonis Regis gener *successit*; [9] eodemque annô 953 *à Ducatu Lotharien si remotô*, Brunoni *regis Ottonis fratri*, Colonien sium *pontifici*, *regnum Lotharien se commissum est*; at annô 959 cum *defecivissent à Brunone Duce Lotharien ses*, *suadente quodam Immone Comite* (nisi nec conjectura fallit) Lossensi, *Bruno Fredericum quendam Comitem*, Ottone Duce natum, *eis vice suâ præfecit*, qui *Mosellanicæ*, seu *Lotharingiæ superioris* Dux exinde dictus est; eodemque tempore *inferioris Lotharingiæ* Ducatum, sub Brunone regni totius *Archiduce*, regendum susceptt [10] Godefridus, cui annô 964 *ex pestilentiâ* denato, *ejusdem cum patre nominis & dignitatis*, successit [11] Godefridus alter, quem annô circiter 976 defunctum proxime secutus, Carolus Lotharii Regis germanus, annô 991 sub custodia ab Hugone Capetô Rege positus excepit.

[1] Annal. Metenses.
[2] Chron. Laubiense.
[3] Annal. Bertin.
[4] Regino A. D. 898.
[5] Dudo hist. Norm.
[6] Flodoard.
[7] Widikind. lib. 2.
[8] Regin. contin.
[9] Flodoard.
[10] Vita Brunonis c. 40. Regin. contin.
[11] Adelheidis Abbatissæ vita.

Fuerant ad annum usque 959 universæ Lotharingiæ sub Regibus præsides, quotquot ejusdem ab annô 898 *Ducatum* tenuerant; Gisleberto enim è vivis sublato, Otto Rex, anno 940 *Henrico fratri* [12] *regnum Lotharien se commisserat*. eodemque paulo post pulso, [13] *regio Lothariorum*, *ideſt regno*, non *regni* partem *procuraret*, *Ricuini filius* Otto, ab Ottone Rege, prout Vitikindus coætaneus monuit, non [14] *à Ludovico*, qui regno illo exciderat præfectus fuerat.

[12] Flodoard.
[13] Regin. contr.
[14] hic Vespergensis Abbatis error.

fuerat. *Ottoni in Ducatu Conradus Wernheri filius* annô 944 succeſſerat; ac ne quis ei, ut præcedentibus, univerſam Lotharingiam non creditam putet, eum annô 946 [1] Robertum Trevirenſem (Ottonis avunculum) ſuperioris, Richardum Tungrenſem inferioris Lotharingiæ præſules (velut curæ ſuæ commiſſæ provinciæ turbatores) infidelitatis arguiſſe; annô 951 [2] *quibuſdam Lotharienſibus infenſum turres quorundam dejeciſſe, Virdunenſium quoſdam* (in ſuperiore Lotharingiâ) *honoribus privaviſſe, Raginarii Comitis* (in inferiore) *Caſtrum quoddam cepiſſe, & cætera ipſius obſideri feciſſe*; annô 953 Brunonem (qui exauctorato Conrado ſuffectus eſt) *totius* [3] *Lotharienſis regni Ducatum & Regnum ſuſcepiſſe*; ac proinde Rainerium, Giſlebertum, Henricum, Ottonem, Conradum, Brunonem, totidem *Proreges*, ſeu Regum in Lotharienſi regnô *generales Vicarios* fuiſſe meminerit.

[1] Regin. contin.

[2] Flodoard.

[3] Regin. contin.

At poſt Lotharingorum ab Immone concitatorum rebellionem, ſub Brunone, eodemque procurante, & *Archiducalem* titulum retinente, creati duo *Duces*, qui Lotharienſe regnum æquali poteſtate regerent; cum enim Lotharingia univerſa ab annô 888 decem diœceſes complexa ſit; quinque à Brunone ſuperiori Lotharingiæ, quæ Moſellanica à Moſella interſecante dicta eſt, Trevirenſis nimirum, Argentinenſis, Metenſis, Virdunenſis, Tullenſis, aſſignatæ ſunt; reliquas Colonienſem, Ultrajectinam, Leodienſem, Cameracenſem, Tornacenſem trans Scaldis Orientalem ripam ſitam, inferiori ejuſque Duci aſſignari placuit: hujus ſedes Aquiſgranum, alterius nempe Moſellanici, Divodurum Mediomatricum; quôd rurſus proprii Comitis ſub Duce regimini commendatum eſt: ſed procedente tempore acciſis Ducum rebus, tranſlataque maximâ ex parte in Epiſcopos Comitum poteſtate, Moſellanici Ducatûs ne nomen quidem manſit; quia tamen ab annô 1047 familiæ Alſaticæ, quæ in hanc uſque diem ſupereſt, ab Henrico III Rege commiſſus eſt, quicquid illa in Tullenſi diœceſi Nanceium nimirum ditionis Metropolim, Miram curtim Spinalium, Montem fortem, Novum Caſtrum, Romarici montem, &c. in Metenſi, Zirkam, Ramberti villam, Homburgum, Blamontium, S. Naborem, &c. poſſidet; Ducatum hodiernum conſtituit, cui nihil in Trevirenſi, Virdunenſi, & Argentoratenſi diœceſibus reliquum eſt. Eadem fere Lotharingiæ inferioris (vulgo *Lothier* dictæ) conditio; Cum enim annô 1106 Ducatus ejus, abdicato Henrico Limburgenſi, Godefrido Lovanienſi, ab Henrico V Rege adſcriptus fuiſſet; & Brabanticum pagum, cum Hasbanienſis parte, privati ſui juris feciſſent Godefridi poſteri; pedetentim exolevit Lotharingici Ducatûs memoria, ut Brabantico, abuſive & improprie ſic dicto, locum faceret; tantaque fuit procedente tempore ſcriptorum negligentia, ut quem ab annô 1106 *Lotharingiæ Ducem & Marchionem, Lovanienſium Comitem* proprie locuti dixerant, circa annum 1137 &c. *Lovanii Ducem*; circa annum 1204 *Lotharingiæ & Brabantiæ Ducem*; circa annum 1207, &c. *Brabantiæ Ducem* abſolute; circa annum 1267 *Brabantiæ & Lotharingiæ Ducem* inverſô legitimô ordine inſcriberent: quod varie congeſtis exemplis (pro ſuâ ſedulitate) confirmavit Chriſtophorus Butkenius.

ante annum 888. Veſuntio & Baſilea Lotharingi regni membra fuerunt; quod virum eruditiſſ. Burkenium fefellit Lauri Brabant. lib. 1. c. 3.

Lotha-

Lotharingici regni Ducum laterculus ab annô 896 ad 1106.

Raginarius Albradæ maritus, Ricuini Germanus, Ottonis patruus, A. D. 912 denatus.
Gisleberti Raginarii filius, A. D. 939 in Rheno submersus.
Henricus Ottonis Regis frater, anno 940, à Lotharingis expulsus ac exinde Bavariæ Dux.
Otto Gisleberti consobrinus, A.D. 944 denatus.
Conradus Ottonis Regis gener, A. D. 953 à socero deturbatus.
Bruno Colon. Archiepiscopus Ottonis Regis frater, qui anno 959 Lotharingiam in duos Ducatus divisit, & anno 965, Octob. 11 vivendi finem fecit.

Lotharingiæ superioris seu Mosellanicæ Duces,

Fridericus Ottonis Ducis filius, A. D. 984 denatus.
Theodericus I Friderici filius, A. D. 1024 denatus.
Fridericus II, Theoderici I filius, A. D. 1027 denatus.

Lotharingiæ inferioris seu Ripuariorum Duces.

Godefridus I, A. D. 964 denatus.
Godefridus II prioris filius, anno circiter 970 denatus.
Carolus Lotharii Regis frater ab annô 977 ad 991, Ducatu potitus.
Otto Caroli filius, anno 1005 denatus.
Godefridus III Ardennensis, anno 1026 denatus.

Godefridus IV Audax Gothelonis Primogenitus, A. D. 1046 deturbatus.
Albertus Alsatiæ Comes, A.D. 1048 à Godefrido *Audaci*, cæsus.
Gerardus Alberti frater, A.D. 1070 denatus.
Theodoricus II Gerardi filius, A. D. 1125 denatus.
Hujus posteri, Lotharingiæ, Gusiæ, Ellebovii Duces in hanc usque diem superstites sunt.

Gothelo Godefridi Ardennensis frater, A. D. 1044 denatus.

Gothelo ignavus Gothelonis secundogenitus, A. D. 1046 denatus.
Fridericus *Luxemburgius*, anno 1065 denatus.
Godefridus V *Gibbosus*, Audacis filius, A. D. 1076 denatus.
Conradus Henrici III Regis primogenitus ab A. D. 1075 ad 1088.
Godefridus VI Bullionius Eustachio Bononiensium Comite & Ida Godefridi *Gibbosi* sorore natus, ab A. D. 1089 ad 1096 Dux.
Henricus Limburgius Iutæ Friderico Duce natæ maritus, A. D. 1106 ab Henrico V Rege deturbatus.
Godefridus VII *Lovanienſis*, cujus posteri modò *Lotharingiæ* propriè, modò *Brabantiæ* Duces improprie dicti, A. D. 1406 in Ioannâ Decembris Kalendis denatâ defecere. Godefridum Conradi æmuli partes secutum, A.D. 1125 translato in Waleranum Limburgicum Ducatus Lotharingi titulô, exauctoravit Lotharius Imper. sed annô 1128 à Conrado successore in integrum restitutus, Ducatus hæredem Godefridum filium reliquit, A. D. 1139, Ianuarii 15 denatus.

Postquam nec Francorum regnum, nec Lotharingiæ inferioris Ducatum Gerbergæ Lamberti Lovanienſis uxori debitum fuisse, nec tibi Lotharingici jura comperta fuisse docuimus, quid postremô locô Gerbergæ eidem *primogenitæ* asserturus afferas sub examen revocare nostrum est. *Quarto* (inquis) *Gerbergam natu majorem dico) quia Godefridus Magnus Dux Lotharingiæ inferioris, Gerbergæ pronepos, in vetusto codice Nivellenſi, diserte dicitur primogenita obtinens stirpis Caroli Magni.* hic autem quæro, quantæ *vetustatis* sit *Codex* ille *Nivellenſis*, quem venditas; etsi enim eorum, quæ ante annos ducentos scripta sunt comparatione *novus* sis, rerum quæ ante sexcentos Vindic. p. 43. edit. 2. p. 58.

centos evenerunt, respectu, nonnisi *novus* esse potest, qui ducentis ætatem tuam annis superat, tibique vetus est; sed sive *novellus* sit, sive *vetustus*, *Codicis Nivellensis* auctor; nihil ad nos, qui diserte ab eô scripta falsissima esse novimus. 1. quia longe antiquiores, Hugo scilicet Floriacensis, annô circiter 1110 denatus, Genealogiæ S. Arnulfi scriptor anonymus, circa annum 1260 defunctus, Balduinus de Avennis, cujus ante annum 1300, adeoque antequam in naturâ rerum Codex Nivellensis esset, scriptum publici juris fuit, Ermengardi Gerbergæ sorori primas detulerunt. 2. quia etsi *natu majorem* Gerbergam fuisse tibi largiamur; non *stirpis Caroli Magni* absolute; sed sororis unius post natæ *primogenita obtinuerit*. 3. quia nec Gerberga, nec Ermengardis (ut ut ex priore Caroli Ducis conjugiô susceptæ sint) post annum 1005, quô Dux Otto denatus est, *stirpis Carolinæ* sibi *primogenitæ* jure vindicare potuerint, sed masculus earum frater Ludovicus, ex Agnetis secundæ uxoris thorô natus: Imo nec ipse sibi Ludovicus, Veromandicæ familiæ principibus primum, ac exinde Comitibus ab Andechs, utpote Pippini Italiæ & Ludovici Germaniæ Regum posteris, debita vindicaverit. Sed diagramma tuum ob lectorum, oculos appositâ è regione Censurâ, statuere juvat.

Chiffletii Diagramma 1.

Progenies Gerbergæ filiæ natu [1] *majoris Caroli Ducis, avito ac hæreditario jure* [2] *Francorum Regni, attexenda Stemmati Caroli Magni capite superiori descripto.*

8 Gerberga [3] jure Francorum Regina, possessione Bruxellensis Comitissa, uxor Lamberti I cum barbâ, Comitis Lovaniensis.

9 Lambertus II [4] Comes Brabantiæ, Lovanii & Bruxellæ; uxor Oda, filia Gothilonis Magni Lotharingiæ utriusque Ducis.

10 Henricus Comes [5] Brabantiæ & Lovanii, uxor Adela filia Othonis [6] Thuringiæ Lantgravii.

11 Godefridus VII [7] Barbatus junior, Dux

Censura.

[1] Nec *natu major* Gerberga ex antiquiorum sententiâ fuit, nec si *natu majorem* fuisse velimus, regni hæredem fuisse obtinueris Chifletî.

[2] Carolum (calcatô *avito & hereditario jure*, adversus fratrem, ac nepotem, regnumque conjurare ausum) regno, dum privatus vixit, indignum pronunciavere Franci, quorum judicium comprobavere, illi ipsi, quorum partes secutus erat; quid nunc odiosam (cujus ipsos Germaniæ Reges, Romanamque Ecclesiam patrocinium suscipere puduit) causam, nullô fructu refricas?

[3] Gerberga *Fratrum*, feminas à regnô arcenitum, esse jure nullo potuit *Regina*, imo nec propriô, sed mariti Lamberti, *Bruxellensis Comitissa* fuit, prout ex professo, A. D. 1641 docuit Christophorus Buckens, te Chifletî longe eruditior, & fide hac in parte dignior.

[4] Nec Henricus Lamberti frater natu major, Matthildis Hermanno Comite ab Einham natæ maritus, ab Hermanno captivô, A. D. 1038, Augusti 5 cæsus; nec Otto filius, paulo post patrem denatus, omitti debuere; nec *Lovanii & Bruxellæ* in pago Brabantico sitorum, *Comes* inscribendus fuit, qui *Brabantiæ Comes* absolute à te dictus est, nec se *Brabantiæ Comitem* inscripsit uxquam Lambertus.

[5] Nec Henricus absolutè primus fuit, sed secundus: nec (cum Lovanium Brabantiæ membrum sit) *Brabantiæ & Lovanii Comes* dici debuit. Annon qui Philippum I V *Hispaniarum & Madriti Regem* inscripserint, tu ipse, qui paria facis, ridiculos putes?

[6] Nullus inter *Thuringiæ Lantgravios* Otto, unicus inter Hessos ex iis ortos, anno 1308, ideôque 230, & quod excurrit, annis post Ottonis *Thuringiæ Marchionis*, qui cum Adela uxore, A. D. 1062, Septembris 2 (præsidia aliquot S. Servatii Trajectensis Basilicæ donavit, & Henrici soror fuit, obiit cum.

[7] Hic reverâ inter Godefridos *Lotharingiæ inferioris Duces* ordine *septimus* fuit, sed *primus* ex Lovaniensi familiâ

& *Godefridus* & *Dux* fuit: Nec *Romani Imperii*, quod ab anno 800 Romani Ducatus fines nunquam excesserit, proprie loquendo *Marchio* dici debuit, sed *Imperii Henrici V*, *Lotharii I*, & *Conradi* (quod *regnorum massa* fuit, & cum *Romano Imperio*, regna Germaniæ, Lotharingiæ, Burgundiæ, & Langobardiæ complexum est) *Marchio* unius Lotharingici regni respectu. Imo nec debuit Henricus III Godefridi Ducis frater natu major (qui se primus A. D. 1086 *Brachantiæ patriæ Comitem & Advocatum* inscripsit, Spanio 1095, in Tornacensi apud Tornacum cæsus est) omitti, huic enim successit Godefridus *barbatus*, seu *Magnus* ob Ducatûs, & Semor ob ætatem, Godefridi filii (qui solus *junior* dictus est) comparatione, à veteribus vocatus.

Lotha-

Lotharingiæ inferioris & Marchio S. R. Imperii; uxor Ida filia [1] Lamberti Comitis Namurcensis.

[1] Nullus in totâ Namurcensium Comitum serie occurrit *Lambertus*; sed Alberti plures; fuit autem Godefridi Ducis uxor Ida, Alberto III, & Ida Bernardò Saxonum Duce natæ filia.

12 Godefridus [2] VIII Dux Lotharingiæ Inferioris, Marchio; uxor Lutgardis, filia Alberti Comitis Dagsburgensis.

[2] Hic *junior* dictus, *secundus* ex Lovaniensi familiâ *Dux* fuit, non *octavus*.

13 Godefridus [3] IX Dux Lotharingiæ Inferioris, Marchio; uxor [4] Imaina filia Ludovici Comitis Lossensis.

[3] Hic *tertius* ex Lovaniensi familia Dux fuit, non *nonus*: quod vel ex ejus Chartis à Burkenio, probationum p. 40 descriptis, liquet, sic enim ait *Godefr. Dei gratia Dux Lothar. tertius, dignitatis hujus ac nominis hæres*, &c.

[4] Reverâ Imainam Ludovici Comitis Lossensis & Ermengardis de Ryncke filiam duxit, ex qua Guillelmus & Godefridus Domini de *Perwez* nati sunt; sed hæc secunda uxor fuit; ex priore Margaretâ, Henrici III Limburgensis filiâ, Henricus Dux natus est. Audi Balduinum de Avennis; *uxorem duxit Margaretam sororem Ducis Limburgensis, ex qua duos genuit liberos Henricum postea Ducem & Albertum, qua Margareta defuncta, Dux Godefridus secundam duxit uxorem, Imainam sororem Comitis Lossensis, ex qua unum genuit filium Guillelmum nomine, à quo descenderunt hæredes de Perwez.* Vide & Albericum ad A. D. 1155, Magnum Chron. Belgicum ex ipsis Brabant. Chronicis. Burkenium in *Tractatu Brabantico*, qui ex Notitia Mirræi c. 234 Godefridum Guillelmi Domini de Perwes fratrem, ex Imaina Lossensi natum docet.

14 Henricus [5] II Dux Lotharingiæ & Brabantiæ Marchio; uxor Matthildis Comitissa [6] Bononiensis.

[5] Henricus hic inter Lovanii Comites I V fuit, inter Lotharingiæ Duces *primus* non *secundus*.

[6] Matthildis Bononiæ Comitissa non fuit quando Henrico nupsit, imo nec post; denata nimirum A. D. 1211 vivente Idâ sorore primogenitâ, Bononiæ Comitissa; cujus anno 1216 denatæ, hæreditas ad Matthildem filiam anno demum 1261 defunctam transiit.

15 [1] Henricus [7] III Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ, Marchio; uxor Maria Sueva Philippi Imperatoris filia.

[7] Henricus V inter Lovanii Comites; *secundus* non *tertius* inter Duces: secundis nuptiis Sophiam Ludovici Thuringiæ Lantgravii, Caroli Ducis à Francis abdicati trinepotis, & S. Elizabeth filiam, ex qua Henricum Hassiæ Lantgravium, & subsequentium Lantgraviorum parentem suscepit. Vide Burkenium.

[1] Adelhaide Henrici hujus sorore editus Rex Christianissimus.

16 [2] Henricus [8] IV Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, Marchio; uxor Aleydis filia Hugonis IV Ducis Burgundiæ.

[8] Henricus VI inter Lovanii Comites, & III inter Duces. Matthildem sororem habuit Roberti I Attrebatum Comitis uxorem, quæ inter Christianissimi Regis atavias eminet; ut & Maria Henrici Ducis & Aleydis filia, Philippi III Regis uxor 1; Margareta Henrici VII Imperatoris, Adelhais Guillelmi V Arvernorum Comitis uxores.

[2] Matthilde ejus sorore prognatus Rex Christianissimus.

17 Ioannes [3] I Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi; uxor Margareta, filia Guidonis Comitis Flandriæ.

[3] Mariâ Ioannis sorore atavam habuit Rex Christianiss.

18 [4] Ioannes II Dux Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi, uxor Margareta, filia Eduardi I Regis Angliæ.

[4] Margareta Ioannis II sorore originem duxit Rex Christianissimus.

19 Ioannes III Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, & Limburgi, uxor Maria filia Ludovici Comitis Ebroicensis filii Philippi III Franciæ Regis.

20 Margareta Brabanta, Antverpiæ Domina, uxor Ludovici Malani Comitis Flandriæ.

21 Margareta Comitissa Flandriæ, Burgundiæ, Arteſiæ, uxor Philippi Audacis Ducis Burgundiæ, filii Ioannis II Regis Franciæ.

22 Ioannes Intrepidus, Dux Burgundiæ; uxor Margareta Bavara, filia Alberti Comitis Hannoniæ & Hollandiæ.

23 Philippus Bonus Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. uxor Isabella filia Ioannis I Lusitaniæ Regis.

[5] Franciæ & Hispaniæ Regum ab A.D. 1601, communis atavia.

24 Carolus Bellicosus, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. uxor Isabella filia Caroli I Ducis Borbonii.

25 [6] Maria Ducissa [7] Burgundiæ, Brabantiæ, &c. uxor Maximiliani I Imperatoris Austriaci.

[6] Nec Mariæ nec Mariæ posteri jure ullo *Burgundia Duces* fuere vel dici potuere,

26 Philippus Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Princeps Belgarum; uxor Ioanna Ferdinandi & Isabellæ Catholicorum Regum.

27 Carolus V Imperator, Hispaniæ Rex, Dux Burgundiæ, &c. uxor Isabella filia Emmanuelis Regis Lusitaniæ.

28 Philippus II Rex Catholicus, Dux Burgundiæ; uxor Anna filia Maximiliani II Imperat.

29 Philippus III Rex Catholicus, Dux Burgundiæ; uxor Margareta filia Caroli Archiducis Austriæ.

30 Philippus IV Rex Catholicus, Dux Burgundiæ; uxor Isabella filia Henrici IV * Franciæ Regis.

31 Balthazar Hispaniarum Princeps.

* Iure paterno *Franciæ* materno (quod malim obtices) *Navarræ* Regis.

Ut [1] *ex ista* serie, *quam* ipsemet (non tamen sine multiplici somniorum mendacium adspergine) *contexuisti*, *Austriacos* principes ipsosque Austriacorum omnium primogenitos, *Hispaniæ Reges*, *à Carolo Magno per Gerbergam genus ducere apparet*; sic Hassiæ & Thuringiæ Lantgravios, Ludovici Carolô Duce nati nepotes, Gerbergæ (quam fratri cedere debuisse nemo sanus negaverit) posteris, si tibicine alio nullo fulciantur, anteferendos esse, luce meridianâ clarius est; [2] *si de ortu illô perquam sublimi seipsum Wenceslaus* Rom. & *Bohemiæ Rex maxime commendavit*, ac ubi *captum per manum* Dinterum Antonii Brabantini Legatum *in quandam aulam duxit*, *in quâ pretiosæ omnium Brabantiæ Ducum imagines depictæ erant*, *quod Henricus de Lutzemburgô Imperator*, *proavus suus Ioannis I Ducis Brabantiæ*, *filiam* Margaretam anno 1291 duxisset, *suam illam Genealogiam esse*, imo se *de sancti Caroli Magni Imperatoris*, *& inclytæ domus Brabantiæ progenie descendere* gloriatus est, absurdi nihil admisit; sed nonnisi ex errore, eoque crassô, se *Trojanorum* sobolem esse putavit; quid enim Francis Germanicæ originis hominibus, cum Trojanis Asiaticis commune esse potuit? Imo erraverit, si se per unam Margaretam *proaviam*, *de Caroli Magni progenie descendere* credidit; cum Carolus IV pater, per Elizabetham Bohemicam matrem, Henricus ipse proavus, per Beatricem Avennicam matrem, per Margaretam Barrensem aviam, per Ermesindim, Namurcicam ataviam (quæ Ermengardi Caroli Ducis filiæ, te ipsô auctore, natales suos debebat, ut & Ermengardi Lotharió Imp. natæ) *Caroli Magni nepos* fuerit.

1 Dinter. l. 6. c. 37.

2 Vindic. p. 45. edit. 2. p. 30.

Philippum [3] *bonum Burgundiæ & Brabantiæ Ducem*, *à Sigismundô Imperatore anno* 1434, *ad singulare certamen*, *per Heraldum provocatum*, se nec *Imperatorem*, *nec Mundi Dominum*, *verum Magni Caroli sanguinem*, *quem verba terrere non possent*, respondisse ex Pii Papæ II *Comment. lib.* 9. refers; Quô fine, vel fructu? an per unam Margaretam Brabanticam, *verum* se *Caroli Magni sanguinem esse*, vel professus est, vel profiteri debuit, qui sexcentis aliis modis Caroli se *nepotem* comprobare poterat? *Ioannem Ioffridum Episcopum Attrebatensem in oratione*, *quam ad Pium* II *Papam habuit in conventu Mantuano annô* 1459, *præsente Ioanne Duce Clivensi*, *aliisque Philippi Ducis Oratoribus*, nonnulla *ad extremum subjunxisse* imprudens mones, quibus (ut aliæ nobis adversus insania tua molimina machinæ desint) causæ tuæ fundamenta funditus evertantur; hæc nimirum ex Manuscripto à te deprompta, *Heros ille noster Carolus Magnus*, *à quô Dux ipse non solum Francorum sanguine*, *sed Brabantinorum stirpe directe manat*; si enim (quod Ioannes Ioffridus vere pronunciavit) *à Carolô Magnô*, *Francorum sanguine directe Dux ipse* Capetigena *manavit*; te in solâ *Brabantinâ stirpe* (quod facis) hærere necesse non est, ut derivatum in Burgundicam familiam, *Caroli sanguinem* obtineas. *Ab Hispaniarum Rege* Ludovicum nostrum, non modo *asseverti*, sed hoc ipsum *liquere*, temere pronuncias, quia scilicet cum *à Gerberga*

3 Vindic. p. 36. edit. 2. p. 31.

bergâ mediis Brabantiæ, & Burgundiæ Ducibus, nonnisi *novissime per proaviam paternam* (Ioannam Tusorum Ducem) *& per matrem Austriaci, sanguinis principes prosapiam ducere* falso putas; qui Henricum Magnum, Christianissimi Regis avum, à [1] *Gerbergâ* eadem, per Adelheidem Arverniæ, Matthildem Hollandiæ, Matthildem Attrebatum Comites, & Mariam Francorum Reginam (longe ante Brabanticæ familiæ in Burgundicam, & Burgundicæ in Austriacam casum denatas) *directo tramite* originem ducere, & *insignem* illam *ortûs prærogativam*, *quam* Austriacæ genti ex errore tribuis, pluribus modis *antevertisse*, etsi forte velis, negare non potes.

[1] Vide infra Caroliui tra ducis demonstrationem.

Audiamus nunc, quæ nobis de Ermengarde, Gerbergæ (si antiquiorum judicium sequamur) sorore *primogenitâ*, arcana in aures nostras insusurranda, & delineato à te Diagrammate evulganda, proferas. En secundum Diagramma tuum, Censura justâ è regione appositâ castigatum.

Censura.

[1] Caroli (postquam à Francis, Francorumque Regibus, eum ab anno 977, adversarium passis, anno 987 abdicatus est) *Regnum jus* nullum agnovere Roma, Italia, Germania.

[2] Ermengardi prærogativam natalium à vetustioribus assignatam docui.

[3] ea post casum, A. D. 1047, apud Rivoniam Ardennæ, Albertum maritum, Friderico Duci, qui Gerbergæ Bononiensis prioris uxoris, elato funere secundas nuptias appetebat, matrimonio juncta est. Vide Butkenii Trophæa Brabantica. pag 84.

[4] Ida Bernardi Saxoniæ Ducis & Bertradæ Norvegicæ filia fuit. Vide Butkenium, pag. 110; unicam ex Gerberga priore uxore susceptam suttam, quæ Henrico Limburgensi, post Godefridum Bullionium, Duci nupsit, superstitem reliquit Fridericus Dux. Vide Chesneum in Geneal. Lucemburgicæ, Butkenium, p. 84.

[5] Yolendim, Lauretam, & Agnetem Balduini I V sorores, ataviis, habuit Rex Christianissimus.

Progenies (inquis) *Ermengardis Comitissæ Namurcensis, Caroli Ducis, & jure* [1] *Francorum Regis, natu* [2] *minoris filiæ, attexenda Stemmati Caroli Magni supra cap.* 3.

8 Ermengardis Alberto I Comiti Namurcensi in matrimonium collocata.

9 Albertus I I Comes Namurci, uxor Regelindis [3] Gothilonis Magni Lotharingiæ utriusque Ducis filia.

10 Albertus I I I Comes Namurci; uxor Ida [4] Friderici Ducis Lotharingiæ inferioris vidua.

11 Godefridus Comes Namurci; uxor Ermensendis Conradi Comitis Luxemburgensis filia.

12 Aleydis, conjux Balduini I I I Comitis Hannoniæ.

13 Balduinus I V Comes [5] Hannoniæ & Namurci, uxor Margareta Theodorici Flandriæ Comitis filia.

Hinc Reges Hispaniæ.	Hinc Reges Franciæ.
14 Balduinus Flandriæ & Hannoniæ Comes & Imp. Constantinopolitanus; uxor Maria, Henrici Comitis Camp. filia.	14 *Isabella* [6] *Hannonia Philippo I I Francorum Regi nupta.*
15 Margareta [7] Flandriæ & Hannoniæ Comes, nupta Guillelmo Dampetræ Domino.	15 *Ludovicus V I I I Francorum Rex; uxor Blanca* [8] *Alphonsi V I I I Castellæ Regis natu minor filia.*
16 Guido Comes [9] Flandriæ; uxor Matthildis Roberti Bethunii filia.	16 *S. Ludovicus I X Francorum Rex, uxor Margareta filia Raimondi Berengarii Prov. Comit.*
	Ramus Valesius. | Ramus Borbon.
17 Robertus [10] Berhunius Comes Flandriæ, uxor Iolanda Odonis Comitis Nivernensis filia.	17 *Philippus I I I Rex Franciæ* [11] *stipes Valesiorum Regum, quorum stirps masculina defecit in Henrico I I I Rege.* 17 *Robertus Comes Clari montis, uxor Beatrix Burgundæ, Borbonii Domina, à qua posteri dicti sunt Borbonii.*

[1] Margareta Burchardo de Avennis priori marito Ioannem & Balduinum maternos Regis Christianissimi atavos peperit.

[2] Isabellâ Guidonis & Isabellæ filiâ ataviam habuit Rex Christianiss.

[3] Gothilonis Magni Lotharingiæ utriusque Ducis filia.

[4] Yolende & Sibyllâ Balduini & Isabellæ sororibus, oriundus est Rex Christianissimus.

[5] Hispani ipsi Alfonsum Blancæ patrem 9 vocant, ob annumeratum Castellæ Regibus Alfonsum Aragonum Regem, Alfonsi V I regnum.

[6] absurde stipitem nobis pro stirpe procudi clarum est.

[7] Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comes, nupta Guillelmo Dampetræ Domino, ut & Roberto fratre, ataviseditus est Rex Christianissimus.

[8] Ludo-

18 Ludovicus Comes Nivernenſis, & Regiſterenſis; uxor Ioanna [a] Rethelenſis Comitiſſa.

19 Ludovicus [b] Creſſiacus, Comes Flandriæ; uxor Margareta Philippi V Regis Franciæ & Ioannæ Burgundiæ & Artefiæ Comitiſſæ filia.

20 Ludovicus Malanus, Comes Flandriæ; uxor Margareta filia Ioannis III Ducis Brabantiæ.

21 Margareta Comes Flandriæ, Burgundiæ & Artefiæ, uxor Philippi Audacis Ducis Burgundiæ.

22 Ioannes Intrepidus Dux Burgundiæ; uxor Margareta Bavara, filia Alberti Comitis Hannoniæ & Hollandiæ.

23 Philippus Bonus Dux Burgundiæ; uxor Iſabella filia Ioannis I Regis Portugalliæ.

24 Carolus Bellicoſus Dux Burgundiæ; uxor Iſabella filia Caroli I Ducis Borbonii.

25 Maria [c] Duciſſa Burgundiæ, Princeps Belgarum, uxor Maximiliani I Imperatoris Auſtriaci.

26 Philippus Archidux Auſtriæ, [d] Dux Burgundiæ, Princeps Belgarum; uxor Ioanna filia Ferdinandi & Iſabellæ Catholicorum Regum.

27 Carolus V Imperator, Rex Hiſpaniæ, [e] Dux Burgundiæ, &c. uxor Iſabella, Emanuelis Regis Portugalliæ filia.

28 Philippus II Rex Catholicus; uxor Anna, Maximiliani II Imperatoris filia.

29 Philippus III Rex Catholicus; uxor Margareta filia Caroli Archiducis Auſtriæ.

30 Philippus IV Rex Catholicus; uxor Iſabella, filia Henrici IV Regis [f] Franciæ.

31 Balthaſar Hiſpaniarum Princeps.

18 *Ludovicus I Dux Borbonii*, uxor *Maria filia Ioannis* [a] *Auſtrenſis, Comitiſſa Harcurie.*

19 *Iacobus de Borbonio Comes Marchiæ, uxor Ioanna, filia Hugonis de Caſtellione, dicti de Sancto Paulo.*

20 *Ioannes de Borbonio Comes Marchiæ; uxor Catharina filia Ioannis Comitis Vindocinenſis.*

21 *Ludovicus de Borbonio Comes Vindocinenſis; uxor Ioanna filia Ioannis de Monteforti dicti Guidonis, & Annæ Lavallæ.*

22 *Ioannes de Borbonio Comes Vindocinenſis; uxor Iſabella filia Ludovici de Beauveu & Margaretæ de Chambley ejus conjugis.*

23 *Franciſcus de Borbonio, Comes Vindocinenſis; uxor Maria filia Petri de Luxemburgo Comitis S. Pauli.*

24 *Carolus de Borbonio primus Dux Vindocinenſis; uxor Franciſca filia Renati Ducis Alençonii.*

25 *Antonius de Borbonio, Dux Vindocinenſis; uxor Ioanna de Albreto* [b] *Bearnia Princeps.*

26 *Henricus de Borbonio Rex Francia,* [c] *quartus hujus nominis, uxor Maria Medicea, filia Franciſci Coſmæ Magni Hetruriæ Ducis, & Ioannæ Archiduciſſæ Auſtriæ.*

27 *Ludovicus XIII Rex Francia* [d]*; uxor Anna Auſtriaca Philippi III Regis Catholici filia.*

28 *Ludovicus XIV Francia* [e] *Rex pupillus.*

[a] Regiſterenſis jure uxorio Comes fuit, nec enim Rethelia & Regiſterum differunt.

[b] Ioannæ Ludovici soror is nepos eſt Rex Chriſtianiſſimus.

[c] Nec *Burgundia Duciſſa*, nec omnium *Belgarum Princeps* dici debuit, quæ in Belgicâ primâ quanta quanta eſt, nihil (ſi Lucemburgum excipias) unquam habuit: Nec *Imperatoris* uxor fuit, ſed *Archiducis*, ſolido fere trientio poſt clarum Mariæ fumis Regis ſalutari; deceſſit enim Maria, A. D. 1483, Sep 25; Rex ſalutatus Maximilianus, an. 1486, Febr. 16.

[d] Nec *Burgundia Dux* fuit, nec *Belgarum* omnium *princeps*: ſed jure uxorio *Hiſpaniæ Rex*, ob anno 1504, Novemb. 26, ad 1506, Septemb. 26.

[e] *Burgundia Dux* non fuit.

[a] Ioannes ille Balduini Imperatoris ex filia Margaretæ nepos fuit.

[b] Navarræ regina jure paterno fuit & dici debuit.

[c] Navarræ tertius.

[d] Navarræ ſecundus.

[e] & Navarræ tertius.

[f] & Navarræ.

Poſtquam verum, diſpunctis ſecundi tui Diagrammatis rationibus, à falſo, quod (ſive ſcienter, ſive præter mentem) admiſeras, ſecrevimus; quidque amplius in delineatione tuâ deſiderare cogeremur adnotavimus; quid tibi concluſionis vice Lectoribus obtrudere viſum ſit, expendamus; * *Balduinus* (inquis) *Imperator Conſtantinopolitanus, & Iſabella Hannonia ejus ſoror hunc in modum à Carolo Magno ducebant genus.* Agnoſcimus Chiffletii, Imo pluribus aliis *modis*, *Caroli Magni* nepotes fuiſſe prædicamus; cum Giſlâ & Adelhaide Ludovici Pii; Ermengarde Lotharii Imperatoris, Berta Lotharii

* p. 10. edit. 2. p. 34.

minoris,

minoris, Hadwide Ludovici Germaniæ Regis, Iudithâ Caroli Calvi filiabus uterque editi sint; quid inde tibi lucri? Addis *Philippum* IV *Regem Catholicum, à Balduinô Imperatore majore natu, & Isabellâ fratre prosapiam directè trahere*; fatemur rursus, nec illibenter; annon enim pari cum eô passu Ludovicus noster incedit, Guidone Flandriæ Comite Balduini Imp. nepote, ex æquô (per aviam, & matrem Austriacas) oriundus? at inquis, *ab Isabellâ Balduini Imp. sorore prosapiam directè trahit* idem; non negamus; id ipsum vero, velis nolis, Philippo IV per Burgundiæ Duces, Philippi Augusti & Isabellæ nepotes, commune est, *unde constat per hanc lineam Francum Regem, natalium ac sexûs jure ab Hispanô*, nequaquam (quod sive ex imperitiâ falsus, sive maligne fallens somniaveras) *superari*. Audi nunc quam multis modis *Hispanum* Austriacosque universos *superet Francus*; ejus majores Borbonii utriusque sororis sanguine, ab anno circiter 1312 imbuti sunt, Austriacorum nisi post annum 1400 ex eo nemo, vel stillam traxit. Austriaco semini nihil ante annum 1600 debuit Francus. In Austriacos ex Flandrico, Brabantino, Hannonico, Namurcico, Lucemburgico, Gothico, &c. sanguine, nisi per Capetinas matres, ab annis fere 600 nihil transiit; fontibus illis universis Austriacâ Capetina gens longe propior, pauciores gradus numerat, per plures alveos Margaretæ Flandricæ traducem ad se derivavit, Yolende, Lauretâ & Agnete Balduini Imp. amitis, Yolende & Sibyllâ ejusdem sororibus, Ioanne & Balduinô; ejusdem, ex priore Margaretæ filiæ matrimoniô susceptis nepotibus; Isabellâ Guidonis, ex posteriore Margaretæ conjugiô prognati, filiâ, Guillelmô Teneramundæ Dominô, Roberti Bethunii germanô, & Ioannâ Ludovici Cressiaci sorore edita; quod cum de Rege tuô dicere non audeas, si audeas vere non possis; tantum inter universos Balduini Imperatoris nepotes, quantum inter post natos caput efferre primogeniti soliti sunt, Francum jure suô eminere, nunquam (nisi forte desipere malis) negabis.

Quod [1] *Capetinum sanguinem, Carolino legitime non fuisse permixtum, ante Philippi secundi Franciæ Regis, cum Isabellâ Hannoniâ conjunctionem*, tibi *certum* blateras; nobis, qui venenatum calumniæ tuæ impudentissimæ telum capite 1 & 2, retudimus, *certo* falsum est; An tribus (quod æque falso jactas) *locis Willelmus Nangius apertissime* scripserit, videamus. *Ermengardis* [2] (inquit) *juncta fuit Comiti Namurciæ, de quâ descendit Balduinus Comes Hannoniæ, cujus filiam Isabellam desponsavit Philippus Augustus Rex Francorum, & genuit ex eâ Ludovicum Regem, patrem S. Ludovici Regis, quem dicimus hoc* etiam *modô descendisse de progenie Caroli Magni*; atqui cum idipsum nosmet dicamus, qui ut *hoc modô*, sic aliis etiam plurimis, *S. Ludovicum* ejusque posteros omnes, *de Caroli progenie descendisse* ad oculum demonstravimus; aliis tibi fidiculis opus est, quarum tormentô, Willelmi à te castrata verba distendas, & absona tua somnia, etsi non *aperte*, quomodocunque resonare doceas; Quid aliô loco, Willelmus? *In hoc* [3] (Ludovico VIII Rege) *rediit regnum ad stirpem Karoli Magni Imperatoris, de quô originem ex parte matris dignoscitur contraxisse*. Assentimur rursus, qui enim, *ex matris*, idem ex aviarum, & ataviarum *parte*, de Carolo *originem contraxerat*; *in eo* vero non solô sed Nangii tempore antepenultimô, *ad Karoli stirpem regnum* novo modô *redierat*; quid hîc habes quod nugis tuis ponderis vel tantillum addat? *Iterum*

[1] p. 50. edit. 2. p. 34.

[2] Anno 1180 in Chronico.

[3] vocem *etiam* pudendo falsi crimine admisso maligne resecuit Chifflerius.

[4] de Gestis Ludovici VIII edit. Pithœi p. 396.

[5] Vindic. p. 51. edit. 2. p. 34.

rum in ejusdem historiæ contextu distinctè, sed quæ commenta tua in apertum æthera nequaquam fundant; *Philippus Rex* (inquit) *Ludovicum genuit, ut dictum est, ex Elizabethâ, sive Isabellâ filia Balduini Comitis Hannoniæ; nam idem Balduinus processit de progenie Ermengardis Comitissæ Namurciæ, filiæ Caroli Ducis Lotharingiæ, patrui Ludovici Regis, ultimi de genere Caroli Magni, sine hærede defuncti. Contra quem Carolum Ducem, Hugo Capucius Regnum usurpavit, & Aurelianis in carcere mori fecit, & usque ad quem progenies Pippini, & Caroli Magni Imperatoris, in Regni potestate perseveravit. Cum igitur iste Ludovicus in Regnô successerit Patri, patet regnum in ipsô reductum ad progeniem Caroli Magni.* De *regni* per Hugonem *usurpatione* mox acturi, monemus nunc, *Aurelianis Carolum Ducem* suimet, non minus quam æmuli, & regni hostem, *in carcere mori fecisse* (ex Nangii mente) dici potuisse; qui (etsi violentas manus non intulerit) adversarium, cui naturâ deficiente moriendum erat, sub custodiâ ad extremum usque halitum detinuit, non interfector, sed triumphator: *Caroli Magni & Pippini progeniem* masculam, *usque ad Carolum Ducem perseverasse* in confesso est, non tamen *ad cum* solum *perseveravit*, quam ad annum usque 1100 in Veromandicâ familiâ, ad 1247 in Thuringicâ, ad 1248 in Meranicâ (feminarum ex Caroli stirpe oriundarum posteris, jamdudum per Occidentem universum late fusis) durasse constat. *Reductum* denique *in Ludovico, ad Caroli Magni progeniem regnum* fuit, non primum (sæpius enim in Ludovici majoribus *reductum* jam fuerat) sed novô modô; quia nemo ex Iudithæ Flandriæ, & Ermengardis Namurci Comitum nepotibus, in illam usque diem inter Francos regnaverat; nec aliud in mente habuit, aut habere potuit Nangius, quique ejusdem verba recentavit, à te p. 51. laudatus [1] Dinterus.

[1] lib. 2. c. 31.

Ibidem Paulum [2] Æmilium, exterum, eoque minus in historiâ nostrâ versatum, & Belloforestum [3] qui in ejusdem vitula, de fama securus, laboravit, adversus paternum Regum nostrorum genus, stare jubes, sequentibus prioris verbis abusus; *Philippus Augustus Francorum Rex, procreavit Ludovicum Patrem Divi Regis; & ipsum virum Sanctum, utroque Stemmate nobilem, maternô vero Augustiorem, ac à Carolô Magno deductô.* Cur vero *Augustiorem*? annon *à Carolô Magnô*, per Adelam matrem, è Letgardis Veromandicæ stirpe oriundam, & Adelhaidem aviam, Albradæ, Ludovicô transmarinô natæ, neptem; alioque, ab annô circiter 830, majores, *deductum Philippi Augusti stemma* fuerat? Non igitur (quod temere, falsa, & incomperta scribentium errabundô judiciô fretus, imo adversâ tecum fronte [4] pugnans, scribis) *tum primum coaluerant stirpes illæ*, quæ ab annô 830 nunquam non unitæ fuerant; nec [5] *dictorum immemor* Nangius, *Innocentium Papam* III adduxit, *qui in Decretali suâ, Ludovicum* VI, *qui descendit ab Hugone* Capet, *adstruit processisse de progenie Karoli Magni, quod stare non posset, si iste Hugo de eadem progenie non descendisset.* ut ut enim vere *de Ludovicô* VI, Philippi Regis avô, Papam *non scripsisse, sed de Philippô* ipsô moneas; *haud bene informatum viro attribuisse, quod uxori debebatur*, plane delirus & in Papam longe tui similibus acutius cernentem injurius, contendis; Ipsum audiamus: [6] *quod Theodosius statuit Imperator, & Carolus innovavit; de cujus genere Rex ipse noscitur descendisse.* vides, Chiffletii, idipsum, quod nunc post annos 440, in summâ literarum, quam ferre non potes, luce falsi coarguis, non uni Papæ, sed

[2] lib. 3. hist. Franc.

[3] Tom. 1. lib. 3. c. 59.

[4] Vindic. p. 150.

[5] p. 52.

[6] In cap. Novit. de judic. lib. 2. Decret.

ſed omnibus ubique (ſic enim exigit phraſis) *notum* fuiſſe; ante uno excepto, qui illuminandis (ſi Deo placet) priorum tenebris tibi natus videare, erraverint omnes, tuâ, quæ *non bene informatos* certiora doceret, opè deſtituti? Imo ipſe unus vel tuô judiciô damnatus Papam, Baronium Cardinalem, quem cenſura tua perſtringis, cæteroſque omnes hoc ipsô ab erroris ſuſpicione liberare cogeris, quod Ludovici VII proavum maternum [1] *Wilhelmum Burgundiæ*, &c. *Comitem*, Giſlâ Ludovici *Pii* filia, Caroli Magni nepte, & Albradâ Ludovici IV [2] (qui *Pii* abnepos fuit) filia prognatum ex profeſſô doces; hinc enim (ut cætera omnia cauſæ Regiæ lumina ſubtrahamus) velut ſolis radio ſcriptum habemus, Philippum Willelmi nepte Adelhaide Willæ filia editum, per eam [3] *à Carolo Magnô ſinceram originem traxiſſe Carolinum genus Capetino legitime unitum*, idque (poſitis tecum calculis) 64 annis *ante*quam Iſabellam Philippus duceret *eveniſſe*.

[1] Vind. p. 149 edit. 2. p. 94.

[2] p. 150. edit. 2. p. 94.

[3] p. 52. edit. p. 85.

De ſola *Iſabellæ Hannonienſis progenie Carolina*, *Ludovici* XI, Margaretæ *Angliæ Reginæ opem ab eô poſtulanti* reſpondentis, *verba* hæc, *ſe non Herculem eſſe, neque genus Æacidarum*; *Francorum ſanguine natum*, *à Magnô Carolô originem trahere*, *cui nullus ex antiquis ſit præferendus*, qui *intelligenda eſſe* putas, vehementer falleris: cum nullam Francorum Reginam poſt annum Domini milleſimum indicare poſſis, quam à Carolina progenie prorſus alienam pronunciare neceſſe ſit. Ut acrius in ſpeciem inſtare videare, falſa falſis cumulas, [5] *in Carolô Duce, & Othone filiô, totam ſtirpem virilem Caroli Magni defeciſſe, jus omne ad Gerbergam, & Ermengardim, Caroli Ducis filias devolutum*, & *Gerbergam natu majorem* fuiſſe; *ab Ermengarde Hiſpaniæ Regem, potiore, quam Franciæ Regem, jure originem ſortiri*; *ex duplicatô utriuſque ſororis jure, omnem Caroli Magni hæreditatem, natalium ſplendorem, ac meritorum gloriam ad Philippum* IV *pertinere* garriens: etſi enim à Gerbergâ & Ermengarde, rectâ ſerie, originem trahat Philippus; illam *pari*, hanc *potiori* jure, utramque pluribus modis inter atavias numerat Ludovicus XIV, quam Philippus jure poſſit; in eas *jus* nullum, vel reverâ *devolutum* eſt, vel *devolvi* (ex Francorum avicô jure) potuit; cum vero *jure* nullô nixæ ſint, nihil ipſis in Philippum IV, aliumve ullum, juris tranſmittere licuit; ex eôque, quod in ſe *nihil* eſt (ſive *ſimplum*, ſive *duplicatum* tecum fingere lubeat) nihil prorſus in quemquam, quomodocunque manabit unquam.

[4] lib. 9. Comment. Pii Papæ II anno 1475.

[5] Vind. p. 52. edit. 2. p. 35.

[6] *A Philippi* IV *majoribus, eô tempore, quô de adipiſcendô Regnô, & Capetô exigendô agebatur, vicinitate gradûs, ætatis prærogativâ, & ortûs à Carolô Magnô ſinceritate, Majores Regis* noſtri *ſuperatos eſſe*, non modo contendis, ſed *conſtare* vis; Neque nos à Carolô Duce, communi Ludovici noſtri Philippique tui parente, *gradûs* cum Ludovicô Carolinô ultimô Rege, & Caroli ejuſdem nepote *vicinitate*, *ortuſ*que à Carolo Magnô per maſculos *prærogativâ*, Hugonem qui Caroli per feminas *trinepos*, & Ludovici per Hadwidem matrem *conſobrinus* fuit, *ſuperatum* fuiſſe negaverimus; Sed quod *de Capetô exigendô*, de *ætatis* in Carolo Duce *prærogativâ*; *& ortus à Carolô Magno ſinceritate* garris, à vero & ratione alieniſſimum eſt, & plane intempeſtivum; quis enim abdicatô (ob infeſtum in patriam) animum, ab ipſis Regibus, & univerſis (ſi forte Veromandicam familiam excipias) Carolo, *de* Hugone *exigendô* inter Francos egit? Si immerito abdicatum putas, quid ad nos, poſtquam Regum ejus propinquorum, Franciæ totius, & exterorum

[6] p. 53. edit. 2. p. 35.

omnium

omnium, Conradi Burgundiæ Regis, qui Caroli germanam duxerat, Ottônis III, qui ejusdem consobrinus erat, Paparum Ioannis XV, Ioannis XVI, & Grégorii V, Hugonis & Caroli ex æquô propinqui, alia sententia fuit, nec eos omnes ac singulos Hugonem Regem salutare puduit? Quid tristium, quibus (parum sui patriæque memor princeps) suâ culpâ implicitus est, odiosam memoriam refricas, & confirmatum, absolutâ æmulorum cessione, continuaque 660 annorum possessione, Capetinæ familiæ regnum oppugnare ausus, insanum agis; nec quid moliaris, nec cujus causam propugnes cogitans? ut nullis, nisi Caroli Ducis, posteris Francorum Occidentalium regnum debitum largiamur, non Austriaci principes, quos Christianissimo Regi primas concedere docuimus, sed Hassiæ Lantgravii, & Missiæ Marchiones vicerint, à Ludovicô Ermengardis & Gerbergæ fratre, per Sophiam & Iuttam neptes oriundi; hi tamen nullas regii sanguinis feminas, feminarumve posteros regnum contingere certi, nunquam non Capetinorum Regum Majestatem coluerunt; de dicâ iisdem scribendâ ne per somnium cogitarunt.

Unde vero tibi in mentem venit, ut Hugonem à Carolô (*cujus pater esse potuisset*; quemque * annô 953 *Lauduni* natum monet Flodoardus) *ætatis prærogativâ superatum* scriberes? annon annô 960, Caroli 8, Hugonem à Lotharió Rege *Ducem factum*, belloque (utpote jam adultiorem) idoneum docet idem, Lotharium à Brunone avunculô, *ad* Divionis *obsidionem cum suis consobrinis* Hugone scilicet, & Ottone germanis *dimissum* scribens? erat igitur annos plus minus 20 natus, & Carolô 14 circiter annis senior Hugo. Æque absurde Hugoni (quem Adelhaidis Ludovicô *Pio*, & Ermengarde natæ pronepotem fuisse docuimus) *ortus à Carolô Magnô sinceritatem* denegas, ut Carolo Duci ejusdemque posteris tribuas; nec (quæ tua cæcitas est) vides nos, si Adelhaidem illam, sive spuriam, sive spuriô natam fateri, nullamque Ludovici (qui Thuringiæ Lantgraviorum fons fuit) rationem habere libeat, præjudiciô istô nequaquam gravari; cum Ermengarde Caroli Ducis primogenitâ, per Ioannem & Balduinum Margaretæ Flandricæ filios, ex priore matrimoniô susceptos (quod de Hispaniæ Rege dicere non potes) editus sit, per Guidonem ex secundô matrimoniô natum, æquô cum Hispano jure oriundus Rex Christianissimus; Sed ne tibi, de *ortûs sinceritate*, quam Carolo Duci tribuis, plus æquô blandiaris, Carolum *Simplicem* ejusdem avum, ex superductâ natum memineris, quam annô 878, cum [1] *per Missos suos* ad Papam, *in Reginam coronari petiisset* Ludovicus Balbus, *obtinere non potuit*; eodem fere tempore Hincmaro à Gosleno Abbate, qui paulo post Parisinæ Ecclesiæ Episcopatu functus est, [2] *objectum quare Ansgardim uxorem abjectam* (Regem) *recipere non coegerit, & Adelaidem* Simplicis matrem, *ab eô retineri non prohibuerit*. Annô vero 892 ob Caroli provectionem *contra* Fulconem Archiepiscopum [3] *Arnulfi* Regis (qui Odonis unctioni consenserat) *motum animum* fuisse; Fulconis rogatu, Formosum Papam Arnulfo [4] *ne Caroli regnum inquietaret, quin potius ei auxilio esset, ut propinquum propinquo deceret: post admonitionem Papæ, nec Arnulfum orbitati Caroli subvenire voluisse*; cum *ipsi dictum* fuisset, *quod filius Ludovici non fuerit*: si enim Adelhaidem Caroli Ducis proaviam, legitimam Ludovici *Balbi* uxorem credebat Ioannes VIII, qui factum ut [5] *multis* ab Adelhaide, & Rege maritô

donis

* Carolum alium, (pro parente Normannis A. D. 945 obsidem datum,) Carlomannum vocant, & *natu majorem*, imo *Rotomagi mortuum* scribunt Sigebertus, & Willelmus Gemmetic, &c eum cum Carolo Duce confudit Burkenius.

[1] Annal. Bertin.

[2] Flodoard. hist. lib. 3. c. 19.

[3] lib. 4. c. 5.

[4] c. 3.

[5] Annal. Bertin.

donis honoratus, ei regium insigne constanter denegaret? si ejusdem matrimonium probabant Franci; quâ fiduciâ, Regiâ exigendam, Regemque ab ejus consuetudine, intentatô censurarum Ecclesiasticarum metu, *prohibendum* censuetunt? Si denique *sincerum* Caroli eadem nati *ortum* reputabant, quô casu evenit, ut Arnulfus à Papa monitus, & propinquus, adversus eum pro Odone consanguineô, sed ex remotiore gradu *ortô*, stare mallet, quam Ludovici filium fateri? An Carolo Duci *sinceritatem ortûs*, quæ avô ex propinqui sententiâ defuit, adjudicabis? Hinc forte Francorum nostrorum, de Carolo Duce, ejusque posteris, fastidium ex parte promanavit; quem enim spuriô avô progenitum putabant, & infensiorem hostem ab annis, plus minus, 9 experiebantur, ademptâ omni conciliationis spe, facile cum universâ familiâ in perpetuum abdicarunt: Idemque plane fatum Veromandicorum principum fuit, quos Bernardi abavi casus, de statu, & gradu quodammodo dejecit.

Ne *Carolum* [1] *à Francis derelictum, quod Imperio Germanico nimis addictus esset*, deinceps credamus, *à recentioribus, ut Capetinæ usurpationi fucum obtendant*, effictum contendis; qui vero refellis? [2] *contrarium evinci ex Sigeberti verbis* jactas, Vigilansne an dormiens? illum ipsum, quem *recentioribus* opponis, audi. *Ducatus Lotharingiæ datur Karolo, fratri Lotharii. Regis Francorum, multis insuper conducto beneficiis, ut & ipse ab insolentiis desistat, & fratris sui Lotharii motibus obsistat.* Baldricus Noviomensis coætaneus lib. 1. c. 100, *Karolum Ducem, Regis Lotharii fratrem, Otto Imperator multis beneficiis conductum, ut fraternis motibus secum fortior resisteret, citeriori Lotharingiæ sub se præfecerat.* Albericus, & Nangius Sigeberti imitatores; *Imperator Ducatum Lotharingiæ dedit Karolo fratri Lotharii, ipsumque rogavit, ut ab insolentiis istis excogitatis desisteret, & fratris sui motibus obsisteret, quantum posset: quod & facere studuit*; Dic sodes, Chiffleti, ubi *fucus à recentioribus Capetinæ usurpationi obtensus?* vetustiorum, & Lotharingorum, & *Imperio Germanico*, vel cum calumniandi libidine, *addictorum* vestigia (velis nolis) presserunt, qui mercede ab Ottone II redemptum Carolum, ut *secum fratri* Regi *obsisteret*; ipsumque, quod Otto voluerat, *facere studuisse* scripserunt. Ne factum dubites, Gerbertus Caroli coætaneus vetat, hæc Diederici Metensium Episcopi adversus eum nomine scribens, [3] *cruentâ manu, & ad omne scelus promptissimâ, cum latronum grege, & furum manipulô, dum fratri tuo nobili Francorum Regi, Laudunum civitatem suam, suam inquam, nunquam utique tuam, dolô malô surriperes, eumque regno fraudares*, &c. *nihil unquam pensi habuisti.* Nec factum absolute negat Carolus, imo culpam in Diedericum regerit; *Cum* (inquit) [4] *Lotharium Regem Francorum, quem glorioſum vocas, cum maxime oderis, hunc inquam, cum regno pellebas, meque regnare cogebas, fidemne ei mihi promissam servabas? Mihi promissam dico, ante aram, quam impudenter nominas; profectô intelligis quid feceris; contra fratrem meum, ac sororem Domini tui, me arma parare impellebas, ut omne genus nostrum regium mutuis vulneribus confoderes, tyrannos nomine Regum substitueres, cum quibus contempto sacerdotio, vacuis aulis incubare posses.* Ex his annô 984 scriptis, in quibus confitentem reum Carolum habemus, quô fructu Ducatus donô ab Ottone inescatus, adversus germanum conjuraverit, liquet: annô 986 Maji 25, [5] *ad Montem Falconis*, cum *Adelhaide Imperatrice*, Ludovico nepoti *occurrit*, à

[1] Vindic. p. 53. edit. 2. p. 31.
[2] Sigebert. Ad A.D. 977.
[3] epist. 31. A.D. 978, quo tempore Otto Francian invasit.
[4] epist. 32.
[5] epist. 101.

Francorum transrhenanorum partibus constanter stans, eodemque annô sequenti denatô, Laudunum Clavatum (Arnulfi nepotis operâ abusus) invasit, Emmamque fratris viduam, cum Adalberone Episcopô *sub custodiâ* posuit, quô nomine [1] cum *Ducibus, Comitibus, & conscriis totius factionis*, à provinciæ Rhemensis Episcopis *anathemate damnatus* est. quid clarius?

[1] epist. 22. Append.

Sigebertum, qui *conductum* ab Ottone secundô, Carolum Ducem recentiores docuerat, ut cum iis committas, qui *idcirco derelictum à Francis, quod Germanico imperio nimis addictus esset*, crediderunt, his ejusdem ad annum 987 verbis universos oppugnas. *Ludovico Francorum Rege mortuo*, Francis regnum transferre volentibus, ad Karolum Ducem *fratrem Lotharii Regis, dum ille rem ad consilium differt*, Regnum Francorum usurpat Hugo, *filius Hugonis Parisiensis*. Quasi vero exteri, Francis fere semper iniqui, falsa & incomperta post annos plus minus 120 scribentis, testimoniô singulari, quod forte vitrea bilis dictavit, adversus antiquiorum (contraria, unô velut ore adstruentium) fidem stare teneantur: ut tandem aliquando in mendacis verba Magistri addictum jurasse te pudeat, audi Adalberonis Rhemorum Archiepiscopi, septimô à Ludovici Regis dormitione mense denati, ad Carolum Ducem verba. [2] *Recordamini*, &c. *quid consilii dederim super adeundis Regni Primatibus; nam quis eram, ut solus Regem imponerem Francis*? &c. *utinam adsit ea dies, quâ honeste liceat vestris interesse obsequiis; quamvis Sanctuarium* [3] *Domini pervaseritis,* [4] *Reginam (cui quæ novimus jurastis) comprehenderitis, Episcopum* [5] *Laudunensem carceri mancipaveritis, Episcoporum anathema neglexeritis; taceo de Seniore* [6] *meô, contra quem ultra vires negotium suscepistis*, &c. Si *ad Carolum Ducem regnum transferre volebant Franci*; quid eum Laudunum Regiam urbe subitâ vi *pervadere*, fratris relictam *comprehendere, Episcopum carceri, anathemate neglectô, mancipare, regni Primates* prensare necesse erat? quis Episcopos in Regem suum, ob occupatam propriam sedem *anathema* vibrare, ausos fuisse; Adalberonem Archiepiscopum, *beneficii* ab eodem accepti memorem, sibi *honeste non licuisse obsequiis ejusdem interesse* protestari, *Seniorem* alium agnoscere, principem à *Francis* expetitum, dum sibi regnum oblatum vindicat, *ultra vires negotium suscipere* potuisse credat?

[1] inter Gerberti epistolas 122.
[3] Laudunensem Eccl.
[4] Emmam Lotharii relictam.
[5] Adalberonem.
[6] Hugone Rege.

Pauciissimis ab Adalberonis Archiepiscopi tumulatione diebus, cum in Arnulfum Lotharii Regis filium naturalem, Rhemensium vota inclinarent, id nominatim ad ejus commendationem prædicarunt, [7] *à factione tyrannicâ remotum* fuisse; annô eodem desinente, vel sequentis initio, apud Silvanectum congregata Synodus, [8] *Carolô* regnum repetenti, *omnia licere dictitantium* opinionem, *pullulantem hæresim* vocavit, eamque *rescindendam* judicavit: Provinciæ Rhemensis Episcopi, Epistolâ ad Ioannem Papam annô 990 scripta, de Carolo Duce, ejusque fautoribus loquentes, [9] *factionem tyrannicam divina humanaque jura contemnentem, tyrannidem exercentem* nuncupavere; Bruno Lingonum Episcopus, Caroli Ducis ex Albrada sorore nepos A. D. 991 Iunii 17, de Arnulfo Rhemensi, ut [10] *Laudunensis urbis pervasore, totiusque tyrannicæ factionis principe* questus, in *Carolum inimicum, qui Regnum pervadere niteretur*, palam invectus est. Gerbertus vero, annô 989 aut 990, [11] *ob amorem Karoli, vel Arnulfi, diutius* se *diaboli organum fieri*, non *passum*, protestatus est: quid absurdius animo effingi possit, quam Clerum Gallicanum, illum ipsum, quem Regem agnoscebat, & Franci (si te audiamus)

[7] decretum electionis Tom. 2. Franc. p. 818.
[8] Concil. in S. Basoli æde congreg. c. 16.
[9] cap. 26.
[10] cap. 5.
[11] Append. epist. 18.

mus) optabant, *factionis, tyrannidis, pervasionis regni* accusasse, partibusque ejus addictos *organa diaboli* reputasse? Non igitur (quod temere & falso Sigebertus scripsit) *ad Carolum regnum transferre voluerunt*, sed transitu certatim in Hugonem facto, hostili Carolum animo exhorruerunt Franci. Hinc Charta Monasterii Gellonensis, Lutubensis diœcesios, *Actum Villari Idibus Octobris, in annô quo Carolus, ob levitatem suam, judicio Francorum fuit exhæredatus, & Hugo, qui dicitur Capel, secundum legem sublimatus.* Charta Conchensis Ruthenensis diœcesios, *facta charta annô Dominicæ incarnationis* 989, *piissimo Hugone, post exhæredationem Caroli, regnante, Pontiô Comite.* Fragmentum historiæ Aquitanicæ in annum 999 desinens, *Rex Lotharius terminans vitam, filium reliquit Ludovicum, qui uno tantum anno supervixit; & regnum pro eo accipere voluit Carolus patruus ejus, sed non potuit, quia Deus meliorem elegit occulto judicio. Nam* Franci initô communi consilio, *eum abjiciunt, & Hugonem Ducem, filium Hugonis Regem eligunt.* Aimoinus Floriacensis anno circiter 1010, [1] *Hludovicus immaturâ præventus morte, destitutum proprio hærede, Francigenæ gentis principatum, utpote naturalis expers conjugii dereliquit. Sane patruus ejus Karolus, quem privatum senuisse supra prælibavimus, conabatur, si posset, à sui generis auctoribus, diu possessum, sibi vindicare Imperium; sed ejus voluntas nullum sortitur effectum. Nam Franci Primates, eo relicto ad Hugonem, qui Ducatum Franciæ strenue tunc gubernabat, Magni illius Hugonis filium, cujus mentio facta est, se conferentes, eum* [2] *Noviocomo solio sublimant regio.* Odoranus S. Petri vici Senonensis Monachus in annum 1032 desinens, *Anno* 987 *obiit Hludovicus Rex, juvenis, qui nihil fecit, donato regno Hugoni Duci, qui eodem annô Rex factus est à Francis.* Glaber Rodulfus Cœnobii Cluniacensis Monachus, in annum 1046 desinens. [3] *Mortuis Lothario, ac Ludovico Regibus, totius Franciæ regni dispositio incubuit Hugoni Parisiensis Ducis filio, videlicet illius Magni Hugonis supra memorati, cujus etiam frater erat nobilissimus Burgundiæ Dux Henricus, qui simul cum totius Regni Primatibus convenientes, prædictum Hugonem in Regem ungi fecerunt.* Historia ex S. Maglorii monasteriô petita in annum 1026 desinens, *Lothario Regi successit Ludovicus, sed is immaturâ morte præventus adolescens est defunctus; tunc eodem annô, ideſt Incarnationis Dominicæ* 987, *Franci assumentes Hugonem memoratum Ducem, Noviomo illum sublimant in regni solio.* Vitæ S. Genulfi auctor anonymus ejusdem fere ætatis, [4] *Ludovicus uno tantum supervivens anno, & ipse potu maleficô periit; patruus autem ejus Karolus, cum post eum regnare voluisset, à Francis ejectus est; & Vgo Dux filius Hugonis Ducis, Rex à Francis elevatus est.* Chronicon Floriacense ex Bibliothecâ Regiâ in A. D. 1028 desinens, annô 987 *Ludovicus Francorum Rex obiit; eodem anno Hugo Dux, Rex Francorum est elevatus Noviomi.* Chronicon aliud breve ex Bibliothecâ Thuanâ, *post mortem Clodovici, Hugo Dux Rex factus est.* Liber inventionis corporis B. Iudoci ante annum 1031 scriptus, *procurrentibus annis, eo defuncto, filioque ejus Ludovico, Hugo tunc Dux Francorum invitus suscepit regnum.* Auctor vitæ Garnerii præpositi S. Stephani Divionensis circa annum 1050, *Ludovico filio Lotharii, qui Brunonem Lingonis præfecerat, cum progenie deficiente, biennio fere transacto, Hugo Magnus Dux Franciæ, Hugonis Magni filius, qui Ludovicum patrem Lotharii regno restituit, omnium procerum, & Ducum assensu, in regnum sublimatus est.* Vetus

[1] lib. 3. Miracc. S. Benedicti c. 1.

[2] Noyon.

[3] lib. 2. c. 1.

[4] lib. 2. c. 26.

[1] Iun. 22. fer. 4.

Charta Floriacensis in annum 1110 desinens; *decessit*[1] Ludovicus *incarnationis Dominicæ anno* 987, *& sepultus est Compendio, in monasterio SS. Cornelii & Cypriani: Patruus autem ipsius Carolus, quem privatum senuisse supra prælibavimus, paternum volens obtinere Regnum, incassum laborabat; nam ejus voluntas nullum habuit effectum. Eo enim spreto, Francorum Primates communi consensu Hugonem, qui tunc Ducatum Franciæ strenue gubernabat, Magni Hugonis filium, cujus jam mentio facta est, Noviomo sublimant Regio solio, eodem annò quo Ludovicus adolescens obiit, & unctus est Hugo Remis*[2] v *Nonas Iulii.*

[2] Iulii 3. feria 1.

De Francorum voluntate longe veriora recentiores, quam Sigebertum retulisse, cum negare non possis; absurde & ridicule ab eodem de Carolô confictum, eum *rem ad consilium distulisse*, vel ingratiis tuis, fateare oportet: quid enim *consultatione* opus erat, prona *Francorum*, *regnum transferre* (ex sententiâ tua) paratorum, *voluntate* invitato? an ut regni oblati fastidium vinceret? dixeris forte, quem ex ratione nihil, & sapere, & scribere juvat, sed nulli sano persuadebis; præsertim cum Carolum imperium, vel per nefas, Lothario germano eripiendi spe, iniquissima arma corripuisse ex Diederici Metensis accusatione gravissimâ, ipsaque Caroli crimen non negantis responsione constet. Addo nunc, ut Carolus dilatione ulla uteretur (contrarium testante eventu) fieri nequaquam potuisse. Cum enim annô 987 Iunii 22 feriâ 4, Compendii decesserit Ludovicus, Iulii sequentis 3 feriâ primâ Rhemis unctus sit Hugo, medio tempore, quod dies decem non excessit, communi procerum (quos impendens regno, ex Ludovici languore, periculum in Belgicam attraxerat) decretô abdicatus cum suis Carolus, & Hugo regni compos, apud Novionum factus est; quem simulac unctum rescire potuit Carolus, Laudunum Regum proxime præcedentium sedem (Arnulfo fratris filio ministro usus) invasit; Emmam Ludovici nuper defuncti matrem, quam inveteratô odiô prosequebatur, & Adalberonem Episcopum æque exosum, in potestatem redegit; copiis ab Hugone nullâ interpositâ morâ cinctus, eidem (ex Theophaniæ Imperatricis voluntate) *obsidionem solvere* parato *obsides* dare noluit; sed occasione usus, in *occupatos post meridiem vino & somno regios milites, eruptionem fecit*; quibus *resistentibus, ac* hostem *repellentibus, à mendicis cremata sunt castra, omnis*que *obsidionis apparatus absumptus*, [3] 8 *Kal. Septembris multiplicius reparandus*, prout [4] ex Adalberonis Archiepiscopi, Ianuarii sequentis die quinta denati, ad Ecbertum Trevirensem epistolâ constat. Si priusquam secundus à Ludovici Regis excessu menses elapsus esset, vim *parantis* Hugonis *apparatum omnem absumpserat*, eumque ab obsidione Laudunensi recedere coegerat; quî cunctabundus, & an regnum acceptaret incertus Carolus, *rem ad consilium differre* potuit? an eum, qui ocyor ventis in æmulum irruit, *distulisse* dicere debeamus, tu cui arcana nulla latibula impervia sunt, nodum (siquidem solvendo es) expedi. Tantisperdum de novô hoc peritiæ tuæ edendo specimine cogitabis, Sigeberto Hugonem nostrum, *usurpati* regni invidiâ iniquè admodum oneranti, præter auctorum jam laudatorum, *donatum à Ludovicô*, delatum *à Francis universis, ab invito susceptum regnum* scribentium turbam; Auctorem coætaneum opponam, qui maledicum Sigeberto, tibi, aliisque quibuscunque maximi Regis obtrectatoribus, os occludat. Sic enim de Hugone ille, [5] *Vir humilis*

[3] hac ipsa die data ab Hugone Aurelianis, pro S. Maximini monasterio charta.

[4] inter Gerberti epistolas 121.

[5] Miraculorum S. Richarii lib. 4.

humilis cunctis, cunctis pius atque benignus, Filius Hugonis Magni, Dux inclytus Hugo, Postea regali qui sublimatus honore, Rexit Francorum mirô moderamine regnum. Accedet celeberrimus regni Arelatensis Maresscallus, qui suum *de Otiis Imperialibus* opus circa A. D. 1200, Ottoni IV dicavit, & sequentia de Hugone reliquit, * *Ei unâ nocte duo Sancti apparuerunt; videlicet Valericus & Richarius proponentes se locô minus honoratô sepultos esse. Rogabant itaque Hugonem, ut ossa eorum, cum debitâ reverentiâ transferret, & in locô honestô recondita sepeliret, sub hujusmodi spe mercedis, quod ei daretur regnum Francorum, & usque in septimam generationem, apud suos successive perseveraret. Visioni repente fidelis affuit executor, & dum talia solemnius agerentur, ac devotius, Ludovicus Rex ægritudine gravi correptus decubuit.* Etsi pro jure meô, à te, quem nostris Willelmi Malmesburiensis fabellas obtrudere non puduit, exigere possim, ut Gervasii auctoritate commendatam *visionem* admittas, & à sanctis cum Christô regnantibus (quos ulli ad alios jure omni pertinentia in pietatis præmium offerre posse, vel obtulisse unquam nemo pius crediderit) Hugoni, & posteris promissam Francici regni possessionem fateare; cum tamen *visio* illa antiquioribus universis ignota, & à Gervasio, nescio unde hausta, refellente eventu (qui in hanc usque diem, 29 ex Capeti posteris per *generationes* 20, sibi invicem succedentes Reges Francico solio sedisse fidem facit) hac in parte nutet, quod in *successione septenâ*, quam Gervasius ipse videre potuit, Capetinæ familiæ Regium fastigium decutiendum finxit; Non hac ipsam mente allego, ut adversus propria experimenta, plenissimamque eventus certitudinem, ab eâ absolute pendeas, sed ut ex illo ipso, cui certissima visa est, Hugonem Regem ab *usurpandô*, & invadendo alienô longissime abfuisse, vel exterorum judicio discas; vel ipsa rei evidentiâ coactus fateare; cum in vacuam & defertam jamdudum ab ipso Carolo hostium partibus addicto, regni possessionem, Francis rogantibus, exteris comprobantibus, ingressus sit.

* Hugoni *Magno* non *Capeto* sanctos apparuisse vult Nangius.

In eandem sententiam † Willelmus Nangius, *Istum Hugonem* per Domini voluntatem Regem Francorum factum, *qui & de genere Caroli descendit, & qui* ‡ velut Aaron, honorem *regni* non sibi assumpsit, *quin potius ab omnibus regni Baronibus, præcedente divinô oraculo, dicamus ad prædictum regnum communi omnium consensu rite electum, & non temerarium invasorem.* Quâ fronte nunc Caroli nepotem, regemque legitimum Hugonem fuisse negabis, quem ille ipse, cujus testimoniô niteris Nangius, non modo, *non invasorem*, sed *rite*, & *ab omnibus electum*, imo *divinô oraculô* (laudatâ scilicet à Gervasio, sed quam Hugoni *Magno*, non *Capeto*, oblatam vult, *sanctorum visione*) præsignatum, & *Aaroni*, à Deô ipsô ad pontificatum vocato, æquiparandum pronunciare, ante 390 annos, non dubitavit? Euge Chifflleti, tuam in citandis testibus, dum quod negant ais, quod ajunt negas, fidem deinceps prædica. Sed forte justam tibi allegandi testimonii causam in Chronico præbuit Nangius, hæc ad verbum scribens, ² *Ludovicus Rex Francorum* sine hærede *moritur*; tunc *Francis regnum transferre volentibus ad* (patruum ejus) *Karolum Ducem* Lotharingiæ, *fratrem Lotharii Regis*; *dum ille rem ad Consilium defert*, & accipere regnum tardat, *regnum* capit *Hugo* Capucii, Comes Parisiensis, & Dux Francorum, *filius Hugonis* Magni, Comitis quondam *Parisiensis*. Ego contra ex te scisciari velim, an Nangium

† Tom. 2. Script. Franc. p. 618.

‡ Heb. 5. 4.

² Vindic. p. 53.

(quem *Capetinæ ſtirpis fautorem plerumque ineptum* fuiſſe criminaris) ex aliena, an vero propria mente locutum ſtatuas; ſi enim ex aliena locutus ſit, quod nunquam negaveris, cum Sigeberti (cujus *ineptus plerumque* cum Albericô admirator extitit) verba, paucis, diverſo charactere expreſſis, additamentis interpolata mutuatum recordatus; quæ ejus non ſunt, ſummâ vi, quaſi ejus ſint, urgere; aut aliô locô, quam primus eorum auctor mereatur; habere nequaquam debes, cum ea tranſcripta invenias ab homine, qui vel obvia quæque, etiam contraria, nullo habito delectu, coacervaverit, ſuique (quod [1] *Commentatoris* eſſe volebat [1] Hieronymus) ſui, inquam, *officii eſſe* duxerit, *multorum ſententias ponere*; vel (quod ab annis 800, ſcriptoribus evenit paſſim) priorem alium, cujus illuſtrius nomen, κατ' ἐξοχὴν ſecutus ſit; Sigebertum Gembiacenſem Benedictinæ familiæ addictum, Matthæus Paris in Angliâ, Nangius in Galliâ, eandem regulam profeſſi, ut & Albericus Ciſtercienſis, quavis occaſione data, imitati ſunt. Si rurſus Nangii, quæcunque in eô legis, eſſe putes; iniquiſſimus ſis, qui ex eodem ore calidum, & frigidum efflantis teſtimonio abuſus, nec falſa & inconſiſtentia, ex veris, & priorum conſona, ac certa auctoritate firmatis, corrigere, nec delirantis dilucida intervalla præoptare nos ſinis. Utcunque autem de Nangiô pronunciare animo tuo collibitum fuerit, perinde eſt; cum enim falſis inconſideratè ex Sigebertô hauſtis, Hugonis Regis famam appetiverit, quæcunque, ſui oblitus, illevit chartis una litura inducenda ſunt.

[1] adverſ. Ruſin. lib. 1. c. 6.

Ex Brabantinorum Ducum [2] *Genealogiâ*, quam *in Ioanne* III Angli genero, & patri, cum Flandro ſocero conjurato, anno 1314 ſuffecto, *deſinere*; adeoque anno poſt Hugonis dormitionem 317, à Francici nominis hoſte ſcriptam, mones, nec minus tamen *antiquam* vocas, ſequentem laciniam arripis, cujus obtentu in Regum univerſorum Europæorum venerandum parentem acrior inſurgas. *Eodem anno rebellavit contra Karolum Ducem, Hugo Comes Pariſienſis, dictus Chapel, cujus anteceſſores malitioſe conati ſæpe fuerant, proſapiam Karoli Magni Regnô Francorum exhæreditare. Hic etiam Hugo voluit pati, quod Karolus ungeretur in Regem, cum tamen Francigenæ conarentur Regnum transferre, ad ipſum Karolum Regni hæredem.* Ego vero in Anonymô balatrone, cujus tam pudenda & inſcitia, & balbuties fuit, ut de *exhæreditandis*, aut *regnô* beandis *proſapiis* cogitare, & garrire potuerit, ſpurci ſermonis barbariem non reprehendam; alia graviora ſunt, quæ cenſuram merentur; ac primum quod Carolum Ducem *regni hæredem* abſolute vocat; quandoquidem ab anno 977, quo fraterni regni jure violatô, læſa Majeſtate, tranſitu ad externos, eoſdemque hoſtes, facto, obligata adverſus Regem & patriam, quam ſæpius armis correptis invaſit, fide; Ludovico nepoti, qui remotiori propinquo regnum legavit moriens; Francis, qui Legatarium confeſtim elegerunt; exteris, qui factum probarunt, *exhæredem* ſe ipſe feciſſe, univerſoque natalium jure, ſponte excidiſſe viſus eſt, qui (ſi voluiſſet) *hæres* [3] *regni legitimus* haberi, nec unquam *regno, domo*que *paternâ expelli*, aut *exhæredari* debuiſſet. Sed qui ſe inconſulte hoſtium partibus (ſui, patriæ, & nativæ dignitatis immemor) addixerat, ludum inſolentem ludere pertinax, in perniciem tandem ruit odii publici victima; Etſi anno 980, cum Ottone II *pacificatus* fuiſſet Lotharius, quæ *contra principum voluntatem* pepigerat, novatum (ut ſic dicam) offenſionum ſeminaria fuerunt, quæ à patribus ad filios, velut hæreditario

[2] Vind. p. 54. ex MS. Cod. Nivell. qui ſervatur Bruxellæ in Bibl. Regia.

[3] Gerberti Append. epiſt. 10.

jure

jure transierunt; quod ex Gerberti epistolâ 91, colligere est; *non* (inquit) [1] *satis scio utrum exercitum in Italiam deducam, an in Germaniâ demoremur, ut quamplurimas copias contra Ludovicum Regem Francorum,* (*nisi quieverit*) *comparemus; qui amicis inquietissimus, perniciosis hostibus non multum inquietus, quis sit, quidque de eô intelligi oporteat, velox exitus comprobabit.* Nec tunc turbas movere, ignemque (quod ajunt) gladiô fodere, Teutonicas partes constanter secutus Carolus desiit; hinc enim paulo post Adalberonis Archiepiscopi decessum, Gerberto [2] ad Raimundum Ducem scribenti de eô, cui ante faverat, gravis exorta est querendi causa, *cum* (inquit) *me superesse viderent hostes, me* (*ad invidiam Caroli, nostram patriam tunc & nunc vexantis*) *digitô notabant, qui Reges deponerem, Regesque ordinarem.* Cum igitur pervicaci per annos decem contumaciâ Francos fatigasset; quo tempore *regnum ad se revocare* conatus est, alienos à se universos sensit, nec ab iis, quos ante læserat, illatæque injuriæ severiores vindices expertus erat, jamdudum abdicatus; *regni hæres*, imo nec *regno*, sed perpetuo odio dignus habitus est. Chron. S. Benigni à Chiffletio laudatum. Ludovicus *destitutum proprio hærede Francorum dereliquit regnum; sane patruus ejus Karolus conabatur, si posset, à sui generis auctoribus diu possessum, sibi vindicare regnum; sed ejus voluntas nullum sortitur effectum, nam Franci. Primates, eo relicto, ad Hugonem, qui Ducatum Franciæ strenue tunc gubernabat, magni illius Hugonis filium, cujus ante mentio facta est, se conferentes, eum Noviomo civitate solio sublimant regio.* Quocirca ut inepte & improbabiliter, sic impudenter à Genealogiæ Brabanticæ scriptore, *Francigenas ad Carolum* Ducem, *regnum transferre conatos*, confictum est; cum eo, quo Ludovicus denatus est, tempore; nemo, qui pro Carolo, vel mutire sustinuerit, compareat, pauci admodum laici Herbertus, Rotgarius, Manasses, postquam traditi ab Arnulfo Lauduni obsidio soluta est, partes ejusdem fovisse; cæteri, penes quos universum regni robur, pro Hugone constanter steriisse reperiantur. *Conatos* tamen fingamus; quis *conantibus* obstitit, non modo perferendo, sed frangendo conjuratorum, vimque adhibentium, impetui par? an unus adversus omnes, non patriæ deliciæ, sed (si latratibus tuis patulas aures præbeamus) sæculi sui Ismaël, ac vere *singularis ferus* steterit Capetus? mirum ni Briareum, nescio quem, ἑκατονκάρηνον, ducenta hinc inde brachia jactantem, subornandum putes, quibus non unum Carolum, inani homunculorum *conatu* sublevatum, solo allidere, sed *cœlum* ipsum *excindere* aggressum pueris decantes; pueris dixi, cui enim rerum nostrarum, per ætatem, perito, Hugonem & posteros, quos *magni Regni Barones* (ceu totidem Reges, proprii roboris fiduciâ ferociores) circumstabant, tantâ potentiâ usos persuadeas, ut totius regni *conatus*, quandocunque animo collibitum fuit (Deorum instar) frangerent? Si Herbertum Tricassinum, Manassem Registetensem, Rotgarium Porcensem Hugo; Rainardum Senonensem, Guillelmum Ottonem Burgundicum, Landericum Nivernensem, Brunonem Lingonensem Robertus; Odonem & Terbaldum Campanos cum Gaufrido Andegavensi rixantes, Henricus; Montis Leherici, Puteaci, Gurnæi, Rupis Guidonis &c. Regulos, Philippus primus; Flandriæ, & Bononiæ Comites Philippus secundus, infestos hostes (correptis armis, per regnum bacchantes) ferre coacti, vix superiores evaserunt; quanto minus universos, nihil non in Caroli Ducis gratiam ἐμοθυμαδὸν *conantes* tulisset Hugo? faces-

[1] A. D. 987. ineunte.

[2] Append. epist. 9.

faceſſant itaque, quæ nil niſi monſtra crepant, Genealogi à te venditati nugamenta.

Pari impudentiâ, *Hugonem contra Carolum rebellaſſe*, (Hugonem Floriacenſem imitatus) delirat; nec Carolum, ob deſertam patrii regni, regumque propinquorum cauſam, à Ludovico nepote Franciſque univerſis abdicatum, & ad privatam conditionem redactum, ne latum poſt abdicationem pollicem, ſibi in regno deinceps arrogare, aut *rebelles* ullos pati, potuiſſe; ſi *regnum ad ſe revocare* de facto voluit, *incaſſum laboraſſe*; nullò (ex Francorum coætaneorum ſententiâ) jure nixum videt. fidem tuam, Chiffleti, eumne, qui abjecti à Rege, & univerſis regni ordinibus, loco electus eſt; ob imperium, quòd tunc, cum electus eſt, nullius erat, ſuſceptum criminaberis, *rebellium*que loco habebis; quaſi adverſus eum, qui (ex Regis & univerſi regni ſententiâ) princeps non eſt, & poteſtate omni caret, à non ſubditò, imo à principe ac *Domino*, ulla quomodocunque concitari *rebellio* poſſit? Si habendum putas, non adverſus nos, quibus quid reipſa contigerit referre ſatis eſt; ſed adverſus univerſum orbem, cui eventus ille ejuſque cauſa placuit, tibi quantum volueris diſputare per nos licet: tutâ velis nolis conſcientia oblatam ab univerſo regno (quod ſui abſolute juris eſſe tunc credebatur) ſummam poteſtatem, favente orbe, & Capetus capere, & poſteri, quorum ipſimet Caroli nepotes Majeſtatem coluerunt & colunt, retinere hactenus potuerunt.

Capeti *anteceſſores malitioſe* Caroli Magni nepotes, *exhæreditare ſæpius conatos*, putida infruniti nebulonis calumnia eſt, quam nullo negotio refellere licet; Cum enim Theodeberto Capeti tritavo optime cum Ludovicô Piô convenerit; de Robertô Aganæ maritô Theodeberti filio nulla cujuſquam querela ſit; Robertus *fortis* Robertô & Aganâ natus Ludovici Pii gener; regis, regnique columen, & ſui temporis *Maccabæus* habitus ſit; Odo Roberti ejuſdem primogenitus, Capeti magnus patruus, favente Arnulfo Caroli Magni abnepote, rogantibus Francis univerſis, ad regnum (quod Carolo *Simplici* integrum reliquit) evectus ſit; Hugo Magnus Capeti parens, non modo regiam poteſtatem nunquam uſurpaverit; ſed anno 936, [1] *trans mare miſerit pro accerſiendo ad apicem regni ſuſcipiendum Ludovico Karoli filio*, eidemque *obviam* cum *cæteris proceribus profectus*, *mox navim egreſſo in ipſis littoreis harenis apud Bononiam ſeſe commiſerit*, Carolini hæredis, non *deſtitutor*, ſed *reſtitutor*: anno 954, Octobris 15, denato Ludovico, *Lotharii pueri conſecrationi faverit*; anno denique 955, qui vitæ penultimus fuit, eundem *Pariſius ad Paſcha honorifice exceperit*, & cum ipſo Willelmum Aquitaniæ Ducem debellaverit; unus ex omnibus Capeti *anteceſſoribus* Robertus avus reſtat, qui anno 922, Iunii 30, feria 1, à Francis Carolum *Simplicem* certatim deſerentibus *Rex conſtitutus*, anno ſequente Iunii 15, feria primâ, *ſub urbe Sueſſionenſi* cæſus eſt: ſed maligne, quod ſemel evenit, *ſæpius* & à multis ſucceſſive admiſſum mentitur Genealogiæ ſcriptor, hac etiam in parte culpandus, quod in illius unius famâ genuinum infigere auſus eſt, quem communis Francorum omnium (quæcunque illa fuit) culpa excuſat: cum enim Carolum anno 920, *quia Haganonem Conſiliarium ſuum, quem de mediocribus potentem fecerat, dimittere nolebat, pene omnes Franciæ Comites reliquerint*, anno 922, abjectô eodem, *Rotberto ſe commiſerint*; non tam ille *exhæredati* Regis reus fuit, qui diademate cingi ſe poſt abjectionem paſſus eſt; quam qui Caro-

[1] Flodoard. Chron. & Hiſt. Rhem. lib. 4. c. 6. Codex Floriac. Script. Franc. Tom. 1. p. 631. Odoramnus Hiſt. ex S. Maglorii monaſterio petita, Tom. 3. Scr. Franc. p. 340. Hugo Floriac. Ibid. p. 348. Aimoin. lib. 2. de mirac. S. Bened. c. 5.

Carolum (ut diademate cingeretur alius) *relinquendum* pronunciarunt. Nec ipse, nisi totus impudentia sis, longe meliora quam Brabantinæ Genealogiæ qualiscunque scriptor velit, de Hugonibus *Magnô* & *Capetô* Reges nostros Carlovingos, & sensisse, & speraſſe negaveris; cum annô 954 jam affecto, [1] *Gerbergam Reginam* Ludovici IV relictam, *ad Hugonem* (simulac se viduam sensit) *misisse, ejus consilium & auxilium petiisse*, Hugonem *ipsam ad colloquium adsciviſſe, venientem honorifice suscepisse, atque consolatum fuisse, ac de* Lotharii *filii*, vix annum ætatis 14 ingressi, *provectione in regnum* * quæ consestim implevit *pollicitum*; anno 978, [2] *Hugone Capucii & Henrico Duce Burgundionum* ejus *fratre evocatis*, propulsandæ, quam regno intulerat Otto II, injuriæ Lotharium Regem parem fuisse: eundem anno 986, [3] *Hugoni commisso Ludovico juvene filiô una cum regnô obiisse*; & Ludovicum annô sequenti in extremis positum, Hugoni *regnum donasse* videas. Magnum vero crimen admiserit Hugo, si post solennem unctionem, oblatum à Rege cognato & Francis universis diadema, in Caroli abjecti, nulloque nisi jurati hostis loco habiti, gratiam ponere, susceptæ semel dignitatis spontaneam jacturam facere, *quod*que *Carolus* idem *in Regem ungeretur pati noluerit*; an ipse (consilium ab eodem rogatus) homini, quem jure abdicatum, imo anathemate percussum, non unus Hugo, sed Franci omnes credebant, locum facere compulisses? tu ipse judica.

[1] Flodoard.

* Novemb. 12.

[2] Nangius.

[3] Odoran. Nang. Hugo Floriac.

Ulterius provectus, [4] *à Dinterô*, quem sæpius nugatum jam evicimus, *hæredem Francia* Carolum, ab aliis, qui *regnasse* etiam scripserint, *Regem* dictum, notas; quasi quicquid non nemo minus attentus, præsertim externus, & in historiâ nostrâ hospes deliraverit, præstare; nec quid dictum, aut à quo, aut quam vere, (si dictum quomodocunque reperiatur) attendere teneamur. Singulos tuos testes excutiamus. [5] *Hugo Floriacensis*, anno circiter 1110, *post relatum Ludovici* V *Regis obitum*, statim subdit, *Cui succeſſit in regnum Karolus. Eodem annô rebellavit contra Karolum Hugo Dux Francorum.* Audio Chiffleti, sed cur testem tuum nonnisi mutilum laudas? an tibi fatale est, ut quotquot in manus tuas incidunt, ceu Procrustes alter, vel minus ad rem facientes distendas, vel plusquam velis loquentes truncos exhibeas? Lotharium (quem annô 941 natum, annô 986 Martii 2, feriâ 3, defunctum ætatis annum 46, vix excessisse constat) *senem dierum plenum obiisse*, inepte & falso scripserat Hugo; pauciſſimis de Ludovici obitu & sepulturâ interpositis, subdit quorum te pudet, *Cui succeſſit Karolus* [5] frater ejus, filius Lotharii Regis. *Eodem annô rebellavit, contra Karolum Hugo Dux Francorum*, eo quod accepisset Karolus filiam Herberti Comitis Trecarum, &c. *Hugo consilium habuit cum Ascelinô traditore vetulo, qui erat Episcopus falsus Lauduni & Consiliarius Caroli*, &c. *manens Karolus in custodiâ Aurelianis in turri, genuit ei uxor sua filios duos Hludovicum & Karolum. Eodem annô unctus est in Regem Remis Hugo Dux*, &c. Atqui hæc omnia, & singula, & falsa, & inepte conficta esse jam docui, & plenius evincam. Nam 1. Ludovico Karolus, qui regni compos nunquam fuit, non *succeſſit*; imo nec *succedere* ex hypothesi potuit, ante denatum Ludovicum, qui Capeto regnum legavit, abdicatus. 2. nec *Ludovici frater*, nec *Lotharii filius* fuit, imo nec per naturæ leges esse potuit, annô Domini 953, [7] Lotharii vitæ 12 exeunte natus Carolus; sed Lotharii *frater*, Ludovici *patruus* dici debuit. 3. Carolo antequam Ludovicus

[4] Vind. p. 54.

[5] refecta à Chiffletio.

[6] omissa ab eod.

[7] Flodoardi Chron.

 denasce-

denaſceretur abdicato, & imperii cujuſcunque in Francos, per abdicationem quomodocunque incapaci facto, non modo, non *rebellavit*, ſed (ex hypotheſi) *rebellare* non potuit, qui Caroli ſubditus nunquam fuit, ſed ab ipſo electionis momentô, Francorum cujuſcunque conditionis & Caroli ipſius (ſi Francus haberi, pedemque in Franciâ figere voluit) *Dominus*; unde ex neceſſitate conficitur; non Hugonem, qui Carolum bellô non petivit prior, ſed Carolum, qui adverſus Hugonem ſupremum, ex Ludovici regis ſententia à Francis univerſis regno datum caput, arma movit; adverſus eundem, ex Francorum, qui eum Regem ſalutarunt, & exterorum qui recte factum agnoverunt ſententiâ, proprie *rebellaſſe*. 4. Sive prior, ſive poſterior arma corripuiſſe credatur Hugo; non *quia Herberti filiam accepiſſet*, ſed *quia regnum* ad ſe poſt abdicationem non pertinens *invaſiſſet* Carolus, ad vim apertam venit; revera ob Agnetis cum Carolô matrimonium, bellum nullum vel exortum eſt, cum eam longe ante abdicationem nemine (quod ſciamus) repugnante duxerit; vel ab Hugone qui Herberti Agnetis parentis conſobrinus erat, metuendum fuit. 5. *Aſcelinus*, vel potius Adalbero, *falſus Epiſcopus*, [1] nec revera fuit, nec à Clerô Gallicanô habitus eſt unquam. 6. *Caroli Conſiliarius* [2] non modo non fuit, ſed eſſe nullo modo potuit Aſcelinus idem, Carolo qui cum annô 978 & 987, *cuſtodiæ mancipatum dolô & fraude circumvenit, torſit*, & [3] *nefandiſſimis confictis* denigravit, odioſiſſimus. 7. nullos *in Aurelianenſi cuſtodiâ* liberos peperit Agnes; Ludovicum certe parere non potuit, qui anno 988, (quo Rhemos Caroli nomine Manaſſes & Rotgarius Comites invaſere) jam grandiuſculus erat, prout ex Concilii in S. Baſoli æde congregati cap. 30. conſtat. 8. *Eodem anno* quo Carolus *in cuſtodiâ* detentus eſt, *in Regem Rhemis non unctus eſt Hugo*; ſed triennio ſolidô, & quod excurrit ante; *unctus* enim A. D. 987, Iulii 3, feria 1, Hugo; Captus Carolus A. D. 991, April. 2, feria 5, *in Cœnâ Domini*; intercedunt anni tres, menſes novem. Ejuſdem farinæ eſt, quod Arnulfum Archiepiſcopum, quem munus abdicaſſe conſtat, *degradatum*; ejuſdem *nepotem* Carolum, qui revera *patruus* erat, fuiſſe; & ſimilia, ex quibus luce meridianâ clarius elucescit Hugonem Floriacenſem, (quod attonitis evenire ſolet) mera portenta locutum; te vero judicii nullius hominem eſſe, qui potuiſti *tantas eſſe aliquid putare nugas*.

[1] Gerbert. epiſt. 130. 135.
[2] Concil. in S. Baſoli æde c. 26.
[3] Gerbert. epiſt. 97.

Alter tuus teſtis eſt Ioannes Iperius S. Bertini Abbas, cujus ut recentioris, (cum anno 1383, Ianuarii 3 denatus ſit) & male affecti (cum convitiis quavis occaſione arreptâ, gentem noſtram conditionis ſuæ parum memor proſcindat) fides in rebus ejuſmodi plane nulla. *Succeſſit* (inquit) Ludovico *patruus ejus Karolus, frater Lotharii prædicti. Hugo vero Capet, more patrum ſuorum, odiô motus antiquô, genus Karoli Magni cupiens eradere de Regnô Francorum, contra Regem Karolum, nedum tamen coronatum rebellavit*, &c. *Dormientibus cunctis Karolum Regem, Dominum ſuum, vinctum cum uxore, Hugoni Capet tradidit* Anſelinus, vel potius Adalbero Epiſcopus. At ſi pauca hæc (*Carolum Lotharii fratrem Ludovici patruum, nedum coronatum, dormientibus cunctis traditum*) excipias, cætera (ex Francorum qui Caroli ætate vixerunt mente) falſiſſima ſunt; nam nec *rebellavit*, nec *Caroli Magni genus eradere cupîvit*, nec *odiô antiquo, more patrum, motus* eſt Hugo; nec *ſucceſſit* Carolus, prout jam ante evici; nec rurſus Karolum *Regem*, & *Dominum*, ex

[4] in Chron. Bertin. Vindic. p. 36.

regni

regni totius sententia habuit, aut habere potuit patrem Hugo judicio Ludovici Regis Francorum jam abdicatum, universo natalium jure & prærogativâ exutum, à cœtaneo nullo, sive Regni incolâ, sive extraneo, *Regibus* adnumeratum, aut pro *Rege* ac Domino habitum; quem denique semet *Regem*, vel semel, inscripsisse idoneo nullo documento probare possis. Cum hæc ita sint, quem Iperianarum ineptiarum, insignisque tuæ temeritatis, absurdissima quæque (modo Francis contraria sint, ac merito displiceant) venditantis, non pudeat?

Tertium testem producis *Guibertum S. Mariæ Novigenti Abbatem*, qui anno circiter M C X, *hæc de Anselinô eodem* scripsit, *Dominum suum Regem, innocentem puerum, cui sacramenta fidelitatis præbuerat, prodidit; & in externum genus, magni Caroli cursum Genealogiæ transfudit; quod facinus die Cœnæ Dominicæ patravit.* Sed universa hæc, tam falsa, quam inconvenientia, non placere, sed stomachum tibi movere debuerant; quid enim absurdius & ridiculum magis in commentis esse potuit? Attende quæso; nam 1. Cum *Rex* nec Francis fuerit, nec à se, vel alio ullo coætaneo dictus sit Carolus, quem vivente Lothario fratre & Ludovico nepote, ab iisdem universisque regni proceribus abdicatum constat, Laudunensis Episcopi nec *Rex*, nec *Dominus* (ex Francorum & vicinorum sententia) fuit unquam, aut esse potuit, qui nullius erat. 2. Cum Lothariô vivente Carolum juratum hostem expertus, ab eodemque post Ludovici Regis obitum comprehensus, & hostis loco habitus sit Episcopus idem, ulla cum Carolô *fidelitatis sacramenta præbuisse* vere nemo dixerit. 3. Capeti per matres Caroli Magni nepotis, à Childebrandô[a] *Martelli* (qui Caroli paternus avus fuit) *germano* oriundi, *genus externum* à quoquam absolute dici non debuit, cum reverâ non fuerit. 4. Carolum annô 953 natum, bis ob pervasum regnum regnique Ecclesias excommunicatum, *puerum innocentem*, qui nec *innocens* fuit, utpote prædationum cruentarum auctor, nec *puer* ultra 39 ætatis annum provectus, nemo nisi inepte & ridicule dixerit. An Guiberti deliramenta excusaturus, Esaiam [a] *puerum centum annorum moriturum* prædicentem allegabis, quasi qui ultra sæculi metas semel provectus est, postquam *Centenarium* attigit, *puer* sit, aut haberi amplius mereatur? sed fortasse tam de Guibertô, qui Carolum jam confirmatæ ætatis virum, & quinque ad minimum liberorum parentem *puerum* vocavit, quam de Aimoinô & Hugone Floriacensi, qui eundem ætatis vigorem nondum prætervectum, adeoque non *senem*, in *privatis ædibus senuisse* inconsiderate scripserunt, justius pronunciaveris, *bis pueros senes*, quorum si mucorem lingere, & deliramenta non excusare, sed aliis veneranda proponere ambitio tua est, ab Hispanis qui causæ deploratæ tibi patrocinium commiserunt, plausus expecta; nobis, qui nullis affectibus indulgendum putamus, non impones.

[1] Vind. p. 36. libro 1. de vita sua.

[a] Esai. 65. 20.

Advocatorum à te testium agmen Andreas Marchianensis claudit, cujus hæc ad annum 988 verba sunt, *Regnavit Karolus frater Lotharii Regis annis quatuor.* Ego vero observo primum, ex mediæ antiquitatis usu, *regnandi*, & regni voces, improprie, & diductâ plus æquo significatione, iis qui reverâ *Reges* non fuerunt, aptari posse; sic enim Annales [1] Francorum breves, ex S. Nazarii monasterio eruti, anno 707 *Pippinus senior regnare cæpit.* Chron. Hildensheimense anno 688, *Pipinus Dux filius Anschisi post mortem Wifaldi*

Vind. p. 36.

[1] Tom. 2. Script. Franc. p. 3.

Ducis cœpit regnare: anno 714, *Karolus regnavit annis* 28. anno 741, *post eum* Karolum *duo liberi ejus regnant*, &c. *Carlomannus cum fratre Pippinô regnavit*; anno 747, *Pippinus cum jam per annos* 7 *regnaret.* Fredegarius ad annum 743. *annô secundô regni eorum* Carolomanni & Pippini; anno 747, Carolomannus *regnum unà cum filiô Drogone manibus germani committens*, &c. *Pippinus roboratus in regnum.* Chron. breve ex MS. Tilianô anno 747, Carlomannus *relictâ regni sui portione, Romæ Clericus efficitur.* Annal. Bertiniani annô 742, *in itinere divisêrunt regnum* Carlomannus & Pippinus. Concil. sub Tassillone, *Regnante in perpetuum Dominô nostrô Iesu Christô, in anno vero* 22, *regni religiosissimi Ducis Tassilonis gentis Boiariorum, sub die, Consule, quod erat* 2 *Kal. Octobris, atque anno ab Incarnatione Domini* 772, *Indict.* 11. Charta S. Crucis Burdegalensis, *Regnante Guillelmo Comite, qui vocatur Bonus, in Civitate Burdegalensi*, &c. Charta Lascurrensis *A. D.* 1101. *Epacta* 19 *concurrente uno, Indictione* 9. *Domno ac Reverendissimo Sancio existente Præsule, regnante venerabili Gastone Bearnensium Vicecomite*, &c. Charta S. Savini, *facta Charta mense Augusto, regnante in Bigorra Petro de Martiano, & Comitissa uxore ejus Beatrice anno ab Incarn. Dom.* 1157. 2. A propriâ strictaque significatione Andream nequaquam recessisse, cum per *quatuor* duntaxat *annos* Carolum qui [1] ab annô 977, Lotharingiæ inferioris Ducatum rexerat, *regnasse* velit. 3. Quæcunque ejus de Carolô sententia fuerit, eum de facto nunquam in Francià *regnasse*, cui Laudunum (unde viciniam, Suessionas, [2] & Rhemos usque militaribus excursionibus infestaret) post Hugonis unctionem occupare, & solidô triennô retinere vix licuit; imo nec Laduni (ex Francorum sententia) de jure; cum sub regibus propinquis, ab universis ante abjectus, & tyrannis adnumeratus fuerit. 4. Etsi a Ludovici obitu ad Caroli captivitatem *anni* fere *quatuor* [3] numerari possint, male spatium illud (cujus initium Iunii 22, anni 987, finis Aprilis 2, anni 991) Andream ab anno 988 inchoasse. Cum igitur in testium tuorum verbis, veri nihil (nisi forte ἀπροσδιόνυσον) inveniamus, ut exemplo tuo totos nos eorum fabulis dedamus nunquam impetrabis.

[1] per annos fere 11.

[2] Gerbert. epist. 115. & append. 9. Nangius.

[3] præcise anni tres menses 9, dies 11.

Tu tamen, quasi re bene gesta triumphans, imo Francorum universorum capitibus insultaturus, *habes* [4] (inquis) *propensam Francorum voluntatem in Carolum Ducem, illumque pro Rege agnitum: Vides Capeti odium, atque usurpationem.* Atqui ex illis ipsis, quorum testimonia corripuisti, *Capetum quem ad tantam dignitatem, regni proceres* abjecto Carolô *elegerunt & evexerunt, invasorem aut usurpatorem aliqualiter non judicandum*; ex aliis antiquioribus Carolum *tyrannicæ factionis*, & *prædonum* principem, non *Regem* habitum, universorum odio, Cleri anathemate obrutum, cum constet: nihil pro te quod *propensam in* eum *Francorum voluntatem*, aut *Capeti odium* spiret, præter paucorum Lotharingorum, aut Flandrorum longe post natorum, & temere de incompertis garrientium, à nobis jam revictas calumnias, vel habes, vel habebis unquam. Ne vero quanti Lotharingorum (quorum Ducatum susceperat) judicio faciendus fuerit, in posterum nescias, purgatis primum auribus, Baldrici verba hauri, qui [6] *pravis moribus deditum*, [7] *ineptum atque tardi ingenii* fuisse notavit: possem [8] Hemmæ Reginæ epistolas eundem *crudelissimum hostem, prædonem, impium*, qui *parere alicui non* putaverit *suo nomini convenire*, & *sibi regna inaniter promiserit*, vocantes proferre; sed læsæ & ca-

[4] Vind. p. 55. edit. 2. 36.

[5] ex Nangio.

[6] Chron. Camerac. lib. 1. c. 95.

[7] cap. 10.

[8] inter Gerberti epistolas 119. & 147.

& captivæ principis, quas justa indignatio expresserat, querelas, cum maledicta videri possint, sepultas malim: ex Gerbertô, in Caroli partem initio propendenti, quale Francorum, & Lotharingorum de eô judicium fuerit audire præstat. Cum enim *subornatam à se ex Arnulfi Archiepiscopi personâ querimoniam*, ab Ecbertô Trevirorum Archiepiscopô, Lotharingicæ ditionis præsule *perstrictam* vidisset; palinodiam canere compulsus, hæc scripsit, [1] *veritus sum ne in oculis vestris displicerem, qui mihimetipsi displicere jam cœperam, eo quod non socius vitiorum, sed princeps dijudicarer maximorum scelerum*, &c. *ob amorem Karoli, vel Arnulfi, passus non sum diutius fieri organum diaboli, pro mendacio contra veritatem declamando.* Nec ea quæ Arnulfi jussu inconsulte scripserat, improbasse contentus, de Caroli partibus (ne fidem frangere cogeretur) deserendis, consilium sumpsit: quod rursus epistolâ aliâ ad Ecbertum eundem datâ docuit. [2] *Pervenit, beatissime pater, gladius usque ad animam, gladiis hostium undique perstringimur. Hinc fide promissa Regibus Francorum*, (Hugoni & Roberto) *urgemur. Hinc potestati Principis Karoli regnum ad se revocantis addicti, permutare Dominos, aut exules fieri cogimur*, &c. *Ad vos itaque confugimus.* Audis sub Caroli potestate Rhemis positum, *exilium* perferre malle, quam (Carolum Regem agnoscendo) *Dominos* Hugonem & Robertum *permutare*, eoque nomine *ad* Ecbertum *confugere?* quid ab eo, cui Karoli causa placuisset, sibi opis futurum spondere poterat? Paulo post, cum (ob derelictas Karoli partes) gratulatoriam ab Adalberone Virdunensi epistolam accepisset, [3] *Sentio* (inquit) *vos condelectari, quod sceleratorum hominum Conciliabula effugerim, quod communioni Ecclesiasticæ restitutus sim.* I nunc, Chiffletii, Capetum Francorum in *Carolum propensorum odiô* gravatum ebuccina, qui Lotharingos pro eo stetisse, adversarios *sceleratos*, extra *communionem Ecclesiasticam* positos credidisse, velis nolis, fateri compelleris.

[1] Append. epist. 18.

[2] epist. 14.

[3] epist. 15.

Vind. p. 36.

Ut maledicendi finem (exhaustô forte felle) facias, hæc ex Albericô refers, [4] *annô* 988 *Dux Hugo Karoli Magni sobolem extirpavit à Regni solio*; quæ tamen nullius prorsus ponderis esse, negare (etsi forte cupias) non possis; cum non ab Hugone, qui post abjectum Carolum Rex salutatus est; sed à Francis hostilem Caroli animum exhorrentibus, abdicatam, imo *extirpatam à Regni solio*, universam Caroli familiam certo certius sit. Quid vero deinceps Edmundus Dinterus, à quo calumnias spargendi tibi principium? *Hugo Caputius, Comes Parisiensis, & Dux Francorum, contra Dominum & consobrinum suum Carolum Ducem Lotharingiæ, Regnum Francorum, contra præceptum Romanæ Ecclesiæ, quæ omnes invasores regni anathematizaverat, injuste invasit.* De *regni invasione* jam vidimus, eamque jure nullo Hugoni (longe post Caroli abdicationem, ab universis Francis expetito) objici, imo ex eorundem mente, Carolum nunquam, sive de jure, sive de facto *Hugonis Dominum* fuisse evicimus. Si vere à † Dintero, ex Reginone, Sigeberto, & Guidone Bazochio, quos prævios habuit, adversus *Romanæ Ecclesiæ præceptum* Hugonem Regem salutatum, scriptum fuisse putas, quin *præceptum* ejusdem que rationes, ex Pippini coætaneo aliquo, aut suppari edis? Sed nullum fuit, vel esse potuit; si enim Carolo regnum adjudicandum, & anathemate percellendos, quotquot refragari ausi essent, à Romana unquam Ecclesiâ pronunciatum fuisse, Francis Præsulibus innotuisset; eum ob occupatam Regiam sedem Laudunum, invasosque anno vertente Rhemos, ubi Reges co-

[4] In Chron.

[1] lib. 3. initio & alibi.

† Lum. p. 264.

ronari mos erat, anathemati cum addictis nunquam subjeciſſent; Imo nec ex hypotheſi jure ſubjicere potuiſſent; ſubjecerunt tamen; hinc enim Gerbertus, Adalberonis Archiepiſcopi nomine, ad Carolum Ducem. [1] *Quamvis* &c. *Epiſcopum Laudunenſem carceri mancipaveritis, Epiſcoporum anathema neglexeritis*, &c. & ex perſonâ Epiſcoporum Rhemenſis diœceſeos; *quod* [2] *olim in famoſiſſimos prædones ſuo* (Arnulfi Archiepiſcopi) *conſilio feceramus, repetivimus*, &c. *Duces, & Comites, & conſcios totius factionis, anathemate damnavimus*, &c. Item [3] *auctoritate quoque ac poteſtate Apoſtolis traditâ, nobiſque relictâ, excommunicamus, anathematizamus, damnamus, & à liminibus Sanctæ matris Eccleſiæ ſeparamus Adalgerum*, &c. *eos quoque qui hujus traditionis extiterunt inventores, auctores, factores, fautores, cooperatores*, &c. *his adjungimus Laudunenſis Epiſcopii pervaſores, ac ipſius Epiſcopi graviſſimos tortores.* ut tamen Eccleſiam Gallicanam nihil prorſus de Lauduni & Rhemorum invaſoribus pronunciaſſe demus, ſi Romanam Eccleſiam Hugonis provectioni tam impenſe faviſſe docuerimus, ut fidem firmare renuentes pœnas dare juſſerit, annon in manifeſto nulloque colore excuſandô mendaciô deprehenſum, cum erroris Magiſtris Dinterum eſſe conſtiterit? Ne quem effugio locum relictum putes, ad Hugonis Regis anno 987, *ante Kalendas Novembris*, ſcriptam epiſtolam animum vel invitus attende. [4] *Ex perſonâ Regis Hugonis, Siguino Archiepiſcopo Senonenſi. Regali potentiâ in nullo abuti volentes, omnia negotia reipublicæ in conſultatione, & ſententiâ fidelium noſtrorum diſponimus, voſque eorum participes fore digniſſimos judicamus. Itaque honeſte ac benigno affectu vos monemus, uti ante Kalendas Novembris, eam fidem quam cæteri nobis firmaverunt, confirmetis, ob pacem & concordiam Sanctæ Domini Eccleſiæ, totiuſque populi Chriſtiani; ne ſi forte (quod non optamus) perſuaſione quorundam pravorum diligenter vobis exequenda minus audiatis, ſententiam Domini Papæ & Comprovincialium Epiſcoporum duriorem perferatis, noſtraque omnibus nota manſuetudo juſtiſſimum correctionis aſſumat zelum regali potentiâ.*

[1] epiſt. 122.

[2] Append. epiſt. 22.

[3] Concil. in S. Baſoli æde c. 14.

[4] inter epiſtolas Gerberti 107.

Tria hîc diſertiſſime expreſſa habemus. 1. tantam fuiſſe Capeti benignitatem ut publica regni negotia, participatis cum proceribus ſubditis conſiliis, tractare dedignatus non ſit. 2. univerſos fere proceres ei ab ipſo principatus initio *fidem firmaſſe*; quod tuum de *Francorum* propenſa *in Carolum voluntate*, & in Capetum *odio*, figmentum funditus evertit. 3. non modo nullo Romanæ Eccleſiæ decreto improbatam Capeti electionem, ſed contrario, quô contumaces in ordinem cogerentur, *præcepto* munitam fuiſſe; ut meritas impudentiſſimi mendacii Dinterus, qui primus id commentus eſt, pœnas luere poſt mortem debeat. Cum autem nullos niſi vel corruptos à te, vel mendaces, teſtes produxeris; ſupereſt ut dicamus *regnum quod paternâ & avitâ hæreditate ad Carolum* (niſi juſtam tam regum Lotharii fratris, & Ludovici nepotis, quam regni univerſi indignationem incurriſſet) perventurum fuerat, Capetum qui (poſt abdicatum à regibus, & regno, Carolum) ad regiam poteſtatem communibus procerum ſuffragiis evectus eſt, non *uſurpaſſe*, ſed oblatum ab iis quorum intereſſe videbatur, quo ordine tunc poterat, ſuſcepiſſe. 2. Ius univerſum à Capeto in poſteros tranſmiſſum, non ab ejus cum Carolinâ familiâ propinquitate, ſed ab ipſo electionis decretô, quô Ludovico ſubrogatus eſt, totaque ejus familia ex ordine ad ſummam digni-

dignitatem provecta, repetendum esse. 3. Carolô à Regibus regnoque abjecto nihil (ex abjicientium mente) juris, quod ad liberos transmitteret relictum fuisse. 3. Si quid juris à Carolô, post abdicationem in posteros dimanasset, id quantum quantum fuisset, non feminarum regni Francici incapacium, sed masculorum futurum fuisse; Ottonis Ducis primum, qui nullis liberis relictis decessit; ac exinde Ludovici, cujus mascula progenies ante annos 400, in Henrico Thuringiæ Lantgravio, Romanorum Rege electo defecit. 4. Si feminarum à Carolo Duce & Ludovico filio oriundarum ratio ulla habenda sit, Hassiæ Lantgravios Sophiæ Thuringicæ, & Misniæ Marchiones Iuttæ (quæ Sophiæ amita fuit) nepotes, primas; Ermengardis, quam Caroli Ducis primogenitam fuisse docuimus, posteros secundas (Gerbergæ posteris in postremum locum rejectis) ferre debere. 5. Inter Ermengardis nepotes Christianissimo Regi, non modo pluribus modis ab eâ oriundo, sed Ioannis & Balduini, qui Margaretæ Flandricæ primogeniti fuerunt, proli primum dignitatis gradum, vel hoc nomine assignandum esse. 6. Eundem pluribus quam Austriaci principes modis à Gerbergâ processisse.

APPENDIX I.

An Gerberga Caroli Ducis primogenitam fuisse, necessario ullo argumento probari possit.

TRia jam demonstravimus, 1. Caroli Ducis filiabus nullum, quod ad posteros transmittere possent, regni jus fuisse. 2. Consuetudine Francorum, quæ muliebre Imperium nullum admittit, semotâ, Ludovici Gerbergæ & Ermengardis germani, & Thuringicorum Lantgraviorum ejus nepotum posteris, anteferri ororum nepotes absurdissimum esse. 3. à solis Brabantinis partium studio fascinatis, Gerbergæ prærogativâ natalium tributam fuisse. Quid tu contrà? *Auctor magni Chronici Belgici ex Annalibus Lotharingicis docet*, Carolum principem gloriosum genuisse duas filias Gerbergam & Ermengardem; *illam* nupsisse Lamberto cum barba, *Hannonienſi*. At Magni illius Chronici Collector post A. D. 1500 vixit, & ex Annalibus à recentiore non sine errore scriptis sua hausit. En errores. 1. Carolum *hujus nominis* 5, & inter *Duces Brabantiæ & Lotharingiæ* 12 computat: cum tamen post annum 1106, à Caroli morte 116, Brabantia *Ducatus* dici cœperit, & *Lotharingiæ* nomen post A. D. 855, primum auditum sit. 2. annum Ottonis 26, & Lotharii 8, cum Christi 963 male componit; decessit enim Henricus *Auceps* A. D. 936, Iul. 4, Ludovicus vero *Trans marinus* 954, Octob. 15: concurrunt ex necessitate cum 962, Ottonis 26, & Lotharii 8. 3. *per resignationem fratris Lotharii* anno 963, Carolum Ducem factum fingit, eum anno 977 ab Ottone II Ducatu donatum, eaque de causa à fratre & Francis abdicatum, oblitus. 4. *tres* ei *filios, & duas filias, ex filia Comitis Trecarum* ei natas falsò putat; ex Bona enim Ardennensi Ottonem Ducem, cum sororibus genuit; ex Agnete Trecensi Ludovicum & Carolum. Tu vero in eo deflorando tuo ingenio nonnihil indulsisti; non enim *Lambertum cum barba*, qui revera Lovanii non Hannoniæ Comes fuit, *Lovanienſem*; sed *Ragineri longicolli Comitis Hannonienſis filium, & Ragineri Comitis Hannonienſis fratrem*

[1] Lun. p. 104.

trem vocavit; quis autem ex eo quod novus, & imperitus homo Ermengardim secundo loco collocavit, eam *secundogenitam* fuisse certo statuat?

2. In Genealogia S. Arnulfi, quæ Ermengardi primas dederat, *non semper ordinem scripturæ, ordinem nativitatis indicare* (allato Caroli *Calvi* Lothario & Ludovico fratribus prælati exemplo) mones; sed cum post alios Ermengardim priorem nominaverit, ejus occasione inversum ordinem fuisse probabile non est. 4. argumenta tua pro Gerbergæ natalibus jam confutavimus. *Novam* nunc quam iis *attexis ratiocinationem* attendamus: Carolum Ducem anno 953 (quod Butkenius negat) natum, anno 965 *puerum* fuisse, ex Flodoardo colligis, eundem anno 968, Chartæ à Gerbergâ matre de Marsna S. Remigii monasteriô donata scriptæ, hoc signum apposuisse notas *S. Iuvenis magnæ indolis Caroli*; anno 977 qui vitæ 24 erat, Ducatu ab [1] Othone auctum, ex Sigeberto; *Cameracum* [1] *urbem pastore suo* Thiedone *orbatam venisse, uxoremque sibi affuturam esse mandavisse*, ex Baldrici Chronico Cameracensi observas; anno denique 976, *filios Ragineri Longicolli* ejus *auxilio fretos, Godefridum & Arnulfum Comites lacessivisse bello*, & anno 977, *in terra patrum suorum, Francorum auxilio & affinitate* (cum *Raginerus Hathwidem filiam Hugonis*, Lambertus Gerbergam filiam Caroli *uxores duxissent*) *relocatos* fuisse, ex Sigeberto & Nangio mones: Carolum itaque annô ætatis 21, Christi 974, uxorem duxisse, ex qua 975 Gerberga nata sit, & anno 976, *è cunis abducta Lamberto* sponso, *ex more apud viros Principes* recepto, tradita; siquidem A.D.1027, Balduinus Adelam [2] Roberti Regis filiam, *à Palatinis tricliniis ad domum propriam in cunis asportavit*. A. D. 1188, *Comes* [3] *Nivernensis Henricus, filiam suam unicam adhuc lactentem dedit Henrico Comiti Trecarum*. A. D. 1207, [4] Elizabetham Hungaricam *lactentem adhuc, Hermannus* Lantgravius *Ludovico filio Infanti desponderi procuravit, quadrimam adferri obtinuit*, eam Andreas Rex pater *in argenteo cunarum toreumate exhibuit*. [5] Margaretam Maximiliani I, & Mariæ Burgundæ filiam A.D. 1479, Ianuarii 10 natam, Carolus Delfinus A. D. 1482, Decemb. 24 desponsavit, ejusdemque legato Domino de Bellojoco, Hesdini A. D. 1483, Maji 16, feria 6, ea tradita est. Anno 1027, Adelæ nuptias celebratas facile crediderim; at eo tempore *in cunis* illam fuisse persuadere mihi vix possum; concurrebat enim annus 1027, cum Roberti Regis 57 à primo Constantiæ uxoris partu 30, quam tamdiu fœcundam fuisse minus probabile est. Ego vero desponsatam *in cunis* Gerbergam nullus dubito: hoc tantum volo, nihil te de ejus natalibus, & parentum nuptiis, nisi ex conjecturâ undique nutante statuere; unde enim habes Carolum anno tantum 974 matrimonio illigatum fuisse? annon potuit anno 970, vitæ 18, maritus, 971 Ermengardis, 972 aut 73 Ottonis, (quem tu *medium inter sorores collocari*, à nonnullis notas) 974 vero aut 75 Gerbergæ pater fieri? quid Ermengardim trimam aut quadrimam Alberto I Namurcensi desponsatam fuisse vetat? at *ejus nulla à temporis illius historicis mentio facta est*; esto, an quicquid ab historicis non memoratur, non fuisse dixeris? sed nec omnes publici juris sunt, nec omnes qui editi sunt vidisti; nec verisimile est veteres, qui Ermengardim Gerbergæ prætulerunt, sine causa feciſſe: nihil tamen in utramque partem, (cum nostra non inter sit) nos pronunciare necesse est: etiamsi prærogativam natalium Gerbergæ assignare libuerit, per eam (quod putabat Butkenius) Carolinæ

[1] lib.1.c.100.

[2] Mejer. ex Hugone Floriac. [3] Chron. Aquicinct. [4] Iac. Montanus apud Surium 19 Novemb. [5] Ioan. l'Escenne in hist. MS.

Hadwidis anno ætatis 4 vel ad summum 5 Rainerio desponsata est, cum ex Gerberti epist. 17 Hugonem parentem post A. D. 969, Adalberone Remis jam sedente uxorem duxisse constet.

linæ familiæ quæ nec habuit, nec habere potuit, *jura omnia* ad Philippum IV devoluta esse nunquam obtinebis.

De priore Gerbergâ, aviâ ejus paternâ, amitisque Matthilde & Albradâ, quid somniaveris videamus. [1] tu recte ex Luitprando lib. 4. c. 18 promissam ab Ottone I, Bertholdo Bajoariorum Duci Gerbergam, Gerbergæ germanæ, & Gisleberti *filiam*, *fere jam nubilem*; utpote annô circiter 928 *natam* notas, sed quod ex Sigebertô anno 943 pactam fuisse, eodemque *Ludovicum Regem Gerbergam* majorem *duxisse* refers, & falsum est & improbabile; si enim anno 943 desponsata Bertholdo Gerberga minor fuisset, non *fere jam nubilis*, sed *plenis jam nubilis annis*, utpote annos 15 nata dici à Luitprando debuisset: tu nihilominus *serius* Sigebertum Ludovici matrimonium memorasse, recte censuisti; id enim (Flodoardo teste) quadriennio ante, anno nimirum 939 consummatum est. Si Gerbergam ejus privignam Bertholdo junctam putas, falleris; ea enim [2] Alberto Veromanduorum Comiti nupta, ei Herbertum, Odonem, Guidonem, Liudulfum Noviomensem Episcopum à Lothario Rege (quod uterinæ sororis filius esset) *nepotem* [3] nuncupatum peperit. Bertholdus, qui Bajoariæ Ducatum, [4] ab A. D. 937 ad 947 Novemb. 23 tenuerat, non Gerbergam ante annos aliquot desponsatam, & Alberto postmodum junctam, [5] sed Willetrudem quæ A. D. 976 viduitatis 26, in Episcopatu Aichstedensi Pergense monasterium condidisse, ejusque prima curam susceptisse legitur, viduam reliquit.

In Matthildis & Albradæ Ludovico IV & Gerberga natarum, quarumque tradux, non unum Philippum IV, sed universos Europæ Reges ac præcipue Christianissimum contingit, natalibus assignandis turpiter aberras; illam A. D. 943. hanc A. D. 948 *natas* putas, quia Flodoardus *filiam Regis ab Hugone Duce* A. D. 943 *susceptam ex lavacro S. susceptam*, aliam *à Conrado Duce* A. D. 948, *sacro de fonte susceptam* scripsit; quasi vero (si de Matthilde & Albrada Flodoardum cogitasse statuamus) de earum *natali* egisse, idque ipsum esse *nasci*, quod *renasci* fateri debeamus. Potuerat anno 940 nasci Matthildis post triennium sacrosancto lavacrô tincta, Annoque 942 Albrada post sexennium Christi baptismo lota: neutrius vero nuptiæ post A. D. 954 differri possunt, quandoquidem ex Matthilde Burchardus Lugdunensium Archiepiscopus Brunonem * consobrinum A. D. 980, ætatis 24 Indict. 9, ineunte Lingonum Præsulem ordinavit, & Gisla quæ A. D. 972 Henrico II Bajoariæ Duci Henricum *Claudum* ab A. D. 1002 ad 1024 Iul. 14, Regem & Imperatorem, post annos vitæ 52 denatum peperit, processere. Ex Albradâ, post Gisleberti, Bruno Lingonicæ Ecclesiæ Episcopus A. D. 957 natus est: tu qui Albradam Ludovico IV, & Gerberga natam, non diffiteris [6] eam *Ragenoldo Comiti, qui Rociacum castrum ædificaverat, junctam* capere non pores, his dubitandi causis variè distractus: in historiâ Rhemensi per Flodoardum scriptâ, & in ejus Chronico legitur, *Abbatiam S. Medardi* anno 944 *à Ragenoldo depradatam*; necnon & anno 948, quô Dux Conradus Ludovici Regis, filiam Albradam *de sacro fonte suscepit, munitionem super Axonam fluvium in loco, qui dicitur* Rauciacus, *ab eodem Ragenoldo Comite ædificatam fuisse*; quasi vero hæc ullam patiantur difficultatem, nec potuerit, qui anno 944 S. Medardi monasterium diripuerat, post decennium Regis sui gener fieri, aut puellam Regiam, ædificato ante sexennium Rocejô,

[1] Lamp. p. 54.

[2] Angust. Veron. prob. p. 31.

[3] Vassorius in Liudulfo Chartam Lotharii edidit.

[4] Herman.

[5] Brusch. de monaster. Germ. p. 97. Wigulejus Hundt. Metropol. p. 193.

* Chron. Divion.

[6] Lamp. p. 54.

ducere; ne de ejus cum Albrada nuptiis ullus tibi ambigendi locus superſit,
[1] Tom. 2. Script. Franc. p. 643. 44.
hæc ex S. Arnulfi genealogia nota, [1] *Gerberga ſoror Haddewidis ſuperioris genuit Lotharium Regem Franciæ, & Karolum Ducem, Matthildam & Albradam fratrès & ſorores*, &c. *Albrada ſoror Lotharii Regis*, &c. *genuit Ermendrudam* (quæ ſcilicet Othoni Guillelmo Burgundiæ Comiti Ragenoldum ſeu Rainaldum, in paterni avi memoriam nomen ſortitum peperit. Audi
[2] p. 832.
Gerbertum hæc ad Brunonem Lingonenſem A. D. 990 ſcribentem; [2] *quia vos apud Roceium* (à Ragenoldo parente anno 948 ædificatum caſtrum) *adivi pro mea ſalute, merear nunc Silvanectis audiri, pro omnium bonorum liberatione.* Brunonem denique hæc A. D. 991 Iun. 17, coram Patribus apud
[3] Concil. ad S. Baſoli dem c. 2. [4] c. 55.
S. Baſolum Rhemenſis Diœceſeos congregatis diſſerentem, [3] *avunculi mei Regis Lotharii filius*, Arnulfus Archiepiſcopus, & Iun. 18. [4] *quomodo queſtibus temperare potero, ſi nulla afficiantur pœna, qui filium patrui mei* (Lotharii Regis) *in has præcipitavere miſerias?* Auſcultа denique Guidoni Ambianorum Epiſcopo his Arnulfum verbis compellanti, [5] *utrum Richardus frater tuus, Bruno Epiſcopus* conſobrinus *tuus, ejuſque ſororis*, (Ermentrudis) *filius* Rainaldus vel Guido. Cum de Ragenoldi regia affinitate ex Brunonis filii ore conſtet, quem *apud Roceium* tanquam natalem locum Gerbertus convenit, deſines opinor, hæſitabandus animo fluctuare. Nos vero qui
[5] c. 30.
[6] Lamp. p. 51.
cum [6] Sidoniô *principem in genere monſtrando, partis paternæ prærogativam* ſenſimus ſemper; tametſi *patriæ partem computandam eſſe regionem maternam, multumque* eſſe, quod filii omnes *matribus debent*, ſponte, fateamur; quod idem ad Ricimeris commendationem traxit, cum qui *patre Suevus, à genitrice Geſtes* erat, *ad regnum duo regna vocaſſe*, in Francorum gente locum habere poſſe conſtanter negabimus.

APPENDIX II.

An vere, & ſanô ſenſu, alieni *à Carolino genere, &* externi *Capetini Reges dici poſſint.*

A*Lienum* & *externum*, cum id quod vel unius ἰδικῶς, vel plurium κοινῶς, eſt; eorumque reſpectu quomodocunque *intrinſecum* dici poteſt, negare proprie videatur; ſitque hoc ipſo ex oppoſitorum, quæ ſimul naturâ ſunt, genere; utriuſque ſignificatio pro materiæ ſubjectæ, & antitheſeos ratione, vel contrahi vel ampliari poteſt; exempli cauſâ, quod Titii non eſt, aut *extra* ipſum; ab eo *alienum*, aut ejus reſpectu *externum* fuerit; quod nec Titii, nec *familiæ* eſt; tam ipſi, quam propinquis *externum* erit, & ab eo ipſis univerſis *alienum*; quod nec familiæ, nec gentis eſt, *alienius* adhuc ac *exterius* haberi poterit: ac tandem, quod nec *gentis* eſt, nec *regionis*, cujus partem inſidet, *alieniſſimum* & maxime *externum* fuerit: hoc poſtremo ſenſu,
[7] Lamp. p. 26.
apud Virgilium Æneidos 7 verſu 96, Latino Regi [7] *externi generi*, ideſt extra Italiam nati, *venturi* nunciantur; & verſ. 421, Alecto Turnum in Æneam accendit, quod *externus hæres in regnum*, à Latino *quæreretur*: tertiô ſenſu Turnus ejuſque gens ab Amatâ Latini uxore, *externi Latinis* verſ. 367 &c. dicuntur. Secundô Gajus Iuriſconſultus Inſtit. lib. 3. tit. 3. *extraneum hæredem* vocat, [8] *qui nullo propinquitatis gradu teſtatori jungitur, ſed eum pro arbitriô*
[8] p. 25.

arbitriô suô hæredem scribit. hæc singula eo curatius distinguenda fuere, quod ea, licet diversissima sint, nec æquis passibus incedant, nullo prorsus (turbonum vel insanientium more) discrimine habeas.

Gentis etiam, ut *generis* & *familiæ* significatio, apud Latinos multiplex occurrit; *gentis* enim & *generis* nomine, *filius* aut *nepos* nonnunquam designatur; sic Æneas Virgilio Æneid. 10. *Deum gens*, & 4 *genus alto à sanguine Teucri*, & 6 Augustus Cæsar *Divum genus*, Æacides *genus armipotentis Achilli*; & 7 Latinus *genus egregium Fauni*: nonnunquam universa ex eadem stirpe progenies, & nepotum series, sub *gentis*, & *generis* nomine venit: sic Æneid. 7 Latini *gens Saturni*, & Æneas *Iovis de gente suprema*, & lib. 8. *genus amborum* (Evandri & Æneæ) *scidit se sanguine ab uno.* utque quo altius ascenditur, & *genera* & *gentes* in unum facilius conflantur, simulac à primitiva origine delabimur, *generis* in *genera*, & *gentis* in *gentes*, velut *fontis* in *rivos* divisiones fiunt. sic hominum universitas B. Paulo ex Arato *Dei genus* Act. 17. 28. 29. in genere humano Abrahami posteri eidem Act. 13. 26. *genus Abraham*; in Abrahami genere Phil. 3. 5. filii Iacob, *genus Israel:* in genere Israel, B. Stephano Act. 7. 13. Iosephi nepotes *genus Ioseph.* in genere Iudæ filii Iacob ipsi Domino Apoc. 22. 16. Davidis semen, *genus David* dicitur.

lib. 6. *genus* Æneæ *longa* dominatu-rum *Alba*; *gens* ejus *Romani*, *genus Gracchi.*

Eodem modo domus, seu familiæ, in *domus* dividi solent, sic Psal. 115. 9. *domus Israel*, ex quâ Esai. 21. 10. *domus Iuda*, & Psal. 135. 20. *domus Levi*, ex illa Psal. 122. 5. *domus David*; ex hac vero Psal. 115. 10. & 135. 19. *domus Aaron*: ex una rursus & eadem domo Gen. 10. 32. *Noe*, Zach. 12. *Levi*; in Levitis Num. 3. 21. *Gersonitarum* vers. 27. *Caathitarum*, c. 4. 33. *Merarítarum*; in Iudæis Zach. 12. *David*; & in Davidis posteris, *Nathanis familiæ.* Hinc Digest. de verborum significatione c. 198, §. 1. *Communi jure familiam dicimus omnium agnatorum; nam etsi patre familias mortuô singuli familias habent; tamen omnes qui sub unius potestate fuerant, rectè ejusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domô & gente proditi sunt.* §. 4. *Item appellatur familia plurium personarum, quæ ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur, sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ.* Sic olim à Clausio *Claudiam* diffusam, *& tribum & gentem* refert Æneid. 7. Virgilius: sic ex una S. Ludovici *stirpe*, Valesia, Alençoniensis, Andegavensis, Burgundica, quæque ab A. D. 1590 feliciter regnat, *Borbonia*, sive *gens*, sive *familia*. & in Germania ex communi parente Ludovico III, Bavariæ Duce, *Palatina* & *Bavarica* domus. Quidni ex Pippino Heristalliô, Ansegisô, Arnulfô, pari per Carolum Martellum, & Childebrandum *germanum* ratione, *Carolini* & *Capetini* Reges processerint, diversaque suo tempore *gentes* condiderint?

Horum cum anno circiter 1010. [1] *Saxonicum* ob *Saxiaci* in Biturigibus dominium credidisset Aimoinus, Glabrum qui A. D. 1046 scribebat, [2] adeo de statu mentis dejecit, ut *valde inante obscurum* ipsorum *genus reperiri*, tam inconsiderate quam falso scriberet; Quid mirum si *fecit contagio labem, sicut grex totus in agris, unius scabie cadit & porrigine porci, unaque conspectâ livorem ducit ab uvâ?* tanta fuit Aimoiniani nominis veneratio, ut in sententiam ejus, etiam inexploratam certatim transirent alii Floriacenses, Aimoini continuator, vitæ Ludovici VIII scriptor, Albericus, Guillelmus Nangiacus,

[1] de mirac. S. Bened. l. 2.
[2] Hist. lib. 1. c. 2.

Chron. S. Victoris, Papirius Massonus, Scipio Dupleix; Ipse etiam Dionysius Petavius, cum se errore communi *de Saxonica* Capetinorum origine abripi passus esset; [1] *nihil* eos *cum Caroli stemmate commune habuisse* sentire coactus est.

[1] Rat. temp. lib. 8, c. 14.

Accessere alii studio partium ad calumnias proni, Guibertus origine Lotharingus, annô circiter 1112; Genealogiæ Brabantinæ, & Codicis Nivellensis auctores, eo tempore subornati, quo Ioannes II Brabantinus in Reges nostros conjuratus nullum non lapidem adversus eorum Majestatem movebat, Ioannes Iperius simili furore, circa A. D. 1383 correptus; Edmundus Dinterus circa A. D. 1440 eadem fuligine tinctus, quorum universorum & singulorum à te p. 36. 163. 197. prolata commenta, falsi coargui.

Reliqui Aimoino, sive priores, sive posteriores, cujuscumque eos sententiæ fuisse velis, nihil quod tua placita stabiliat, aut sententiam nostram convellat habent. Fulco Rhemensis Ecclesiæ ab A. D. 883. Mart. 5. ad 900. Iun. 17, Archiepiscopus, [2] qui Widoni propinquo *à stirpe regiâ alieno*, regnum, vel totum, vel ex parte tradere A.D. 888 molitus erat, Odonem communi Francorum consilio electum, Arnulfo Regi ut *à stirpe Regia alienum*, & *regali potestate abusum* criminatus est; an tyrannum fuisse persuasit? Imo *Arnulfum*, nec *post admonitionem ipsius Papæ*, *Karoli*, cujus causam agere videbatur, *orbitati consulere voluisse* questus est; quod Carolum *solum de regia progenie* Francos habuisse scripsit, falsum fuit; quandoquidem Bernardus, Heribertus, & Pippinus, Pippini Italiæ Regis pronepotes, in ipsius vicinia habitabant; trans Rhenum vero degebat Caroli *crassi* ex concubina filius Bernardus, qui propter ætatis imbecillitatem, & natalium labem, cum propinquis Pippinianis, ob Bernardi avi infelix adversus Ludovicum *Pium* patruum molimen, velut in radice suâ fulminatis, despectus jacebat; quod vero Odonem [3] *à regia stirpe alienum*, & ex *alieno genere*, ac *stirpe*, *Regem* fuisse causatus est, nec veritate sua caruit, quia ex familia Childebrandina ortus, extra Carolinam collateralem paternum genus trahebat, eoque ipso quod ex alia licet propinqua gente ortus esset, non absolute, sed secundum quid *alienus* erat; nullos Reges paternos avos, sed tantum *Duces* Regum consanguineos nactus. Chronicon Laurishamense in A.D 920 desinens, sed post Ottonum obitum scriptum, nonnihil falsi admiscuit, velut cum *Immam* Eginhardi uxorem *Regi Græcorum desponsatam* fuisse, & Henricum Aucupen *contra Rupertum Regem Gallicanæ Franciæ*, *præliis multis terminos regni Lotharici obtinuisse* scripsit; *Regi* enim *Græcorum*, non *Imma*, sed *Ruotrudis* Caroli primogenita, Gauzberto Cenomanorum Comiti postea nupta, *desponsata est*; Henricus vero cum Roberto, [4] qui annô 922, Iunii 30 feria 1, *tertia* ante Herivei Rhemensis consecratoris, obitum *die* coronatus, Capræmontem à Caroli *Simplicis* obsidione solverat, annoque sequenti paulo postquam *pactâ amicitiâ*, *datisque muneribus ab alterutrô* tam ipse quam Henricus *discesserant* Iunii 15 feria 1, *sub urbe Suessonicâ* cæsus est, bellum nullum habuit, aut habere potuit: His solis nævis fœdatum fidem nostram absolute obstringere non debuisset, alius occurrit in illo ipso, quem ex eô citas loco. *In horum Carolorum decessu, in utrinsque regni fastigio, illa celsa Carolorum progenies facta est de medio.* quandoquidem neque post Caroli *Crassi decessum* in Germania sublata est *Carolina progenies*, nec in Gallia post *Simplicis* mortem

[2] Flod. lib. 4. c. 3.

[3] cap. 5.

[4] Flodoard.

facta

facta est de *medio*; Crasso enim Arnulfus fratris filius suffectus est, & Arnulfo Ludovicus filius. *Simplicis* vero post annos septem Ludovicus filius, Lotharius nepos, Ludovicus pronepos locum tenuerunt; Veromanduorum Comites, usque ad annum circiter 1090; Thuringiæ Lantgravii, & Meraniæ Duces, Ratholdo Arnulfi notho progeniti, ultra annum 1246 in vivis fuerunt: fac tamen post Carolorum *Crassi*, & *Simplicis* dormitionem, Carolinum nullum superfuisse; quem seris Chiffletię an Capetinus ullus Carolum Magnum atavum paternum sibi fuisse usque nunc gloriatus est? ab *alia* ergo *progenie* processerunt omnes, sed quæ in communem fontem Pippinum Heristalium, ex æquo cum Carolinâ refluerit; neque si Caroli Magni per masculinam lineam nepotes non fuerunt; propinquorum Caroli ejusdem paternorum posteri esse desierunt.

Glabrum in multiplici errore deprehensum audire supervacaneum videri potuerat; audiamus tamen; [1] *in his duobus* Lothario & Ludovico, *Regale seu Imperiale illorum genus regnandi finem fecit*; nemo negat Chiffleti; siquidem Hugonis Ludovico v suffecti *genus*, etsi ab A. D. 888, quo electus à Francis Occidentalibus Odo propatruus ejus fuit; & anno 922, quo Robertus avus Rex salutatus est, *Regale* dici potuerit, *Imperiale* dici nullo modo potuit; nec *illorum* Lotharii & Ludovici, qui Caroli *Magni*, per Ludovicum *Pium*, Carolum *Calvum*, Ludovicum *Balbum*, Carolum *Simplicem*, & Ludovicum *Transmarinum* nepotes erant; eorum enim etsi propinquus paternus esset Hugo, ex *alia* (Childebrandina nimirum) *familia* genus traxerat. Vita [2] S. Genulfi c. 26. *Francorum Regum secunda deficiente linea*, *Regnum in tertiam translatum est*. Id ipsum prodicamus, Chiffleti; *alia* enim Hugonidarum, alia Carolidarum, à Caroli Martelli, & Childebrandi temporibus *linea* fuit; nec ex Carolidis post Ludovicum v regnum quisquam tenuit, sed Hugo cum posteris. hac enim una ratione *defecit* Carolina *linea*, ut à regno excideret, non ut absolute esse desineret; quandoquidem superfuere aliquandiu Thuringi, Veromandui, Meranici, Caroli Magni nepotes, prout agnovit loci à te citati scriptor, qui expresse notavit *Carolo mortuo*, qui à Francis abdicatus erat, *expulsos ejus filios*, *& morantes* fuisse *apud Imperatorem Romanorum*.

[1] lib. 1. c. 3.

[2] Lun. p. 163.

Guibertus Novigenti [3] Abbas de Anselino Episcopo, *in externam genus cursum genealogia transtulit*. Hominem tam iniquum, ut Anselino, Hugoni Sacramento fidelitatis, cum universis Francis ante quadriennium obstricto, quod fidem adversus hostem publicum, jamdudum à Regibus, regnoque abdicatum, servasset, *proditi Domini* crimen impingere non erubesceret, ab omni testimonii jure submovere possemus; eum tamen suffragium dare sinimus, quandoquidem nihil habet, quod vere Capetinam gentem lædat; Capeti genus *externum* vocavit, quia *extra* Carolinam à Childebrando exortum est, tu *externum* quasi *exterraneum*, idest, *ex terra & gente externa* pro libidine interpretaris; nec enim te juvat Gajus, *externum hæredem*, eum *qui nullo propinquitatis gradu testatori jungitur*, vocans, nec Virgilius eum, qui ex alia regione accitus sit Æneidos 7 nuncupans juvabit, quandoquidem *externi* nonnunquam *cognati*, cognati & *conterranei*, Virgilio ipso judice sunt, cui Turni *externi*, id est ex aliâ, sed vicinâ Latinis gente orti, * *sanguis cognatus* & *consanguineus* dictus est; Æneas vero ex Phrygia in Latium devectus, eoque nomine *externus*, ex eodem fonte profluxit, nec

[3] Lamp. p. 25.

* Æneid. 12.

ea ratione *externus* visus est, ne dubites in eorum omnium Stemma intuere.



Incommoda ex graduum inæqualitate emergentia solvere nostrum non est, sed Virgilii ipsius, aliorumque veterum, qui tale nobis Stemma procuderunt; ex quô, quod ad rem satis est habemus, propinquis ex alia lineâ ortis, sive in eadem, sive in diversis regionibus habitent, propinquos *externos* esse, & dici posse, hinc enim ex necessitate sequitur, Capeti genus Carolini, quod propinquitate contingebat, respectu *externum* quadamtenus fuisse, & à Guiberto sine injuria, & consanguinitatis abnegatione haberi potuisse. Potuit, & eodem sensu *extraneum* dici; cum patrueles *patruelium* respectu *extraneos*, qui illo ipso, quo Guibertus obiit, sæculo natus est, nuncupare non dubitaverit Innocentius III Papa, hæc A. D. 1198, ad Odonem de Soliaco Parisiorum Episcopum, Script. Franc. Tom. 5. p. 708 scribens, *Verendum* (Regi) *credimus, ne præter offensam divinam, & humanam infamiam, irreparabilem etiam jacturam incurrat. Cum enim ex ea, quam contra interdictum Ecclesiæ superduxit, legitimam nequeat sobolem procreare, si forte (quod absit) unicus ejus filius rebus eximeretur humanis, regnum ejus ad* extraneos *deveniret.*

Rober-



Auctor [1] *membranæ Floriacensis*, Rigordus, & Willelmus Nangiacus, Ludovicum V, cui Capetus successit, *hujus prosapiæ*, & *de genere Caroli* ultimum *Regem* fuisse recte scripserunt; idipsum dicimus, qui Capetinos Carolinorum *propinquos paternos* fuisse tam certum habemus, quam tibi nobisque persuasum est Caroli per filios *nepotes* esse nequaquam potuisse, tibi qui propinquitatem eorum ferre non potes, alia quæ quod vis dicant, tibi testimonia quærenda sunt. [1] Lum. p. 165.

In Gervasio Tisleberiensi *Reges de familiâ Caroli defecisse* nobiscum asserenti nihil prorsus tibi præsidii est, Capetini enim ex *alia*, sed priori, propinqua *familiâ* orti sunt; neque tibi negandi locus ullus relictus est. eadem Guidonis de Bazochiis, *mutata regali serie, factam Regum novam successionem de Hugonis Magni progenie*, & Hugonem Capetum *regni solium sibi suoque generi confirmavisse* scribentis, eadem ratio est: hæc enim omnia & singula vera sunt: Hugonis *generi* nullam cum Carolino, cui successit, propinquitatem fuisse, falsissimum est.

Non recte Girardi Halliani lib. 6. verba hæc, *regnum in novum genus translatum fuit*, interpretaris; *ideo* novum, *quia Reges ex illo primum prodibant*; antea enim Odo anno 888 & Robertus 922 prodierant; sed quia utriusque successione interrupta, *regni* regimen ad Carolinos redierat, ubi eorum gens *regnare* desiit, ordo rerum *novus* decurrere cœpit. Pari delirio Vizeliacensis historiæ, cujus auctor *post defectum Genealogiæ Caroli* Capetum *Regem extitisse*, hoc uno fine scripserat, ut Carolinos non desiisse esse, sed *desiisse regnare* ostenderet, mentem pervertis; *ubi* (*inquis*) *scriptor ille ait* defecisse Caroli genealogiam, *significat haud dubie, omnes Carolinæ arboris ramos furculosque prorsus desiisse*; fac ita esse an Capetinos nulla propinquitate ipsi Carolo per Childebrandum ejus propatruum junctos probaveris? hoc tamen tibi demonstrandum fuerat, sed *omnes Carolinæ arboris ramos*, vel

Capeti,

Capeti, vel suo tempore *prorsus desiisse*, neque *significare*, neque cogitare nisi falso *scriptor ille* potuit, quandoquidem Thuringicus & Meranicus rami Carolini ad annum usque 1247 propagati sunt; erravit autem ubi *Caroli genealogiam*, quam ab A. D. 750 ad 987 regnum tenuisse constat, *per* 200 *ferme annos regnavisse* dixit, re enim vera per *annos* 230 regnum possedit.

[1] Lamp. p. 86. Roberti tandem nos Autissiodorensis auctoritate munitus, adoriris, [1] qui Odonem Robertum & Radulphum *alienos*, *regnum post hunc reductum*, *post* Carolum fratrem Lotharii *translatum fuisse* regnum notavit: quasi vero hinc legitime conficere possis nullam prorsus Capetinorum cum Carolinis consanguinitatem fuisse; cum ex familia à Martello fundata non essent, & alteri collaterali originem suam propriam deberent, *extra eam* ex necessitate fuerunt, eoque nomine *externi* & ab ea *alieni*; sed potuerunt in communi origine, Pippino, Ansegiso, Arnulfo, ut eorum familiæ membra ac nepotes, convenire; sic Borbonia gens, cum ex *stirpe Valesiâ* nequaquam processisset, ab ea eatenus *aliena* fuit, quatenus ab alio quam à Carolo Valesiæ Comite & proprio Valesiorum omnium fonte, Roberto nimirum Clari montis Comite, Carolo promanavit, sed à *stirpe S. Ludovici* (utpote ab ejus filio natu minore feliciter seminata) *aliena* non fuit; à quâ *alieni* usque nunc Curtiniacenses, quos tamen à Ludovico VI, noni ab avô processisse, aliorumque omnium propinquos paternos esse constat. Paulum Æmilium, aliosque recentiores, qui ejus vestigia pressere, ad testimonium vocare iniquum esset; cum enim Capetinæ genti originem *Saxonicam* ab Aimoinô falsi tribuerint, Capetinum nullum *ex agnatione Caroli Magni* agnoscere potuerunt; non tamen absolute defuere, qui ante 400 annos agnoscerent; Philippi Augusti

[2] Tom. 5. script. Franc. p. 258. gestorum auctor anonymus, [2] *Dicunt Karoli progeniem recuperatam fuisse per istam Isabellam* (Philippo nuptam) *& per descendentes ab ea*, *quam quidem progeniem Karoli Magni dicunt in Hugone Capucio defecisse. Verum licet ista Isabellis de genere Karoli Magni descendit*; *non oportet tamen per eam dicere progeniem Karoli recuperatam fuisse*; *quia Karoli Magni progeniem supra diximus in Hugone Capet minime defecisse*, *nam eum ibidem de eadem stirpe sufficienter probavimus descendisse*: Quibus ille argumentis usus id demonstraverit nescire nunc cogimur, sed sive Capetum Caroli per matres nepotem fuisse, eaque ratione *de ejus progenie descendisse* voluerit; sive per *progeniem Caroli*, eam, ex quâ Carolus ipse cum patre & avô ortus est, intellexerit, ut inter *Caroli agnatos* Capetum computasse videatur; Codicem tuum Nivellensem, & Genealogiam Brabantinam à coætaneis Capetinorum Regum juratis hostibus scriptos obelo sibi transfigendos proposuit, nec forte Guillelmi Nangiaci *reductum regnum*, & *rediisse per Isabellam*, incautius, & sensu ambiguo scribentis, facilitatem tulisset.

Demus nunc quotquot ab Aimoini temporibus scripserunt, unico (ut sic dicam) calamo usos, nec alios ab aliis in apiculô, vel minimô, discrepasse: tunc jure errantium, clausis oculis, cæco Duci se committentium turbam, apertis, quæ protulimus, de Capetinâ origine monumentis, ceu claræ luci nigricantes fumos, & caliginem opposueris? quo plures protuleris ejusmodi fascinô corruptos, eô digniorem te miseratione nostrâ reputabimus, qui nullô palatô præditus inficeta quæque avide devoras, nec testimoniorum pondus, quod gravis & cordati viri fuerat; sed numerum, quod forte pueris & aniculis

aniculis repueraſcentibus conveniat, quæris; quaſi rem cum iis habeas, quibus audita aut blaterata, etiam ab infruniti ſſimis, quæcunque fidem faciant, nec [1] *probanda omnia*, ſola *bona tenenda* eſſe meminerint. Tu fruſtra Odonem Capeti [2] propatruum *virum fortem & prudentem*, & quod *vir ſtrenuus cui præ cæteris forma pulchritudo, & proceritas corporis, & virium ſapientiaque magnitudo inerat*, & *virtute militari præſtare cæteris Regni Principibus morum, & corporis elegantia videretur*, Regem creatum congeſtis ex Witikindi lib. 1. Abbone, Reginone, Annalibus Metenſibus, & Guidone Baſochio, ad annum 888, Othone Friſing. lib. 6. c. 2. 10. Halliano lib. 5. &c. teſtimoniis obſervas, eandemque ob cauſam Odonis parenti, *tanquam viro forti* Ducatum inter Ligerim, & Sequanam donatum ex Alberico refers: fatemur, Chiffleti, quis enim Francorum gentem naturâ pugnacem imbellibus ſeſe committere potuiſſe credat? ſed quæſitos extra Carolinæ gentis agnatos, quibus caput inclinare dignaretur *Saxones*, *injuſtam*que Odonis quem *pari conſilio, & voluntate* (ſi forte Fulconem Rhemenſem, de Widone propinquô initio cogitantem, ſed qui poſtea ἐκὼν ἀέκοντι θυμῷ aſſenſum præbuit, *creaverant, dominationem fuiſſe*, nunquam (ut ut de flectendis ſuperis deſperans, Acheronta moveas) obtinebis. Quære quantum libuerit, [3] cur *tres Regum familias* Bouchetus numeret, & *Childebrandum Ducem tertiæ ſtipitem affirmet*, quæ (ſi vera proferat) eadem cum præcedenti fuerit: urge, ſiquidem commodum eſt; [4] *antiquam Genealogiam à P. Thoma Aquinate nuper editam, ſic habere*, ex alia familia ſucceſſit *Hugo in Regnum*; unô tibi verbo os occludemus, *Genus* in genera, vel ſaltem familias (Virgilio auctore) *ſe* nonnunquam *ſcindere; patre*, in cujus familia *agnati omnes erant, mortuo, ſingulos*, ex veteris juris peritorum ſententia, *familias habere*; quæ (pro termini à quô, vel identitate vel diverſitate) nunc coincidant, nunc vero diſparentur; *familiam tertiam Regum eandem revera* eſſe cum *ſecunda*, ei qui ad terminos utriuſque communes, Arnulfum, Anſegiſum, Pippinum aſſurrexerit; *aliam* vero, iis univerſis, & inter eos Boucheto, quibus à Carolo *Martello*, & Childebrando *germano*, utriuſque ſeriem ſeparatim ordiri placet: te denique qui gentem Borboniam [5] à *Valeſia ſtirpe* diſtinguis, cum ipſis velis nolis hoc ipſô facere, quod quemadmodum, *tres Regum familiæ* à Meroveô, Carolo & Hugone propagatæ, ſed quarum ſecunda & tertia communi origine gaudeant, numerari ſolent, ſic in tertia *tres præcipuæ lineæ* obſervari poſſint; *directa*, ab Hugone communi univerſarum ſtirpe, ad Ludovicum *Huttinum* per annos 329 perducta; ſecunda *collateralis* à Philippo VI, Caroli Valeſiæ Comitis, filio ad Henricum uſque 3 per annos 262 protenſa; tertia rurſus *Collateralis* ab Henrici *Magni*, Roberti Clari montis Comitis, ante annos 283 denati nepotis auſpiciis, ad hanc uſque diem per annos 60 feliciter deducta.

[1] 1 Theſſ. 5.
[2] Lamp. p. 23.
[3] Lam. p. 165.
[4] p. 164.
[5] Lamp. p. 86.

Sed forte in contrarium militat, quod *dicis* [6] *Scriptores Francos latiori* gentis *vocabulo uſos* non eſſe, *ſed* generis, *Gloſſæ* (inquis) *meæ veteres MST.* Genus, origo; *eſt enim genus proprie principium uniuſcujuſque generationis, undecunque ortus ſui initium quis duxerit, comprehenditque plures familias & ſtirpes*: audio, ſed hoc ipſum totam diſputationem tuam adverſus Bouchetum & Dominicum funditus evertit; quid enim in illis impugnabas? annon quod *tres Regum familias* à ſe invicem diverſas, quarum tamen

[6] p. 25.

ſecunda & tertia, ab uno eodemque *generationis principio* profluerent ſtatuere auſi eſſent? quid nunc tu? idipſum quod illi volebant, adſtruis, pluresque ſub uno *genere*, tanquam *principio generationis* communi *familias* collocas; cui ſpem de conſenſu facias, ſi tibi tecum convenire non datur? vel ſpecie repugnantis herbam porrigis, quis de victoria à te, ingratiis tuis, extorquenda deſperet? quotquot exempla affers noſtra ſunt, *Tranquillus in Galba*, imagines univerſi generis exequi longum eſt, familiæ breviter attingam. *Fredegarius diſtinguit Dagoberti Duces*, *Ariendum* ex genere Francorum, *Ramelenum* ex genere Romanorum, *Willibaldum Patricium* ex genere Burgundionum, *Aginonem* ex genere Saxonum. *Genealogia S. Arnulfi meminit Henrici*, *qui* de genere Saxonum primus fuit, non *Imperator* (quod Genealogus volebat) ſed Rex: *Erant* etiam *plures*, te judice, *Principum familiæ in Saxonia*. ſingula hæc de *primario generationis principio*, accipi poſſe agnoſco, ſequens, de *ſecundario* tantum accipiendum eſſe contendo: *Aimoinus de Carolo Duce*, conabatur (ſi poſſet) à ſui generis Auctoribus diu poſſeſſum ſibi vindicare Imperium, id enim non de primis Carolini *generis auctoribus*, Arnulfo, Anſegiſo, &c. qui ſub Regibus erant, eos vel *diu*, vel ad breve tempus *Imperium*, quod penes Reges erat, *tenuiſſe*; ſed de *mediis* Pippino, Carolo *Magno*, & ſequentibus Regibus tantum verum eſt: In reliquis *generis* vox non de *origine*, ſed de ſola *progenie* ab eadem profluente ſumitur: *Nangius de Ludovico* v, ultimus de genere Caroli Magni. *Ioannes Iperius de Capeto*, per calumniam *genus Caroli cupiens eradere*. Willelmi Calculi continuator, *adnullato genere Caroli Magni*, tuam enim interpretationem *adnullato* ideſt *regia dignitate exuto*, *& adprivatum vita inſtitutum redacto*, vel hoc nomine recipio, quod *genus* origini, quæ ante 230 annos fuerat, aptari non poſſit, ſed uni *ſoboli* quæ revera *adnullata*, & ab omni regni ſpe depulſa eſt: quod etiam præter Othonem Ducem *duos* ex Carolo Duce, *intra carcerem natos* fuiſſe inculcas, & falſum eſt, & à me jam refutatum: utrumque *in pueritia mortuum* jam dixeras, nunc quia contradicentes ferre non potes,

[1] Lamp. p. 50. in eos magno impetu inſurgis, ac primum [1] *Anonymum 13 ſæculi ſcriptorem à Piſtorio editum* fugillas, quod *dubie* locutus videatur, *quondam Giſlæ conſanguineum de genere Caroli & Ludovici*, *nomine Ludovicum cum barba* memoratus; ſed nihil abſolutius dici potuerat, nam nomen deſignat cum cognomine, parentum nomina edit, *Carolum* Ducem patrem, & *Ludovicum* Regem avum exprimens, cognationem cum Giſlâ de quâ tu ipſe non ambigas notat, quid ergo in eô dubium? Demus vero *dubie locutum*, an hæc ſufficiens eum, qui alios longe antiquiores ſecutus ſit, exſufflandi cauſa fuerit? quam multis evenit, ut etiam in notiſſimis, & compertiſſimis, velut balbutientes & quodammodo elingues videantur?

[2] Hiſt. Erperf. c. 11. Alter quia [2] *incertus & barbarus*, *& ſæculo* XI *hiſtoriam abſolvit* tibi rejiciendus videtur; quaſi vero qui *nuperus & barbarus & incertus* eſt, non poſſit vera ex antiquiorum mente referre; ſed hic barbaries ex ſcriptoribus, & typographorum operis imputanda eſt; ſic enim auctor, *anno Domini* 1025 *Conradus Francigena* (*quondam Dux Francorum*) *Imperator*, *habebat duos conſanguineos*, *Hugonem & Ludovicum fratrem ſuum*, *qui de ſtirpe Regum Franciæ progeniti*, *& multum pecunioſi*: vides nihil homini ignoto excidiſſe, quod merito diſplicere debeat: quo circa cum te juſtæ reprehenſiones fugiant, hoc primum

primum in eô carpis quod *Conradi* consanguineum *affirmavit*, *quem alter Giselæ Conradi uxoris* consanguineum *fecerat*; atqui uterque verum dixit, prout ante evicimus, ad oculum demonstratâ tam Ludovici cum Conradô & Gisla, quam Conradi cum Gisla eadem propinquitate; alterum quod improbas in *anonymo*, tuo judicio, *musteâ*, hoc est; quod Conradi genus ab Æneâ derivavit; damna igitur Francorum scriptores quotquot ab A. D. 730 ad 1000 vixerunt; quis enim à fabulis illis purus est? Gesta Francorum Fredegarium, Adonem, libellum de Majoribus domus, Paulum Diaconum, Moissiacense Chronicon, Aimoinum, Wiponem, Sigebertum pervolve, Trojam, Priamum, Æneam, Anchisem in limine offendes, tune qui ex auctore à [1] Guisio laudatô, hæc de Gerberga & Otthone Ludovici germanis citas, *clari sanguinis istos Vena venustavit*, *Troïca quippe fuit*, tu ne inquam eos hac unâ de causâ eliminabis, quod barbariam redoleant, & *Trojanas fabulas* recoquant? vel igitur omnes ex æquô rejice; teque, qui eorum testimonia admittis, levitatis damna; vel si omnes absolvis, cum cæteris historiæ Erpesfordiensis scriptorem excusa, qui veris & priorum auctoritate firmatis, nonnulla ridicula pro sæculi more ex errore communi attexuit. Si de Lantgraviorum Thuringicorum Francica origine dubitas, eorum apud Rheinhartsbrun Mausolea, veteresque Chartas, quas Erpesfordiensis historicus præ oculis habuit, consule; tibi, si copiam petas, Saxoniæ Duces hodierni, Lantgraviorum ex parte hæredes, forte non occultabunt.

[1] de matrim. Ansb. p. 452.

Illa in *scriptoribus* mediæ antiquitatis [2] *verba*, genus Regale, *&* Regalem prosapiam, *evecto ad regnum Capeto* defeciisse, *non tantum ad Reges à Carolo Magno ortos, attimere* putas, *sed etiam ad Caroli Magni Majores, à Blitilde, Clotarii* 1 *Regis filia propagatos, genealogiam* vero *S. Arnulfi Metensis in titulo dici* Regiam, *quia per Blitildem à Francorum Regibus initium sumpserat*. Sed hic multiplex peccatum admittis; nam 1 Blitildem ullam Clotario 1 natam, ullosque liberos ab ea propagatos, nondum ex ullo vel coæraneo, vel suppari probasti. 2. nullam *S. Arnulfi genealogiam in* cujus *titulo* ea *regia dicta* sit, habes, vel qui habeat indicas. 3. etiamsi aliquam haberes, eam *Regiam* ob Blitildis Reginæ traducem B. Arnulfum ejus posteros contingentem dictam non probares. 4. eam *Regiam*, quia plurimi ex Arnulfi posteris Reges orti sunt, dictam fuisse longe probabilius esset. 5. qui in Ludovico v *Regale genus*, & *Regalem prosapiam*, *defecisse* scripserunt, illa verba nec *ad Blithildem* (quicquid de illa sensisse videantur) nec *ad Caroli Majores* ab ea *propagatos* referre potuerunt; quandoquidem illi expresse *Caroli genus* idest *progeniem* defecisse scripserunt, & *Carolum* tanquam *terminum suum à quô*, ultra quem non assurgerent, sibi sumpserunt, non *Blithildem*, aut *filios* ejus ac *nepotes* ante Caroli tempora, ex tuâ sententia natos. 6. Blithildis (si qua fuit) posterorum ante Pippinum, qui familiam *Regalem* fundavit primus, & actu ipso regnavit, nemini *familiam* suam, aut *prosapiam*, aut *genus* Regale, ob ataviæ cujus nec *genus*, nec *familiam sequebantur*, originem *Regiam*, sed longe humiliori, *Majorali*, *Ducali* aut *Comitali* titulo insignire fas fuit. 7. Rege nullo vel patre, vel avo, vel abavo paterno progenitorum, quandiu infra Regium culmen subsidunt, cum familia *Regalis* nisi falso dici non possit, si quis dicere ausus fuerit Majorum exemplo carebit, & posteris ludibrium debebit, infinitam, orbi *regalium* familiarum, quas nunquam pro *Regalibus* habuit, quæ-

[2] Lum. p. 164.

que Regium, nihil usque nunc spirant, turbam obtrudere non veritus. Flandriæ Comites Iudithæ Caroli Calvi filiæ, Elstrudi Alfredo Angliæ Regi natæ, Rosalæ Berengario II Italiæ Rege progenitæ, & Adelæ Roberti Regis filiæ originem maternam debuere; eorum tamen ante A. D. 1204, quo Balduinus Constantinopoli Imperator salutatus est, nemo regalem *familiam* suam aut *progeniem* vocavit; eadem Hannoniæ & Lovanii Comitum Ermengardis Lothario I natæ nepotum, Comitum de Roceio Albradæ Ludovici IV filiæ liberorum, Cenomanensium Rotrude Caroli Magni primogenita oriundorum, innumerorumque aliorum quorum posteri per Europam diffusi sunt, fuit & æternum erit ratio: à quâ quo longius abscedes, & famæ tuæ negligentior fueris.

Postquam everso universarum cavillationum tuarum machinamento, nobis Capetinos Reges, à Carlovingorum propinquorum genere *alienos*, nisi secundum quid non fuisse, Aimoinumque omnium primum *Saxonicos* crediderisse, & aliis persuasisse constitit; hoc unum restare videtur, ut errores ejus aliquot manifestos indicando refellamus.

1. Carolus *qui* Simplex *postea est dictus*, *in cunis ævum agens*, *patre orbatus remansit*. Atqui hæc Caroli in Charta [1] pro Dionysianis annô 917, Maji 28, *Attiniaco palatio* data verba sunt, *in die Nativitatis nostræ quæ est Missa S. Lamberti*, seu Septembris 17. Nondum natus erat, A. D. 878, Novembris 1, quô cum patruele *in loco Furonis* dicto convenit Ludovicus *Balbus* pater, & sequentia protulit, [2] *filios meos Ludovicum & Carolomannum & alios quos divina pietas mihi donare voluerit*. Idem A. D. 879, 4 *Idus Aprilis die Parasceues jam vespere obiit*. Conceptus ergo mense Decembri anni 878 Carolus, natus est à patris dormitione sexto mense; hinc Oliverii Uredii Chron. vetus MS. *Hugo Hludovicum & Carolomannum per manus Ansegisi benedici fecit in Reges. Per idem tempus mense Septembris natus est Carolus frater illorum.*

[1] Antiq. S. Dionys. p. 814.

[2] Tom. 3. script. Franc. p. 256. 58.

2. Odonem *Franci tutorem pueri elegere*, *qui parvulum optime fovit*, *atque adolescenti & sua repetenti*, *patienter regna refudit*, *à quô parte regni redonatus*, *quô advixit tempore hostibus terribilis*, *eique semper extitit fidelis*. Hæc Fulco Rhemensis apud Flodoardam, Abbo, Regino & Annales Metenses velut ex professo refellunt.

3. Robertus *quia pars regiminis*, *quam germanus suus Odo tenuit*, *non redhibebatur*, *palam tyrannidem invasit*. Hoc rursus Carolus *Simplex* annô ab Odonis dormitione 20 falsum fuisse docet, [3] *Demarchum charissimum ac fidelissimum suum Robertum* vocans, & *pro stabilitate salutis* suæ, *& consanguinei* sui *Roberti*, à Dionysianis *septem Psalmorum melodiam quotidie decantari* jubens. Sed de Roberto (quem nec ἐξώλειαν, quod Lamp. p. 27. fecisti, nec ἐξωλειὰν, quod Græci sermonis quam genealogiæ peritior fecisset, deinceps vocabis) plura suo loco. Ad decimi Vindiciarum tuarum capitis, adjunctorumque à te falsorum luminum qui à Genealogica, genealogicis attexere convenientius, videtur, paucis ante Iacobi Cassani ex cussis examen veniamus.

[3] Antiq. S. Dionys. Ibid.

Ad

Ad Inquisitionis jurium Regis, à Iacobo Cassano Consiliario Regio, & priore fisci Regii apud Biterrenses patrono scripta, lib. 2. cap. 3. nota.

p. 563. *Lotharingiæ nomen* regioni *datum à Lothario Ludovici Pii filio.* Imo à Lotharió Lotharii illius secundogenitô, post A. D. 855, quo Lotharius Senior decessit Septemb. 29. tunc enim primum *Lotharii regni*, *Lotharienſis regni*, & *Lotharingiæ* nomen auditum, quo hæreditaria Lotharii minoris in successione majoris *Franciam mediam* complexa, denatoque ipso in duo regna divisa, portio designari cœpit: ex ea defecta anno 888 pars *Burgundiæ transjuranæ* regnum constituit, reliqua inter Vosagum, Rhenum, Mosam, Scaldim & Oceanum sita *Lotharingiæ* seu *Lotharienſis regni* sibi nomen retinuit. Editionis Rotom. 1643.

Ibid. *Lotharingia antea regni Metenſis, & Austrasiæ titulo insignita est.* Metense regnum sive *Austrasia*, Lotharienſi regno longe amplius fuit, idque quantum quantum fuit *Austrasiæ* veteris portio non fuit, sed ex parte tantum.

Ibid. *Austrasia à Mosa ad Rhenum usque extendebatur.* Ab Oriente ultra Rhenum, quicquid à Clodoveô & posteris Francico regno adjunctum est, *Austrasiæ* seu regno Francorum Orientali accessit: ab Occidentali Mosæ ripâ, Rhemense, & Catalaunense territoria, quæ Lotharingica nunquam fuerunt, *Austrasia* seu *Metense regnum* complexum est, ut & Moguntinam, Vormacienſem, & Spirenſem diœceses, quas regno Transrhenano A. D. 843 junctas, Lothariorum nemo possedit. Greg. Tur. lib. 10. c. 19. Regino.

p. 564. *Carolus Calvus post trium Lotharii filiorum mortem hæreditatem ejus cum Ludovico Germaniæ Rege fratre divisit, Lotharingiam sortitus, cujus Rex Metis A. D. 869, Sept. 9, coronatus est.* Lotharionis minori A. D. 869, Augusti 8, feria 2, mortuo, universam ejus ditionem invasit Carolus Calvus, Metisque Sept. 9, feria 5, coronatus est. A. D. 870, Augusti 9, Lotharingici regni divisione facta, ejus partem Franciæ Occidentali contiguam sibi retinuit. Ludovicus 11 Imp. Lotharii minoris primogenitus anno demum 875, Augusti 13, satis concessit, fraternamque sibi à patruis præreptam hæreditatem frustra questus est. Anno 876, Augusti 28, cum Ludovicus Germaniæ Rex decessisset, regni ab eo relicti divisione facta; Ludovico cum *Orientali Francia, Thuringia, Saxonia, Fresia, pars regni Lotharii*; Carolo *Alamannia, & aliquæ civitates ex regno Lotharii* cessere. Annal. Bertin. Regino. Annal. Met.

p. 564. *Cum Franci Carolum Crassum, ad regni regimen sub titulô regiô, tantisperdum Ludovicus, Carlomannus & Carolus Simplex adolescerent, vocassent, illum repulerunt, & ne de injuria quereretur, ipsi Lotharingiam quæ Carolo Calvo obvenerat, reliquerunt.* A. D. 879, 4 Idus Aprilis die Parasceues jam vespere, cum Ludovicus Balbus Annal. Bertin.

bus obiisset, Ludovico *Crassi* fratri à Gozleno Abbate, & Chuonrado Parisiaci Comite invitato, *portio regni Lotharii* quæ Carolo *Calvo* cesserat, ut *Balbi filius*, quos spoliaturus advenerat, *regnum* paternum *consentiret*, oblata est.

Charta Caroli simplicis pro Dionys. p. 564. *Ludovicus & Carlomannus, quia Carolo Simplice seniores erant coronati sunt.* quò tempore *coronati sunt*, nondum natus erat Simplex cujus natale in *Missam S. Lamberti* seu Septembris 17, jam coronatis fratribus, incidit.

p. 565. *Ludovico & Carolomanno mortuis, ordines regni denuo Carolum Crassum, ad regimen tantisper dum adolesceret Carolus Simplex vocaverunt:* Imo *ad regnum* absolute, vide Reginonem.

Ibid. *Regimen ejus quinque annis duravit.* solido triennio non *duravit:* decesserat Carolomannus A. D. 884, Decembris 6. anno 885, Ianuario mense, ad Gundulfi villam Carolo *crasso* se commiserunt Franci Occidentales; exauctoratus vero ab Orientalibus A. D. 887, *mense Novembri apud Triburias.* Vide Reginonem & Willelmum Malmesb.

Regino.

Ibid. *Quamprimum Arnulfus regni potens factus est, pupilli bona invadere conatus est: quod cum Francis innotuisset, Odonem Andium Comitem regni administrum elegerunt.* Regnum à Francis Occidentalibus Arnulfo oblatum, cum is recusasset, *Galliarum populi in unum congregati, cum consensu Arnulfi Odonem*, non Andium Comitem, sed ex Parisiorum Comite, inter Ligerim & Sequanam *Ducem*, *Regem super se*, non administrum, *pari consilio & voluntate crearunt.*

Fulco apud Flod. hist. lib. c.

Regino.

Ibid. *Historia Arnulfum in usurpatæ Lotharingiæ pœnam morbo pediculari absumptum notavit.* Quæ illa, quò auctore, & quando edita?

Ibid. *Otho Lotharingiam Gerbergæ sorori assignatæ dotis nomine Gisleberto donavit.* Gislebertus jam *Dux*, imo *Ragineri Ducis* filius, Gerbergam anno circiter 927, antequam Otho regnaret 9. duxerat, nec Ducatus *dominium*, sed nuda *præfectura* tunc erat,

Ibid. convocatis regni ordinibus, ex eorum sententiâ bellum Othoni denunciavit, armataque manu Lotharingiæ possessionem repetiit Lotharius Rex. Lotharingiam ob Caroli fratris defectionem A. D. 978, invasit Lotharius, denuntiato ex ordinum sententia bello invasam nemo veterum scripsit.

p. 566. *Carolo Ludovici Transmarini secundogenito pessime cum fratre Lothario cum conveniret, discordia hæc magnarum in regno turbarum causa fuerat.* Quis vel fando de *turbis* illis, aut ulla inter germanos ante annum 977 *discordiâ* quicquam audiit?

Ibid. *discordiæ hujus occasione Lotharingiæ, quam animo designaverat, usurpationem aggressus est Otho.* Quasi vero eam vi cessionis à Caroli *Simplice* anno 925 factæ non possedisset, filioque ac nepoti possidendam reliquisset Henricus *Auceps.*

Ibid. *ubi Carolo ab Othone Lotharingia tradita est, Duces agnoscere cœpit, antea regnum erat, cujus qui potentes erant, Reges dicebantur; postquam vero se Germaniæ Imperatoribus commiserunt, titulum regium*

gium, ut Ducalem sumerent, deposuere; unde singula hæc hausta fuerint nescio; revera ab anno 855 ad 69, Lotharingia per se regnum fuit; anno 870, hinc Orientalis, inde Occidentalis Franciæ accessio facta, à Regibus *Ducum* regimini utrinque commissa est; anno 879, ejus pars Occidentalis *in locarium* Ludovico Germanico data, cum Orientali deinceps coaluit, & Ludovico, Carolo Ludovici fratri, Arnulfo, Zuentibaldo, & Ludovico Zuentibaldi fratri paruit; anno 912 ad Francos Occidentales reversa, rursus (cedente anno 925, Carolo *Simplice*) ad Orientales rediit, habuitque sub Regibus *Duces*, id est præfectos, Raginerum Gislebertum filium, anno 913 denatum, Gislebertum Ragineri filium, A. D. 939 submersum. A. D. 940, Henricum Ottonis fratrem, cui statim suffectus Otho Gisleberti patruelis, eoque denato Conradus Ottonis I gener, ac tandem Bruno Colon. Archiepiscopus Othonis ejusdem germanus, qui coërcendis per se Lotharingis impar, Lotharienſe regnum in duos Ducatus divisit, Ripuariorum scilicet seu inferioris Lotharingiæ, & Mosellanicorum seu superioris Lotharingiæ; horum Fridericus Capeti Regis sororius, qui castrum Fanense anno 951 fundarat, ab anno 959 ad 84 Dux primus fuit. illorum ab anno 959 Godefridus I, à 964 Godefridus II, à 977 Carolus Lotharii Regis frater *tertius* in ordine Ducatum tenuit; nihil in Lotharingia superiore, de qua unâ Cassanus agere decreverat, juris adeptus. Annal. Bertin.

p. 567. *Imperatores Arnulfus, Conradus, Othones*, &c. *Lotharingiam usurparunt.* Arnulfus nihil in regnum Franciæ Occidentalis, sed in Carolum *Crassum* patruum molitus est. Conradus nec *Imp.* fuit, nec Lotharingiam (quæ se post Ludovici Arnulfo nati mortem Carolo *Simplici* commiserat) possedit: Othones eam vi cessionis à Carolo *Simplice* anno 925 factæ possederunt.

Ibid. *Reges Lotharingiam filiis sub conditione reversionis ad coronam deficiente sobole relinquebant.* Detur ergo vel unicum Principis, cui ab iis relicta sub hac conditione *relicta* fuerit exemplum.

p. 568. *Clodoveus divisione regni inter filios facta, annô 514 Lotharingiam sub nomine regni Metensis, à Rhemis ad Rhenum complexi, Theodorico donavit*; nullam divisionem fecit Clodoveus florente adhuc ætate anno 511 denatus; sed filii post ejus decessum regnum sortitione facta adepti sunt; quodque à Rhemis ad Rhenum protensum Metense regnum agnoscit Cassanus, in Lotharingia quæ Sealdim & Mosam limites Occidentales habuit, Rhenum non secundum se totam ob Oriente pertigit, longe differre evincit.

Ibid. *Lotharingiam anno 552 Sigeberto quartogenito Clotarius I donavit.* Sic scilicet quod non habebat, imo quod suo tempore non erat, donavit; quis credat? Theodebaldo Theoderici germani nepoti Clotarius I successit A. D. 555, decessit anno 561, post ejus mortem sortito regnum divisere filii, anno vero 855 à Clotarii

tarii morte 294, Lotharingia esse & dici primum cœpit.

Ibid. *Sigebertus Childebertum hæredem, cum uxore Brunichilde reliquit.* Brunichildis Childeberti non uxor, sed parens fuit, uxor vero Faileuba.

Ibid. *Childebertus in prælio adversus Fredegundim cæsus superstites Theodoretum, cui Lotharingia cessit, & Theodericum reliquit, eorum mater Fredegundis.* Non cecidit *in prælio*, sed ex morbo anno 596 decessit Childebertus, cujus pater non aperta vi in acie, sed imminentibus percussoribus, Fredegunde procurante, vivere desierat; Childeberti primogenito *Theodeberto* Theodoreto perperam dicto Austrasia cessit non Lotharingia, quæ tunc nulla erat; ejus vero mater non Fredegundis, sed Faileuba, avia vero paterna Brunichildis, quæ discordiæ flabellum inter nepotes germanos fuisse dicitur.

Sigeb. ex Fredeg. p. 569. *Sigebertus* Dagoberti primogenitus *liberis & gignendi spe caruit.* Imo Dagobertum admodum parvulum reliquit, qui à Grimoaldo Majore domus attonsus, per Didonem Pictaviensem Episcopum in Scotiam directus est.

Ibid. *Dagobertus anno 645, Sigebertum primogenitum Lotharingiæ, sive Austrasiæ Regem salutavit.* Austrasia à Lotharingia nunquam non discrepavit; Imo statum mutaverat, & ad ripam Occidentalem Rheni jacere desierat, quô tempore Lotharingia exorta est; Dagobertus vero A. D. 644, Ianuarii 16 denatus, nihil anno sequenti dare potuit.

Ibid. *Pippinus* A. D. 768 *Carolum Magnum* tam *Lotharingiæ, quam coronæ hæredem reliquit*: hæredem ex asse Carolum nec reliquit, nec relinquere potuit, qui Carolo & Carlomanno filiis regnum suum, æqua lance dividendum reliquerat; absurde autem regio, quæ procedente tempore Lotharingia dicta est, cum in Carlomanni sorte fuerit, Carolo assignata dicitur.

Annal. Bertin. vita Ludovici. p. 570. *Ludovicus Pius tribus filiis Carolo Calvo, Lothario & Ludovico anno 821 universas ditiones divisit, & Lothario Lotharingiam donavit.* A. D. 815 Lotharium, Pippinum & Ludovicum Reges salutaverat, prout ex pluribus Pippini Chartis à I. Besly celeberrimæ memoriæ in Hist. Ducum Aquitaniæ editis constat; anno 823, Iunio mense Caroli, qui postea *Calvus* dictus est, natali oblectatus est; nec ante A. D. 839, cum regno Italiæ Franciam mediam (in qua Lotharingia, post A. D. 855 dicta regio, comprehendebatur) Lothario obtulit.

Ibid. *Arnulfus Carolomanno parente, & Ludovico Balbo avo paterno natus est.* Sic filius ante patrem fuerit, quod ἄτοπον vitabimus, si Arnulfum veris suis natalibus restitutum, Ludovici, non Balbi, sed Germaniæ Regis nepotem, Carolomanni Bajoariorum Regis ex Litouindæ contubernio filium fateamur.

p. 571. *Lotharingiam Carolo Lotharii germano anno 957 dedit Otho.* Imo 977 dedit, nec totam sed inferiorem tantum, in qua Alsaticæ familiæ Ducibus nihil unquam juris fuit, dedit.

p. 573. *Or-*

p. 573. *Ordinum generalium decreto anno* 897, *in pœnam felloniæ abdicatus est Carolus, electus Hugo Capetus, Hugonis Parisiorum Comitis filius ex Carolo Magno oriundus.* Carolus A. D. 953 natus, anno 897. qui annis 60 natale ejus præcessit, nec 997 qui Capeti postremus fuit, sexennio à morte quam anno 991 obiit, abdicari potuit. Imo nec A. D. 987 post Ludovici V mortem ab ordinum conventu, penes quem summum in Regis defuncti patruum, & hoc ipsô (si ex sola sanguinis propinquitate jura metiamur) jam Regem, arbitrium esse non poterat; sed anno 978 quô à Regis germani fide defecit, bellumque (cum aperto hoste conjuratus) patriæ intulit, à Regibus germano, & nepote, quorum natura subditus erat, universo regno comprobante, abdicatus; decimô post annô tanquam civiliter, cum suis, mortuus, nullo numero habitus est, aut haberi ex regni lege potuit. Hugo Capetus libero & legitimo ordinum decreto electus, per matrem, aviam, proaviam, Caroli Magni nepos, paternam suam originem Childebrandinis Carolinorum propinquis principibus debuit. Flodoard. Chron.

p. 574. *Henricus post Capetum Rex tertius, de recuperanda Lotharingiâ, cum cogitaret, Odo Campaniæ Comes eam armata manu invasit, ex ejusque interitu Henrico Regi eodem fine ad limitem accedendi occasio data est.* Henricus bello intestino à matre & Odone illato, initio regni implicatus, de *recuperanda Lotharingia cogitare* nullo modo potuit; eam A. D. 1037 jam affectô, suis auspiciis, injussu Regis, imô eô improbante, non ut eam regno restitueret, sed ut Conrado *Salico* regni Burgundici ad se sanguinis jure pertinentis possessori incommodaret, invadere ausus, infelici ausu miserum in modum excidit; nec post ejus casum ut Lotharingiam sibi vindicaret, sed ut Conradi *Salici* rebus consuleret, & afflictas Campani partes, magis, ac magis solô allideret, ad regni confinia processit.

p. 574. *Cum Philippus Pulcher de vindicanda Lotharingia consilium sumpsisset, Albertus ne bellum produceret, nonnulla ei territoria donavit, Francicosque limites promovit, unde enatum pactum apud Vallem coloris sancitum.* nullum inter Philippum & Albertum bellum cum exarserit, neque *protrahi*, neque contrahi, neque absolute desinere, quod nullo modo erat, dici potuit. Albertus nihil vetustæ Regum nostrum possessioni addidit, sed limites regnorum novis cippis defixis distingui consensit, nec aliud pacto apud Vallem coloris inito conventum est.

p. 575. *quosdam Imperatores se Lotharingiæ Duces inscripsisse pactum Caroli* IV, *cum Ioanne Rege initum docet*, pacti illius exemplum qui vidit edat, ego nullum fuisse credo.

p. 576. *Carolo* I *Lotharingiæ* Duci, ex Margareta Bavarica unica Isabella superstes mansit, Renati Andegavorum Ducis, Siciliæ & Neapoleos Regis, Provinciæ Comitis *& Barri Ducis uxor.* Non una Isabella patri anno 1430 denato superfuit, sed cum eâ Catharina Iacobi Badensis Marchionis uxor, quæ A. D. 1420, Renato Barri

Duci, & Guisiæ Comiti nupsit ; is anno 1434, Novemb. 14 denato Ludovico III Siciliæ cis Pharum, seu Neapolis Regi germano suffectus, regni Neapolitani, non Siculi, Ducatus Andegavensis, & Comitatus Provinciæ possessionem adiit.

p. 577. *Renatus Dux prælio ad* Bleinville *fusus est* : Imo ad *Bullegneville.*

p. 578. *Renatus Nicolao Pontis Marchioni filio anno* 1473 *denato, superstes fuit*; Nicolaus ille anno 1473 denatus, Calabriæ, Lotharingiæ &c. Dux, Renati non *filius*, sed nepos fuit.

Ibid. *Carolus Cenomanorum Comes, à Renato, exhæredatis filiabus, Margareta Henrici* VI *Anglorum Regis uxore, & Yolende Renati Lotharingi uxore, hæres ex asse scriptum est.* Renatus A. D. 1474, Iul. 22, Carolo fratris filio regnum Neapolitanum, Ducatum Andium, Comitatus Provinciæ, & Guisiæ, universaque bona paterna, Renato nepoti Barri Ducatum, à Ludovico Card. proavunculo donatum, Ioanni filio naturali Marchionatum Pontis, à Ludovico Card. etiam donatum, cum S. Remigii & S. Canati oppidis, Yolendi filiæ Lotharingiæ Duci mille aureos, Margaretæ Angliæ mille aureos legavit.

Ibid. *Carolus idem Testamento anno* 1481, *Decemb.* 10 *scripto, jura sua in Lotharingiæ Ducatum, Ludovico* XI *Regi transcripsit.* De *juribus* in illis *in Lotharingiam*, quandoquidem nulla erant, nihil Testamentum habet.

Ibid. *Yolendis post patris obitum Lotharingiam invasit.* Lotharingiæ possessio Yolendi, vivo & probante patre, anno 1473, Augusti 13, post Nicolai fratris filii mortem cessit.

p. 579. *Ioannes & Nicolaus Renato nati, liberis nullis relictis, decessere* : de Ioanne, qui Nicolaum filium reliquit, falsum.

Ibid. *Ioannis & Nicolai hæreditas universa ad Renatum parentem, sine difficultate transiit.* non *transiit*, siquidem Nicolaus Ioanni parenti superfuit; dico amplius; etiamsi prior ille decessisset, transire non potuit, cum materna bona ad Yolendim Ioannis germanam transire debuerint, & facto ipso transierint.

p. 583. *Lotharingiæ Duces, cum se Renati Testamento in Caroli Cenomanensis favorem condito, Renati hæreditate privatos viderent, Francorum Regibus quicquid in hæreditate illa prætendebant, compensatione regni Hierosolymitani ad Reges nostros, Bartolo auctore, antea pertinentis, accepta cesserunt.* Hæc universa vigilantis somnia sunt.

p. 584. *non solum Lotharingiæ, sed etiam Vadonis montis, & Haricuriæ Ducatum Renato obligatum Rex Ludovicus asserebat.* quis *asseruisse* (si unum Cassanum excipiamus) dixit ? cui Regem juris sui callentissimum aperte falsorum assertione sibimet fidem detraxisse, aut Lotharingiam, quam nunquam ab anno 1454, Febr. 22, quo Isabella conjux decesserat, Renatus possedit, ab eo Carolo Cenomanico nepoti traditam credidisse, aut Vadonis montem & Haricuriam nullo Ducali titulo insignes, avitaque Antonii æmuli & Mariæ consortis patrimonia in Renati & Isabellæ bonis censeri debere ignoravisse persuaserit ?

Ibid. *Re-*

Ibid. *Renatus in Angliam abductus, grandi pretio libertatem redemit.* Divionem abductus Angliam ne vidit quidem.

Ibid. *Renatus tantisperdum bello Lotharingico distinebatur, regni Neapolitani possessione exclusus est.* ab Antonio æmulo A. D. 1431, Iulii 22, profligatus, & Divionem præter Antonii spem abductus, vix anno 1437 ineunte libertati restitutus est: obiit Ludovicus III germanus A. D. 1434, Novemb. 14; à Ioanna Ludovici matre adoptivâ A. D. 1435, Februarii 2 denata, hæres scriptus Renatus; A. D. 1442, Iunii 2, feria 7, à Lotharingico bellô finito 11, Neapoli pulsus est.

Ibid. *Cum Ioannæ Caroli uxori, assignata ab Yolende matre dos persoluta non fuisset, ea vero maritum hæredem scripsisset, jura ejus omnia vi Testamenti ad Ludovicum XI Regem devoluta sunt.* Hinc tantum Regem à Renato Duce Ioannæ germano non Ducatus partem, sed 25000 aureorum millia repetere potuisse conficitur.

p. 585. *Barri Ducatus ad Caroli V regnum à Regibus possessus, Ioannæ Caroli V filiæ cessit, eaque sine prole decedente ad Regem regnumque reversus est. Renatus eum Margaretæ filiæ legare sibi fas non esse Episcopo Telonensi protestatus est; idque à Caroli hæredis delegatis coram Mareschallo* d'Agnié *Regi renunciatum est.* universa hæc falsa sunt, Maria Caroli V soror secundogenita, A.D. 1364, Iun. 4, Roberto I Barri Duci, cujus majores ab A. D. 951 Barrum possederant. desponsata est. Carolo V Regi duæ natæ sunt, altera A. D. 1360, Octobris 21 denata, altera septimestris Decembris 21 defuncta; neutra vel ad momentum Barri possessionem capere potuit: Renatus A. D. 1419, Augusti 13, Barri Ducatu à Ludovico Cardinali proavunculo donatus; eum Renato nepoti, tabulis A.D. 1479, Novembris 15, & Testamento A.D. 1474, Iulii 22 scriptis, legavit; Mareschallus *d'Agnié* in rerum natura nunquam fuit, sed Petrus Rohanius Giaci Dynasta, vulgo *le Mareschal de Gié* Ludovico XI militavit.

p. 586. *Gorziæ Abbatia à Regibus Pippino & Carolo Magno fundata est.* Imo à Chrodegango Pippini ex Landrada sorore nepote Metensis Ecclesiæ Præsule annô 758 Sigeberto.

DECIMI VINDICIARVM CAPITIS EVERSIO.

[1] Vind. p. 90.

[2] lib. 3. de ira c. 37.

Rivatos [1] *inter, alterum alteri anteferri vel postponi, exigui esse momenti; sapienter* hæc *ad Novatum* fuisse à Seneca *scripta* [2] Minus honorato loco positus irasci cœpisti convivatori, vocatori, ipsi qui tibi præferebatur. Demens, quid interest quam lecti primas partem? honestiorem te aut turpiorem potest facere pulvinum? *Magna olim moderatione loca in Senatu, inferiora Provinciæ Galliæ Legatos, cum Romam quinto sæculo advenissent, ipsisque oblatum sedendi jus fuisset,* occupasse, & Ferreolum (circumsistentibus latera collegis Thaumasto & Petronio) verecunde ac leniter in imô subselliorum capite consedisse, ita ut non minus Legatum se quam Senatorem reminisceretur; *plusque ob hoc postea laudatum honoratumque fuisse,* Sidonio [3] asserente nemo jure negaverit.

[3] lib. 1. epist. 7.

Difficilem Principum, qui neque se amant, neque invicem cedunt, conventionem factam [4] Pio II Papæ; *nullam unquam in Pontificum aula, adeoque nec in orbe toto de honoris, inter Reges gradu celebriorem, quam quæ præterito sæculo agitata est, quæstionem fuisse*; prudenter à Concilii Tridentini Patribus anno 1546, Ianuarii 7, [5] *nulli propterea quod durante Concilio debito in loco non sederit, & sententiam protulerit* &c. *præjudicium generari, aut novum jus acquiri*; anno 1563, Decemb. 4, [6] *Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum ac Principum jura ac prærogativas illæsas & salvas esse, in eodemque statu permanere, prout ante reperiebantur*; à Pio II Papâ in Conventu Mantuano, [7] *ne vel postposîti detrimentum, vel prælati lucrum honoris jurisve aliquod ferre, legem ediam* fuisse, tibi facile concesserim.

[4] lib. 3. Comment.

[5] Sess. 7.

[6] Sess. 25.

[7] lib. 3. Comm. an. 1459.

Honoratiorem Catholico Regi locum deberi ut probes, bisulca syllogismorum tuorum cuspide nos in hunc modum petis, *Vbi inter duos est controversia de prioritate ordinis, primus & dignior locus assignari debet illi qui est major ac dignior alio. Atqui* tuo judicio *Rex Hispaniæ major est & dignior Rege Franciæ. Ergo* tuo judicio *Rex Hispaniæ Regi Franciæ antestare debet.* ex Logicorum disciplina tua hæc conclusio esse debuerat. *Ergo Regi Hispaniæ primus & dignior locus assignari debet*; majoris etiam; ut in prima figura concluderes, & quartam nulli perito probatam abjiceres, sic invertendi termini fuerant; *Majori ac digniori primus, & dignior locus assignari debet.* Eam *Constantini Magni exemplo* illustras; *qui in epulo quod præbuit trecentis Episcopis congregatis apud Nicæam, jussit* [8] πλὰς τριάδας ὑπατεπθλῶσι κελεύσας καθ' ἑαυτὸν τρίκλινον ἑστιᾶσιν ἀπανίας; τὰς μὲν ἀξιολόγους ὁμοδιαπίζους λαβὼν; τὰς δὲ ἄλλας διελὼν εἰς τὰς ἄλλας. *multa sterni stibadia; & eodem in locô omnes Episcopos convivio dapsiliter excepit; & digniores mensæ suæ adhibuit, alios in alias mensas distribuit.* ad verbum, *Cum multos thorulos decenter componi jussisset, eodem loco universos convivio excepit, digniores commensales sumens, alios in alias* mensas *distribuens.* nec post ὑπατεπθλῶσι comma notare, nec ἑστιᾶσιν sed ἑστίασιν & ἀξιολόγους, sed ἀξιολόγους scribere debuisti. Vt minorem quomodocunque probes iterum in quartam figuram desultorius disputator declinas. *Rex* inquis,

[8] Theodoret. lib. 1. c. 11.

ille major est & dignior alio Rege, qui ei præcellit ortu, dignitate, potentiâ, religione. Atqui (quod negamus) *Rex Hispaniæ illis omnibus titulo Regi Franciæ antecellit. Ergo* (quod rursus negamus) *Rex Hispaniæ major est, & dignior Rege Franciæ.*

Petrum Danesium [1] Abbatem Bellozanum Franciſci I Legatum, *Chriſtianiſſimum Regem, ab illis* Clodoveo primo, Carolo Magno &c. *profectum Majoribus*, coram Concilio Tridentino pronunciare auſum, imo Didacum à Mendoça Caroli V vices agentem in jus trahis; ac primum quæris, *cur* Petro *non reſponderit, regnum Francorum vetus, quod Carolus Magnus latiſſime poſſederat, non amplius extare*; ſed (ut ut in ſegmenta varia ab anno 888 divulſum ſit) ſegmenta illa ſeorſim extant, inter quæ Francia Occidentalis, & in ea Lutetia, univerſi regni Clodoveani metropolis, eminet; ſi poſt denatum anno 840 Ludovicum *Pium*, diviſa Carolini regni compage, tam citra quam ultra Rhenum poſiti, *Francorum* ex æquo *Reges* dicti ſunt; annoque 921 hinc Carolus Simplex, *Occidentalium*; inde Henricus *Auceps*, *Orientalium Francorum Reges* audierunt; quidni nunc Carlovingis propinquis ante annos 660 ſuffecti Capetini, antiquum ſibi majorum titulum vindicaverint? At *Capetini Reges nullum jus ad* Vetus *illud* Caroli Magni regnum *unquam habuerunt*. Quid tum? an alii ulli habent, aut à 600 annis habuere? eſto nemo ad regnum illud univerſum hodie jus habeat; tunc Reges, quibus ab antiquô aſſignata eſt, in poſteros tranſmittenda, regni illius portio; portionis aſſignatæ juſtos Dominos, Carolique in illa, pro rata parte (quaſi nemo niſi ex aſſe hæres, *hæredis* nomen mereatur) *ſucceſſores* eſſe negaveris?

Inſtas, *Franciſcum I Franciæ Occiduæ Regem, ſtirpe Capetinum, à Clodoveo & Carolo Magno per maſculinam lineam non prodiiſſe*; ſed nec alius ullus à ſæculis aliquot uſpiam *prodiit*; Cum autem nullum *prodiiſſe* noveris, ſciens prudens in falſum deſinis; *Franciſcum I per fœmininam* lineam *à Carolo V Imperatore ac Hiſpaniarum Rege anteverti, omnaque primæ & ſecundæ ſtirpis Franciæ Regum jura, prærogativas, merita, ad Auſtriacos Hiſpaniæ Reges jure ſanguinis tanquam ad legitimos illorum ſucceſſores, gradu anteriore quam ſint Franci hodierni devoluta eſſe* delirans. Ne te *arcana regia*, quæ per te *orbi innoteſcere* debeant, altius quam Valdeſius *hauſerat*, imbibiſſe putes, ſit prima noſtra propoſitio.

[1] edita oratio Antverpiæ apud Mart. Nutium anno 1546. & Lovanii 1567, apud Petrum Zangrium.

I. *Ortus Philippi* IV *Regis Catholici à Clodoveo Rege, & à Carolo Magno Imperatore, mediis Italiæ Regibus, Comitibus Burgundiæ, & Regibus Hispaniæ, prout à Chiffletio editus est, nec ubique certus est, nec mendis caret,*

Censura.

¹ Vxorem Clodoveus Rotildem seu Chrotildem duxit non Clotildem.
² Blitildem vel Chunsenâ natam, vel in natura rerum unquam fuisse ante Caroli *Calvi* ætatem nemo dixit.
³ Ansbertum Clotarii, generum ante annum 841 nemo memoravit.
⁴ Ansberto, genere Romano Teutonicum nomen inditum fuisse absurdum est.
⁵ Clotarii I & filiorum tempore ullos Austrasiorum Duces fuisse non gratis fumendum est.
⁶ Arnoaldi Ducis ante annos 800 nulla memoria.
⁷ Arnulfi parentem nemo coætaneus, aut suppar nominavit.
⁸ Alpaidem Dodonis sororem fuisse probandum est.
⁹ Caroli *Martelli* uxor prior Rhuotrudis non Geltrudis; Vide Annales veteres Tom. 2. Script. Franc. p. 3. 7, &c.

1 Clodoveus Francorum primus Rex Christianus; uxor ² Clotildis, Gundebaudi Regis Burgundiæ ex fratre Chilperico neptis.

2 Clotarius I Rex Francorum; uxor ¹ Chunsena.

3 Blitildis, ² uxor Ansberti ³ genere Romani, ⁴ Austrasiorum ⁵ Ducis.

4 Arnoaldus Dux & Comes Palatii Austrasiorum ⁶, uxor Oda.

5 S. Arnulphus ⁷ Major Palatii, deinde Metensis Episcopus, uxor S. Doda.

6 Ansigisus Dux & Comes Palatii; uxor S. Begga Pippini Landensis filia.

7 Pippinus Herstalius Major Palatii; uxor Alpaidis, ⁸ soror Dodonis Comitis, Plectrude repudiata.

8 Carolus Martellus, Princeps Francorum; uxor ⁹ Geltrudis.

9 Pippinus Brevis, Rex Francorum; uxor Bertha.

10 Carolus *Magnus* Imperator & Rex Francorum; uxor Hildegardis filia Hildebrandi Sueviæ Ducis.

11 Ludovicus *Pius* Imper. & Rex Francorum uxor prima Hermengardis.

12 Gisla uxor S. Everardi Ducis Forojulienſis, Comitisque Cisonienſis.

13 Berengarius Rex Italiæ, postea Imperator; uxor Bertila.

14 Willa, conjux Adelberti Marchionis Eporediæ.

15 Berengarius II Rex Italiæ; uxor Willa, filia Bosonis Marchionis Tusciæ.

16 Adelbertus Dux Longobardiæ & Rex Italiæ; uxor Gerberga filia ¹⁰ N. Comitis Nivernensis.

17 Otho Guilielmus, Dux ¹¹ & Comes Burgundiæ; uxor Hermentrudis, filia Albradæ filiæ Ludovici IV Regis Franciæ.

18 Rainaldus I Comes Burgundiæ; uxor Adelisa filia Richardi Ducis Normanniæ.

19 Willelmus Comes Burgundiæ, Viennæ, & Matisconis ¹²; uxor Gertrudis filia Theodorici Comitis Limburgensis.

20 Raimundus Comes Galliciæ, frater Calixti II Papæ; junctus Vrracæ, filiæ Alphonsi VI Hispaniarum Imperatoris.

21 Alphonsus ¹³ VII Imper. Hispaniæ; uxor Berengaria Barcinonæ ¹⁴ Comitissa, filia Raimundi III Barcinonæ Comitis.

22 Ferdinandus II Rex Legionis; uxor Vrraca filia Alphonsi I Regis Lusitaniæ.

23 Alphonsus IX Rex Legionis; uxor Berengaria, Alphonsi VIII Castellæ Regis natu major filia.

24 Ferdinandus III Sanctus ¹⁵, Imperator Hispaniæ, Rex Castellæ ac Legionis; uxor Beatrix filia Philippi Romanorum Imperatoris stirpe Suevici.

25 Alphonsus X Rex Castellæ & Legionis, electus Romanorum Imperator, uxor Iolenda filia Iacobi Regis Aragoniæ.

26 Sancius IV Rex Castellæ & Legionis; uxor Maria filia Infantis Alphonsi, Molinæ Dynastæ.

27 Ferdinandus IV Rex Castellæ & Legionis; uxor Constantia Dionysii Regis Lusitaniæ filia,

28 Alphon-

⁹ Gerberga Hugonis Manasse Comite nati & N. Nivernensis filia fuit.
¹⁰ Otto Guillelmus Ducis Henrici privignus & legatarius Burgundiæ Ducatu excidit.
¹¹ Willelmus *Matisconis Comes* non fuit, sed Otto, Guidone Ottonis Guillelmi & Ermentrudis primogenito natus.
¹² Cum Vrracam post Raimundum Alfonsus Aragon. duxerit, uxoris jure Castella potitus est, & 7 dictus est.
¹³ Berengaria Comitissa non fuit, sed Comitis filia.
¹⁴ Non hactenus monumentum vidimus, quo Ferdinandus III *Imperator* inscriptus sit.

28 Alphonſus XI Rex Caſtellæ & Legionis, cui natus ex Leonora Guſmana Henricus II Rex.

29 Henricus II Rex Caſtellæ & Legionis junctus Ioannæ filiæ Ioannis, filii Manuelis Infantis, filii Regis Ferdinandi III.

30 Ioannes I Rex Caſtellæ & Legionis, uxor Leonora filia Petri IV Regis Aragoniæ.

31 Henricus III Rex Caſtellæ & Legionis; uxor Catharina, filia Ioannis Ducis Lancaſtriæ, filii Eduardi III Regis Angliæ.

32 Ioannes II Rex Caſtellæ & Legionis; uxor Iſabella Ioannis Portugalliæ Infantis filia.

33 Iſabella Reginæ Caſtellæ & Legionis, juncta Ferdinando Regi Aragoniæ.

34 Ioanna Hiſpaniarum Regina; uxor Philippi Archiducis Auſtriæ, filii Maximiliani I Imper. & Mariæ Burgundiæ [1] Duciſſæ.

35 Carolus V Imper. Hiſpaniarum Rex; uxor Iſabella, Emmanuëlis Luſitaniæ Regis filia.

36 Philippus II Hiſpaniarum & Indiarum Rex; uxor Anna Maximiliani II Imper. filia.

37 Philippus III Hiſpaniarum & Indiarum Rex; uxor Margareta, filia Caroli Archiducis Auſtriæ.

38 Philippus IV Hiſpaniarum & Indiarum Rex; uxor Iſabella, filia Henrici IV Regis Franciæ.

[1] Maria Burgundiæ Ducis filia fuit non *Duciſſa*.

Fuit & Navarræ, quam per nefas uſurpavit Ferdinandus II Arag.

II. *Clodovei (ut ut eum S. Arnulfi abavum maternum fuiſſe demus) tradux, in Capetinos Principes ſolos, continuâ annorum* 1140 *per mares ſerie, in Auſtriacos & cæteros, nonniſi per feminas defluxit.*

Clodoveus Rex.

Clotarius I Rex.

Bilithildis Ansberti uxor.

Arnoaldus Dux.

S. Arnulfus Dodæ ante Epiſcopatum maritus.

Anſgiſus Beggæ maritus.

Pippinus Herſtallius Alpaidis maritus.

Carolus *Martellus* Rhuotrudis maritus, à quo per fœminas Franci, Auſtriaci, cæteri per Europam Reges.

Childebrandus Dux, cujus poſteri continua ſerie Capetini Principes ab anno circiter 696. Vide appendices Capitis primi.

III. *In Auſtriacos & Hiſpanos Principes, nonniſi per Capetinas matres, Clodovei & Caroli Magni ſanguis primum defluxit.* Exemplum 1.

Hugo Magnus Hadwidis maritus.

Hugo Capetus Rex Adelhaidis maritus.

Beatrix Friderici I Lotharingiæ ſuperioris Ducis uxor.

Robertus Rex Conſtantiæ maritus.

Itta Radebotonis Habſpurgici, A. D. 1027 denati uxor, Auſtriacorum univerſorum fons.

Henricus I à quo cæteri Reges.

Robertus Burgund. Dux Helæ de Sine muro maritus.

Conſtantia Alfonſi VI Imper. Hiſpaniarum uxor, Hiſpaniæ Regum fons.

Exem-

Exemplum 2.



Exemplum 3.



Exemplum 4.



Exem-

Exemplum 5.

Yolendis de Curtiniaco Hungariæ Regina.

Yolendis Iacobi I Aragon. uxor.

Petrus I I I Conſtantiæ Manfredo natæ maritus. Yolendis Alfonſi X uxor.

Iacobus I I Blancæ Andegav. maritus. Fridericus Trinacriæ Rex, Alienordis Andegav. maritus.

Alfonſus I V Tereſiæ maritus. Petrus Elizabethæ Carinth. maritus.

Petrus I V Leonoræ maritus. Leonora Petri I V uxor.

Leonora Ioannis I Caſtellæ Regis uxor.

Exemplum 6.

Eduardus Rex Portugalliæ Capetinus Leonoræ Aragon. maritus.

Ferdinandus Viſei Dux. Beatricis propinquæ maritus. Leonora Friderici I I I Imper. uxor.

Manuel Mariæ Ferdinando & Iſabellæ Catholicis natæ maritus. Maximilianus I Mariæ Burgund. maritus.

Iſabella Caroli V Imper. uxor. Philippus Archidux Ioannæ Reginæ marit.

Carolus V Imper. Iſabellæ Portugal. maritus. Ferdinandus Imper.

Hinc luce meridianâ clarius elucescit, ab Alfonſi v I temporibus, nullam (ſi Berengariam Barcinonenſem excipias) Caſtellæ Reginam à Capetinô ſanguine alienam fuiſſe, Alfonſum v I I I in quem ex Vaſconibus & Gothis Regibus primum Capeti tradux influxit, poſteroſque ejus univerſos, prius Capetinos quam Carlovingos, aut (ſi lubet) Merovingos fuiſſe; eos vero non niſi Capeti & Capetinarum beneficio, Clodovinæ & Carolinæ nobilitatis participes factos, Capetinorum affinitati utrumque, quantum quantum eſt, decus in ſolidum (contra quam *arcanorum* Genealogicorum cœlo delapſus indagator volebas) debere.

De Raimundô, priore Urracæ marito, *ex vetuſto Floriacenſis cœnobii exemplari* cum *Comitatum trans Ararim tenuiſſe*: ex Charta ſub æra 1125, ſeu anno 1087, 3 Kal. Aprilis data, *ex ſtirpe Francorum ortum*; ex alia ſub æra 1131, ſeu anno 1093, Novemb. Kal. ſcripta *de genere Francorum* fuiſſe; ex tertia ſub æra 1152 ſeu anno 1113, 7 Kalend. Ianuarii, poſt ejus mortem, conſignata; *Burgunienſem* fuiſſe: ex Ligurino lib. 5. *antiqua ab origine Regum*, Guillelmum *puerum* ejus ex fratre nepotem *veniſſe*, rectè notas; hac tamen ex parte falleris, quod Guillelmum puerum, qui revera Rainaldo I I parente editus eſt, *Stephani* filium fuiſſe putas; nec verius cum *per Giſlam Ludovici Pii Imper. filiam, & Hermentrudem, Ludovici I V Regis ex Albrada filia neptem* ſolas, *Carlovingum* fuiſſe colligis; per plures enim rivos Carolini in eum ſanguis tradux dimanavit, prout tabella ſubjecta ad oculum demonſtrabit.



Quantum nos à livore, tantum te à plena *arcanorum Regiorum* (quorum investigatorem profiteris) cognitione abfuisse, nec Carolini sanguinis gloriam (quanta quanta in Raimundo fuit) in Hispanorum Reges, nisi per Capetinam à matre uxorem (quod machinamenta tua funditus evertit) influxisse, experimento ipso discе.

Censura.

II. *Catholici Regis ortus à Clodoveô & Carolo Magno, mediis Flandriæ & Hannoniæ Comitibus [1], Ierosolymorum Regibus, & Imperatoribus Constantinopolitanis à Chiffletio editus mendo non caret.*

[1] Chiffletium *Hierosolymorum* scribere oportuerat.

10 [2] Carolus Magnus Imper. & Rex Francorum; uxor Hildegardis, filia Hildebrandi Sueviæ Ducis.

[2] 5 & 4 gradus incerti sunt.

11 Iudith Pius Imper. & Rex Francorum; uxor secunda Iudith, filia Welphi [3] Comitis Altorffi in Suevia.

[3] Welfo Tegano *Baioarus*, nulli Coætaneo *Altorfi Comes & Suevus* fuit.

12 Carolus Calvus Imper. & Rex Francorum; uxor Hermentrudis, filia Vodonis Comitis.

13 Iudith, uxor Baldvini Ferrei Comitis Flandriæ.

14 Baldvinus Calvus Comes Flandriæ; uxor Elstrudis filia Elfridi Anglorum Regis.

15 Arnulphus Magnus Comes Flandriæ; uxor Aleidis, filia [4] Heriberti Veromanduæ Comitis.

[4] per matrem Capevinga.

16 Baldui-

16 Balduinus Iunior Comes Flandr. uxor, uxor Matthildis Herimanni Sax. Ducis filia.

17 Arnulfus Iunior Comes Flandriæ, uxor Rozala, Berengarii I I Regis Italiæ filia.

18 Balduinus Barbatus, Comes Flandriæ, uxor Otgiva Friderici Comitis Luxem. filia.

19 Balduinus Pius Comes Flandriæ, uxor Adela [1] Roberti Francorum Regis filia.

20 Robertus Friſo Comes Flandriæ, uxor Gertrudis filia [2] Herimanni Saxoniæ Ducis.

21 Gertrudis [3] Comes Flandriæ, uxor Theoderici I I ſuperioris Lotharingiæ Ducis.

22 Theodoricus Comes Flandriæ, uxor Sibilla [4] Fulconis Andegavenſis Hieroſolymorum Regis filia.

23 Margareta Comes Flandriæ, nupta Balduino I V Comiti Hannoniæ & [5] Marchioni Namurcenſi.

24 Balduinus Comes Flandriæ & Hannoniæ, & Imper. Conſtantinopolitanus.

[1] Capetina.

[2] Gertrudis Hermanni *prenepis* fuit non filia.

[3] Gertrudis Flandriæ Comes non fuit, ſed Comitum filia & ſoror ſecundogenita.

[4] Sibylla ſcribendum fuerat non *Sibillæ*.

[5] *conventione* ſiſb *conditione* inter Henricum *cæcum* & Balduinum I I I ſororis maritum facta, prout Balduinus de Avennis refert: cum natâ anno 1186 Ermeſinde, eademque anno ſequente Henrico I I Campaniæ Comiti deſponſatâ (annò 1191 Balduinus I V *Namurcenſis caſtri Comitatum invaſiſſet, avunculo ſuo Comite Henrico jam præ ſenectute caco factò*) Alberic: quod *injuſte* factum Laudunenſe Chronicon monet, *Anno* 1189. *Henricus Comes Campaniæ filiam Comitis de Namuco habebat, ipſum habens per eam Namucum caſtrum & Comitatum habere, Balduinus verò Comes Hannoniæ nepos Comitis ex ſorore, adhuc ipſo Comite vivente Namurcenſi valde ſene, injuſtè caſtrum abſtulit, & poſſedit, exhæredata unica filia.*

Succeſſionis Namurcicæ ſtatus.

Godefridus Namurci Comes Ermeſindis Luxemburgicæ maritus tertius.

Henricus *cæcus* Agnetis Gelricæ maritus, quo vivente Namurcum invaſit Balduinus I V.

Albertus puer denatus.

Clementia Conradi Zaringhiæ Ducis uxor.

Beatrix Itterii Reifſtetenſis Comitis uxor.

Adelis Ermeſindis dicta Balduini I I I uxor.

Ermeſindis Henrico I I Campaniæ Comiti, anno 1187 deſponſata; Theobaldo Barri Comiti, anno 1193, ac exinde Valeranno I I Limburgi Duci anno 1214 Majo menſe nupta, de Namurcenſi Comitatu anno 1199 & 1222 Martio menſe tranſegit, anno 1246 deceſſit.

Berthol-dus I V.

Rodulfus Leodii Epiſcop.

Balduinus puer denatus.

Godefridus anno ætatis 16 denatus.

Balduinus I V Margaretæ maritus qui Namurcum vivo avunculo an. 1191 invaſit, anno 1195 deceſſit.

Henricus.

Balduinus Imp. qui anno 1199 antequam ad Imper. proveheretur ſexto 7 Kal. Aug. cum Theobaldo & Ermeſinde de Namurcenſi ditione tranſegit.

Philippus Namurci Marchio.

Henricus Imperat.

Yolendis Petri Imper. uxor cujus filius Philippus Marchio cum Valeranno I I & Ermeſinde anno 1222 feria 2 poſt *Invocavit*, tranſegit.

Carolini ſanguinis nobilitas in Margaretam Balduini primi Imperatoris hæredem, per Capetinas matres ab anno circiter 890 defluxit.

Robertus Fortis Adelheidis Ludovico Pio & Ermengarde natæ maritus poſterior.

1 Hilbebranta Herberti I I Veromand. uxor.

Robertus Rex Beatricis Veromand. maritus.

Letgardis Theobaldi Tricat. uxor.

Adelheis Arnulfi Magni uxor.

Hugo Magnus Hadwidis Saxonicæ maritus.

Balduinus junior.

Hugo Rex Adelheidis maritus.

Arnulfus junior.

Robertus Rex Conſtantiæ maritus.

2 Hadwidis Raineriі I V uxor.

Balduinus Barbatus.

Adela Balduini uxor 3.

Henricus Annæ mar.

Rainerius V Matthildis maritus.

3 Balduinus Pius Adelæ Roberto Rege natæ maritus.

Philippus I Bertæ marit.

Richildis Balduini uxor.

Matthildis Guillelm. Regis uxor.

Balduinus Richildis Hannon. maritus.

Robertus Friſio Gertrudis maritus poſterior.

Ludovicus V I Adelheidis maritus.

Adela Henrici Stephani Comitis uxor.

Balduinus Hieroſolym. Idæ Lovan. maritus.

Gertrudis Theoderici I I Ducis uxor.

Ludovicus V I I Alienordis maritus.

Theobaldus Matthildis Carinth. maritus.

Balduinus Yolendis Gelricæ maritus.

Theodericus Comes Sibyllæ Andegav. marit.

4 Maria Henrici I Campan. Comitis uxor.

Henricus I Maria Ludovico V I I natæ marit.

Balduinus Adelheidis Namurciæ maritus.

Margareta Balduini propinqui uxor.

Theobaldus Blancæ maritus.

Maria Balduini Imper. uxor.

Balduinus Margaretæ propinquæ maritus.

Agnes Rodulfi de Codiciaco uxor prior.

Theobaldus Rex Agnetis maritus.

Sibylla Guiſcardi I V de Bello ſoco uxor.

Balduinus Imp. Mariæ de Campania maritus.

Agnes Theobaldi Regis uxor 2.

Margareta Flandr. Comes.

III. *Nobilitatis ex invidioso Carolini sanguinis in Margaretam Flandriæ Comitem promanantis influxu, priùs ad Christianissimi Regis atavos ex Margaretæ ejusdem primogenito ab anno 1237. Aug. 4 oriundos, quam ad Austriacos Principes ex ejusdem primo & secundogenitis posteris annò demum 1478 Ianuarii 13 multiplici Capetinarum ope matrum ortos, quanta quanta est gloria transfusa.*

Margareta Flandriæ Comes per aviam Mariam Ludovico VII Rege oriunda, Burchardi de Avennis ac exinde, Guillelmi de Dampetra uxor.

	1 nupt.			2 nupt.
Ioannes Hannoniæ Comes Adelheidis Holland. maritus.		Balduinus Felicitatis de Codiciaco maritus.		Guido Flandr. Comes Mathildis Bethuniæ maritus.
Ioannes II Philippæ Lucemburg. maritus		Beatrix Henrici Lucemburg. uxor.		Robertus Yolendis Burg. mar.
Maria Ludovici I Borbonforum omnium fontis ab an. 1311 uxor.	Guillelmus *Bonus* Ioannæ Valesiæ maritus.	Henricus VII Imper. Margaretæ Brabanticæ maritus.		Ludovicus I Ioannæ Reistetensis maritus.
Ludovicus II, A. D. 1337, Augusti 4 natus.	Margareta Ludovici IV Imperat. uxor 2. / Philippa Eduardi III uxor.	Ioannes Elizabethæ Bohemiæ Reginæ maritus.		Ludovicus II Margaretæ Philippo V Rege natæ maritus.
	Albertus Margaretæ Brigensis marit. / Ioannes Lancastriæ Duc Blancæ mar.	Carolus IV Imp. Elizabethæ Poncraniæ marit.	Bona Ioannis Regis uxor.	Ludovicus III Margaretæ Brabantinæ maritus.
Ioanna Alberti IV Austriaci ab annò circiter 1400 uxor.	Margareta Ioannis Burgundiæ Ducis uxor. / Philippa Ioannis Portug. Regis uxor.	Sigismundus Imp. Barbaræ Ciliæ maritus.	Philippus Burg. Dux Margaretæ maritus.	Margareta Philippi Ducis uxor.
Eduardus Leonoræ Aragon. maritus. / Isabella Philippi *Boni* uxor.		Elizabeth Alberti II Imper. uxor, ab A.D. 1422.	Ioannes Dux Margaretæ Bavaricæ maritus.	
Leonora Friderici III Imper. uxor.		Philippus *Bonus* Isabellæ Portug. maritus.		
Maximilianus I Mariæ Burgud. maritus, A. D. 1459 natus.		Carolus Isabellæ Borboniæ maritus.		
Philippus, A. D. 1478, Ianuarii 13 natus.		Maria Maximiliani I uxor, A. D. 1477.		
		Philippus, A. D. 1478, Ianuarii 13 natus.		

IV. *Margaretæ primæ Flandricæ nobilitas in Austriacos Principes, nonnisi per Capetinas matres (si forte Margaretam Brigensem excipias) transfusa est.*

Felicitatis de Codiciaco, Henrici & Philippæ Lucemburgensium, Stemma Capetinum.

Robertus Fortis Adelheidis Ludovico Pio natæ maritus posterior.

Robertus Rex Beatricis maritus. — Hildebranta Herberti II Veromand. uxor.

Hugo Magnus Hadwidis maritus. — Iedgardis Theobaldi Tricator. uxor. / Adela Arnulfi Flandri uxor à quâ Flandris & Hann omnes, de quibus, § 2.

Hugo Rex Adelheidis maritus. — Beatrix Friderici I Lotharing. superioris Ducis uxor. — Odo I Bertæ Burgund. maritus.

Robertus Rex Constantiæ maritus. — Hadwidis Rainerii IV uxor Agnetis Radulfo de Codiciaco nuptæ atavia. — Theodericus I. — Odo II Ermengardis Arvern. maritus.

Henricus I Annæ maritus. — Robertus Dux Yolendis Roberto Flandro nuptæ atavis. — Adela Balduini Pii Fland. uxor Agnetis Radulfo de Codiciaco nuptæ atavia. — Fridericus II Mathildis maritus. — Adela N. Arelani Comitis uxor. — Theobaldus III Adelhaidis Crispiac. maritus.

Philippus I Bertæ Hollandmaritus. — Hugo Adelh. Veromand. marit. — Matthildis Guillelmi Regis uxor. — Sophia Ludovici Comitis uxor. — Walerannus. — Henricus Stephanus Adelæ Anglicæ maritus.

Ludovicus VI Adelhaidis maritus. — Matthildis Radulfi de Balgenciaco uxor. — Adela Henrici Stephani Carnut. Comitis uxor. — Theodoricus Ermentrudis maritus. — Adela Henrici II Lunburg. uxor. — Theobaldus Marthil. Cæriæh. marit. — Stephanus Angl. Rex Matthildis Bonon. marit.

Robertus Drocarum Comites Agnetis maritus. — Agnes Engelramni de Codiciaco uxor. — Rainaldus I Gisiæ maritus. — Walerannus II. — Agnes Rainaldi II uxor. — Maria Matthæi Flandri uxor.

Robertus II Yolendis de Codic. mar. — Adelhais Rodulfi de Codic. uxor 2. — Radulfus Agnetis Hannoniæ ac exinde Adelheidis Drocensis maritus. — Rainaldus II Agnetis de Campania maritus. — Henricus III.

Philippa Henrici II Bartensis uxor. — Yolendis Roberti I Drocensis uxor. — Thomas Verbini Dominus Matthildis Reistet maritus. — Theobaldus I Isabellæ de Barro ad Sequanam marit. — Henricus IV. — Margareta Godefridi III Brabant. uxor.

Margareta Henrici I Lucemburg. uxor. — Felicitas Balduini de Avenuis uxor. — Henricus II Philippæ Droc. maritus. — Walerannus III Ermesindis Lucemburg. maritus.

Beatrix Henrici II Lucemburg. uxor. — Margareta Henrici Luxemb. uxor. — Henricus Lucemburg Comes Margaretæ de Barro maritus.

Henricus II Beatricis de Avennis maritus. — Philippa Ioannis II Hannon. uxor.

Adel-

Adelhaidis Hollandicæ, Elizabethæ Bohemicæ, Margaretarum Brabanticarum, Stemma Capetinum.



Matthildis Bethuniæ Stemma Capetinum.



Beatricis

Beatricis, Matthildis, & Ioannæ Reiſtetenſium Stemma Capetinum.



Cum hæc ita ſint, nec niſi (quâ *Capetini* facti ſunt) Alſatici, & Dampetrani Flandriæ Comites, *Carolino* ſanguine imbuti ſint; quod tibi ex Marchantio nuperô & partibus addicto ſumis, Carolinæ *Stirpis incorruptæ nobilitatem Flandris peculiarem eſſe, nec Regibus Galliæ ex Hugone Capeto deſcendentibus communem, niſi ubi poſtliminio, illuc per fœminam rediere; cum Rex Philippus Conquirens, Iſabellam Baldnini quarti Hannonii filiam ex Margareta Theodorico Flandriæ Domino natâ editam duxit, à Flandris paternum maternumque genus ſine controverſiâ repetentem, oriundamque ex Irmingarde Alberti Namurcenſium primi Comitis uxore, quæ filia erat Caroli Lotharingiæ Ducis, Ludovico Tranſmarino Franciæ Rege procreati*, tam falſum eſt, quam verum Capetinorum majores ex æquo cum Carlovingis Pippini Herſtalli nepotes eſſe, eodem quô Flandri anno, Chriſti ſcilicet 862, Carolina affinitate auctos, participatamque in Adelhaide, Beatrice, Hadwide, Adelhaide, Conſtantia &c. Carolinam nobilitatem in Flandros procedente tempore diverſimode refudiſſe; Alberto Ermengardis marito *priores* alios *Namurcenſium Comites* fuiſſe, nullos denique Flandriæ ab annô Domini 950 Flandriæ Comites à Capetina origine alienos fuiſſe. Quis te contra, nullô judicio, gannientem ferat? Lib. 2. Fland. p. 174. A. D. 1596.

III. *Catho-*

Censura.

III. *Catholici Regis à Clodoveo Rege, & à Carolô Magnô Imper. mediis Burgundiæ Regibus, & Cæsaribus stirpe [1] Saxonicis, Franconicis, atque Suevicis, à Chiffletio edita origo, mendo non caret.*

10 [2] Carolus Magnus Imper. & Rex Francorum, uxor Hildegardis filia Hildebrandi Sueviæ Ducis.

11 Ludovicus Pius Imp. uxor 2, Iudith filia Welphi Comitis [3] Altorffi in Suevia.

12 Carolus Calvus Imper. conjux Hermentrndis, filia Vodonis Comitis.

13 Ludovicus Balbus Rex Franciæ, uxor Adelheis Vulfridi Abbatis Flaviniacensis soror.

14 Carolus Simplex Rex Franciæ, uxor Odgiva Eduardi Anglorum Regis filia.

15 Ludovicus Transmarinus Rex Franciæ, uxor Gerberga Henrici I Imper. [4] stirpe Saxonis filia.

16 Matthildis, juncta Conrado Regi Burgundiæ.

17 Gerberga, [5] uxor Hermanni Ducis Sueviæ.

18 Gisela conjux Conradi Salici Imperatoris.

19 Henricus III Imper. [6] uxor Agnes filia Guillelmi Ducis Aquitaniæ.

20 Henricus IV Imp. [7] uxor Bertha, filius Othonis Marchionis [8] Montisferrati.

21 Agnes uxor Friderici I Ducis Sueviæ.

22 Fridericus II Dux Sueviæ, uxor Iuditha, filia Henrici Ducis Bavariæ.

23 Fridericus I Imper. uxor Beatrix filia Rainaldi III Burgundiæ Comitis.

24 Otho Comes Burgundiæ Palatinus, uxor Margareta, filia Theobaldi Blesensis, Carnotensisque Comitis.

25 Beatrix II Burgundiæ Comes Palatina, juncta Othoni Meraniæ Duci.

26 Otho Meraniæ Dux & Comes Burgundiæ Palatinus; uxor Blanca, filia Theobaldi [9] Campaniæ & Briæ Comitis Palatini.

27 Aleydis Burgundiæ Palatina Comes, juncta Hugoni, Ioannis Burgundiæ Comitis, & Salinarum Domini filio.

28 Otho Comes Palatinus Burgundiæ, Salinarumque Dominus, uxor Matthildis filia Roberti Artesiæ Comitis.

29 Ioanna Burgundiæ Palatina, Atrebatum Comes, Salinarumque Domina; uxor Philippi Longi Francorum Regis.

30 Margareta Burgundiæ & Artesiæ Comes, juncta Ludovico Cressiacensi, Flandriæ Comiti.

31 Ludovicus Malanus Comes Flandriæ & Burgundiæ Palatinus, uxor Margareta filia Ioannis III Ducis Brabantiæ.

32 Margareta hæres Flandriæ, Burgundiæ & Artesiæ, nupta Philippo Audaci Burgundiæ Duci, Ioannis II Francorum Regis filio.

33 Ioannes Intrepidus, Dux & Comes Burgundiæ, uxor Margareta filia Alberti Bavari Comitis Hannoniæ & Hollandiæ.

34 Philippus Bonus, Dux & Comes Burgundiæ, uxor Isabella filia Ioannis I Regis Portugalliæ.

35 Carolus Audax, Dux & Comes Burgundiæ, uxor Isabella filia Caroli I Ducis Borbonii.

36 Maria Dux [10] & Comes Burg. [11] Princeps Belgarum, nupta Maximiliano I Imper. [12] avo Caroli V Cæsaris, proavi Philippi IV Regis Catholici.

Nobili-

[1] *Saxonica stirpis* fuerunt, qui Franconici; *Franconica*, qui hic Suevici dicuntur.

[2] de tertii & quarti gradus incertitudine diximus.

[3] Welfum Altorffi Comitem fuisse credere nos nihil suadet.

[4] Imper. nec fuit, nec habitus est.

[5] Matthildis & Conradi tertiogenita, Berta natu minor.

[6] inter Henricos Rex 3, Imperator 1.

[7] inter Henricos Rex 4, Imperator 3.

[8] Lucensis, non *Montisferrati*, qui (Othone vivente) Rainerio subeerat.

[9] post Othonis matrimonium anno nimirum 1234 Theobaldo Navarræ regnum accrevit, quod Chiffletius dissimulare maluit.

[10] Maria Burgundiæ Dux nec fuit, nec ex usu à Philippo Pulchro invecto esse jure potuit.

[11] *Belgicus* Mariæ *principatus* in Hollandia, Zelandia, Frisia, Transiselana, & Ultrajectina ditione, Zutfania, Gueldriæ, Brabantiæ, Flandriæ, Atrebatum parte penitus concidit.

[12] Nec Imperatori nupta est, nec (quamdiu ea vixit) sive Regio, sive Imperatorio titulo auctus est Maximilianus.

Nobilitatis ex Burgundicorum Regum traduce promanantis prærogativa in Regem Christianissimum tota transiit.

Conradus Rex Matthildis maritus.

Gisla cujus posteri ante annum 1050 extincti sunt.	Berta Odonis I Camp. Comitis uxor, cujus inter posteros principatum Rex Christianissimus tenet. Vide tabul. *de Conradi posteris* ad cap. 13.	Gerberga in cujus posteris Misnica familia primas obtinet.	Matthildis in cujus posteris præcipui (si natalium prærogativam spectemus) Sabaudiæ Duces sunt.

Cum ab anno 1200, quò Otho Friderici I filius fatis concessit, posteri ejus ad unum omnes Capetini fuerint; nonnisi per Capetinos, quibus ab eo tempore Carolina nobilitas (Saxonibus, Franconibus, Suevis mediis) accesserat, in Austriacos Principes infusa est.

De Matthilde Roberti Attrebatensis & Amiciæ de Curtiniaco Capetinorum filiâ, Ioanna Matthildis filiâ, Margareta nepte, & Ludovico pronepote, Margareta ab nepte, Ioanne *Intrepido*, Philippo *Bono*, & Isabella uxore Portugalica, Carolo *Audace* & Isabella Borbonia uxore, Maria Caroli filia, & Maximiliani Mariæ mariti matre Leonora Portugalica, per se clarum est: de Ludovici Cressiacensis matre, avia, proavia, ut & Margaretarum Brabantinæ & Bavaricæ maternis majoribus, manifestum fecimus; de Margaretæ Blesensis, Blancæ Campanienſis, & Hugonis, qui Aleydem Blancâ natam duxit, majoribus demonstrandum restat.

Margaretæ Blesensis & Blancæ Campanienſis Stemma Capetinum.

Ludovicus VII Capeti adnepos, Alienordis Pictavicæ maritus prior.

Maria Henrici Campaniæ Comitis uxor. — Adelhais Theobaldi Carnutum & Blesensium Comitis uxor.

Theobaldus Blancæ Navarræ marit. — Margareta Othonis Burg. Comit. uxor.

De Agnetis Majoribus Capetinis, vide supra Sect. 2.

Theobaldus regni Navarreni hæres Agnetis de Bello joco maritus. — Beatrix Ottonis Meraniæ Ducis uxor.

Blanca Othonis Comitis uxor. — Otho Blancæ maritus.

Aleydis Hugonis uxor.

Hugonis, qui Aleydem Burgundiæ Comitem duxit, Stemma Capetinum.

Robertus Fortis Adelheidis maritus posterior.

Robertus Rex Beatricis maritus. — Hildebranta Herberti II Veromän. uxor.

Hugo Magnus Hadwidis maritus. — Robertus Adelæ Verræ maritus.

Hugo Capetus Rex Adelheidis maritus. — Adela Lamberti Cabilonensis Comitis uxor.

Robertus Rex Constantiæ maritus. — Elizabeth Gerardi uxor.

Adela Balduini Pii uxor. — Robertus Dux Helæ maritus. — Robertus.

Matthildis Guillelmi I uxor. — Henricus Sibyllæ marit. — Savaricus Elizabethæ maritus.

Adela Henrici Stephani Comitis uxor. — Odo I Matthildis maritus. — Guillelmus I. — Stephanus Burgund. Comes Agnetis Zaringhiæ maritus.

Theobaldus Matthildis Carinth. maritus. — Hugo II Matthildis maritus. — Guillelmus II. — Guillelmus Mariæ Comes Pontiæ maritus. — Raimaldus III Agathæ Lothar. maritus.

Maria Odonis II Ducis uxor. — Odo II Mariæ Campaniæ maritus. — Guillelmus III Beatricis Friderici I natæ marit. — Stephanus Iudith Lothar. maritus. — Beatrix Friderici I uxor.

Hugo III Beatricis Delfinæ maritus. — Beatrix Stephani II Burgund. Comitis uxor. — Stephanus II Burg. Comes Beatricis maritus. — Beatrix Guillelmi III uxor.

Matthildis Ioannis Comitis uxor. — Ioannes Matthildis Hugone III Burgund. Duce & Beatrice Delfina natæ maritus.

Hugo Aleydis maritus.

Quandoquidem Giſlæ Conradi Burgundici primogenitæ, extinctâ ante 600 annos progenie universâ, Bertæ ſecundogenitâ tranſmiſſâ in Regem Chriſtianiſſimum nepotem jura potiora fuere, nec à Gerberga tertiogenitâ repetita, in Auſtriacam gentem, Saxonicis Cæſaribus mediis, niſi per Capetinos majores à 400 & quod excurrit, annis transjerunt; eam cum Capetina de prima dignitate contendere, nec jus, nec fas eſt.

Cenſura.

[1] Hanc tabulam cum progeniei Gerbergæ cap. 4 deſcriptæ attexere nos Chiffletius jubeat, fruſtra hic nobis Clodoveum obtrudit, cujus nulla toto cap. 4 mentio fiit, imo neque eſſe potuit, ſiquidem à Carolo Magno ſeriem ſuam exorſus, Joannem I Brabantinum qui numerantibus à Clodoveo 24, futurus erat, 17 loco ſtatuit.

[2] male Brabantiam & Limburgum, quaſi diverſos à Lotharingia inferiori, & extra eam ſitos Ducatus diſtinguit Chiffletius; cum Lotharingiæ inferioris membra ſint, nec ſuo jure Ducatus unquam fuerint; ſed ipſis abuſive Ducalis titulus attributus ſit.

[3] nec Clodovinæ, nec Carolinæ ſtirpis hæres fuit; aut eſſe potuit, Gerberga, antiquorum judicio ſecundogenita, quæque Ludovico fratre ſuperſtite Carolinæ familiæ in ſe devoluta jura cauſari nequaquam potuit.

[4] Elizabetha Alberto I, annô 1308, Maji 1 confeſſo nec revera nupſit, nec nubere potuit, ſed ſecundo, qui anno 1439 Octob. 27 fatis conceſſit; nec alios liberos reliquit præter Ladiſlaum, anno 1457 Novemb. 23 antequam uxorem duxiſſet defunctum, & Elizabetham quæ poſtea Caſimiro I V nupſit.

[5] ſic pronepote proavus natus fuerit, & cum Elizabetha Carinthiaca, Alberti ſapientis matre, Lucemburgica altera Alberti I I Imper. uxor confunderetur.

[6] Theobaldum non Vlricum vocat Albertus Argentinenſis.

[7] ſic propatruus, nepotis loco fuerit.

[8] ſic patris patruelis, pronepos habebitur.

[9] Zimburgim alii vocant.

[10] non *Vitoldo Lituaniæ* à Iagellone Polonico regno unitæ, ſed Ziemovito *Maſſoviæ* à Lituaniæ longius diſſitæ *Duce* nata eſt Zimburgis.

[11] ſic abnepotis nomen ſortietur patruelis. [12] ſic adnepotum titulos ſibi patruelis filius, nepos, pronepos, vindicabunt.

IV. *Catholici Regis à [1] Clodoveô Magnô & Carolô Regibus, mediis Luxemburgicæ & Auſtriacæ ſtirpis Imperatoribus* (prout à Chiffletiô primum edita eſt) *origo* falſa & ridicula eſt.

17 Ioannes I Lotharingiæ inferioris, [2] Brabantiæ & Limburgi Dux, ortus à Gerberga Clodovinæ, [3] Carolinæque ſtirpis hærede; uxor Margareta filia Guidonis Comitis Flandriæ.

18 Margareta uxor Henrici de Luxemburgo, Imperatoris hujus nominis VII.

19 Ioannes Luxemburgi Comes; uxor Iſabella, Wencellai Bohemiæ Regis filia.

20 Carolus IV Imper. Bohemiæ Rex; uxor Elizabetha Bogiſlai Stetini & Pomeraniæ Ducis, filia.

21 Sigiſmundus Imper. Rex Bohemiæ; uxor Barbara Hermanni Ciliæ Comitis filia.

22 Elizabetha Sigiſmundi hæres, Hungariæ & Bohemiæ Regina uxor Alberti I [4] Auſtriaci Imperatoris.

23 Albertus I I Sapiens [5], Archidux Auſtriæ; uxor Ioanna Vlrici [6] Comitis Ferretarum filia.

24 Leopoldus Probus [7], Archidux Auſtriæ; uxor Viridis filia Bernabonis Inſubrium Ducis.

25 Erneſtus Ferreus [8], Archidux Auſtriæ; uxor [9] Comburgis [10], Vitoldi Lituaniæ Ducis filia.

26 Fridericus IV Imperator [11]; uxor Leonora, Edwardi Regis Luſitaniæ filia.

27 Maximilianus I Imperator [12]; uxor Maria Caroli Burgundiæ Ducis hæres.

28 Philippus Archidux Auſtriæ; uxor Ioanna Ferdinandi & Iſabellæ Regum Catholicorum hæres.

29 Carolus V Imperator, Hiſpaniæ Rex, proavus Philippi IV Regis Catholici.

Pruden-

Prudenter itaque factum, quod pudendo (quem prima Vindiciarum editio temere publicaverat) errore sublatô, & resectis è serie propositâ postremis 8 gradibus, verus Elizabethæ Lucemburgicæ maritus, legitimique posteri restituti sunt, hi nimirum.

22 Elizabetha Sigismundi hæres, uxor Alberti II Austriaci Imper.

23 Elizabetha, uxor Casimiri Regis Poloniæ & Magni Ducis Lituaniæ.

24 Wladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex, uxor Anna filia Ioannis de Fuxo, Candalæ Comitis.

25 Anna Hungariæ & Bohemiæ Regina, Ferdinandi I Imper. Austriaci conjux.

26 Maximilianus II Imper. Austriacus, uxor Maria Caroli V Imper. filia.

27. Anna Philippi II Hispaniarum & Indiarum Regis uxor quarta.

28 Philippus III Rex Catholicus.

29 Philippus IV Rex Catholicus.

Quemadmodum ad sanam te mentem, hac ex parte, redisse gaudeo; ne verbis tuo more abuti ausus, iterum desipias; Luxemburgicos illos, Austriacosque Imperatores, quorum seriem iterato texuisti, Capetinos per matres fuisse, nec aliter quam iisdem mediis Carolinum sanguinem imbibisse moneo. De Ioanne I Brabantino, Henrico VII, Isabella Bohemica, Carolo V & Ferdinando I jam vidimus: De Alberto II & Anna Fuxensi Wladislai nepotis uxore probandum restat.

Alberti II *Imperatoris Stemma Capetinum.*

Philippus I Bertæ maritus.

Constantia Boemundi I uxor. — Ludovicus VI Adelheidis maritus.

Boemundus II Adelh. Hierosol. maritus. — Ludovicus VII Alienordis Pictavensis, ac exinde Adelæ Campan. marit.

Constantia Raimundi de Pictavia, ac exinde de Castellione uxor. — 1 *nupt.* Maria Henrici I Campan. Comitis uxor. — 3 *nupt.* Philippus *Augustus* Isabellæ Hannon. marit.

Agnes Belæ III Hung. Regis uxor prior. — Maria Balduini I Imper. uxor. — Ludovicus VIII Blancæ maritus.

Andreas Gertrudis Meranicæ maritus. — Margareta Burchardi de Avennis uxor. — Ludovicus IX Margaretæ maritus. — Carolus Siciliæ Rex Beatricis maritus.

Bela IV Mariæ Ioannæ Imper. natæ maritus. — Ioannes I Hannoniæ Comes Adelhaidis Holland. maritus. — Philippus III Isabellæ Aragoniæ marit. — Carolus II Mariæ Hungariæ marit.

Stephanus III Fenuennæ maritus. — Ioannes II Philippæ Lucemburg. marit. — Carolus Valesius Margaretæ Andeg. maritus. — Margareta Caroli Valesii uxor.

Maria Caroli II uxor. — Guillelmus Bonus Ioannæ Valesiæ marit. — Ioanna Guillelmi Boni uxor.

Margareta Ludovici IV Imper. uxor secunda.

Albertus Margaretæ Brigensis maritus.

Ioanna Alberti IV Austriaci uxor.

Albertus II Imper. Elizabethæ Lucemburgicæ maritus.

Annæ Fuxensis Stemma Capetinum.




Philippus III Isabellæ Arag. ac exinde Mariæ Brabantiæ maritus.
Agnes Roberti II Burgund. Ducis uxor.
Robertus Beatricis Burgun. maritus.
Robertus II Attrebatis Amiciæ de Curtiniac. maritus.
Blancæ Henrici Navarr. Regis uxor.
Ioannis II Beatricis Angliæ maritus.
Hugo IV Yolendis Droc. maritus.
Margareta Burchardi uxor.
Agnes Theobaldi Regis uxor 2.
Beatrix Ioannis II Ducis uxor.
Henricus I Petronillæ maritus.
Blanca Ioannis Britan. Ducis uxor.
Henricus Blancæ Attrebatis maritus.
Philippus IV Ioannæ Navar. marit.
Carolus Matthildis de S. Paulo maritus.
Ludovicus Ebroic. Comes Margaretæ Attrebat marit.
Ludovicus I Borb. Dux Mariæ Hannoniæ maritus
Philippus Blancæ Britan. maritus.
Blanca Philippi Attrebatis uxor.
Ioannes Agnetis Borboniæ maritus.
Robertus II Agnetis maritus.
Ioannes I Hannon. Adelheidis maritus.
Henricus II Margaretæ maritus.
Ioanna Philippi IV uxor.
Ludovicus X Margar. marit.
Isabella Petri I Borbonii uxor.
Philippus Ioannæ Reginæ maritus.
Petrus I Isabellæ Valesiæ maritus.
Margareta Ioannis de Soliaco uxor.
Ioanna Gastonis I Fuxensis uxor.
Beatrix Roberti Clarom. uxor.
Margareta Ludovici X uxor.
Ioannes II Philippæ Lucemburg. maritus.
Henricus III Ioannæ Vindocin. maritus.
Ioanna Navarr. Reginа Philippi Ebroic. uxor.
Carolus II Ioannæ Ioanne Rege natæ maritus.
Margareta Arnaldi Amanei Labretani uxor.
Rogerius Castelbonius.
Blanca Ioannis de Grailly uxor.
Maria Ludovici I Borbonii uxor.
Ioannes Margaretæ Borboniæ maritus.
Carolus III Leonoræ Castell. maritus.
Carolus Mariæ de Soliaco maritus.
Margareta Gastonis Capitalis de Bogio uxor.
Rogerius Bernardus Gerardæ de Navailis maritus.
Petrus Assalidæ de Burdegala maritus.
Ludovicus Isabellæ de Credonio maritus.
Blanca Ioannis Aragonii uxor.
Ioanna Ioannis Fuxi Comitis uxor.
Isabella Erchambaldi uxor.
Erchambaldus Isabellæ maritus.
Maria Caroli Labretani uxor.
Leonor Gastonis IV uxor.
Ioannes Fuxi Comes Labret. maritus.
Ioannæ Gasto Capitalis Bogii Margaretæ Labret. maritus.
Gasto IV Leonoræ Aragoniæ maritus.
Ioannes Ioannæ Polæ Suffolciæ maritus Candalæ Comes.
Catharina Ioannis propinqui uxor.
Ioannes Catharinæ propinquæ maritus.
Anna Wladislai Regis uxor.

Per

Per innumeras fere lineas, ab ipsis Caperi temporibus, Annâ, aliisque matribus in Austriacam gentem transmissum nostrorum, tam secundæ, quam tertiæ familiæ Regum sanguinem vides: nec eorum quenquam, Carolini traducis aliter, vel ante, participem factum, quam Capetinâ origine nobilitatus esset; si (quod Scholæ omnes volunt) *per quod unumquodque est tale, illud est magis tale*, tunc tuos, nostrorum perpetuam fere propaginem, nostris (quibus omnia sua debent) præcellere, nostrosque à tuis (hoc est fontem à rivis) mutuatos esse dixeris? ubi dixeris, cui persuaseris?

Oriri insuper aliis ductibus, per Gerbergam, & Ermengardem, à Carolo & Clodoveo avi, *mediis Brabantiæ Ducibus, & Namurci Comitibus, Catholicum Regem*, quantum libet ingemina; tam faciles in consensum erimus, quam tu, quo destinas, perveniendi impotens; nunquam enim (in quamcunque te partem vertas, quoscunque in sympulo fluctus excites) efficies, ut *Gerberga & Ermengardis*, (quarum frater Ludovicus ad annum usque 1053 vitam produxit, masculos nepotes ad annum 1247 superstites reliquit, numerosam ex eorum filiabus oriundam familiam, usque nunc habet) *Caroli Lotharingiæ* inferioris Ducis, Regum, regnique (priusquam Capetus regnaret) judicio exhæredis & addicti *hæredes* fuerint; aut ulli quicquam in regno juris transmiserint; aut Catholico Regi (quodcunque somnias) *cum prioritate natalium ante Franciæ Occiduæ Regem* contulerint; Cum enim Saxonum, Franconum, Suevorum, Langobardorum, Hispanorum, Burgundorum, Hierosolymitanorum, Constantinopolitanorum, Flandrorum, Lucemburgicorum, Brabantinorum, Hannonicorum, Namurcicorum posteri, cum Austriacis, Capetinæ familiæ gloriam (simulac regnare exorsa est) certatim ad se traxerint, priusque quam Carolinum sanguinem in alios ullos transfunderent, Capetino tincti sint; Capetinis, sine quorum affinitate junctorum ope proprium decus nec auxerunt, nec tutati sunt, antecellere; ne cogitare quidem licet. Hinc autem (contra quam putas) ex necessitate *sequitur, argumentum à Clodovei Regis prima Christianitate, item à Caroli Magni & Ludovici Pii meritis petitum, in* unius Christianissimi *Regis favorem* proprie *cedere, utpote qui* (*ducta à* Childebrando Martelli *germano*, per avos; *à Clodoveo* (si S. Arnulfi atavus fuit) *& Carolo, eorumque posteris*, per matres *origine*) *natalium primatu* quoscunque alios *Reges superat*; triginta Francorum Reges, vel avos, vel avorum propinquos numerat; qui per annos jam 772 regnarunt; diademate 285, antequam ex Austriaca gente Rex quisquam salutaretur, redimiti sunt: quo convincitur ad eum jure legitimò pertinere *Francorum sanguinis excellentiam, raramque nobilitatem, & Majorum late vulgatam gloriam*, ut loquitur Æneas Silvius; vel ut Iacobus Cardinalis Papiensis, *gloriam primi inter Christianos sanguinis*. Chiffletium vero, qui Capetum cum superis ab annis 653 regnantem allatrare ausus est, quasi (*à Carolo Magno haud legitime ortus*) *Franciæ Occidentalis Regnum præter jus usurpaverit; regnandi causa, masculinam, & legitimam Caroli Magni sobolem stirpitus extinxerit; proaudaci hoc facinore seipsum & successores suos, adeptione jurium, gloriæ & meritorum Caroli Magni Imperatoris*, (*ut merito ab iis omnibus arceri debeant*) *indignos reddiderit*; non uni Capeto, sed universis Christiani orbis Regibus ejusdem per matres posteris, ipsique Catholico infinitis fere modis ex eo oriundo, viperinæ ipsisque (ut sic dicam) Orci faucibus eructatæ calumniæ, pœnas debere.

Esto

Esto nunc, universa hæc & singula, quæ ipsi mendaciter impingis, crimina admiserit; quo te Spiritu actum dixeris, qui (quod ne Paganis probari potuit) Regem Christianissimum delicta majorum immeritum, post annorum fere septem Centurias, luere jubes? Ipse ultionum Dominus *misericordiæ in mille generationes exercendæ*, pœnæ *in tertiam* tantum, aut ad summum *quartam* reposcendæ, sibimet legem dixit; tu contra, misellus inter homunciones ἀνθρώπους, teterrimi Cacodæmonis instar, vindictæ tempus *in millesimam usque generationem* protrahendum Christiano orbi edicis, nec te pudet Catholici Regis, qui se Dei in ditione suâ Legatum, ad ejus se arbitrium debere componere officii sui esse ducit, tibi patrocinium sumere? *filium peccata patris portare* nefas pronunciavit Cœlestis legislator; tu patris, qui supplicia scelerum nulla expendit, & prosperis ad ultimum usque halitum usus est, filios innoxios plecti jusseris! eam unam *quæ peccaverit animam morti* addicente Deô, tu corvo ut columbas vexes veniam das: in eos solos qui patriis se delictis implicant & Deum *oderunt*, *peccata patrum visitanda* à se declarat Deus, tu Capetina ante plura secula (si te audiamus) admissa, in puero qui nemini unquam nocuit punienda decernis; tunc *parentis*, qui *omphacium devoravit*, filios universos discrimine nullo damnabis, eorumque *dentibus stupor* sciens prudens immiseris? qui Reges tuos quorum alter patrem avito throno deturbavit; alter, sobrino insonti, in quem (utpote parem) nullum Imperium esse legitimum poterat, Baleares extorsit; alter fratris filias paterna successione excluśit; alter patruelis filium auxilia implorantem, vanaque eorum spe lactatum regno exegit, & germanæ neptem nulli culpæ affinem (regno patris occupato) fortunis evertit, scelerum pretium diadema ferre, aliis admissi proprii nullius, sed alieni tantum (ex tua sententia) reis cruces destinari jubes? qui tuis male parta retinentibus, longam (quantumvis violentam) possessionem juris loco esse putas, qua conscientiæ fiducia cæteros à similis, imo quadruplô longioris possessionis præscriptione arces, nec tuis in manifesto scelere deprehensis, non dicam supplicia irrogare, sed minari, nec cæteris injuria accusatis parcere gnarus? Si Capeti posteros, quod is *masculinam & legitimam Caroli Magni sobolem*, (à qua, judicio tuo alienus erat) *stirpitus extinxisse* fingatur, à *regno regni*que *juribus universis arcendos* merito censes, quid Hispanis fiet quorum Majores multiplici propinquorum cæde manus impiarunt? Dic (si potes) quem Carolinum sua vel aliena manu peremerit Capetus, quem ex posteris propinqui sanguine perfusum noveris; nemo enim à Capeti temporibus Regii sanguinis Princeps, (ut ut aliqui læsæ Majestatis rei peracti sint) vitam supplicio finire coactus est; eum in Hispania Alfonsus x Fridericum germanum laqueô, Simonem germani generum annô 1277 vinicomburio sustulerit; Petrus A. D. 1361 Blancam uxorem, 1357 Ioannem Cerdam, 1359 Ioannem Aragonem cum Leonora parente, Isabella de Lara uxore, & Ioanna Tellii fratris naturalis uxore; 1363 Ferdinandum Aragonium Dertusæ Marchionem, propinquos omnes. 1359 Ioannem & Petrum fratres naturales, 1358 Fridericum S. Iacobi Magistrum eorum germanum mactavit. Petrum ipsum Henricus Trastamaræ Comes ejusdem frater nothus anno 1369, propria manu transfoderit, & Iacobum Visei Ducem sororium anno 1484 Ioannes II Portug. Rex. Carolo denique primogenito laqueo gulam anno 1566 frangi Philippus II jusserit. Quid in

Exod. 20. 5. Ezech. 18. 20.

tota

tota Capetinorum historia simile notaveris? quid eorum ulli truculenti in suos admissum jure imputaveris? si ad privatam vitam ob falso impacta parenti crimina, Capetinos relabi meritos judicas; quid legitimæ dignitatis Austriacæ gentis majoribus, quorum confessa probra Hispani ipsi in Commentarios retulerunt, ex hypothesi reliqueris? Nolentes in eorum nævos incurrimus, sed iniquitatis in nostros tuæ, propulsandæque illatæ à te injuriæ necessitas, quæ sepulta maluissemus, ab invitis expressit.

I. *Fabulosæ Austriacæ Gentis origines.*

VEtustâ, Aimoini Robertum fortem *Saxonici generis virum* fuisse ante 640 annos opinantis, hallucinatione; & Glabri genus ejus *valde inante obscurum* fuisse temere pronunciantis falsa asseveratione, fascinatos è recentioribus quosdam, in errorem abripi potuisse nemo jure mirabitur; nullos impingentibus primis, in præceps ruisse, vel cespitasse, verius miraculum fuisset. 1. Franciscus Belloforestius, Claudius Rubis, Theodericus Piespordius, Petrus Matthæus [1] altius repetita Capetinæ familiæ origine, hanc sibi seriem commenti sunt; Clodio, Albericus, Wambertus, Ansbertus, Arnaldus, Arnulfus, Clodulfus, Theodericus, Childebrandus, Theodericus, Robertus *Fortis*. 2. Cl. Guyartius, Childebertum, Theodericum, Sigebertum &c. Capeti Majores prædicavit. 3. Franciscus Ambosius *Merovingos* fuisse credidit. 4. Ioannes Besly, Nicolai Vignierii exemplo, Hugone Abbate Caroli Magni filio naturali, Robertique *fortis* (si Deo placet) parente natos conjecit. 5. Wolfgangus Lazius, & Petrus Sanjulianus, Hugonis Lothario minore, & Waldrada superductâ editi, posteros fuisse putaverunt. 6. alii Pippinum Italiæ Regem. 7. plurimi Wirikindum Roberti (nescio cujus) *Saxonis*, qui Robertum *fortem* genuerit, Serenissimæ familiæ fontes fuisse scripserunt. Eorum nemini scopum ferire datum est.

[1] P. Æmil. Matthæus Zampinius de orig. Capeti. I. Charron. hist. univers. Andr. Favin. hist. Navar. Theoderici loco Martinum inserit Alfonsius Delbene Albigæ Episcopus de Regib. Transjur. lib. 2.

Tuosne jaculandi peritiores dixeris, Chiffleti? 1. Ulricus Krieg nobilis Tigurinus Rudolfi I Regis æqualis, & socius belli, majores ejus *Romanæ stirpis, & originis esse* fabulatus est. In eundem scopulum Albertus Argentinensis Chronicô in annum 1378 desinente incurrit. *Rudolfus Comes de Habsburg ex antiquis progenitoribus ab urbe Româ traxit originem. Olim namque duobus fratribus per potentis populi Romani occisionem eliminatis ab urbe, propter eorum nobilitatem, Romanus dans exilibet eorum immensam pecuniam ipsos jussit abire in partes remotas, qui se in superiori Germania receperunt. Antiquior autem ad emptionem prædiorum & munitionum; junior autem in vasallorum multitudinem contendebant*, &c. *ex his itaque duobus fratribus omnes de Habsburg postea processerunt.* Albertum secuti Raphael Volaterranus *Anthropologiæ* lib. 23. Paulus Iovius *elogiorum* lib. 5. in Maximiliano I, Ioannes Nauclerus volum. 2. *Chron.* generat. 43. *Historiæ Bavaricæ & Suevicæ* auctor anonymus lib. 5. Richardus Rantchinus lib. 2. Hieronymus Rubeus *Ranennatis historiæ* libro v. Arnoldus Vion *Arboris vitæ* præfatione, & tract. *de antiquissimâ & nobilissimâ familia, Romana, Anicià, Proba, Olybria, Perleonia, Frangipania, Habsburgia, Austria*, §. 6. & 13. Ulricus à Clingenberg *Chron. Germ.* Thomas Bozius, *de ruinis regnorum* lib. 8. *de signis Ecclesiæ* lib. 21. Philippus Gothus Messanensis *de inventione SS. Placidi* &c. præfat.

Chron. Germ. MS.

Petri

Petri Leonis nepotes seu *Perleonios*; Felix Hemmerlinus libro *de Nobilitate*, Palatii *Romani Comites*. Albertus Baro à Bonstette, Heremi Deiparæ Decanus, lib. *de Maximiliani* I Majoribus, *Scipiadas*, Austriacos omnes fuisse voluerunt: eorum tamen *sententiam confutatione indignam* gravissimus vir Franciscus Guillimannus Habsburgicorum lib. 1. c. 2. censuit.

2. Eos ex hypobolimæis Vasthaldo & Hunibaldo, ab ipsa Arcâ Noæ, ad Priamum Trojanum, & Sugambros Duces, qui derivavit Hieronymus Gebuillerus *irrisui sese & ludibrio* (Guillimanno eodem judice) *præbuit*.

3. Ioannes Trithemius Spanhemiensis Abbas *in Compendio*, hanc eorum finxit originem.

Lotharius I Rex.
Guntramnus.
Theodebertus. Theodericus.
* Sigebertus.
Odobertus.
Odobertus. Guntramnus. Adelbertus.
Luidfridus Habsburgensium stirps. Udalricus Hohenburgi stirps.

* Sequentes gradus fabulosi sunt.

4. Idem, & Iacobus Menlius libro *de monumentis & fundationibus majorum Maximiliani* I. Andreas Thevetus in *Cosmographiâ*, Andreas Favinus *hist. Navarr.* lib. 3. Antonius Verderius *Prosopographiæ* Tom. 2. lib. 3. in Meroveô. Petrus Matthæus *Hist. part.* 1. *lib.* 2. *narrat.* 4. Iacobus Esplinchard *Hist. Imperial.* in Conradô III. Wolfgangus Lazius, Comment. lib. 1. c. 5. Epitome Regii ortus lib. 2. c. 10: 11. Michael Eintzingerus Theatro Principum; Pontus Heuterus *de Habsburg. origine*; Ioannes Rassius *Genes. Austriac.* Gerardus de Rhoo *Annal. Austr.* lib. 1. Valentinus Rotmarus *Carolidum* lib. 1. Ioannes Engerdus *Synchariſtico*, Iacobus Kerastlitus Chron. apogr. S. Trutberti.

Lotharius I.
Sigebertus.
Childebertus.
Theodebertus. Theodericus.
gradus fabulosi. Sigebertus.
Odobertus ut suprà.

5. Menlius rursus prioris sententiæ pertæsus, *Epitom. Chron.* alioque locô à Wolfgangô Laziô *Comment. geneal. Austriacæ* lib. 1. c. 5. citato, duas alias subdidit.

Chilpericus Rex Audoveræ marit. — Clotarius I.

gradus fabuloſi. Theodebertus. — Odobertus Provinciæ Rex à Guntranno fratre cæſus. fabula.

Odobertus. — Odobertus.

Amprinctus. Ethobertus. Rotherius.

6. Ioannes Stabius (Wolfgango Lazio libri ejuſdem c. 6. referente) propriam induxit.

Clodoveus II.

Childericus.

Odobertus. gradus fabuloſus.

7. Ladiſlaus Sundtheimius, Lazio eodem referente, & Iacobus Spiegel in Ligurini lib. 1. & Auſtriadis Richardi Bartolini lib. 12. à cæteris diverſam invexerunt.

Chilpericus Audoveræ maritus.

Theodericus. Childericus. Odobertus. I. fabula.

Clotarius III. Odobertus II.

8. Quidam Hugoberti Transjurani Ducis Teutbergæ Reginæ germani, traducem in Habsburgicos Comites (Guillimanno teſte) derivarunt.

9. Alii (Guillimanno eodem auctore) eoſdem Grifone Pippini fratre atavo editos putaverunt.

10. Franciſcus Tertius Bergomas, A. D. 1569, Theodericus Pieſpordius anno 1626, Hortenſius Pallavicinus A. D. 1649, (ut ut Trithemii, Menlii, Lazii, &c. veſtigiis inſiſtere videantur) nonnulla nomina in ſeriem à prioribus delineatam intrudunt, quæ diverſo Charactere exprimemus, *Theodebertus, Sigebertus*, Sigebertus, *Ottopertus*, Babo, Rotherius, Hettoprechtus, Ramprechtus, *Guotramus*, Luithardus, *Luitfridus, Hunifridus, Guotramus, Betzo, Raboto, Bernherus, Otto, Albertus, Bernherus, Albertus, Rudolfus*, hos tandem meliora à noſtris Gothofredo & Vignerio doctus Chiffletius deſervit, Originis Auſtriacæ c. 3. *dolendum* (inquit) *quod in hodiernâ litterarum felicitate vir doctus & diſertus*, (Hortenſius) *ſuis illuſtribus elogiis inſigne leviuſculum præfixerit; ne dicam ſtramineum; fabulam nempe de Rege Auſtraſiæ Sigeberto exule, quam Theodorus Gothofredus dudum exploſit*, A. D. 1624.

11. Franciſcus Guillimannus in Habsburgicis annô 1605 editis, Theodebertos, Sigebertos alioſque Merovingos Reges valere jubet, nec præcedentium (ubicunque commodum eſt) calculos evertere, ac novam lectoribus ſeriem obtrudere dubitat; hanc nimirum.

Wilibal-

Wilibaldus vel Theudibaldus:

Ottobertus.

Amprinctus. Babo.

Hettobertus.

Rampertus: Gebo. Hetto.

Guntramnus I.

Luithardus. Luidfridus. Lancelinus.

Luidfridus II. Hugo. Ermentruda.

Hunifridus. Luidfridus. Hugo.

Guntramnus II.

Landolus.

Radeboto &c.

Non itaque injuriâ [1] *inclytæ Habsburgenſium gentis initia plures inveſtigaſſe, nec ullum, tuô judiciô, aſſecutum* ſcripſiſti, Chiffleti, Quid tu poſt alios præſtiteris videre operæ pretium eſt. [1] Lumin. p. 327.

II. *Haſpurgicos Principes à Burgundionum Regibus proſapiam ducere, Chiffletius non evincit.*

ANtequam argumenta ulla promas, nonnulla præmittis, quæ nos admittere nihil vetat, hæc nimirum; *ſcribit Agathias*, [2] Clodamirum adverſus Burgundiones, [3] qui & Gothicæ ſunt nationis, ductaſſe exercitum; *illi erant* Sigiſmundus & Godomarus *Burgundiæ Reges, filii* Gundebaldi, *qui ab* Athanarico *Gothorum Rege proſapiam ducebat. Gregorius Turonenſis diſerte*; [4] fuit autem & Gundivicus Rex Burgundionum ex genere Athanarici Regis perſecutoris. Huic fuerunt quatuor filii, Gundebaldus, Godegiſilus, Hilpericus, & Godomarus. *Albericus ſimiliter*, Rex Burgundiæ Godoveus (alias Gundivicus, & Gundiochus) de genere primi Athanarici Gothorum Regis procreatus, quatuor habuit filios, Gundebaldum, Godegiſilum, Chilpericum patrem Crotildis, & Gothmarum. Gundebaldi filii fuerunt ſanctus Rex Sigiſmundus & Godomarus. *Obiit Athanaricus Gothorum Rex anno Chriſti* 381. [5] Gundiſelus *Rex ejus filius, Gundivici parens, partem Galliæ Rheno proximam occupavit annô* 408, *dum in Sequanorum Maximam cum ſuis Burgundionibus irrupit.* tu tamen Agathiam nihil de *Clodamiro*, cujus à te nomen corruptum, ſed de *Clotomere* (Gregorio & Mario Aventicenſi *Chlodomere* dicto) ſcripſiſſe; expeditionem Chlodomeris Burgundicam (Mario eodem auctore) in annum 522 conferendam fuiſſe; à Gregorio Turonenſi & Epitomatoribus *Gundobadum*, à Mario & Avito *Gundobagaudum* dictum, quem tu vitiô *Gundobaldum* vocas, ut ut Athanarici obitus à Proſpero in annum 382 rejiciatur, eum reverâ anni 381 Ianuar. 25 contigiſſe ex Idacio

[2] lib. 1. de rebus Geticis.
[3] anno 521.
[4] lib. 2. c. 28.
[5] Baron. mm. 10. Cheſne Burgund. lib. 1. c. 1.

& Marcellinô Comite conſtare: Albericum Burgundicorum Regum nomina interpolaſſe ex Iornandis & aliorum ſententia Gundobavum Gundivici nepotem, Gundicarii vero filium fuiſſe obiter notabis; ſed nihil in præmiſſis à te de Burgundionum gente, ejuſdemque origine verbis deſiderari poſſe demus, quibus ſubjecta fidiculis ex iiſdem exprimes, *Itaque ab antiquiſſimis illis Burgundiæ Regibus, Habsburgenſes noſtros exiſtimo divanaſſe?* tantane tui fiduciâ dementatus es, ut quicquid *exiſtimas*, ſano judicio temperatum (ut plenam fidem mereatur) putes? ego vero αὐνθοησίαν tuam vel tuo judicio pudendam eſſe contendo. Eſto enim Athanarici Gotthi nepotes Burgundiones fuerint, & Francicis armis annô 521 domiti jugum ferre didicerint, & *partem Galliæ Rheno proximam, dum in Sequanorum Maximam irrupere occupaverint*; quid hoc ad *Habsburgicos*, quorum nomen annô circiter 1023 *Habsburgo* condito innoteſcere primum cœpit? quis ex eô quod occupata ſit à Burgundionibus Sequanica provincia ullum ex ejuſdem incolis Burgundici ſanguinis principem & Regem propinquum fuiſſe, niſi forte tu unus, confici poſſe ſibi perſuadeat?

anno 408.

[1] Lum. p. 328. Ejuſdem plane furfuris argumenta tua ſunt. I. [1] *præfucrunt Vindeniſſæ arci munitiſſimæ, & amplæ juriſdictionis, quam Rex Gundiſelus tranſactio Rheno ut proximiorem primum occupavit, dum prima Regni ſui intra Galliam fundamenta jaceret.* Sed non procedit argumentum *arci munitiſſimæ, amplæ juriſdictionis, primum occupatæ, præfuit*; ergo *Regis propinquus* aut gentilis fuit: ſi contrarium putas, proba, noſque eadem operâ doce 1. Habſpurgicorum Majoribus creditam à Gundiſelo Vindoniſſæ cuſtodiam fuiſſe. 2. *munita & amplæ juriſdictionis loca* nonniſi Regum propinquis committi poſſe. 3. *locorum munitorum* præfectos eorum dominos ab ipſo Burgundionum ævo fuiſſe.

II. *Ditiones à priſcis, illis Comitibus olim poſſeſſæ circa Murenſe monaſterium ſitæ erant; illud autem in Veteri Burgundia ædificatum fuiſſe, clare colligitur ex Chartâ Henrici* IV *Imp. quæ ſic habet.* [2] Omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium cognoſcat induſtria, quod *in regno noſtro* regulare quoddam monaſterium ſitum eſt, in *Provincia* ſcilicet *Burgundiæ*, in Epiſcopatu Conſtantienſi, in pago Argowe dicto, in Comitatu Rore, quod Mure nuncupatum eſt; quod tempore Conradi Imp. in honorem S. Martini conſtructum eſt, & honorifice Deo dicatum à Wernhario Strasburgenſi Epiſcopô, parente (*id eſt conſanguineo*) ſcilicet Wernharii Comitis de Habsburg &c. *Data eſt charta anno* 1114 Baſilex; *quam civitatem ad Burgundiam pertinere Wippo* [3] *ſcribit.* Moneo rurſus ἀναχέλαθον eſſe; *ditiones habet in veteri Burgundia.* Ergo *Burgundici Regis* (quod demonſtrandum ſuſcepiſti) *propinquus fuit*: quidni enim potuerunt *in Burgundia* late fimbrias extendere à Regia familia alieni? Addo inſuper, everſo veterum Burgundionum regnô, ad Elizatii Ducatum Baſileam, ad Alamanicum-Argoviam proprie pertinuiſſe. 2. Baſileam ab anno 840 ad 888 Lotharingici, Argoviam ab anno 840 ad 929, Alamannici regni partem fuiſſe. 3. Condito anno 888 novo Burgundico regno, cujus pars Baſilea fuit, Argoviam cum Alamannia Cisrhenanâ annô 929 accreniſſe; utramque exinde, non ante, Burgundicam factam fuiſſe.

[2] in Actis Murenſis monaſterii.

[3] in vita Conradi Salici.

III. *Vindeniſſæ Comites, mutato ejus civitatis nomine, illam* Altemburgum *vocarunt, ac aliam deinde* Habsburgi *appellatione condidere, ex Burgundionum* [4] Oroſ. lib. 7. c. 32. *more*, [4] qui crebra quæ ad limites habitacula conſtruebant, *Burgos* vocabant.

Vnde

Vnde per totam Germaniam frequentes locorum à Burgis appellationes ortæ. Burgus *autem in vett. glossis est πύργος turris.* Rx. 1. *mutatum Vindonissæ nomen à Comitibus* fuisse, non constare. 2. licet Burgundiones *habitacula ad limites construcla Burgos vocaverint*, cum per totam Germaniam, quam Burgundi nunquam occuparunt, *frequentes locorum à Burgis appellationes*, exempli causa Asciburgium, Teutoburgium, Hamburgum, Schaffnaburgum &c. *ortæ sint*, non magis *ex Burgundionum* quam ex aliarum Germanicarum gentium *more*, ortas credi debere. 3. nihil esse quod Habsburgi conditores Burgundicæ originis fuisse fateri nos cogat, cum *ex* communi Germanorum omnium *more* Habsburgum denominatum sit. 4. Etiamsi *ex* peculiari *Burgundionum more* ei inditum nomen fuisse statuamus, ridiculum futurum, qui tuo exemplo sic argumentetur; *Burgundico more castrum suum nominavit*; Ergo *Burgundicæ originis*, imo (quod tibi probandum incumbit) *Veterum Burgundiæ Regum propinquus fuit.* Cui ineptiæ ejusmodi stomachum non moveant? Addis, quod nemo negat, *Altemburgi Comites cum Vindonissensibus eosdem fuisse*, idque *intelligendum dari primum* ex Vindonissæ castro, *cujus nomenclatura in* Altemburgicam *transivit. Deinde ex libro veteri Murensis monasterii, in quo* Lancelinus, *Radebotonis Comitis parens nuncupatur* Comes de Altemburg. *Præterea ex Eremi Deiparæ MS. Codice pergameno, ubi* Radeboto *Lancelini filius, diserte scribitur* Comes de Vindonissa. *Denique ex Ekkeardo* [1] *S. Galli Monacho, qui dum* Landaloum *Guntramni divitis fratrem Archiepiscopum Darnientem (non Trevirensem) commemorat*, Vindonissam ejus hæreditatem fuisse *scribit*: hoc tantum te monitum velim, *Ekkehard* non *Ekkeard* scribendum fuisse. 2 Landalaoum vero *cujus Windonissa cum multis aliis hæreditas erat*, hoc ipso quod Windonissæ proprius possessor fuit, Guntramni (quem Windonissensem Comitem fuisse vis) *fratrem* esse nequaquam potuisse, cum Hartmuti S. Galli Abbatis *cognatus & amicus* fuerit, cui abdicanti Bernhardus A. D. 883 suffectus est: hinc enim ex necessitate conficitur, Guntramnum, [2] qui annò 946,7 Kal. Aprilis decessit, & Eberhardi [3] Comitis Waldradæ Reginæ propinqui nepos fuit, Landaloi (cujus Hartmotus funus ante 60 annos procuraverat) nec fratrem, nec coætaneum fuisse: certe Landalaous, qui *Lolingam villam S. Gallo dare devoverat, cognatis renitentibus*, votum implere nequiverat, sed eam *Iulio mense anno 12 regente Karolo*, seu anno Christi 887 *in Dominationem Sancti Galloni tradidit* Maginberti filia Gebalinda, [4] quæ Lundaloi vel mater, vel soror, Guntramni socrus fuisse videtur.

[1] lib. de casibus S. Galli.

[2] Guillim. Habsp. lib. 4. c. 4.
[3] vita S. Deicoli.

[4] Alamannic. Tom. 2. parte 1. p. 39.

1 V. *Ex more antiquis Germanis* (*quorum* [5] *pars erant Burgundiones*) *passim usitato; qui ex præcipuâ nobilitate illos sumebant, qui provinciis & munitioribus locis imperitarent; ut Franci etiam primæ stirpis Reges, Regna sua & provincias per Regii sanguinis Proceres administrare solebant. R. P. Ioannes Gans egregie*; [6] familiare Francis prima consanguineis suis Aulæ officia conferre. *Quod firmat Coccius? exemplo Clotarii 11 Regis, qui certos limites Comitatibus distinctos consanguineis & agnatis de vetustâ Francorum prosapiâ dispertivit.* Comites autem (*inquit* [8] *Sarisberiensis*) à societatis participatione dicebantur. Nam sicut Præsules in partem solicitudinis à summo Pontifice evocantur, ut spiritualem exerceant gladium; sic à Principe in ensis materialis communionem Comites, quasi mundani juris Præsules, adsciscuntur. Et quidem qui hoc officii genus gerunt in Palatio, juris auctoritate *Palatini* sunt; qui in

[5] Cluner. l. 1. Germ. c. 19.

[6] Annot. in 1 arborem.
[7] in Dagoberto c. 3.
[8] epist. 263.

Provinciis *Provinciales*. &c. Quicquid P. Gans & Coccius de *Francorum* Germanorumque aliarum *consuetudine* pro arbitrio scripserunt, exemplis veterumque auctoritate confirmandum, non gratis sumendum fuerat; sed neutrius testimonium in rem tuam esse potest; non prioris, quandoquidem nec Vindonissensem Comitatum in *primis Aulæ officiis* fuisse, nec antiquis Vindonissæ Comitibus talia ulla *officia collata* fuisse constat: non posterioris, qui Clotarium II nullos nisi *consanguineis & agnatis Comitatus dispertiviſſe* nusquam scripsit: demus tamen quæcunque uterque asseruit exceptione omni majora esse, *sumtoſque* ab *antiquis Germanis ex præcipua nobilitate qui munitioribus locis imperitarent*; tunc inde conclusionem subjectam elicies, *Regum igitur Austriacorum origo masculina ab antiquiſſimis Habsburgi Principibus, Comitali dignitate poſt omnem memoriam inſignibus, æque Illuſtris eſt atque origo Caroli Magni Imp. qui à Senatoribus & Regiæ domus præfectis virilem proſapiam ducebat?* Cum Habsburgum post annum 1000 conditum fuisse fatearis, & Habspurgicorum Majores ignoti tibi hæc scribenti fuerint; quô jure eos Carolinæ, ante annum 640 notissimæ genti æquiparabis? quâ fiducia eosdem *Principibus* accensebis? quos ex eorum atavis *Senatores, & Regiæ domus Præfectos* sine nostris dabis? Aquam (velis nolis) tibi hærere necesse est. Sed nec (si Habsburgicos *æque* ac Carolinos *Illuſtres* fuisse largiamur) quod initiô demonstrandum susceperas assequeris, eos scilicet *à Burgundionum Regibus proſapiam ducere*: cum enim Carolini à Merovingis Regibus (nisi forte per eam quam cum vulgo colis Blithildem) oriundi non sint, ex Habsburgicorum *æque illuſtri origine*, cos Burgundicorum Regum *nepotes* fuisse nequaquam (quicquid animô versare libeat) obtinebis.

V. *Potentes Vindoniſſæ Comites regio more Nobiles habebant præcipuos*, à Vildenstein, *qui Dapiferorum*; à Vildeck, *qui Pincernarum munere apud illos fungebantur. Comites etiam Habsburgi à Vindoniſſenſibus progeniti, familiâ in morem principalem inſtitutâ, Dapiferos & Pincernas habebant primæ nobilitatis viros, ut ex Chartis à Guillimannô relatis obſervare licet.* &c. hæc Guillimanni lib. 2. c. 4. verba sunt, *ab Vildeck eorundem pincernæ ſive pocillatores, à Biberſtein Barones, à Konigſtein, à Schenckenberg Barones, Lorræch, à Lichtenau, à Gauvenſtein, Ruchenſtein, Vlinge, Begerſtein, à Vole Caſtello, Valdbersberg, Bruneck, Ringinge qui etiam pincernæ*; ex quibus vel eos quos enumeravit universos, vel solos à Vildeck & Ringinge pocillatores fuisse sequitur; utrumvis eligas, à sententiâ tuâ, quæ uni Vildecensi familiæ *pincernæ* munus addixit, recedere cogeris; neque causam (ut ut Guillimanno consentanea sequaris) obtines; ille enim nec Vildenstenios, & Vildecenses *præcipuos nobiles* fuisse dicit, nec *pincernas* fuisse (etsi dicat) probat; nec *Vindoniſſæ Comites in morem principalem familiam* ab initio *inſtituiſſe*, aut alio quam cæteri Germaniæ Comites jure in familiâ usos fuisse, aut qui *nobiles dapiferos & pincernas habuerunt, regio more* vixisse, aut (si *regio more* vixerunt) *à Regibus* (quod tibi probandum fuerat) *proſapiam duxiſſe* asserit: singula hæc (quæ simul ac semel negamus) ut proposito tuo serviant, tibi demonstranda sunt. Lib. 6. c. 2. 3. & 4. Chartas quinque Guillimannus profert in quibus *pincernarum* mentio habetur; prima *apud Brugga* à Rudolfô Comite, Imperatoris avô, annô 1227 Augusti 22 scripta *Diethelmum & Bertholdum* (nullâ aulæ in quâ ministrabant designatione addita) *pincernas* nominat: secunda ab

eodem

eodem anno 1231 data *Rudolfum pincernam de Habesburg* teſtem citat: tertia ab Albertô & Rudolfô germanis, priore natis, annô 1232 4 *Idus Aprilis* data, *Diethelmi & Burchardi fratrum, pincernarum de Habesburg* teſtimoniô firmatur: quartæ Rudolfi, qui poſtea imperavit, eamque annô 1252 *Maji* 10 *Indict.* 10 *in Ponte Vnodinowe* dedit, *Henrici & Hermanni de Gruninberg, & Ioannis de Bonſtettem nobilium, Diethelmi pincernæ, & Arnoldi dapiferi de Habisburg* nomina inſerta ſunt. Quintæ ab eodem & patruelibus anno 1259 Octobris 17 Indict. 3 ſcriptæ teſtis fuit *Diethelmus pincerna de Habisburg.* nullibi cujus familiæ fuerint, adnotatur; *præcipuæ nobilitatis* fuiſſe, aut hæreditariô jure ad munus vocatos nemo dicit: *nobiles* non fuiſſe, quarta quæ eos *nobilibus* opponit, ſuadere videtur; unica *dapiferi* meminit: nulla quid de Veterum Vindoniſſæ & Altemburgi (antequam Habsburgum condceretur) Comitum aulâ ſtatuere debeamus docet; antiquiſſima 200 fere à conditô Habsburgô annis ſcripta eſt: Ne vero *Regium morem* Habsburgi Comites affectaſſe, aut ultra communem Comitum modum provectos fuiſſe putes; en aliorum, quorum nec *regia*, nec *principalis origo* fuit, exempla. Hilſundis *Comitiſſa terræ de Stryen* [1] Chartæ anno 992 *Iunii Kal. Indict.* 4 teſtes appoſiti, — *G. de Sandert Caſtellanus, I. Dapifer, & de Miniſterialibus Epiſcopi Chriſtophorus Girardus in Domini nomini feliciter.* Chartæ ab Euſtathio Bononiæ Comite, Flandri Vaſſallo anno 1122 datæ teſtes — *Aluſus Cancellarius* — *Euſtathius Vicecomes, Balduinus Coneſtabilis.* Engelberti Colonienſium Præſulis, Lotharii Comitis de Hoſtaden donationem [2] Abbati Widoni factam anno 1216 confirmantis, Chartæ inter alios adſcripti teſtes, *Reinardus Dapifer de Hoſtadem — Ludovicus Dapifer de Dolehem.* — Charta Theoderici de Heinsberg [3] anno 1218 datæ cum aliis teſtis *Albertus Pincerna:* aliis alia exempla facile occurrent. Quod *in Matricula Imperii inter Comites qui ſunt Principes*, Habsburgiæ Comitem & Principem *recenſeri, illoſque* Comites Principes *dictos* mones, *qui ſoli Imperio adnexi erant; proindeque liberi, & ſui juris, ad eorum differentiam, qui feuda ſua, ſive beneficiâ ab aliis Principibus accipiebant, illiſque eo pacto obnoxii reddebantur*, hilum tibi non proficit; quandoquidem Habsburgii, ex æquô cum Friburgicis, Lentzburgicis, Kiburgicis, aliiſque Alamannis, *Ducibus* ſuis *obnoxii* fuerunt, nec ante caput extulerunt, *Imperii*que *matriculæ* inter *Principes* inſcripti ſunt, quam Sueviæ Duces eſſe deſiiſſent, & Rudolfus 1 anno 1273 ad regnum evectus fuiſſet; cujus gentiles favore ſublevati, de dignitate cum primis certare cœperunt. Addis, *Idcirco Rudolfus 1 Habsburgi Comes, priuſquam eſſet Imperator in Chartis* Dei gratia Lantgravium Alſatiæ & Comitem de Habesburch *ſe nuncupabat, claro indicio* nemini ſuos debuiſſe Comitatus, quam Deo æterno & omnipotenti, *cujus reſpectu ſolam Imperii Majeſtatem reverebatur & unicam.* ſic ſcilicet abſolute liber & αὐτοκράτωρ, ſponte ſe demiſerit, cultumque, quem uni Deo (utpote ab eo ſecundus) debebat, Imperii Majeſtati non ſuo merito, & ex ſubjectionis conſcientia, ſed ſolo religionis divinique numinis obtentu impenderit; quô quid inſanius mentem tuam invadere poſſit neſcio: de Habsburgici Comitatus prærogativa, *regia*que eorum quibus primum commiſſus eſt *Origine*, diſputabamus; tu non de diverticulô in viam, ſed de viâ planâ in diverticula & præcipitia cæco animi impetu ferris, nec de Hasburgicorum Comitum dignitate, ſed de Lantgraviorum celſiore faſtigio, quod tandem emenſa

[1] Miræus Cod. Donat. p. 50. & 244.

[2] Diplom. Belg. p. 367.

[3] Not. Ecc. Belg. c. 1. 198.

emensa sæculorum aliquot periodô insederunt, respondes, non secus ac si simplex Comes paria unquam cum Lantgravio fecerit, aut Lantgravius qui sub Ducem Regis subditu ex officio erat, omni subjectionis præterquam Regiæ nexu solutus fuerit; aut Regium quippiam formula hæc *Dei gratiâ* in Magnatum titulis ab initio spiraverit; sed alia ab antiquis, alia à recentioribus mente usurpata est; Nec idonee contrarium (Belcarii nostri testimonio fretus) probas. *Exemplum*[1] (inquis) *ex Belcario de Ludovico* XI *Francorum Rege.* Regressum à Burgundione Morvillerium cum delectis aliquot viris statim ad Britannum misit; quorum legatio præcipua quatuor capita continebat; primum ne Britanniæ Regulus in publicis diplomatis ea verba præfigeret, quæ hactenus usurpaverat; *Franciscus Dei gratia Britanniæ Dux*; quod hisce verbis se Regis beneficiarium tacite inficiari videretur, quibus Ducatum soli Deo, *non etiam secundum Deum ipsi Regi acceptum referre testaretur.* Cum enim hæc anno demum 1469 contigerint, quô passiva formulæ hujus licentia in Franciâ nostrâ sublata fuerat, jure de Britannô tanquam in Regia jura temerario ausu involante, conqueri Ludovicus XI potuit; de Rudolfo Habsburgio ejusque Majoribus ante 200 annos Fredericus II aliique priores non potuere durante in Germania & Gallia ex æquo invecta à Majoribus libertate. Hic autem plura notanda veniunt. 1. Rudolfi Habsburgii (antequam imperaret) vix unam aut alteram Chartam extare in quâ se *Dei gratia* Comitem dixerit, nec jus fasque esse quæ raro contigerunt in perpetuum & invariabile exemplum trahi. 2. Quotquot ex Imperatoribus & Regibus, formula illa *Dei gratia* usi sunt, eam Chartis suis non ut se rerum sub uno Deo Dominos gloriabundi insinuarent, sed ut se Deo (cujus arbitrio regnabant) ex humilitate subjicerent, inserviisse; hinc illæ formulæ *in Domini nomine, ordinante Dei providentia, annuente Dei gratia, Dei misericordia, Dei Clementia, Deo favente, Dei patientiâ, adminiculante superni Regis Clementia; per Dei clementiam; Dei permissione; Dei dono; Dei gratia præveniente; divina propitiante clementia; Dei ordinatione,* &c. 3. Eodem sensu & verbis; Episcopos, Abbates, Archidiaconos, Præpositos, Duces, Marchiones, Comites, Magnates, subjectionem suam (nullo reclamante) professos esse. Flandriæ, Campaniæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Veromanduorum, Pictavorum, Arvernorum, Pertici, Rhenani Palatinatus, Lucemburgi, Brabantiæ, Namurci &c. Comitum, solis Regibus obnoxiorum, Chartas proferre infinitum esset: aliorum longius à purpura submotorum exempla aliquot dabimus. *Wicmannus Gandavi gratia Dei non meo merito Comes* (anno 962 Miræus Donat. Belg. c. 35.) *Godefridus gratia Dei Comes* (Virdun. A. D. 979 Diplom. c. 23.) *Gaufridus Castriduni Vicecomes militari baltheo accinctus misericordia Dei me præveniente & comitante*, anno 1031 in Nogioni castrô, Chartul. S. Dionysii. *Manasses Dei gratia Comes Gisnensis* anno 1130 Miræus Notit. Eccl. c. 140. *Ida Bononiæ Dei gratia Comitissa* anno 1098. Miræus Donat. Belg. c. 70. *Hugo Dei gratia Comes de Roceio*, anno circ. 1150. Chartul. S. Theodorici Rhemensis diœcesis. *Elizabeth Dei gratia Brug. Castellana* anno 1185 Notit. c. 196. *Arnoldus Dei gratia Comes Loss.* anno 1135 Donat. c. 92. *Theodoricus Dei gratia Dominus & Princeps Alost.* anno 1164 Donat. c. 96. *Theodoricus Dei gratia Dominus Heinsberg.* anno 1218 Notit. c. 196. *Sigerus Dei gratia Castellanus Gandav.* anno 1190, Notit. c. 234. *Balduinus Dei permissione hæres*

[1] lib. 1. num. 14.

ne hæres & Dominus Ardeæ. anno 1144. Diplom. Belg. c. 58. *Raso de Gaverâ divina ordinante providentiâ Comitis Flandriæ Pincerna.* anno 1186. Notit. c. 173. Quamdiu formulæ illæ *per Dei gratiam, Dei gratia, Dei dono,* &c. religiosi cultus professiones creditæ sunt, communes fuerunt; ubi summæ sub Deo potestatis indices (verso retum ordine) factæ sunt, Regibus eas reservari placuit; nec Britanniæ Ducem Franciæ Coronæ Vassallum eâdem secum formulâ uti Ludovicus XI tulit; cum eandem (pro sæculi 13 more) Rudolfo Habsburgio usurpare licuisset: nec in eâ (quæ tunc subjectionis & demissionis, non summi Imperii aut regiæ originis σημαντικὴ erat) aliud sibi voluit, quam Virduni Comes, Lotharingiæ Mosellanicæ Ducis; Bolonіæ Comes, Gandavensis, & Brugensis Castellani, Gaveræ Dynasta, Flandriæ Comitis; Roceii Comes, Campaniæ Comitis; Castriduni Vicecomes; Dunensis pagi Comitis; Gisnensis Comes, & Ardeæ Dynasta, Bolonіæ Comitis; Lossensis Comes, Alosti & Heinsbergæ Domini, Brabantiæ Ducis vassalli volebant: valeat itaque Ponti Heuteri impudens & mendax (quam venditas) assertio, *nullum reperiri è primis Habsburgi Comitibus, qui clientelare sacramentum Regibus Francorum dixerit, aut aliquâ ratione patronos agnoverit*; si enim qui primus ex universa gente regnavit Rudolfus, in Ottocari Bohemiæ Regis, Germanici Regni Vassalli, aula ministrare, vicinisque Episcopis & Civitatibus semet mercenariæ militiæ (quam nemo qui *Sacramentum* non *dixerit* exercere solet) nomine addicere non erubuit; quanto minus priores, quorum & potentia & dignatio minor, quosque æquo cum cæteris Alamannis jure, Ducibus suis paruisse diximus, clientelare *Francorum Regibus* quibus Duces ipsi suberant *Sacramentum dicere, aut* eos qui *patronorum patroni* erant *aliqua ratione patronos agnoscere* dedignati fuerint? si monstrosa tibi, quæ sæculorum omnium concors sententia refellat, placita fingere; natisque ad gloriam principibus grata, sed aperte falsa & inconsistentia ingerendo, illudere facile est: indignis modis blandiri, servilemque palpum obtrudere ausos revincere, longe facilius fuerit.

[1] de Orig. Habsb. c. 3.

VI. *Ob magnas Comitum Habsburgi cum magnis Principibus ac Regibus affinitates, quas non contraxissent, nisi magnæ & Regiæ originis fuissent; quocirca & ipsi ad summum Imperii fastigium electione multoties, ad magna multaque Regna, opulentasque ditiones legitimâ successione pervenerunt.* Bz. ante annum 1273, quo Rudolfus I Richardo Cornubiensi suffectus est, unica occurrit Habsburgensium cum viro Principe Theodoricô I Lotharingiæ Mosellanicæ Duce contracta annô 1009 affinitas; exinde nulla nisi cum Comitibus ad annum usque 1273, quo Elizabetham Meinhardi Tirolі Comitis ac exinde Carinthiæ Ducis filiam Albertus I duxit, sed postea Albertus Contractus, Ioannam Firtensis Comitatus hæredem duxit; Alberto II Sigismundus Imp. cum Elizabetha filia Bohemiâ & Hungariæ regna tradidit; Mariæ Burgundicæ matrimonio auctus Maximilianus I, Belgicæ maxima ex parte Dominus evasit. Hispaniæ Dominium in Philippum Maximiliani I filium transtulit Ioanna Regum Catholicorum hæres. Ferdinandus I Philippi secundogenitus, uxorio jure, Bohemiæ & Hungariæ regna sibi vindicavit; atque hæ in universum ditiones fuere, quæ Austriacis per matres obvenerunt. Postquam Austriaca domus per Rudolfum gentis caput *regia* facta est, in eam plures Regum magnorumque Principum puellas cum opu-

lentiſſimarum ditionum dote deductas eſſe lubentes fatemur; eam à Burgundicis Regibus fundatam, iiſdemque Rudolfum atavis editam (quod probandum ſuſceperas) negamus.

[1] lib. 12. c. 3. ad num. 1291.

Sammarthanorum [1] fratrum teſtimonio abuſus, ſcribis *Carolum Martellum ex Capetinorum Franciæ Regum ſtirpe* Andegavenſi, *qui ad Hungariæ Regnum jus obtendebat*, ut ſe fulciret & firmaret magna affinitate, quæ ad tuendum jus ſuum potentior eſſet, *matrimonium iniviſſe cum Clementia Habsburgenſi, filia Rudolfi Imp. & Annæ Hohenbergicæ ejus uxoris.* Hoc vero certiſſimum agnoſcimus; nullam enim eâ, quam ſibi quæſivit, *majorem potentioremque affinitatem* nanciſci poterat Martellus, Rege ſocero; Auſtriæ Hungarico regno conterminæ Duce, ſponſæ germano, Bohemiæ Rege, Palatino, Saxonæ, Brandeburgicō, Electoribus, & inferioris Bavariæ Duce ſororiis, cum Burgravio Nurembergico propinquo in partes attractis; ſed hinc Rudolfum, cujus ſe præſidio committebat, Burgundicorum Regum nepotem fuiſſe nequaquam conficitur: nec id ipſum ex eō ſequitur, quod [2] *vere Fridericus III Imp. aliquando dixit*, nullam Germaniæ domum Illuſtrem eſſe, quæ *Auſtriacam* familiam ſanguine non attingeret.

[2] Apud Freher. Tom. 2. P. 21.

[3] lib. 2, c. 3.

Si *non* [3] *ficte* (quod putas) Guillimannus affirmavit, *ſe neſcire an aliam ſtirpem terrarum Orbis tulerit, quæ longiori & clariori ſtemmate majores ciere queat; quæ tot humano generi Principes, Reges, Imperatores procrearit; quæ longius, latius, geſtis, potentia, fama, gloria pervaſerit; quæ tot nationibus, Provinciis, Regnis imperitarit; ut prius terra, quæ illos capiat, deficere videatur, quam* Habsburgenſium *virtutes, queis eandem moderentur*, inſcitiam ſuam impudens prodidit; eodem enim cum Habsburgica *ſtemmate*, Lotharingica, & Badenſis familia *ciere majores* poteſt (quæ ſibi πρωτεῖα, utpote à primogenito ſata) vindicat Lotharingica, Capetinæ ſive antiquitatem 1050 annorum menſuram ſuperantem, ſive gloriam & Majeſtatis decus ſpectes, æquiparari nullo modo debet; quandoquidem ex Capeti Majoribus & propinquis paternis Romæ Veteris Imperatores 7, Novæ 3, Reges 41 in Gallia, Germania, Italia, Hiſpania, antequam Rudolfus imperiō dignus judicaretur, prodierant; à Rudolfo, interruptâ ſerie, Germaniæ Reges 13; Hiſpaniæ 5, Bohemiæ 2, proceſſerunt ex Capeti poſteris poſt annum 1273 in Francia, Sicilia, Portugallia, Navarra, Hungaria, Polonia, Reges 53, cum Reginis ſuo jure regnantibus ſex, exorti ſunt; quorum geſta, potentia fama, gloria, Aſiam, Palæſtinam, Ægyptum, Africam, priuſquam Rudolfi I Sereniſſimum Caput diadema cingeret, nepoteſque ad ſpes longas excitaret, longe lateque pervaſerant, tantoque ſui terrore Barbaros in Oriente & Meridie perculerant, ut ſolo *Francorum* nomine Occidentales univerſos nuncupaverint & uſque hodie nuncupent.

Chifletius Originis Auſtriacæ c. 3. Ludovicum I I I ſive Germanicum Ludovici & Emmæ fecundo genitum qui A. D. 882 deceſſit, ſive *Balbum* noſtrum A. D. 879 denatum & Ludovicum, Arnulfi filium perperam addit.

1 *Capeti propinqui paterni ante annum 1273 Veterii Romæ Imper.*

Carolus Magnus.
Ludovicus *Pius.*
Lotharius.
Ludovicus I I.
Carolus *Calvus.*
Carolus *Craſſus.*
Arnulfus.

In univerſum 7.

2 *Capeti poſteri ante ann. 1273, Novæ Romæ Imper.*

Petrus de Curtiniaco.
Robertus.
Balduinus.

3 *Capeti propinqui paterni ante annum 1273 Reges.*

Pippinus *Brevis.*
Carolomannus Caroli M. frater.
Carolus Caroli M. primogenitus.
Pippinus Rex Italiæ.
Bernardus Rex Italiæ.
Pippinus Rex Aquitaniæ.
Pippinus Rex Aquitaniæ.
Ludovicus Rex Germaniæ.
Carolomannus Rex Bajoar.
Ludovicus Rex Germaniæ.
Ludovicus Rex Germaniæ.
Zuentiboldus Rex Lothar.

Carolus Rex Aquitaniæ,
Ludovicus *Balbus.*
Ludovicus.
Carolomannus.
Carolus *Simplex.*
Ludovicus I V.
Lotharius.
Ludovicus V.
Odo.
} Franciæ Occid. Reges.

In univerſum 21.

4 *Capeti Majores & poſteri ante annum 1273, Reges.*

Robertus.
Hugo *Capatus.*
Robertus.
Hugo Roberti primogenitus.
Henricus I.
Philippus I.
Ludovicus V I.
Philippus Ludovici V I primog.
Ludovicus V II, A.D. 1147. } in Paleſtinam
Philippus II, A. D. 1190. } profecti.
Ludovicus V I I I.
Ludovicus I X, anno 1249 in Ægyptum & Palæſtinam, anno 1270 Tunetum profectus.
Philippus I I I.

Alfonſus I.
Sancius I. } Rex
Alfonſus II. } Portug.
Sancius II. } Portug.
Alfonſus III. } Portug.
Petrus Balear. Rex
Sancii primi ſecundo genitus.
Carolus I Siciliæ Rex.

In univerſum 20.

5 *Habſpurgici in Germania, Hiſpania, Bohemia, Hungaria, Reges.*

Rit *Origines Auſtriacæ* cap. 3. Bertholdum IV Zeringiæ Ducem & Conradum Ducem de Teck electos in Regii addit Chifletius; ſed eum neuter electionem ratam habuerit, ille obtatum A. D. 1198 regni titulum *modeſte renuerit*, hic Rudolfi Habſpurgici annulus eſſe, A. D. 1273 noluerit, neuter regibus adnumerandus venit.

Rudolfus I, A. D. 1273 electus.
Albertus I.
Fridericus *Pulcher* abdicare coactus.
Albertus I I.
Fridericus I I I.
Maximilianus I.
Carolus V.
Ferdinandus I.
Maximilianus I I.
Rudolfus I I.
Matthias.
Ferdinandus I I.
Ferdinandus I I I.

Rudolfus Rex Bohemiæ.
Rudolfus Rex Bohemiæ.
Ladiſlaus Rex Bohemiæ.
Ferdinandus Rex Hungariæ.
Philippus I Hiſp. Rex.
Philippus II.
Philippus I I I.
Philippus I V.

In univerſum 21.

6 *Capetini in Francia, Sicilia, Navarra, Portugalia, Hungaria, Polonia, Reges ac Reginæ ab anno 1273.*

Philippus I V Pulcher.
Ludovicus X Hutinus.
Ioannes I puer denatus.
Philippus V longus.
Carolus Pulcher.
Philippus V I.
Ioannes I I.
Carolus V.
Carolus V I.
Carolus V I I.
Ludovicus X I.
Carolus V I I I.
Ludovicus X I I.
Franciſcus I.
Henricus I I.
Franciſcus I I.
Carolus I X.
Henricus I I I.
Henricus I V.
Ludovicus X I I I.
Ludovicus X I V.

Carolus I I.
Robertus.
Carolus I I I.
Ladiſlaus.
Ludovicus I. } Sicil.
Ludovicus I I.
Ludovicus I I I.
Renatus.
Carolus I V.
Carolus Martellus Hungariæ.
Carolus Robertus.
Ludovicus Hungariæ, Poloniæ.
Philippus III. }
Carolus I I. } Navar.
Carolus I I I. }
Antonius.
Ioanna. } Neap. Regina.
Blanca. }
Ioanna I. } Neapolit.
Ioanna I I. } Regina.
Iacobus Borbon. Ioannæ maritus.
Maria Hung. Regina.
Hedwigis Pol. Regina.

Dionyſius Portugal.
Alfonſus IV.
Petrus.
Ferdinandus.
Ioannes I.
Eduardus.
Alfonſus V.
Ioannes I I.
Manuel.
Ioannes III.
Sebaſtianus.
Henricus.
Antonius.
Ioannes I V.
Petrus Aragon. Rex electus.
} Portugal.

Reges in univerſum 53. Reginæ 6.

Ex præcedentibus laterculis tantum Capetinam, inter Regias alias gentes, *quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi*, caput efferre manifeſtum eſt; nulli Regi, nulli familiæ Regali, multo minus Auſtriacæ (cujus univerſum Regi meo per matrem decus accedit) quicquam ex avitâ & propria gloria

quicquam detractum velim; sed cum suum cuique tribuere, ab alienô & iniquis comparationibus abstinere, suis se limitibus continere universos & singulos necesse sit; Regum meorum gloriam, sine ullâ cujusquam injuriâ, prout fidelem subditum decebat, vindicavi, inanesque Guillimannorum, Heuterorum, Chifletiorum ampullas exsufflavi. Sed *nullam aliam, quæ longiori & clariori stemmate majores ciere* possit, quam Habsburgicam, *terrarum orbem* unquam *tulisse* Guillimanno demus, fidem tuam, Chiffleti; an *à Burgundicis Regibus prosapiam ducere* conficies? Vides te nec quid velis, nec quô jure velis nosse:

Habsburgicos Alsatiæ Comitum per Leudesium Majorem domus, qui *uxorem de Sigismundi Burgundiæ Regis prosapia duxerat*, propagines, postquam in Alamanniam translati sunt, *Burgundicam* sibi originem nunquam vindicasse, sed *Alamannicam*; ex versibus Rudolfi I tempore scriptis, & à Guillimanno in Commentarios [1] relatis disce,

[1] Habsb. lib. 2. c. 3.

Rex Rudolfus, & inlustris Regina dat Anna
Natio quod floret jam præ reliquis Alamanna.
Nam Rudolfus & Anna (*quibus precor* [2] *omnibus annis*
Vt sit honos virtusque) *trahunt genus ex Alamannis.*
Sunt [3] *duo Rudolfi patrueles & cognati,*
Ad regimen dispar mirabili ordine facti
Romam Rudolfus Rex; te Constantia [4] *munit*
Præsul Rudolfus, amboque sibi Deus unit.
Rex Romæ, Præsulque tibi, Constantia, tali
Nomine, nunc primum datur evento speciali.
Ista duo intra spatium facit unius anni,
Vnde Deum laudent omnes, sed plus Alamanni.

[2] hinc patet versus inter annum 1273, quo Rudolfus electus est, & Annæ reginæ anno 1281 Febr. 16 denatæ, obitum scriptos.

[3] lib. 7. c. 3.

[4] scripti versus inter annum 1273, & 1291, quo Rudolfus Imp. obiit; Rudolfus Episcopus deceßit A. D. 1294 April. 3.

Alamanni igitur & credebantur, & credi annô 1273 volebant Habsburgici: quæ autem eorum in regno Germanico dignatio fuerit, ex Chartis à Guillimannô ipso prolatis haurire cum possis, nequaquam ex somniorum tuorum ludibrio æstima: Henrici V Charta Basilææ anno 1114 Indict. 7. 4 Nonas Mart. data. *Comes Gotfridus Palatinus* (Rheni) *Hermannus Marchio* (Badensis) *Comes Arnulfus de Lentzburg, Rudolfus frater ejus, Adelbero Comes de Froburg, Albertus Comes de Habesburch.* Chartâ ejusdem eodem anno 6 Idus Martii scripta, eodem ordine, post Albertum de Habesburch, *Rudolfus de Frioca, Bertholdus de Nuringa, Fridericus de Zulra* (non Comites, sed infra Comites) nominantur. Charta ejusdem anno 1122 data, *Dietboldus Marchio* (Cambiensis à Vochburg) *Gotfridus Palatinus Comes* (Rheni) *Otho Palatinus. Comes* (à Vietelsbach) *Engelbertus Marchio* (Istriæ) *Berinharius Comes* (Habesburgi) *Theodericus Comes* (Montis bellicardi) Chartâ ejusdem anno 1124, 5 *Kal. Ianuarii Dominica, Luna* 7, Indict. 3. *Guillelmus Comes* (Burgundiæ) *Gotfridus Palatinus, Rudolfus Comes de Lentzburg, Adelbertus Comes de Habesburg, Adelberô Comes de Froburg, Wernherus Comes de Hohenberg.* Conventui Argentinensi anno 1144 interfuisse dicuntur, *Hermannus Marchio Badæ, Rudolfus de Homberg, Volmarus de Froburg, Wernerus de Habesburch, Othelricus de Gameringe* &c. *Comites*: Charta Friderici ahenobarbi anno 1159, *Iulii* 12, *Indict.* 9 data; *Conradus frater* (Palatinus) *Sibetus Comes de Franckenesburch, Vernerus Comes de Havegensburg,* Ejusdem Charta anno

1162

1162,8 *Kal. Decembris*, Indict. x, Constantiæ data; *Fridericus Comes Palatinus de Tubingen, Hugo Comes frater ejus* (Montisfortis) *Rudolfus Comes* (Pfullendorff.) *Vernerus Comes* (Habsburgi) memorantur. Ex his autem Habsburgi Comites, ejusdem cum Lentzburgensibus, Froburgensibus, Tubingensibus, Monfortiis, Pfullendorffensibus, Hombergensibus, Hohenbergensibus, Franckensburgensibus, Gameringanis &c. (quos nemo Principibus accensuit) ordinis & dignationis fuisse invicte demonstratur; Cum enim constanter post Lentzburgenses eorum nomen recenseatur, Froburgensibus modo præferantur, modo postponantur, neutris absolute superiores fuere.

Ipsis postquam eorum posteri ad solium evecti sunt, regias opes tribuere nunc facile est, sed veteres audire præstat; Chron. Dominicanorum Colmariensium in annum Domini 1303 à Rudolfi morte 12 desinens. *Comes Rudolfus se solum* (ex familia) *sentiens in dignitate constitutum, videnſque vicinos suos Comites divitiis abundare, se autem respectu aliorum in paupertate constitutum, cogitavit quomodo posset divitias comprehendere temporales.* Ptolemæus Lucensis Annal. in annum 1303 desinentibus: *Eodem anno* (1273) *Comes Rodulphus de Habisburg in Imperatorem eligitur*, qui quidem fuit parvi dominii & Comitatus, *sed strenuissimus in rebus bellicis*; *&* anno 1291. *Rodulphus Rex Romæ & Alamanniæ moritur, & apud Spiram sepelitur civitatem Alsatiæ, absque Imperiali benedictione: sepultus est in sepulcro Imperatorum. Hic* quamvis fuerit parvus Comes, *circa regionem Basileæ, & confinis Comiti Sabaudiæ, strenuissimus tamen fuit in armis, & magnæ providentiæ Princeps, propter quam assumptus fuit ad regale Imperium.* Albertus Argentinensis Chronico in annum 1378 desinente. *Crevit Rudolfus de Habspurg astutia & honore* &c. *Cum autem quadam vice idem Comes, animo quædam invadendi in Enfensheim servitores congregaret paulatim, & illis panem de siligine & vinum durissimum ministraret, quidamque milites ex illis panem album & bonum vinum super mensam Comitis emerent sibi ipsis; Comes levata mensa illos milites licentiavit secrete, dicens se non indigere ipsorum. Illis vero causam licentiæ quærentibus, ipsos, quod non contentabantur iis quibus meliores contentabantur, arguendo confudit* &c. *Patruelis* (Rudolfi) *& ejus posteritas deinceps non de* Habspurg, *sed de* Kiburg *sunt vocati, eo quod illud dominium, aliud præcessit tempore, divitiis & honore,* &c. *Congregatis principibus electoribus in Franckfurt Rege Bohemiæ dempto, & inter se de periculo diutinæ vacationis Imperii & de perditione juris Principum invicem conquerentibus, ac de persona eligendâ quæ imperio expediret, tractantibus, Maguntinus Rudolfi Comitis de Habspurg, magnanimitatem ac sapientiam commendavit; multisque aliis potentibus nominatis, Maguntinus asserens* sapientiam & strenuitatem divitiis & potentiæ esse præferendas, *pro Rudolfo Comite instituit.* &c. *Burgravius de Nurimberg acceptis de electione principum literis Basileam ad Rudolfi exercitum properavit, & venit ibi repente in media nocte, & excitato Comite dixit sibi, quod esset Rex novus electus. Ille* credens se deludi, *contra Burggravium commovebatur.* Æneas Sylvius Picolhomineus, qui *inter amicos* Friderici III *Cæsaris relatus*, [1] *adscriptusque Secretariis, haud multo post præfectus est, & ad ultimum* Callisto III Papæ successit, historiæ Bohemicæ A. D. 1457 scriptæ cap. 27. *Rodolphus Habsburgi Comes, qui* Magister Curiæ Othocari fuisset, *non minus bello quam domi clarus, Christianæ Reip. præfectus est; missis ad Othocarum*

[1] Ejus vita.

Legatis, Auſtriam & Carinthiam cæteraſque vicinas Italiæ provincias tanquam juris Imperii repetit, quando nec Auſtria muliebre feudum eſſet, nec Carinthiam injuſſu Cæſaris Vlricus venundare potuiſſet. Renuit Othocarus, & Imperatori, qui aliquando ſibi ſerviviſſet, *impacato reſpondit animo*, &c. *Adeptus Auſtriam Rodolphus, Othocarum in verba ſua jurare, more majorum, expoſcit; Id ſuperbo Regi gravius viſum*, tanquam ex Domino ſervus fieret &c. *advenientem* (uxor) *hiſce verbis allocuta fertur*, &c. *Cum Comite Habsburgenſi* infimi generis *affinitatem contraxiſti; poſtremo ei*, qui ſatelles tuus quondam fuerat, *jurejurando exhibitô, te ſubmiſiſti*, & ſervus ſervi factus, *te ſimul ac majorum tuorum gloriam offuſcaſti. En virum qui magnitudine animi renuiſſe Imperium videri vult; laudarem ſi te illi non ſubjeciſſes* &c. *Othocarus, qui uxoris Charitate teneretur*, eamque verum locutam animadverteret, *ſimulque animi magnitudine irrogatam contumeliam ferre non poſſet, accerſitis regni primoribus, collectiſque novis copiis, Rodolpho, qui dolo ſecum egiſſet, bellum indicit.*

Vt veterum omnium, Rudolfum nec divitiis, nec potentiâ præpolluiſſe ſcribentium teſtimoniis deſtituamur; ipſis propinquorum & nepotum factis in eandem de eo cum veteribus ſententiam traheremur; cum enim annô circiter 1270, propinqui Kiburgici Comitatus (cujus præcipua dignitas non erat) compotes facti, Habsburgici deinceps dici noluerint; poſitoque Habsburgi cognomine & relicto Leone gentilitio, Auſtriacorum Principum faſciam & titulos Albertus primus (ſimulac Auſtriæ Dux ſalutatus eſt) ſumpſerit, ſumendique cum Auſtriaco nomine poſteris omnibus auctor fuerit: annon Davos eſſe oportet, qui Habsburgico nulli Regiam (quam nunc Sereniſſimæ familiæ palpones affingunt) originem notam fuiſſe, Habsburgicum Comitatum, Kiburgico & dignitate, & opulentia inferiorem haberi debuiſſe; Auſtriacum nomen Habsburgico illuſtrius, albam in ſcuto coccineo faſciam, Ducalis familiæ inſigne, Leone coccineo Regio (ſi Chiffletios, quod volunt ſomniantes, audiamus) Gothorum Habsburgicorumque nepotum hæreditario ſymbolo digniorem Habsburgicos ipſos judicaſſe negent? ſi fictilibus (in priſtinæ conditionis memoriam) cœnaſſe Agathoclea Regem vetus fama prædicavit, quis ad pleniorem laudis & gloriæ cumulum Auſtriacis principum acceſſurum non videt, ſi avitæ fortunæ memores oſtrum quô nunc fulgent, non Vindoniſſenſium Majorum fumoſis imaginibus, ſed Rudolfi atavi animo in humiliori conditione vere Regio heroïciſque virtutibus oblatum fateri malint, quam per falſas laudes ad inanis gloriæ ludibrium graſſari? quanto melius de iis merentur, qui, quod res eſt, rotundo ore eloqui non erubeſcunt; quam qui vanis & ad ſolam pompam fictis ſimulacris, ad veram Majeſtatem natis mentibus illudunt?

III. *Gentilitium Habsburgicorum Comitum inſigne, nec mere Regium, nec Gothicum, nec Burgundicum, nec Hiſpanicum fuit.*

[1] Lam. p. 330.

SEptimum [1] pro *Regiâ*, quam Habsburgicis Comitibus affingis, origine *argumentum deſumere* nequicquam auſus, levia quædam, quæque ad rem nullo modô faciant, ad inanem pompam *præmittis*; hæc nimirum, *plenô ſcuti militaris inſtructu, deſignari virum ipſum militarem propugnantibus armis*, galeâ

galeâ *armatum caput ostendente*, & scuto *truncum corporis adversus tela protectum* referente, *obtectum*; idque *in veterum trophæis clarum* fuisse, de quibus Ovidius de Ponto lib. 3. eleg. 4. *Scuta* sed & *galeæ* gemmis radientur & auro, Stentque super victos trunca *trophæa* viros; *& Juvenalis* Satyra 10, *Bellorum exuviæ, truncis affixa* trophæis, Lorica *& fracta de* casside *buccula pendens.*

Militares viros experientia doctos in caput galeâ munitum, & in thoracem scutô protectum, telis collimasse; *de utroque Virgilium*, [1] *qui cristis galeam expressit*, hæc scripsisse, *aptant vorantes sanguine cristas, Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitum, Perfossumque locis*; de scutô solô Cæsarem, [2] *Scuto ad eum relato Scævæ centurionis, inventa in eo foramina ducenta triginta* monentem. Sed *loricâ designatum scutum*, (quod putas) nec ex Iuvenalis à te laudatis synecdochicis verbis sequitur, nec verum est; appendebantur enim universa cæsi hostis arma, Virgilius Æneid. lib. 10. Æmonidis ab Æneâ immolati *arma Sereſtes Lecta refert humeris, tibi Rex Gradive trophæum*; lib. 11. *Indictos jubet* (Æneas) *truncos hostilibus armis, Ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi*; ipse tu *è faviſſis tuis* Postumi ærcum [3] numisma profers trophæo insigne, in quô cum *galeâ* & *loricâ*, gemini *clypei* sculpti sunt; nec alia fuit antiquioris Vespasiano post triumphatam Palæstinam erecti (cujus ad annum Domini 73. num. 1. imaginem Annalibus suis Baronius Card. inseruit) facies. Æque falsum est, quod *ferire brachia & crura lege militari probrosum* fuisse absolute pronuncias; Numitor [4] *jaculo fratris de corpore rapto Æneam petiit, sed non & figere contra est licitum, magnique femur perstrinxit Achatæ*; cum *imô* Mezentii *inguine sidisset* Æneæ *hasta, attollit in agrum se femur, & quanquam vis alto vulnere tardat, haud dejectus equum duci jubet* Mezentius. [5] *Exitium dirum* Æneæ *hasta ferens, oras recludit loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes, per medium stridens transit femur, incidit ictus ingens ad terram duplicato poplite Turnus*: tunc Mezentio & Turno *fœde illatum* ab Æneæ vulnus Virgilium censuisse dixeris? imo *ex militari lege*, quæ hosti quocunque modo vim inferre, [6] *inter bellatoris equi* quem doloris impatientia sessorem excutere coactura erat, *cava tempora hastam conjicere* permisit.

[1] Æneid. 11.
[2] lib. 3. Civil.
[3] Lumisd. p. 373.
[4] Æneid. 10.
[5] Æneid. 12.
[6] lib. 10.

Vt tamen *placitum* tuum *stabilia exemplis*, bina *è Froissarti* [7] *Annalibus* petis, *qui magis accedunt ad nostrum ævum. Prius est de Michailleo Franco, & Katore Albionio nobilibus hoplomachis*: hi cum equestre certamen iniissent, infestis hastis magnô impetu invicem concurrerunt. Francus Buquingamii Comitis arbitratu, optime est congressus; sed Anglus demisse nimis Francum percussit, lancea cruri ejus inflictâ, unde Comes irâ commotus, aliique pariter Satrapæ omnes, dixerunt illum *turpiter* depugnasse; *Aliud exemplum præbuit Formitonis Britanni & Castelmorantis Franci pedestris dimicatio, in quâ* sumptis hastis magna vi concurrerunt, ut ferrum alter alteri *inter artus quatuor* dirigeret, aliter enim *turpe* fuisset factum. Anglus hasta præpilata Franci alterum crus trajecit; unde qui præsentes aderant equites, & armigeri, graviter succensi pronunciarunt vulnus Franco *fœde fuisse illatum*. Audio Chiffleti. Ego vero hanc ante 300 annos monomachiarum legem, postquam nova armorum species, eademque tractandi ars æque nova inventa est, fuisse facile concedo; quæ Cæsari, Virgilio, Iuvenali ignota cum fuerit, eorum tua commenta testimoniis firmari posse nego. [8] *Hermas pusillos, brachiis cruri-*

[7] Volum. 5. c. 55. & 64. A. D. 138.
[8] Lum. p. 331.

busque

busque destitutos, quos ex antiqua nobilitate nonnulli Proceres, velut parva trophæa, gestabant in galearum conis, certa fuisse legis militaris in Torneamentis observari solitæ, ad ravim usque si lubet clama; *legem* illam Cæsaris ætate viguisse, *Hermas* tuos mancos Veteres ullos *gestasse*, eaque *velut parva trophæa* à paucis illis, qui in Germaniâ gestarunt, *galearum* suarum *conis* superposita fuisse nequaquam persuadebis; [1] quis enim Thiersternios *Hermam muliebrem* coronatum, nudum, brachiorum vice *binos rosarum ramales* exerentem, *pro galeæ acrostolio* gestare solitos, de *trophæo* ullo præter te unum, qui eis *Salmacida spolia sine sanguine & sudore* forte tribueris, cogitavisse dixerit?

[1] Lumin. p. 326.

Torneamentorum legem *in Burgundicâ domô* ex parte *viguisse*, quodque *Commentarii* de Itinere D. Leonis, fratris Ioannæ [2] Reginæ Bohemiæ, *auctorem* scripsisse refers, oleum te & operam (dum veterum monumenta nullo judicio versas aliisque obtrudis) perdidisse evincit; *ubi* (inquis) *agit de ludis equestribus Bruxellæ celebratis coram Philippô Bonô Duce*, accessisse ad Ioannem Zehroviensem ministri Ducis, eique denunciarunt, ut ad certamen accinctus esset, adversarios enim mox affore; Percontante autem D. Ioanne, quô pactô certaturi essent, an nudi, vel in thoracibus; in thoracibus certamen inituros more istius regionis responderunt; sed eâ lege, ne *infra cingulum* scilicet pedes prehenderet; aliter licere, *quocunque modô velit, adversarium humi deponere*. Quis *legem*, nec generalem, nec Ioanni ipsi (qui de eâ *percontari* cogebatur) notam, nec Bruxellæ (nisi forte *ex parte*) receptam fuisse non videt? si autem nuper & paucis (quod te fateri, velis nolis, oportet) lata est, annon ridiculus homo es, qui ex temere à te *præmissis, à veteri pugnarum lege, ut omissis cruralibus, brachialibusque, vir militaris scuto & galeâ solis, instructis tamen & ornatis, velut simulacro illustri exprimeretur, ortum* fuisse, idque *hactenus à nemine Artis Heraldicæ perito, quod scias, plene observatum* jactabundus infers? Certe si *Torneamentorum* nec nomen, nec usus inter Veteres ullus fuit, eorum *lex vetus* esse, aut ex Cæsare aliisque coætaneis & supparibus erui nequaquam potuit; si *trophæa Veterum, formam devincti hominis reddiderunt*, & *galeas, loricas, scuta* complexa sunt; insignia militaria non *devicti* hostis παννυχίδα, sed gestaturi militis *galeam* & *scutum* duntaxat repræsentantia, *trophæa* nec reverâ fuerunt, nec dici debuerunt, Hermas vero insignium appendices, *velut parva trophæa gestare*, nulla ratio suasit. Si denique *Heraldicæ artis peritus nemo*, quod primus commentus es *observavit*; nec vere sui nominis fuit, *artis* quam coluit principia ignorans; nec sanæ mentis, incompertorum scientiam polliceri ausus; quanto verisimilius est tibi (qui *artis Heraldicæ* conditoribus, & professoribus ignota mysteria, nuper natus, venditas) imaginosum caput supra modum laborare, nec tecum qui vera & consentanea loqui amant, sentire debere?

[2] Georgio Podiobradio nuptæ. A. D. 1466.

Scutum Habsburgicæ gentis aureum.

Hactenus in nugarum tuarum vestibulô tecum (faciente necessitate) hæsimus; quid si gradum ultra promovere sustineamus? de [3] *Scutô Habsburgicorum aureo* hæc velut ex tripode pronuncias, *coactam in auro rerum naturæ Majestatem; aurum quia quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem, fortitudinis quæ Regum ac Principum animos maxime decet, Symbolum esse, imo præcellentiam atque dominatum significare; Deorum* vero *apparatum ab Homerô & Virgilio, totum*

[3] Lun. p. 333.

totum aureum describi. Quid tum mi Chiffleti? an quotquot *aureo scuto* usi sunt olim, aut nunc utuntur Magnates ac Nobiles, sive Reges sive Regibus editos esse confeceris? Regibus ergo, aut Regum filiis adnumerentur, Flandriæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Arverniæ, Bononiæ, Roceii, Bigerronum, &c. Comites; Toarcii Vicecomites Montis moranciaci, Tremolliæ, Coëmiæ, &c. Barones, aliique ex nobilitate nostrâ innumeri; si *aureo scuto* Habsburgica gens regiam originem portendit, quidni aliæ, quæ nunquam ad regnum grassatæ sunt, portendant? *Aurum in scuto militari principatum tenere*, quod putas, falsum Franciæ, Legionis, Navarræ, Angliæ, Scotiæ, Poloniæ, Hungariæ, Portugaliæ, Siciliæ &c. Regum (quorum alii argenteum, alii cæruleum, alii coccineum scutum aureo prætulerunt) judicio comprobatur; ipsoque Habsburgicæ gentis, quæ *aureum* avitum abjecit, ut Austriacorum (quorum ditione creverat) *coccineum* scutum sumeret, factò nominatim refellitur.

• gens regiam

Leo in scutò coccineus.

De *Leone* Habsburgicorum *coccineò* nihilò felicius disputas, ut ut verè scribas *leonum in arte scutariâ diversitatem inconsideratâ hominum ingenia peperisse*, [1] *antiquitus apud Germanos nullos nisi Principes civitatum, & Duces exercituum τῶν ζώων imagines, & maxime Regis ferarum* Leonis *in scutis prætulisse*, [2] *Leonem* potestatis symbolum *fuisse*, [3] purpuram Regiæ & Sacerdotalis dignitatis insigne *esse*, [4] Augustum honorem nonnisi diademate & purpurâ collatum fuisse, [5] habuisse unumquemque Regi militantem *purpuram* in læva sua; ex quo enim Rex *purpuram* ferre cœpit, omnes ejus milites togulis suis *purpurea signa* appolsuisse, ut ex his appareret *Regios eos esse*. Quibus enim fidiculis ex ejusmodi præmissis hanc conclusionem exprimes, *Reges, Regumque nepotes, Leonis* cujuscunque sive coloris, sive metalli *insigne gestare debere?* annon si commenta tua pertinacius defendas ad Galliæ, Germaniæ, Navarræ, Aragoniæ, Poloniæ, Hungariæ, Siciliæ, Portugaliæ, &c. Regum quorum nemo Leonem prætulit, perpetuam praxim provocare; Castellensium, qui (Leone abjecto) *Castellum* sibi machinati sunt; & Habsburgensium, qui Austriacorum veterum *fasciæ* gentilitium insigne posthabuerunt, exemplo assertionis tuæ temeritatem retundere, teque ad incitas extremas redigere licebit? Addis *Habsburgenses Principes leonem totum purpurâ vestitum, ut non modo se Regibus militare, & sic Regios esse, sed ut Illustri Regum sanguine se progenitos ostenderent, prætulisse.* Sed hîc fere singula falsa sunt, Habsburgensium ante Rudolfum, qui annò 1273 regnò dignus judicatus est, nemo Princeps audiit, nemo se *Principem* nuncupavit. 2. Rudolfi majores *leonem*, non *vestitum*, sed nudum, & *tinctum* gestarunt; nec te colores & pigmenta vestis locò lectoribus obtrudere fas fuit. 3. Habsburgici leonis color *purpureus* non fuit, sed *coccineus*. 4. *purpurei* ex *coccineo* & *cæruleo* temperati coloris rarior in scutis ad hanc usque diem usus fuit, vix enim Illustris quisquam (si Legionis Reges, *purpurei leonis* insigni claros, & Armeniacos Comites Leopardum aureum in scuto purpureo gestantes excipias) occurrit, qui scutum, vel symbolum appictum, *purpurâ* imbuerit. 5. quò fine *coccineum* sibi *leonem* Habsburgici sumpserint, ex divinatione nobis edicere tuum non est. 6. divinationem tuam audax, sed insulsum, commentum esse Habsburgicæ factum gentis invictè probat: si enim *ut illustri Regum sanguine*

[1] Cluver. Germ. l. 1. c. 44.
[2] Diodor. lib. 1.
[3] Lactant. lib. 4. c. 7.
[4] Petrus Raven. serm.
[5] Dorath. doctr. 1.

se progenitos ostenderent, leonem coccineum prætulerant, ex illâ gente priores, consilium suum nepotibus nequaquam probaverunt, qui (quasi eos *regiæ* originis puderet) ejusdem memoriam, depositô Majorum insigni, & alienô Austriacorum longe Regibus minorum, nec ultra Ducalem gradum provectorum, sumpto obliterarunt, aviti decoris decoctores, & caulæ (si te audiamus) spontanei proditores facti; quis *consilio & fortitudine* ad famam & gloriam (ex tua sententia) grassatos, degeneres adeo, suique oblitos fuisse putet, ut se patre minores, & paternô ostro (dum Ducalia ad se nequaquam pertinentia insignia invadunt) indignos faterentur, falsamque de suâ familiâ opinionem inducerent? Sed nec Habsburgicæ familiæ proprius, sed plurimis aliis communis *leo coccineus* fuit, quem Hannoniæ, Lucemburgi, Armeniaci, Bigerronum Comites, Borbonii veteres dynastas, aliosque complures gestasse; nunc vero Belli valli, Heilliaci, Briæ in Andegavis, cum plurimis in Gallià nostrâ comparibus, & Bergensibus in Belgio, familias nobiles gestare compertum est. Nec eorum quibus is fuit, estque communis, sibi quisquam regium ad se, paternâ serie, transmissum decus arrogavit; aut regnum ullum familiæ suæ debitum putavit; aut *leonem coccineum* certum regiæ originis indicium esse posse credidit. Ad aliud æque mendax commentum transitu facto, [1] scribis *Rudolfum tandem primum, postquam in Regem Romanorum fuit electus, leonem quadrupedum Regem, Aquilæ volucrum Reginæ superposuisse, unde tunc nati versus*; sed sciens prudens impositurum facis, nec ullum *Rudolfi primi* sigillum habes, quô *superpositum* ab eo *Aquilæ leonem* fuisse fidem facias, nec ejus ætate *natos versus*, qui quod ais negant, trahere in tuæ sententiæ favorem pores; purgatis, si placet, auribus attende:

[1] Lum p. 333.

Guillim. lib. 2. c. 8.

Tu Comes *in clypeô gestas insigne* Leonis,
Quem velut ad prædam distento corpore ponis;
Sed Rex *fers* Aquilam, *quæ transvolat omnia, claris*
Signans indiciis, quod cunctis prædominari.

qui scilicet ante regnum *leonem* prætulerat; postquam *Rex* factus, *Comes* esse desiit, *Aquilam* (proxime præcedentium exemplô) gestare (*posito*, non *superposito* gentilitio symbolo) cœpit, nec aliud quod ex laudatis versibus (qui statum *Comitis*, regio; *regalia* insignia *Comitalibus* opponunt, non invicem componunt) exsculpas habes.

Corona leonis cærulea.

In *Cæruleam Leonis* Habsburgici *coronam* conversis oculis, *colorem* cyaneum *inter scutarios prærogativam suam obtinere, nec à prælis excludi maxime navalibus*, cum *classium Præfecti* chlamyde cærulea vestiti *legantur* (quod nemo negat) mones; sed quod subjungis, *Habsburgi Comites propinquos Rheno eidem flumini imperitasse, ejusque limitem adversus Alemannos animose tuitos* esse, & falsum, & absurdum, & à propositô tuô alienum est. De falsitate constat; nam nec Vindonissa ad Vrsæ lævam sita; nec Habsburgum in vicinia ad Arulæ dextram è Vindonissæ regione positum; Rheno 10 circiter milliaria Germanica dissito, ut ei *imperitare* possit, adjacet; Vindonissam quamdiu floruit, totius illius tractus Metropolim fuisse, nec soli Vrsæ aut Arulæ propinquæ ditioni jura dixisse, sed ipsi Rhenano limiti præfuisse, nemo jure negaverit; at ubi à barbaris eversa est, sedesque Episcopalis Constantiam

ſtantiam tranſlata, quicquid ex ipſa ſuperfuit, dignitatis priſtinæ prærogativâ ex neceſſitate caruit, nec Comites ſuos ad primos honores evexit, qui ad alios vicinos opulentiores, potentiores, & Rheno propiores Rheinfeldenſem, Lauffenbergenſem &c. tranſiere. Abſurditas falſitate non minor eſt; Cum enim annô demum 1023, à Vindoniſſæ excidio 700, & quod excurrit, à conſtitutô citra & ultra Rhenum Alamanniæ Ducatu 400, Habsburgum conditum ſit; inſulſius nihil tibi in mentem venire potuit, quam ut Rhenani limitis *adverſus Alemannos* quorum pars cis Rhenum jamdudum conſederat, tuendi provinciam Habsburgicis Comitibus Alamanniæ Ducum clientibus demandares: ut ut Imperio ſtante & Vindoniſſa florente, Alamannos barbaros Transrhenanos, à fluvii limitanei tranſitu arcere *Comites propinqui* debuerint; poſtquam Vindoniſſa periit, Imperium Occidentale collapſum eſt, & Alamanni cis Rhenum coloniam deduxere, adverſus eos Gallicanam ripam, quæ limes eſſe deſierat, Habsburgenſes nondum exortos tueri, quam impoſſibile fuit, tam fingere (quod facis) ridiculum & abſurdum eſt. Sed Habsburgicos Dynaſtas *Rheno imperitaſſe*, ejuſque *limitem* defendiſſe, ne quando gratiâ tuâ excidere nobis contingat, largiamur; quid inde tibi lucri? tunc univerſos & ſingulos limitum cuſtodes Regum Burgundicorum nepotes fuiſſe jure dixeris; aut ſi, tuô periculô, de Habsburgenſibus dicere tecum ſtatuas, cordato cuiquam te jure dicere, nec deſipere perſuaſeris? Ne quid eorum Leoni ex appoſita *corona* dignitatis accedere, nihil (ſi eâ caruiſſet) prærogativæ deceſſurum fuiſſe diſce: Legionis, Scotiæ, Cypri regnorum, Brabantiæ, Hannoniæ, Flandriæ, Armeniaci, Naſſoviæ, Cattimelibocorum, Borboniæ prioris gentis *leones*, aliique infiniti incoronati manſere; quis ignobiliores mentis compos duxerit? Geldricæ, Vindocinenſis, Granceianæ, Cabanenſis, Stuttavillanæ &c. familiæ *auro* (quod *in ſcuto militari principatum tenere* volebas) coronati ſunt; an Legionenſi, aut Habsburgico præcellere, aut *regiæ originis* (quam gentes illæ nunquam ſibi vindicarunt) indicium (ut æquô cum Habsburgicis, tuâ, ſed falſa, opinione, Burgundicorum Regum poſteris, paſſu incedant) fuiſſe cenſueris? utrumlibet eligas conclamatæ te cauſæ infelicem patronum fateare oportet.

Galea aurea & coronata.

Aurcam [1] *& gemmis nitentem, ut Cæſarum, Regumque capita obtegere ſolet*, imo coronâ *aureâ, gemmatis in orbem floſculis interſtinctâ, quæ Regum olim propria fuerit*, ſed quam *aliis Principibus, maxime propinquis*, permittere *Cæſares ſoliti* ſint, *galeam* Habsburgicis proceribus tribuis; quô auctore, niſi tuo tuique ſimilium ſomniatorum arbitrio? Da veniam, Chiffletti, veſtrô magiſterio uti, & dediſcenda diſcere, nec poſſum, nec debeo: quærere à vobis malim, (Quem *Cæſarum*, aut *Regum, aurea gemmiſque nitente* caſſide *caput obtegere ſolitum* noveritis, cum nulla (extra bellum) caſſide opus ſit, in bello & torneamentis *aureæ & gemmatæ* nullus uſus, ſed geſtantis certum periculum, quod (niſi forte Codri aut Deciorum devota pro patriæ ſalute capita hoſtili ferro objicere auſorum æmulus) ſubire nemo ſuſtineat. Certe quiſquis ſive Rex, ſive Rege minor, aureâ, gemmatâ, coronatâ, galea *caput* ad inanem ſub umbrâ pompam, & pingendus, non oppugnandus, *obtexit*. 2. Vnde *Coronam ex aurô gemmatis in orbem floſculis interſtinctam, Regum olim*

[1] Lum. p. 334. p. 326. duplicem galeam & apicem Habsburgicos geſtaſſe voluit Chifletius.

propriam fuisse didiceritis, quandoquidem *coronam* non *Regum* (quorum proprium gestamen erat *diadema* seu fascia alba) sed triumphantium, sacrificantium, victorum quorumcunque insigne *corona* fuit: nec nisi sero admodum *gemmatis in orbem floſculis interſtinctarum* artificium, usu receptum est, & *Regibus* reservatum. 3. quando primum mos ille *Regias coronas*, non *Regibus* tribuendi, à *Cæsaribus* invectus sit? ejus enim exempla quæro nec invenio. 4. Ecquod Rudolfi primi, antequam regnaret, monumentum extet, quod eum *coronata*, ad Regis instar, *casside* donatum demonstret; illud enim *Vetus*, *quod ex Guillimanno das*, *ſigillum*, *cataphractum* equitem communi, nullis gemmis nitente, nullâ *coronâ* insigni nullô *auri* indicio notabili *galeâ* munitum exhibet, ejusque te auctoritate falsi coarguere oculato cuivis ad manum est. Vtcunque sit, quod in quæstione fuerat, nec ex præmissis probas, nec probare (tuo judicio) potes; cum enim *Cæsares aliorum*, qui *propinqui* non erant, splendorem coronæ gemmatæ radio *augere ſolitos* velis; etiamsi eô inter omnes Habsburgicos micasse statuamus, nequaquam eos sive Burgundicorum, quod in eorum gratiam confinxeras, sive aliorum quorumcunque Regum nepotes fuisse obtinueris.

Pavonum pinnæ in galeæ apice.

[1] Ibid.

Pavonum [1] *pinnis* in galeæ Habsburgicæ acrostolio, cum *leone* deprehensis, eodem Cæsares ornamentô usos fuisse, *galeam auro gemmisque diſtinctam*, *& pennis pulchræ alitis eminentem* [2] Maximiano *oblatam*, [3] Honorianæ vero *galeæ picturatas criſtas Iunoniam avem ornaſſe* notas; lovem togâ [4] ex pavonum pennis contexta amictum; victoribus [5] in beatorum Insula coronam consimilem impositam ex Ethnicorum fabulis; à Paulô vero Papa Pippino Regi *pallium habentem paones*, missum ex ejusdem epistola 15 discere poteras; quid inde tibi commodi? πεφωνι *illi λόφοι ſplendide elucent in ſigillo veteri Rudolfi Habsburgii*, *quod ex Guillimannô damus*. πεφωνι scribere debueras, sed ad rem; si ex *pinnatis* illis, quas olim Maximianus & Honorius gestaverunt, *criſtis*, decoris quicquam Habsburgicæ genti accesserit, nec regium fuit, cum in Comitem Alamannum, & [6] Montismorancii Dynastam coætaneum reipsa ceciderit; nec firmius Rudolfum primum, Burgundicorum, quam Matthæum Montismoranciaci Baronem, cujus galeam πεφωνι λέφοι ex æquo ornarunt, Regum nostrorum nepotem fuisse probas. Quidni enim utrunque, rei ipsius evidentia persuasi, ipsisque tam Habsburgicorum quam Montmoranciacorum, qui (velut ex compactô) *pavonum pinnas* abjecerunt, consimilibus factis, quæ eorum mens esset edocti, negaverimus? tu, si potes, adversus eorum, quorum patronus videri vis, judicium disputa.

[2] Panegyrift.
[3] Claudian. de 6 Honorii Conſul.
[4] Fulgent. mythol. l. 2.
[5] Lucian. veræ hiſt. lib. 2. epiſt.

[6] Hiſtor. Montismor. p. 29. 30.

Leonis anteriora in galeæ apice.

Lippientibus oculis *veteris ſigilli*, à Guillimanno prolatum exemplum conspicatus, tecum quod non est in eo intueri nos jubes. *Vides* (inquis) *Principem cataphractum*, *& Regio plane ac Herculeo more*, *rictu leonino caput opertum*. Quî *viderem* (Chiffleti) si tale nihil, quale animo fingis, *vetus* tuum *ſigillum* exhibet? Nemæi leonis spolio (vestis loco) amictus, nudû caput, rictu ejusdem abdidisse dicitur Herculor. Rudolfi, non qua *Habsburgi Comes*, sed qua *Alſatiæ Lantgravius* fuit, *principis*; non nudo, sed galeato capiti, non *leoninus rictus*

rictus tantum, sed *nascens*, ut scutariorum phrasi abutar; leo superpositus est; nec is *rictu leonino caput*, Herculis exemplo, sed *leonini simulacri anterioribus* galeæ cristam *operuit*. nihil itaque in *veteri sigillo* tuo vel *Herculeum*, vel *Regium*; ut ut enim *Ægyptiorum Reges*, caput leonis, *tauri, aut draconis, insigne principatus gestasse*, Diodorus [1] *auctor* fuisse videatur; eundemque *ritum ab Ægyptiis, Græcos & Romanos, ab istis Germanos accepisse* putes, ne hilum proficis; quandoquidem leonum, taurorum, draconum πρόσωπα capiti circumposuere Ægyptii, belluinas (galearum vice) exuvias *Germani gestarunt*; illi ferinas πρόσωπα *insignia Principatus* esse voluerunt; his aliud in mentem venit, nec *Principes*, sed *terribiles*, amictu ferino videri in voris habuerunt: Quid *Græci & Romani* in more posuerint, ubi prolatis exemplis docueris, admittemus; tuam de Mezentio, qui nec *Græcus*, nec *Romanus*, sed *Hetruscus* fuit, sententiam si probaremus, tecum deliraremus; quæ enim in ipsum torques Virgilii verba [2] ad Aventinum Herculis cum *Rhea sacerdote* furtivô concubitu natum pertinent: ipsum poëram audi:

[1] lib. 1. citat. Chifletius, sed libri 1. parte 2. p. 56. reperitur quod ille laudavit.

[2] Æneid. 7.

Post hos (Mezentium & Lausum) *insignem palmâ per gramina currum*
Victoresque ostentat equos, satus Hercule pulchro,
Pulcher Aventinus; clypeoque insigne paternum
Centum angues, cinctamque gerit serpentibus hydram.
Collis Aventini sylvâ, quem Rhea sacerdos
Furtivum partu sub luminis edidit auras,
Mista Deo mulier, postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tyrinthius attigit arva,
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas.
Pila manus, sævosque gerunt in bella dolones,
Et tereti pugnant mucrone, verubque Sabellô.
[3] *Ipse pedes* (tegmen torquens immane leonis
Terribili impexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti) *sic regia* (Latini) *tecta subibat*
Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.

[3] quæ parenthesi clausa sunt ad Mezentium perperam traxit Chifletius.

Sentis Aventinum, patris exemplo, solo Leonis spolio caput, humerosque tectum, ac longe aliter quam Mezentius instructum, cujus *procul* [4] *æra ramis* post pugnam *galea dependebat, & prato gravia arma quiescebant*; in priore pugna, clypei *orbis, æra cavus triplici, tribusque intextum tauris opus*; in agone extremo *æra caput fulgens cristaque hirsutus equina, cursum in medios rapidus dedit?* quemadmodum Mezentii *cristâ equinâ hirsuti*, Rudolfi *leonina* conspicui, Aventini & Germanorum non galea, sed solo leoninô spolio & tergore tectorum, & Ægypti Dynastarum, quibus nullam galeam, sed solas ferarum πρόσωπα *capiti* (ad *principatus* symbolum) *impositas* tribuit Diodorus, diversi fuere apparatus; sic etiam *Tyrinthiorum Græcorum*, de quibus [5] hæc ex parte à te arrepta Statius,

[4] Æneid. 10.

[5] Thebaid. 4.

——*suus excit in arma*
Antiquam Tyrintha Deus, non fortibus illa
Infœcunda viris, famaque immanis alumni
Degenerat; sed lapsa situ fortuna, nec addunt
Robur opes; rarus vacuis habitator in arvis
Monstrat Cyclopum ductas sudoribus arces.

Dat tamen hæc juvenum tercentum pectora, vulgus
Innumerum bello, quibus haud amenta, nec enses
Triste micant; flavent capiti, tergoque leonum
Exuviæ, gentilis honos.

Quæ tibi (Chiffleti) mens esse potuit, Tyrinthiorum, nullis armis, sed leoninis tantum (Herculis *gentilis* exemplo) *exuviis* munitorum ἀπροσδόκητον factum memoranti? qui *eadem figurâ gemmas*, *nummos*, *& marmora Herculem exhibere* noveras, quâ eos fere nudos cum Rudolfo primo, galeato atque armis rigente componis? *galeam* nullam; *coccineum* galeæ apici insidentem *leonem* nullum, *insigne principatus* nullum, *regium traducem* nullum, quem ipsis Tyrinthiorum gregariis militibus, & Germanis tribuas, habes; quanto Rudolfo similior Capaneus, cujus *galeæ* (si Statium audiamus) *coruscа prominuit arce gygas*, aut Amphiaraus, cui *frondenti crinita cassis olivâ*, *albaque puniceas interplicavit infula crista*s? potuit etiam Germanis, & Aventino, Arcas ille Parthenopei assecla æquiparari, qui *Lycaoniæ victu caput asperavit urse*: sed quæ judicii tui acrimonia esset, sponte retegere, quam nos quantâ mentis εὐρωστίᾳ laborares nescire maluisti. Demus nunc, Rodulfo primo & Majoribus, idipsum quod Ægyptiorum Dynastis, Aventino cujus loco Mezentium subornasti) Græcis, Romanis, Germanis è vulgo, usu venisse; quô jure eum *Burgundicorum Regum prosapiâ* editum (quod probandum suscepperas) fuisse; de Ægyptiorum aliorumque veterum more quicquam novisse; si quid novit de eo cogitasse, dixeris? an qui, quocunque modô, canam illam vetustatem cujus vix ulla vestigia restant, imitatur, hoc ipso Regiam sibi originem & propinquitatem cum *Burgundis*, quibus cum Ægyptiis, Græcis, Romanis ante bis mille annos sepultis, commune nihil fuit, vindicare potest?

Scuti telamones.

Ad scuti telamones tecum veniamus; *gemino hinc inde accipitres nativi coloris pennis, à quibus* Habsburgo [1] *nomen, quod Germanice* accipitris arcem, *ut Falcoburgum* arcem Falconis, *& Dagsburgum* [2] castrum lucis *signat*, appositos fuisse mones, refragari nolim; quid enim ad causam, si in re absolute libera, in quâ *velle suum cuique est*, *nec voto vivitur unô*, quod maxime ob allusionem ad proprium arcis suæ nomen arriserat, elegerunt? nonne eadem libertate, qua Francorum Reges, Tremollii, & Montmorancii proceres, cum Rocceii Comitibus, *Angelos*; Anglorum Reges *leonem* coronatum *& monocerotem*, aut Draconem; Duces de Rupe fulcaudi *homines sylvestres*; quidam Rocceii Comites *Sanctos Georgium & Mauricium*; Arvernici Comites *leones alatos*; Castellionei dynastæ *leones* communes; Habsburgici Comites *accipitres* sibi sumere potuerunt? Sed quod (impositi arci suæ primariæ nominis occasione) *accipitres* symbolis aliis prætulerunt; non *antiquitatem* multo, minus *Regiam originem*, sed contra quam velis, meram *novitatem* spirat; cum enim *Habsburgum* à Wernhero Argentinensium Episcopo, Radebotonis Altemburgici germano, annô 1023 conditum sit, nec ad Wernherum primum Radebotonis hæredem, nisi post annum 1029, quô Wernherus præsul decessit, transierit; *accipitris telamonibus* Vindoniissenses & Altemburgici uti nequaquam potuerunt, sed soli Wernheri primi posteri: quod obiter notandum venit. Quod subdis *Accipitrem Virgilio* [3] sacrum alitem, *Isidoro* sacrum

[1] *Habich* accipiter Teutonibus & vulgo in Cainpania & Picardia *un Lapic.*

[2] non *castrum lucis*, sed *castrum diei*, quandoquidem *dage* diem, non *lucem* diei cansam significat.

[3] Æneid. 11.

[1] avem regiam; *Homero* [2] velocissimam voluctum, *typum esse famæ, & diligentiæ, quia* [3] pullos suos teneros cogit ad volatum; *fortitudinis quoque, unde* [4] illi non tenditur rete, *inquit Terentius, quia illud disrumpit; Hinc ergo esse quod magni olim Duces & Principes,* [5] *Plutarcho teste,* ἀετοι κοι ἡγεμονες [6] aquilæ & accipitres *dici voluerint:* à proposito tuo prorsus alienum est; cui enim literarum prorsus rudes Habspurgicos proceres, in Homeri, Virgilii, Terentii, Plutarchi, Cassiodori, Isidori lectione versatos, aut eorum disciplinâ imbutos, aut abdita natura scrutatos fuisse, aut denique Veteres *Duces* ad imitandum sibi proposuisse persuaseris? Sed universa ex antiquitatis præscripto aggressos demus; tunc quod unum in quæstione erat, *Habsburgicam* scilicet *gentem à Burgundiæ Regibus prosapiam duxisse* legitime concluseris? ἀπολογισαν tuam attende, & erubesce; *Scuti* Habsburgici *telamones* & *famæ, diligentiæ, fortitudinis typus* accipitres fuere, *magni* denique *Duces olim* accipitres *dici voluere;* Ergo Habsburgici *Burgundicorum Regum nepotes* fuerunt. Euge Chiffleti, rem acu tetigisti.

[1] Iſid. 1. 12. c. 9.
[2] Iliad. 22.
[3] Caſſiod. Var. 1.
[4] in Phdrione.
[5] in Ariſtide.
[6] ſcribendum ἀιγυπτιοι.

Clamor bellicus.

Arcis (inquis) *principalis nomen* Habsburgum, *non secus ac Lotharingiæ superioris Duces* Princyum: *Inferioris* Lovanium, *castra sua, præcipuaque domicilia pro vocali incuntis pugnæ tessera usurpabant.* Esto Chiffleti, quid hoc ad *originem regiam*, & ridiculum luminis tui quarti titulum, [7] *Insigne Comitum Habsburgi merè fuit Regium, idemque Gothicum, Burgundicum, Hispanicum?* Conclude Chiffleti, *Habsburgi Comites, arcis principalis nomen pro vocali incuntis pugnæ tessera usurparunt.* Ergo *Burgundicorum Regum posteri fuerunt.* quis tanta monstra ferendo par sit? Si militarem Lotharingiæ inferioris Ducum tesseram *Lovanium* ab initio fuisse putas, falleris; anno 959 Lotharingia in duos Ducatus divisa est, exinde inferiorem septem diversarum familiarum proceres rexere, nec eorum quisquam Lovanii dynasta fuit; sed exauctorato anno 1106 Henrico Limburgico, Ducale vexillum Godefrido *Barbato* Lovanii Comiti traditum est, qui primus *Lovanium* clamavit, & clamandi nepotibus auctor fuit.

[7] p. 33.

Lemma epigraphicum.

Mentem eandem Habsburgicis fuisse contendis, quæ *Carolo Magno Imperatori* fuit, [8] *qui sapientissimus & perspicacissimus scribat*, Regnum *esse veluti corpus quoddam, & nunc alio incommodo jactari, nisi* consilio & fortitudine, *velut quibusdam Medicis, sanitas accepta tutetur.* Per me licet, Chiffleti, ut ut enim à te pro meo jure exigere possim, unde Habsburgicorum Rudolfi primi majorum Lemma epigraphicum hoc *consilio & fortitudine* fuisse habeas, negare propositum non est: quærere malo, quod ad rem est; an ex eo quod Caroli Magni exemplum Rudolfus primus secutus sit, cum Burgundicis Regibus, à Carolina stirpe alienis, originem suam paternam (quod volebas) debuisse colligere fas sit: certe si putas, ex delirio putas, parique necessitate quia *Regis ad exemplum totus componitur orbis*, orbem totum, Regem esse concludere potes: quod opinor, licet præfidens supra modum sis, non facies.

[8] Vitæ Ludi Pii.

Regum

Regum scutaria symbola.

Postquam universam Habsburgici insignis paraturam, ceu Regium quip-
[1] Lum.p.335. piam nobis ostentasti; ad alia somnia conversus, ex Olao Bara, [1] *Reges Gothorum antiquissimos* furvum leonem gestasse in solo argenteo, cæruleis undis
[2] Geneal. Austr.l.1.c.5. tribus oblique *dextrorsum exarato*; ex Paradino, & Lazio qui [2] *in seriniis & Annalibus Paterniaci & Poligniaci se observasse testatur, antiquos Burgundiæ Reges, natione Gothos, & fele ac draconе in vexillis usos*, Gothicum leonem *prætulisse* (tuo periculo) scribis. Cum enim tam facile nobis sit Baræ, Paradini, Lazii, cujus sublæstam fidem & profligatam audaciam nemo nescit, inanes fumos exsufflare, quam tibi promptum fuit vænales exponere; nisi Paterniaci & Poligniaci serinia & Annales adeas, ex quibus certa placitorum tuorum firmamenta eruas, nihil prorsus agis; tantisperdum de iis confirmandis cogitabis, nullam Gothorum & Burgundionum temporibus scutariam artem fuisse certi, *leones* tuos *Gothicos* in spongiam incumbere, teque valetudinem tuam, *leonum* illorum terriculamentis afflictam, curare jubebimus.

Addis *priscos Comites, qui in veteri Burgundiæ Regno ditiones suas possidebant*, leonem [1] *quoque pro symbolo scutario usurpasse*; *Comites Habsburgi*, pur-
[1] Lum.p.336. pureum in aureo solo; *Comites Burgundiæ ad Ararim* aureum in parma cærulea, plinthidibus aureis respersâ; *Chablasii Comites* nigrum in argenteâ nigris item plinthidibus perspersa; *Comites Augustæ, in eodem Allobrogum tractu*, argenteum in nigra; *& sic in quibusdam aliis. Sed notatu maxime dignum, solos Habsburgicos aureum scutum prætulisse, adeoque reliquis dignitate ac splendore præcelluisse.* Ego vero, ne quem commentorum tuorum vanitas multiplex fascinare possit, adnoto 1 nullos, quamdiu *vetus Burgundiæ regnum* anno Domini 534 collapsum stetit, imo postquam Francico accrevit, sub prima Regum familia, & secundæ fere universô tempore, *Comites*, quales somnias, patrimoniales fuisse. 2. annô demum 888 novum Burgundiæ regnum fundatum esse; in quo, ut & in Francia Occidentali & Orientali, Comites commendatarum ditionum dominium postmodum adepti sunt. 3. ante annum 1023 quo Habsburgum conditum est, Habsburgenses Comites nullos, sed Vindonissenses primum, ac exinde Altemburgenses esse potuisse. 4. ad annum usque 929, quo Alamannia Cisrhenana, Henrico *aucupe* cedente, Rudolfo II Burgundiæ Regi adscripta est, Altemburgensem Comitatum Alamannici Ducatus portionem fuisse. 5. *Priscos* ullos *Comites, scutarium symbolum*, quo post annum 1096 eorum successores usi sunt, *usurpasse*, probari nequaquam posse. 6. Si (quod pro confesso sumpsisti) *leo* Regium *Symbolum* fuit, à *Comitibus* Regum subditis *usurpari* nequaquam debuisse; si (quod verius putamus) non fuit, te strenue nugatum esse. 7. hoc ipso quod Habsburgici Comitis *coccineum in scuto aureo leonem* gestantis symbolum, *Regio* ideat (si te audiamus) *furvo in scuto argenteo leoni* nobilius fuisse vis; tecum turpiter pugnare; 8. Habsburgicum leonem, non *purpureum*, sed *coccineum* fuisse. 9. Burgundiæ Iuranæ, Chablasii, Augustæ *prætoriæ*, post annum 888 exortos Comites hæreditarios, *Veteris Burgundiæ regni* ante annos 354 eversi membra esse nullo modo potuisse. 10. Comitibus illis quibus civitates commendatæ, & quorum ditio amplior, & opulentior fuit, *dignitate* Habsburgicum

Vesimtio. Tarantasia. Augusta.

gicum *ac splendore Habsburgicum* pagensem nec *præcelluisse*, nec præcellere jure potuisse. 11. Augustam prætoriam, *Allobrogum* nunquam, sed *Salassorum*, Italici regni ad annum usque 888 populorum fuisse,

Frustra ex Antonio Beuterio errore populari infecto, *Vetustos Gothorum in Hispania Reges*, nigrum leonem in argenteo scuto *usque ad Alfonsum 6 gestasse* reperis; nunquam enim (quicquid in contrarium somniare libeat) sigillum ullum, vel monetam, vel monumentum cujuscunque generis, ab Hispanis anno 1096 prioribus relictum, proferri potest; quod eos scutario symbolo usos fidem facere possit: si in aliâ sententiâ es, experire, & Christianum orbem experimentorum tuorum cognitione bea; si non es, te esse ne simula. Lucæ Tudensis nutanti testimonio fisus, scribis Alfonsum VI, *cum videret* [1] *se non habere filium, qui regnaret post ipsum, filiam suam primogenitam Vrracam tradidisse nobilissimo viro Comiti Raimundo, qui erat de regali genere Gothorum; ut de tali conjugio regium semen susciteretur*: nec ego Urracam Raimundo nupsisse inficias eo; sed eum *genere Gothum* fuisse, Alfonsum vero liberis masculis, quô tempore ea nupsit, caruisse pernego; ex Constantia enim Burgundicâ, quam annô 1074 duxerat, [2] annô sequenti Urracam, anno 1092 Raimundo nuptam; ex Zaidâ Abenabeth Hispalensium Regis filia annô circiter 1086 Sancium susceperat, qui annô 1099 in prælio ad Ocles (cum jam anni 1096 Martii 1, Urraca Raimundo Alfonsum peperisset) cecidit. Tu rectè Raimundum *Guidonis Viennensis Archiepiscopi*, [3] anno 1119 Pontificis electi, [4] viri *Imperialis & Regiæ cellitudinis derivativa consanguinitate genereti*, germanum; Guillelmi II Burgundiæ Comitis filium; Rainaldi III, de quo Ligurinus [5] *Regum de gente vetusta ortus, & ipse suis Rainaldus clarior actis*; & Guillelmi III, de quo idem, *Comes antiqua veniens ab origine Regum*, patruum fuisse observas: duplici tamen nomine falleris, tum quia Raimundi proavum Otthonem Guillielmum *masculino stemmate à Berengariis Italiæ Regibus prodiisse* putas; cum ex solo posteriore, Adalberti patris parente, masculina serie processerit; ex priore, posterioris materno avo, per Gisslam Adalberti Eporediæ Marchionis uxorem tantum prognatus sit; tum quia *Berengarios à Gothis Regibus oriundos fuisse* deliranti Tudensi assentiris; revera enim uterque Francus fuit, prout ex subjecta tabella manifestum fiet.

[1] Chron. l. 4.

[2] Vide Marian. lib. 9. c. 11 20. lib. 10. c. 1. 5.

[3] Baron A.D. 1119. §.

[4] Suyer. in Ludovico VI.

[5] lib. 5.

Vnrocus.

Everardus Cisonii Comes, ac exinde Forojulii Dux, Gislæ Ludovico Pio natæ maritus.

Berengarius Tolosæ Comes, Caroli *Calvi* propinquus. Annal. Bertin. anno 86.

Berengarius I Bertilæ maritus.

Gisla Adalberti Marchionis uxor prior.

Berengarius II.

Rursus tam temere, *Raimundum in Hispaniam* scutum argenteum leone molochino impressum *intulisse* scribis, *quo deinceps usi sint ab illo progeniti Reges usque ad Alfonsum* VIII; quam vere Carthagena monuit, [6] *arma Regia* à Ferdinando III *ex Castellis & leonibus mixta esse*; & longe prius Tudensis [7] observavit Alfonsum VIII *primo Castellum armis suis* annô 1212 *depinxisse*: quæro enim unde Raimundum *scutum* ullum *leone impressum in Hispaniam intulisse* constet. 2. quæ inferendi necessitas erat, si ab antiquo Gothi Hi-

[6] cap. 83.

[7] Tud. lib. 4.

 spanici

ſpanici leonis ſymbolo uſi fuerant, & ab ipſis in Raimundum utendi jus devolutum erat. 3. quot Reges à Raimundo *ad Alfonſum* VIII *illato* (ſi Deo placet) *leone* tibi quæ multos interceſſiſſe inſinuas, *uſi* videantur; ego enim tres tantum reperio, Alfonſum quem VII numeras, cum filiis Sancio Alfonſi VIII parente; & Ferdinando Alfonſi Legionenſis, qui patruelis filiam Berengariam duxit, genitore. 1 addo ad cumulum, Tudenſem *antiquos* 1 *Reges Alfonſi* VIII *patres leonem depingere conſueviſſe*, non ex vero, ſed ex communi ætate ſuâ receptô errore, aſſerere auſum; quandoquidem Alfonſo VI, Alfonſi *nobilis* proavo, ſub quo prima ſcutariæ artis cunabula, circa annum 1100 reperta ſunt, altius aſſurgere non datur; integramque ab Alfonſo VI ad *nobilem* integri ſæculi periodum, antiquitatis nomine nullo modo dignam, vix habemus, quâ decurrente, leonum, aquilarum &c. in Regum, optimatum, familiarumque quarumlibet nobilium militaribus ſymbolis uſus invaluerit. Quod ubi diligenter adverteris, *tuo judicio clare conſtabit, ſcrutarii leonis ſymbolum*, nec *Regum* proprium fuiſſe; nec *à Gothis & Burgundionibus* in quorum uſu (quod ſciamus) non fuit, *in Habsburgicos, Auſtriacos & Hiſpanos Reges*, qui alia longe prætulerunt, *derivatum* cenſeri debere; nec denique ad Habsburgicos, quorum origo maſcula Regalis non fuit, 2 Claudiani verſus ante annum 1273 trahi nequaquam potuiſſe.

1 lib. cit.

1 de laudib. Serena.

Si nobilitas *cunctis exordia pandit*
Laudibus, atque omnes redeunt in ſemina cauſæ:
Quis venerabilior ſanguis, quæ major origo
Quam Regalis *erit?* ſed Capetinæ familiæ ab anno 888 ad regnum vocatæ, & Regum priorum propinquæ facile aptari poterunt.

Scutaria Auſtriacorum ſymbola.

Antiquiori 3 Auſtriacæ prioris gentis *ſcuto cæruleo aquilulis quinque, vel alaudis impreſſo, recentius coccineum faſcia candidâ tranſverſa exaratum* anno 1190 in Ptolemaidis expugnatione *ſuccefſiſſe*, cur negem non video, præſertim cum hæc clare de eo belli ſacri continuator habeat, 4 *Occupata turre quadam, cum Auſtrius* (Luitpoldus V Henrici I filius) *in repugnantem hoſtem ſævires atrocius, ſuorum cæſis permultis, in mare ſe præcipitem dare coactus eſt, totus ſuffuſus ſanguine, cingulo tenus duntaxat, quod album corpus interſecabat, à cruore immunis ad ſuos ſe recepit. unde ex eventu Fridericus* (Friderici I Imp. filius, in Oriente militiæ Dux & Imperator) *totius exercitus ſuffragio nova illi inſignia rubro & albo coloribus interſtincta conceſſit.* Sed hic obiter notanda veniunt, 1. *Aquilam* (ut ut *regia*, imo *Iovis ales*, dicta ſit, & Imperatorum Germaniæ militari ſcuto poſt annum 1096 impreſſa) aliis infra regum faſtigium poſitis communem olim fuiſſe, ut Montacutiis, Nuceriis, * imo nunc Montmoranciis, Tremolliis, Coliniis aliiſque compluribus eſſe: 2. Aquilæ Imperialis & Sabaudicæ furvum colorem, Nucerianæ aureo, Polonicæ & Coliniacæ argenteo, Auſtriacæ, Montmoranciacæ, Tremolliæ, Montacutiæ cæruleo (ſi te, qui de re abſolute arbitraria leges ferre non dubitas, audiamus) cedere debere. 3. Aquilæ ſcutarium ſymbolum, Auſtriæ Duces, & Sabaudiæ Comites jamdudum abjeciſſe; quod nunquam ipſis in mentem veniſſet, ſi Aquilam, *regium* ſymbolum, & *regiæ originis* indicativum credidiſſent. 4. Id ipſum de Habsburgico leone, quem Rudolfi primi poſteri

3 Guilliman. lib. 2. c. 8.

4 lib. 2. c. 3. 7. anno 1190.

* Linengenſibus, Nuenariis, Bucicaldis.

ſteri, Auſtriacæ faſciæ (deſpecta *regiæ*, quam ſomniabaſ, *proſapiæ* indicatione) poſthabuerunt, ſentire neceſſe eſſe. 5. Quomodocunque de *leonibus*, & *aquilis*; de *aurei*, *coccinei*, *cærulei* coloris excellentia philoſophari libeat, omnia in incerto eſſe; ipſiſque principum & magnatum compugnantibus factis (dum ſuæ quiſque voluntati obſequitur, & ſymbola ſymbolis mutat, & paronomaſtica ex occaſione tantum ſumpta, aliis quibuſcunque præfert) ſcutariæ artis nova & ludicra placita concuti; ſic Aragonii, minori cruci, majorem Mauricarum calvariarum quaternione ſtipatam, ac exinde Barcinonenſium palos; Navarri antiquæ cruci, carbunculum radiatum; Portugalenſes majorum cruci, ſcuta minora quinque byzantiorum quinione interſtincta; Sabaudi Aquilæ, crucem; Auſtriaci aquilulis, faſciam; Habsburgici leoni, faſciam eandem ſuffecere. Alluſione ad nomen facta, Legionenſes *Leonem*; Caſtellenſes *Caſtellum*, Granatenſes *malogranatum*, Delfinates *Delfin*, Chabotii *Capitones*, Malliaci *malleos*, Tanquii, *tincas*, Barrenſes mulos Barbones duos, priſco vulgo *Bars* dictos; Regiſtetenſes *raſtra*, vulgo *ratels*; Thierſteinii *feram*, ſeu *rupem calcantem cervam*; Hornii *cornu*, Nogareti *nucem*, Sanglerii *aprum* ceu ſingularem ferum, *Eſcodecani* canem caudâ & auriculis mutilum; Brecenſes, Brecas ſeu triturarias, vulgo *broyes*; Brocii, *brocias*, ſeu excuſſoria, vulgo *broſſes*; Heriſſonii erycios, Canilliaci canem, Ordeomontii hordei ſpicas &c. Sabaudi & Habsburgici *aureo*, & Legionenſes *argenteo*, coccineum ſolum prætulerunt; leopardos *ex ſinopide* (aureis, argentis, cæruleis, coccineis, purpureis, furvis, neglectis) ſibi Dani ſumpſerunt; Britannis pontici muris, Giſnenſibus aliiſque multis; *variæ* pelles, metallis, & coloribus univerſis potiores viſæ ſunt, fuitque ſemper, ubique, & ſingulis pro ratione voluntas.

IV. *Maſculinum Auſtriacæ gentis Stemma, adeò fabuloſum & mendis conſpurcatum, A. D. 1647 edidit Chiffletius, ut de delendis gradibus 9 prioribus, ad typographum ſuum anno 1650 mandata dare coactus ſit, Originis Auſtriacæ, pag. 53.*

Stemmatis Cenſura.	*Stemma Chiffletianum.*
	1 Ottobertus [a] Vindoniſſæ & Altemburgi Comes, ab anno 654, ad anno 667.
	2 Babo Vindoniſſæ & Altemburgi Comes.
	3 Robertus Vindoviſſæ & Altemburgi Comes.
[b] unde anno 766, Hettobertum Chiffletianum vixiſſe conſtat?	4 Hettobertus Vindoniſſæ & Altemburgi Comes, [b] anno 766.
	5 Rambertus Vindoniſſæ & Altemburgi Comes.
[c] Luithardus Vindoniſſæ Comes non fuit, ſed forte Briſgaviæ, Gerardi pater, qui Pippini Aquit. Regis filiam duxit.	6 Guntramnus I Vindoniſſæ & Altemburgi Comes.
[d] Luitfridus Luithardi filius non fuit, ſed Luitfridi alterius, & Hugonis nepos, Alſatiæ Comes.	7 Luithardus [c] Vindoniſſæ & Altemburgi Comes.
[e] Hunifridus Luitfridi germanus Stutgaviæ Comes fuit.	8 Luitfridus [d] Vindoniſſæ & Altemburgi Comes, anno 899.
[f] Guntramnus Hugonis & Hildegardis filius. Landaloi Archiepiſcopi Vindoniſſæ dynaſtæ hæredem duxiſſe videtur.	9 Hunifridus [e] Vindoniſſæ & Altemburgi Comes.
	10 Guntrannus [f] II Dives, Vindoniſſæ & Altemburgi Comes.
	11 Landzelinus Vindoniſſæ & Altemburgi Comes.

[a] Nec Ottoberti, nec ſequentium quinque monumenta, quæ proferant, habent adverſarii, nec Altemburgum anno 614 condirum fuiſſe conſtat.

12 Radeboto Comes Vindoniſſæ & Altemburgi, uxor Ita filia [1]Gerardi Alſatiæ & Lotharingiæ Ducis ſoror Theodorici.

12 Wernherus Epiſcopus Argentinenſis, qui Habſpurgum caſtrum condidit, non procul Altemburgo, obiit anno 1029.

13 Wernherus I Habſpurgi Comes; obiit anno 1096 uxor Regelinda Comitiſſa.

14 Otto Comes Habſpurgi, occiſus anno [2]1110, uxor Hitta Comitiſſa de Pfiert.

14 Albertus Habſpurgenſis, anno 1130.

14 Ita uxor Ruſulfi Comitis de Thierſtein.

15 Wernherus II Comes Habſpurgi, anno 1130, uxor Ita Comitiſſa de Homberg.

15 Wernherus Comes de Thierſtein [3], obiit anno 1130.

16 Wernherus III Comes Habſpurgi, anno 1144, obiit 1153, uxor [4]N. Domina de [5]Scarkemberg.

16 Fridericus Comes de Thierſtein, an. 1130.

17 Adelbertus Comes Habſpurgi, an. 1163 obiit an. 1199, uxor Ita Comitiſſa de Pfullendorff.

17 Gotſcalcus Comes de Thierſtein, an. 1159.

18 Rudolphus Comes Habſpurgi, & Alſatiæ Lantgravius, obiit anno 1232, uxor Agnes Comitiſſa de Stauffen.

18 Landfridus Comes à Thierſtein, an. 1183, & multi alii uſque ad anno 1476.

19 Albertus Comes Habſpurgi & Alſatiæ Lantgravius, obiit anno 1240, uxor Helwigis Comitiſſa Kiburgi.

20 Rudolphus I Romanorum [6]Imperator, anno 1273, obiit 1291, uxor Anna filia [7] Alberti Comitis de Hohenberg.

21 Albertus I Imperator [8] anno 1299, obiit 1308, uxor Elizabetha, Meinhardi Ducis [9] Carinthiæ, & Comitis Tyrolenſis filia.

22 Fridericus III Imperator [10] an. 1314, obiit 1330, uxor Elizabetha Iacobi Aragonum Regis filia [11], ſine liberis.

22 Albertus [12] Archidux Auſtriæ, obiit anno 1358, uxor Ioanna, Vlrici Phyrretarum Comitis filia.

23 Albertus Archidux Auſtriæ, ob. anno 1389, uxor Beatrix Friderici Burgravii Norimbergenſis filia.

23 Leopoldus Archidux Auſtriæ; obiit anno 1404, uxor Viridis Barnabonis Inſubrium [13] Ducis filia.

24 Albertus Archidux Auſtriæ, ob. anno 1404, uxor Ioanna Bavara Alberti Comitis Hannoniæ & Hollandiæ filia.

24 Ernestus Ferreus Archidux Auſtriæ, obiit anno 1435, uxor Comburgis [14], Vitoldi Lituaniæ Ducis filia.

25 Alberrus II Imperator [15], ob. anno 1439 uxor Elizabetha, Sigiſmundi Imperatoris filia.

25 Fridericus IV Imperator [16], anno 1440, obiit 1493, uxor Leonora, Eduardi Luſitaniæ Regis filia.

26 Maximilianus I Imperator [17], obiit anno 1518, uxor Maria Caroli Ducis Burgundiæ filia, & hæres unica.

27 Philippus I Archidux Auſtriæ, per uxorem Ioannem Rex Hiſpaniæ, obiit anno 1506.

28 Carolus

[1] Ita Friderici & Beatricis filia, Theoderici I ſoror, Gerardi nec filia eſſe potuit, nec propinqua; prout infra demonſtrabimus.

[2] Anno 1113, Novemb. 8 occiſum ex Murenſibus actis notat Guillimannus.

[3] Obiit anno 1163, vide Guilliman.

[4] Gertrudis ei nomen fuiſſe certum eſt. Vide Guilliman.

[5] lege Starkemberg.

[6] Imperator proprie non fuit, qui Romæ coronatus non eſt.

[7] Burchardi filia fuit, Burchardo alio nati, Alberti germana, vide Annal. Colmar.

[8] Improprie cum Romæ coronatus non ſit,

[9] poſt pactam Alberto anno 1273 filiam, à Rudolfo Alberti parente Carinthiæ Ducatu auctus eſt, vide Albertum Argent.

[10] nec Imperator fuit, Romæ non coronatus; nec Rex, anno 1325 regis nomine ejurare coactus.

[11] *ſine liberis* non fuit, filiam Stephano Ludovici IV filio deſponſare coactus. Hieron. Gebuillerus lib. 3. c. 3. ei Fridericum in cunis denarum, Elizabetham & Annam tribuit.

[12] Hieron. Gebuill. lib. 3. c. 5. Friderici cum Erneſti filium primum Archiducem fuiſſe ſcribit.

[13] Inſubrium Dux nec fuit, nec dictus eſt, ſed Galeacii II filius Ioannes Galeacius, anno 1395 Dux primus à Veneſlao ſalutatus.

Matthæus Magnus.

Galeacius I. — Marcus. — Luchinus. — Ioannes. — Stephanus.

Matthæus II. — Galeacius II. — Bernabo anno 1385 à fratris filio incarceratus.

Ioannes Galeacius Dux primus, A. D. 1395, ſub cuſtodia poſito Bernabone creatus.

[14] Zimburgis Ziemoviti Maſſoviæ Ducis filia fuit, non Vitoldi.

[15] Improprie, cum Romæ coronatus non fuerit.

[16] Improprie ob eandem cauſam, *tertius* verò fuit, quandoquidem Fridericus Alberti I filius, abdicavit.

[17] Improprie ut ſupra, obiit anno 1519, anno à Calendis Ianuariis inchoato.

Wernherus Epiſcopus Argentinenſis, qui Habſpurgum caſtrum condidit, non procul Altemburgo, obiit anno 1029.

28 Carolus V Imperator, an. 1519. obiit 1558, uxor Isabella, Regis Lusitaniæ filia.

28 Ferdinandus I Imperator [1], obiit anno 1564, uxor Anna Ladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis filia.

[1] Impropriè.

29 Philippus II Rex Catholicus, obiit anno 1598, uxor Anna Maximiliani II Imperatoris filia.

29 Maximilianus II Imperator [2], obiit an. 1576, uxor Maria Caroli V Imperatoris filia.

29 Carolus Archidux Austriæ; uxor Maria, filia Alberti Ducis Bavariæ.

[2] Impropriè.

[3] Impropriè.

30 Philippus III Rex Catholicus, obiit anno 1621, uxor Margareta soror Ferdinandi II Imperatoris.

30 Rudolphus II [4] Imper. ob. 1612, uxore non ducta.

30 Matthias [5] Imper. ob. 1619 ἄπαις.

30 Ferdinandus [6] II Imperator, obiit anno 1637, uxor Maria Anna Bavariæ Duciſſa.

[4] Impropriè.
[5] Impropriè.
[6] Impropriè.

31 Philippus IV Rex Catholicus; uxor Elizabetha, Henrici IV Franciæ Regis filia.

31 Ferdinandus III [7] Imperator; uxor Maria, Philippi III Regis Catholici filia.

31 Leopoldus Guilielmus Archidux Austriæ, &c. Belgii & Burgundiæ Prorex anno 1647.

[7] Impropriè.

32 Ferdinandus Rex Hungariæ & Bohemiæ.

V. *Veri Austriacorum Principum (ipsomet Chiffletio fatente) Majores.*

Ricomer Gertrudis Hamaticensis maritus, *Romanus* ideſt Gallus *genere*.

Gereberta, quam Egano Majori domus, A. D. 646 denato nuptam fuisse probabile est.

Irchinoaldus [1] Leudesindis maritus, Domus sub Clodoveo II Major post A. D. 665 denatus. Adalbaldus.

Leudesius [2] Domus Major ab Ebroino circà A. D. 679 cæsus, N. è Sigismundi Regis prosapia natæ marit.

Adalricus [3] Etico Dux, Berehsindis maritus, circa A. D. 710 denatus.

[1] Beda hist. lib. 3. c. 19. Fredegar. vita S. S. Furiæi, Wandregisili, Baboleni, Bathildis, Eligii.
[2] Fredeg. Chron. Monst. ac. Aimoin. lib. 4. c. 38.
[3] Vita S. Odiliæ.
[4] Vita S. Odiliæ Decoli.

Adalbertus Dux, Gerlindis maritus, post A. D. 741 S. Stephani Argent. fundator.

Otilia monialis circa A. D. 800 centenaria major denata, cujus se propinquum fuisse Maximilianus I Imper. gloriatus est, I. Ruyr Antiquit. Vosag. lib. 4. cap. 14.

Hetto Comes.

Hugo.

Luidfridus Hiltrudis maritus.

Hetto Argentin. Episcopus ab A. D. 734 ad 779, Martii 12.

Albericus.

Remedius Episcop. Argent. A. D. 802 Mart. 19 denatus.

Hugo Babæ maritus, A. D. 835 denatus.

Luithardus Grimildis maritus.

Eberhardus male à Chiffletio omissus.

Luitfridus post A. D. 865 denatus.

Ermengardis Lotharii Imp. uxor, A. D. 851 denata.

Gerardus Bertæ Pipino Aquit. Regi natæ maritus.

Eberhardus Adalindis maritus.

Hugo A. D. 866, ad 869.

Luitfridus III.

Ermentrudis Conradi uxor, Rudolfi I Burgundiæ Iuranæ Regis parens.

Theoderi-cus.

Eva.

Hugo Hildegardis maritus.

Luidfridus Comes in Sundgaw ab Hungaris, an. 938 cæsus.

Huntfordus Comes in Neckergaw.

Eberardus Comes, à quo Lotharingica & Vadosis montis familia, ex qua Gerardus II Tullensis Episcopus, A. D. 1218 denatus, [1] cui vitæ S. Odiliæ & Leonis IX pontificis propinquorum dicatæ,

Hugo, à quo Dagsburgica familia, & in ea Leo Papa IX, inter propinquos Gerhardi II Tullensis Episc. numeratus,

Guntrammus *Dives* à quo [2] Habsburgica familia, A. D. 946, Mart. 26 denatus.

[1] Collector vitarum Odiliæ, Leonis IX, &c. conclusione ad Gerardum Episcopum. *Hæc sunt Domine Gerarde quæ de sanctis qui de tua prosapia esse digneo scimus, & quorum & successor habus dicere.*

Mihi, cui S. Deicoli legenda cum Actis Murensibus diligentius collata, delineandæ, qualem hîc in opere exhibuimus, tabulæ occasionem A. D. 1646 dederat, Guntramnumque *divitem* Hugone, Eberardi & Adalindis filiô prognatum persuaserat; de investigandis ulterius Guntramni ejusdem atavis Clarissimum Vignerium serio cogitavisse longe gratissimum fuit, te nunc oblatum veri lumen nequaquam repulisse ex animô gratulor, ac dispellendas, quæ aciem tuam circumvolare necdum desinunt, nebulas amicè moneo. 1. Cum consanguinei a peritis proprie vocentur, *qui ex unô patris femine nati sunt*; eoque à cognatis differant, *qui per fœminini sexus personas veniunt*; nec tibi, nec iis qui SS. Rictrudis & Bertæ legendas scripsere, Dagoberti & Clodovei *consanguinei* fuerint Erchinoaldus & Sigefridus qui *de genitrice*, & *ex parte genitricis*, Regum cognati fuerunt. 2. Erchinoaldi uxore prior(e) antequam Leutsindem duceret) natus videtur Leudesius: vita Bathildis; *in tantum nobili suâ conversatione fœlicem famam promeruit; ut pro matronâ, quam supradictus Erchinoaldus Princeps morte interveniente amiserat, complacuisset denuo eidem Principi Bathildem honestissimam virginem in throno maritali sibi sociare.* 3. Athicones I & II *Alamanniæ Duces* fuisse nullus coætaneus insinuat. 4. Quam Eimhildem p. 1. & 46. vocas, Fredegarius aliique veteres Bilechildem nuncupant; ipsa se Chartâ de Bansiaco villa A. D. 677 datâ Blidechildem vocat. 5. Childericum male in Chalpericum p. 1. & 47. transformas, Chilpericus *auxilium regni*, Childericus vero *regni amorem*, sive *delicias* significat. 6. Eberardum Adalindis maritum, qui ultra annum 870 vitam produxit, Lutrense monasterium sui juris fecit, in seculo obiit; cum Eberardo parente, qui vitam monasticam (Oriliæ proamitæ hortatu) amplexus est, perperam confundis, & cornicula vivaciorem esse jubes. 7. unde Lanzelino Luitgardim nupsisse habes? 8. de Ittæ Radebotoni nuptæ, Annæ Hohenbergicæ, Zimburgis Ernesti uxoris parentibus, de annis quibus Otto, & Wernherus III defuncti sunt, de Meinhardi & Barnabonis Ducatibus; de Rudolfi I, Alberti I, Friderici, Alberti II, Maximiliani I, Ferdinandi I, Maximiliani II, Rudolfi II, Matthiæ, Ferdinandi II & III titulo *Imperiali* jam vidimus. 9. ad Eberardum Alsaticum p. 16. quæ ad Eberardum Cisonii in Cameracensi ditione Comitem, ac exinde Forojulii Ducem pertinebant, inconsiderate trahis. 10. ad Hugonem Alsatiæ Comitem p. 17. quæ Hugonis Burgundiæ Comitis erant, ex errore transfers. 11. Luitfridum III p. 29. & 27. *Altemburgi Comitem*, nullo ex veteribus teste fretus, vocas. 12. Hugonem Luitfridi avum, quem anno 835 decessisse ex Annalibus Bertinianis constat, A. D. 837 decessisse scribis. 13. Guntramnum à Luitfrido III *hæredem scriptum*, & *fratribus natu majoribus prælatum*, *alias Alsaticæ stirpis lineas penitus defecisse*, Albertum Metensium Comitem, & Leonem IX Papam Eberardi & Hugonis filios nequaquam fuisse, simulac probaveris credemus. 14. Lutram *ab Hungaris* (qui annô demum 900 post Arnulfi Imp. obitum in Germaniam irruperunt) sub Lothario anno 869 Aug. 8 feria 2 denato *vastatam*, & post vastationem Waldradæ datam, deliras. 15. *præclaram Francorum progeniem*, ex qua Leodegarius natus est; *non aliam quam Regiam* fuisse dicis p. 46. non confirmas. 16. tam absurde, quam falsô colligis *præfecturam Palatinam non à Rege conferri solitam*, *præfectum* regni *primarium* Erchinoaldum *non à Rege constitutum*, ante *Regis præfectum primarium*

Ilid. orig. lib. 9. c. 6.

Fredeg. n. 84. Gesta Dagoberti n. 47.

p. 1. & 41.

Miræus diplom. Belg. c. 3. Charta fundationis Gregoriani monasterii in Alsatia Eimhildem vocat Childerici uxorem, sed falsa est cum A. D. 660. quo vix trimus erat Childericus uxoris consultu eam scripsisse dicitur.

p. 46. 51.

marium fuisse, sed Rege *potestate majorem, eique minime obstrictum*, ex eo colligis, quod præfecturæ *honorem à populo dari consuevisse* Eginhartus, queni tuò more *Eginarthum* vocas; Francos *Ebroinum statuisse*, Leudesium *elegisse*, Bercharium *constituisse*, Moissiacense Chronicon; Warathonem *effecisse* libelli de Majoribus domus Auctor, scripserint: nec enim supremæ Regum, qui non soli per se, nullius ministerio, aut consiliò usi, rempublicam administrabant, potestati officere potuit, quod proceribus natalium lege & fidei Sacramento obligatis, eligendorum (quibus committerentur) Magistratuum jus reluctavit; usque nunc municipales Magistratus *Capitolinos* Tolosani; *Iuratos* Burdigalenses, *Consules* Occitani passim, *Majores* suos & *Mercatorum præpositos* alii quotannis liberis suffragiis eligunt; tunc tam *eligentes* quam *electos* Regis *potestate majores*, eisque *minime obstrictos* dixeris? Imo hoc ipso *obstricti* sunt, quod ab *obstrictis*, pro delegatâ à Regibus potestate, sub ipsis Regum auspiciis eliguntur; nec aliâ veteres conditione sub Merovingis Regibus fuisse Fredegarius à te laudatus docet; si enim de successore Warnachario sufficiendo Clotarius 11 sollicitus fuit; si *Burgundiæ Principes*, ne alium eligere cogerentur, Regis *gratiam enixe petere*, & *cum Rege transigere* necesse fuit, quis universos & singulos à Regis nutu pendisse; summam regiminis potestatem penes Regem unum fuisse, tamque Regnum, quam Regnicolas omnino omnes sub Rege fuisse, non videat? fuere ergo cum cæteris, Regum ministri *domus Majores*; fuere inter subditos à subditis (permittente Rege & vi sanctitæ ab eo legis) constituti; iisque ut regno, quod precario regendum susceperant, idem præfuit: ne contra mutire audeas, subornatos à temet testes purgatis auribus audi, qui te monitoresque tuos tecum *avia peragrantem* (dum aliorum monumentis versandis incumbere videntur) mente peregrinatos evincant. *Gesta Francorum* annô circiter 730 scripta c. 36. *Landericus quem Majorem domus palatii constituerat Fredegundis.* c. 42. *defuncto Gundoaldo Majore Domus, inclytus Dagobertus Rex Grimoaldum virum Illustrem Majorem domatus statuit*, c. 43. *defuncto Pippino Sigebertus Rex Grimoaldum filium ejus in Majorem domatus statuit*, &c. *Grimoaldus propter scelus quod in Dominum* (Dagobertum Regem Sigeberti filium) *exercuit, morte vitam finivit.* c. 47. *Franci Consiliô acceptô Waratonem virum Illustrem in locô ejus* (Ebroini) *cum jussione Regis, Majorem domus palatii statuunt.* Fredegarius c. 26. *Protadius (instigante Brunichilde, Theodoricô jubente) Major domus substituitur.* c. 42. *Warnacharius in regno Burgundiæ substitutur Major domus, sacramentô à Clotariô acceptô ne unquam vitæ suæ temporibus degradaretur.* c. 54. *Clotarius jubet Arneberto Duci* (Godinum Majorem domûs) *cum exercitu interficeret.* c. 89. *Flaocatus genere Francus Major domûs in regnô Burgundiæ, electione pontificum & cunctorum Ducum, à Nanthilde Reginâ in hoc gradu honoris stabilitur.* Eligebant ergo (velis nolis) *consilio*, & potestate à Regibus datâ Franci, *jussu* quem Franci universi ex officio sequebantur, Regis; in Majores domus qui Reges *Dominos* cum cæteris colebant, jus summum vitæ & necis penes Reges erat; nec magis *Regno*, quam *Regi* (quod temere negas) ministrabant Majores; *Reges* tamen *dictos*, imo *Regibus ipsis antelatos* contendis, quia hæc in Chronico Hildesheimensi post A. D. 1100 scripto verba occurrunt ad A. D. 688. *Raginfredus Major domûs & Hilpricus Rex Coloniam cum exercitu adeunt*, & ad 689. *Raginfredus & Hilpricus Rex* cap. 54.

bellum

bellum Carolo parant; & in Petro Bibliothecario ad A.D.716. *Carolus Ragenfredum & Chilpricum Regem Parisios usque terga vertentes persequitur die Palmarum; prærogativam ordinis observandam* mones; nec *Regis* titulum à medii ævi scriptoribus, *non Regibus* passim (velut ad ludibrium) prostitutum meminisse dignaris, qui p. 48. Masonem Adelberti Ducis tertiogenitum, Majoribus domûs longe inferiorem, *Regem* ab imperitis, de sermonis proprietate securis, dictum scripsisti. Quid autem ad nos si Petrus Bibliothecarius & Chronici Hildensheimensis scriptor, nullo adhibito verborum ex prioribus desumptorum delectu, Reges Aulicis suis posthabuisse videantur? quò jure *ordinis prærogativam*, quod pudenda ejus *eversio* dici debuerat, vocabis? si te recentiorum auctoritas allicit, fontes ipsos quos adierunt, revertere. Gesta Francorum c. 48. *contra Theodoricum Regem & Bertharium aciem dirigit* Pippinus c. 53. *contra Chilpericum vel Ragenfredum ad bellum surrexit* Martellus; *Chilpericus cum Ragenfredo terga vertit. Chilpericus & Ragenfredus Eudonem Ducem expetunt.* Fredegarius c. 106. *Carolus commotò exercitu contra Chilpericum & Ragenfredum direxit* &c. *Chilpericus & Ragenfredus devicti.* c.107. *Chilpericus & Ragenfredus legationem ad Eudonem dirigunt.* Desines igitur, si sapis, ordinis prærogativas in meris ejus inversionibus quærere, quasi manes sublimare, superos inflectere in mente habeas.

Addis, Belleforestius lib.1. c. 38. *umbram Erchinoaldi solam ad retinendum in officio Regem sufficisse.* Quid rum? an quotquot *Reges in officio retinent*, potestate *retinent*, iisque *anteferendi* sunt? *Clodoveus omni spuritiæ deditus, fornicarius, & illusor fœminarum, gula & ebrietate contentus, in extremis vitæ annis amens effectus* est; quidni *Regii ostri*, imo *naturæ* dehonestamentum, monitis, precibus, ipsiusque Hippocratis vinculis, si necesse fuit, compescuerint certatim subditi, ac præ aliis in quos inclinata recumbebat Regiæ Majores?

Ex Eginharto, qui tibi Einarthus, Sigeberto, & Othone Frisingensi p. 39 & 40 urges, Reges Merovingos, quò tempore Childericus eorum postremus tonsus est; *jamdudum nullius vigoris* fuisse, *inane Regis vocabulum prætulisse, opes & potentiam regni penes Palatii præfectos, ad quos summa imperii pertinebat*, fuisse; *Reges Regio nomine contentos, speciem dominantis effluxisse. Legatis responsa quæ erant edocti vel jussi, ex sua velut potestate reddidisse, nihil præter inutile Regis nomen & precarium vitæ stipendium possedisse, solo nomine regnavisse.* Non nego, Chiffleti, sed hæc nihil ad Erchinoaldi Majoratum, qui regni *sub Regibus* procuratio fuit, non *tyrannis in Reges. Ab hinc*, id est ab Erchinoaldi & Ebroini præfectura, *Francorum Reges degeneravisse*, alter ex testibus tuis putat Sigebertus; ut autem Erchinoaldum eâdem quâ postremi Majores potestate usum fuisse demus; absurdus tu, qui deplorandum *regiminis vitium*, ceu *legitimum regimen*, ac *potestatem incorruptam* venditas, Bene est quod tibi nemo usurpiam de regni jure decernendi jus tribuit; actum de orbis salute esset, si te Legislatore uteretur; sed ab iis, quæ audire ob Politicam tuam mereare, sciens prudens abstineo; hoc unum quod ad causam nostram est, urgio: nunquam Austriacis principibus (quorum communis parens Rudolfus, paulo antequam regnum ordiretur, sub regulo Germanicæ coronæ vassallo meruerat) dedecori fuerit, si Erchinoaldus Rudolfi ejusdem atavus antiquis Franciæ Occidentalis Regibus obnoxius; præfectus eorum palatio

latio fuisse dicatur; id cum vere, *non suis blandiendi*; aut exteris *lucem*, quam primus ætate nostrâ accendit, *subtrahendi animô* senserit Vignetius noster; iniquam ipsi eo nomine dicam scribis, nec ingratæ mentis crimen effugere potes, qui commentis incautius effictis bonæ nostrorum fidei illudere conatus, famam; quantum in te fuit, prodegisti.

VI. *Veterum de Austriacorum Principum Majoribus judicia.*

AN Rudolfi II majores *multis ante* [1] P. Heuteri *tempora sæculis, inter Germaniæ Principes magni & illustres*, imo ex [2] Guillimanni sententia *facile semper primi* fuerint; quorum vere *aureæ stirpi nihil* [3] (Lipsii judicio) *in omni retro Principum classe simile*, jam vidimus: *apud Germanos nobilissimam* (Pio II Papa monente) fatemur; si nos, quô jure *Habsburgiensibus Verneris religiosius aut magnificentius, Albertisque constantius aut bellacius nihil fuisse* scripserit, [4] Guillimannus docuisset, sponte assentiremur, qui suam cuique laudem præripere indignum judicamus: unicum tu Rudolfi I anno 1261 Eucharistiam adorantis, equum deferenti sacerdoti tradentis, & restituenti donantis; exemplum *sanctimonialis propinquæ* laudibus celebratum, & Lipsio decantatum, à [5] Guillimanno ex Suevico & Tigurino Chronicis MSS. erutum, pictorum penicillo sub oculis positum venditas; nec nostra negare inter est, hoc unum te monitum velim, tabulas *subactu oleariô per Othonem Vanium*, Ernesti Archiducis jussu, anno 1594 ad vetustarum exemplum *pictas*, nec morem Rudolfi sæculo receptum, sed longe post invectum referre; nec Guillimanni [6] Chronicorum laudatorum verba, suô more, dilatantis historiæ per omnia respondere; cum oblatos duos à Rudolfo sacerdoti & ministro equos voluerit pictor, unicum datum ex Chronicis scripserit Guillimannus; [7] Rudolfum cum comitatu & canibus parochum secutum (ex picturæ fide, altum hac in parte silentibus Chronicis & Guillimanno) tradat Lipsius, cui rursus cum Guillimannô in eo parum convenit, quod *Sibyllina de stirpe Vatem* Regnum Rudolfo prædixisse putavit; Guillimannus vero *sanctimoniali è monasteriô Fare* (*quod inter Tigurum & Aquas situm Lindemago adjacet*) *propinquæ*, totam illam prædictionem tribuit; sed *pictoribus atque poetis, quidlibet audendi semper fuit æqua potestas*.

[1] præf. orig. Habsb.
[2] dedic. Habsb.
[3] præf. admiranda. A. D. 1598.
[4] Comm. lib. 1.
[5] Habsb. lib. 6. c. 4.

Tu Capetum Regem, non tui unius, sed universorum, quot quot nunc Europam imperio regunt, Principum communem parentem, undequaque petitis maledictis aggressus, nullam in posteros ejus insanô molimine invehendi occasionem elabi tibi finis, eo nomine verberonibus [6] qui *dignitates spernunt*, compar, unaque æterno *judicio* (nisi mentem mutes) *reservandus*. Calumnias tamen tuas totidem Sibyllæ folia esse demus; tunc principum tuorum atavos nulli culpæ affines dixeris? ut ut nostri *humani nihil à se alienum putaverint*, sceleribus inquinatos, & sæculi sui dehonestamenta nemo nisi mente captus dixerit, cum nationis nostræ sub Capevingis Principibus tanta felicitas fuerit, ut universo orbi invidenda fuisse videatur; paucosque Franci Occidentales à 700 annis Reges non optimos, & aliarum gentium optimis non comparandos habuerit. Tu ne Austriacorum Principum avos Angelicam vitam nullo nævo deformatam duxisse, nihilque quod in eis carpere (etsi velimus) jure possimus fuisse credas; audi.

[6] 2 Pet. 2. 9. 10.

Erchinoaldus, S. Eligii Noviomensis Ecclesiæ Episcopi, A. D. 662. Decembris denati, à S. Audoenô Rotomagensium Præsule A. D. 676. Augusti. 24 feriâ 1 defunctô scripta vita. *Rogavit eum aliquando Erchonoaldus præfectus palatio, ut cum ipsô longius proficisceretur; at ille, secum multa reputans, nolebat ire cum eô; sed tamen coactus à Senioribus & Abbatibus civitatis suæ verentibus ne tanti viri animum offenderet, ita palam dixit*; quid necesse est, fratres, ut tanta nos afficiatis molestiâ? equidem novi, quod vos ignoratis, si cum illô ierimus male id cessurum, ille enim hinc quidem exit, sed ibi morietur; *Ivit tamen cum illô; ventum est ad locum destinatum; cumque illic nocte quadam, aliis dormientibus, casu B. Eligius foras egressus obambularet, & de Psalmis nescio quid secum volueret, subito vidit columnam ignis è cælô descendere, & magnâ vi cubiculum Erchenoaldi penetrare; Rei itaque eventum tacite secum considerans, interitum bestiæ illius Diacono suo, qui forte solus cum eô aderat, indicavit. Mox autem divinitus percussus Erchonoaldus, sentiens magnô ardore cruciari viscera sua, jubet ad se ocyus introduci Eligium. Venit Eligius, videt hominem magnis correptum angoribus; hortatur eum ut, quando desperat se victurum, vel moriturus faciat, quod vivens sponte poluisset, videlicet ut loculos multos aurô tumentes, quos equi vehebant, pauperibus quam primum erogaret pro refrigeriô animæ suæ; id solum profuturum ei asserens; nocitura vero quæ in thesauris esset relicturus. Sed ille, ut rapax, ita etiam tenax, dum moras nectit, repente extremum efflat anhelitum, corpus ejus misericordiâ motus Eligius, secum absportavit & tradidit sepulturæ.*

Etico. Vita S. Odiliæ. *Iudicio Dei veniente contigit, ut eis* (Eticoni & Beretswindæ) *nata esset filia à nativitate cæca; pater autem* (*ut audivit, quod cæca nata erat*) *turbatus est in scipsô, dicens, quia pro aliquo ejus peccato hoc venisset ei; cogitabat ut* eam occidere præcepisset, *dixit ad conjugem suam*, Nunc cognosco quoniam in aliquô Deum iratum habeo, quia mihi hoc evenit, quod ante hæc nulli ex genere meo contigit, *jussitque* ut occideretur. *Mater vero ejusdem filiæ respondit dicens*; Domine mi, noli esse tristis, cognosco quod judicium Dei manifestum est, quia ipse Christus respondebat discipulis suis,

[1] Ioan. 3. 3. de cæcô natô interrogantibus, dicens, [1] quia neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo; *ipse vero nolebat per hæc verba consolari, sed magis ac magis dolebat in corde suo, quod hæc puella viva erat. Dixitque iterum ad conjugem suam, magnam sibi verecundiam esse, quod filia ejus visu oculorum frustrata esset; & ideo* præcepit ei, ut aliquem sibi *familiarem satageret quærere per quem* ipsa puella occideretur, *aut ut in eum duceretur locum, ubi nunquam manifestaretur.* Ibid. *ipse* (Etico) *heu male iracundiâ devictus* (ob reductam à filio Otiliam) *baculo quem manu gestabat, puerum percussit durius quam sibi voluntati esset; tunc adolescens ex eodem ictu in*

Eberhardus. *ægritudinem decidit, vitamque finivit. — Eberardus Alberici Comitis filius, qui licet leone & urso ferocior aliquando in servos Dei sævierit, & bona nostra usurpaverit*, &c.

Vita S. Deicoli, à monacho Lutrensi (sedente Verdulfo Abbate Ottonis 1 coætaneo) scripta. c. 7. *Comes quidam bellipotens de Alsatiæ partibus, nomine Eberhardus, qui regnum Burgundionum frequentare erat solitus; potenter locum illum* (Lutram) *invasit, & hæreditatem sibi* nefario vindicavit, *& quia non est inventus illi qui obstitisset; omni tempore, quô post advixit*, manu tyrannica

contra

contra fas *retinuit*. cap. 8. *Ille* (Eberhardus) *ut erat cupidus, & sacrorum* invasor *locorum, occasione tali locum invasit S. Deicoli, & post infandæ mulieris* (Walderadæ) *decessum, unca manu sibi in hæreditatem adscivit & fecisset, nam nec ipsi impune cessit; nempe secundum Prophetam* sanguinem [2] admiscuit [1] Osee 4. sanguini, *ideſt scelus sceleri addidit. Adalindem vero legitimam suam uxorem dimisit, repudii libellum dedit, semetipsum autem* lupanaribus immiscuit; *nam quandam Nonnam apud Monasterium Ereſtein sibi applicavit, & iniquitatem illam ad mortem usque protraxit. Adalindis autem post hæc quid fecerit, paginæ* Adalindis. *inferendum honestas non sinit. Comes vero ipse quali morte vitam finierit, propalare exempli causâ non piget. Audenter dico quæ personis fidelibus asserentibus, nosse me luce clarius contigit; crederes videlicet, ipsum pene triennio* [2] *Herodiana peste percussum, qui secundum Actus Apostolorum*; percussus ab Angelo, scatens vermibus *expiravit. Vermes quippe ita sibi à vertice usque ad talos ebullichant; ut frequentanci ejus, maximum inde putorem tolerarent, sicque miserabiliter cum Herode miserabilem vitam finivit. Nec dubitandum quin in tormentis æqualem sortiatur pœnam, cujus in* omni scelere *imitatus est vitam; & quia B. Deicolo præjudicialiter hæreditatem suam tulit in terris, ipse se quodammodo æterna hæreditate privavit in cœlis*, &c. [2] Act. 12.

Cap. 7. *Eodem vero Comite* (Eberhardo) *in tanta mentis obstinantiâ vitâ* Hugo. *decedente, filius ejus Hugo nomine, qui & ipse Comes effectus fuit, omnia quæ patris sui esse videbantur*, sive jure, sive injuriâ *potestative invasit*, tenaciterque sibi aduncavit; *inter quæ omnia & locum S. Patris Deicoli, qui cum masculæ prolis fortitudine in omnibus propemodum regnis famosus haberetur, & in multis negotiis ad similes castrensis invictus existeret, aliquamdiu impune potitus est prædio S. Deicoli. Cumque sacer locus diutim sæcularibus esset occupatus sordibus, quadam vice dum tres filii ejus sessi, ac vespertini in eundem devenissent locum, peractis omnibus, quæ ad manum necessaria erant, sani atque incolumes incaute se prope B. patris sepulcrum collocaverunt; & quia gloriam Deo nec sancto suo Deicolo honorem dederunt, impune eis* (Deo gratias) *non cessit*, &c. horum *primogenitus Eberhardus erat, secundus Hugo, tertius Guntramnus habebatur*. cap. 10. *Imperator devotus* (Otto 1) *fidelium consultum implevit, faceri invasores loci* (Hugonem & tres filios) *iniquos vocavit; atque mille sub testibus Beato viro* &c. *potestative contradidit.*

Acta Murensia. *Kanzelinus Guntramni* filius, *acquiescens petitioni eorum* Guntramnus. (Muri monachorum) *tamdiu in hoc illis præfuit, quousque totum in suam potestatem, tam* juste, quam injuste *contraxit; cujus potentiam cæteri rustici qui erant liberi, & in ipso vico constituti intuentes, etiam ipsi sua prædia in ejus defensionem, sub legitimo censu, tradiderunt; sicque factum est, ut ipse Comes totum pene locum subjiceret, ac* effugatis propriis hæredibus, *servos & ancillas suas cum equis & pecoribus, & omnibus utensilibus suis, hic faceret habitare usque ad mortem suam.*

Annales Colmarienses parte 2. *Comes Rudolfus* &c. *videns vicinos suos* Rudolfus I. *Comites divitiis abundare, se autem respectu aliorum in paupertate constitutum, cogitavit quomodo posset divitias comprehendere temporales; considerans etiam quod res magnas per preces aut justitiam subito comprehendere non valeret, deliberavit intra se, quod vicinos* suos vellet præliis impugnare. — *Iis temporibus vixit juvenis, dictus de* Tulfenstein, *nobilis, dives, habens castrum quoddam*

in quo plurimum confidebat. Hujus res Comes Rudolfus libenter habuiſſet, ſi eas comprehendere potuiſſet. Occaſione igitur arrepta cœpit juvenem oppugnare; ſed cum eum vincere per potentiam non potuiſſet, pacem cum eô fraudulenter fecit, & per quoſdam ſuos familiares inſidias ei poſuit, & hi eum turpiter occiderunt. *Poſt hæc cœpit impugnare Comitem Gotfridum de* Lauffinberck, *puerum virtuoſum filium avunculi ſui, eique villas plurimas devaſtavit* &c. *mortuo Comite de* Kiburck, *Comes Rudolfus omnes pene res & dignitates*, per violentiam *obtinuit*, *cum* verus tamen hæres eſſe à pluribus negaretur &c. *Poſt mortem Imperatoris Friderici, imperii res, quas quilibet Dominorum poterat, conſiſcavit; obtinuit autem Comes Rudolfus de Habſpurc Briſacum, & per tempus aliquod in ſua tenuit poteſtate* &c. *Cum Comes Rudolfus Epiſcopum Baſilienſem* indebite moleſtaret, *Epiſcopus Baſil. accerſito Comite Rudolfo* dixit; cognate à vexatione mea quieſce, & *centum marcas argenti voluntarie miniſtrabo. Comes per illum annum voluntarie quieſcebat; ſequenti anno Comes Rudolfus Epiſcopum cœpit ſecundario perturbare; iterum dedit centum marcas ut eum amplius non vexaret, & iterum à vexatione ſecundario deſiſtebat: tertio annô petiit Comes Rudolfus ducentas marcas, eo quod indigeret; erat enim multis debitis obligatus, Epiſcopus dixit,* Verecundor eſſe de cætero tributarius; *poſt hæc cœpit Comes Rudolfus Epiſcopum Baſilienſem* cognatum ſuum quantum potuit impugnare, &c. *mulier* Moguntina *dixit, ſequimini Regem Rudolfum viliſſimum, qui totam terram deſtruxit, & omnes pauperes devoravit.*

Albertus Argent. *Audiens Epiſcopus* (Baſilienſis) *quod erat factum* (in Rudolfi electione) *ſe percutiens ad frontem, dixit*, Sede fortiter Domine Deus, vel locum occupabit Rudolfus *tuum*. Idem, *Recenſuerunt* (Cardinales) *quantum à tempore promotionis Rudolfi Regis patris* (Alberti) *illa fuerit progenies exaltata, in ſervitutem redigi ſe timentes* &c. *Iſte Albertus Rex monoculus, potens in regno Alemanniæ, & inibi filiis ſuis, omnia quæ potuit attrahens, partes alias non curavit.* Idem ad annum 1308. *Ioannes Dux, fratruelis Regis, quem Rex in Curia ſua cum filiis ſuis nutrivit, aſſerens munitiones dominii de* Kiburg *ad ſe ſpectare, tanquam matri ſuæ per Rudolfum Regem olim morganitico jure donatum, libenter habuiſſet ſua, inſtans ferventer, ut ſibi ſaltem munitiones aliquos aſſignaſſet. Ad quod cum Rex induci nequiret, & inſuper multos* Baronum bonis ſuis & juribus ſpoliaret, *inſtante frequenter Regina ut liberos ſuos ſibi commendatos haberet, ac ipſius Ioannis prodigalitatem nimiam accuſante, tandem ipſe Ioannes Dux cum Baronibus Rudolfo de Wart, Walthero de Eſchibach & Vdalrico de Palma Regem interficere cogitavit.*

Albertus I.

H. Stero. ad annum 1307 *Albertus Rex à filio fratris ſui, eo quod ipſum* Ducatu Sueviæ privaverat, *occiſus fuit* &c. H. Rebdorff. ad annum 1300, *Sequente annô, circa feſtum B. Michaelis, Dux Rudolfus & Comes Palatinus præfatus ab Electoribus Imperii, Moguntinenſi, Colonienſi, & Trevirenſi Archiepiſcopis vocatus fuit ad Rhenum, contra præfatum Regem Albertum; unde iidem principes contra ipſum Albertum conſpiraverant, eligentes ipſum Rudolfum pro judice, & aſſerentes ad Comitem Palatinum pertinere, quod ſit officium Palatinæ dignitatis, ex quadam conſuetudine, de cauſis cognoſcere, quæ ipſi Regi movebantur: quare contra Regem propoſuerunt, quod* Dominum ſuum proprium, ſcilicet Regem Adolfum, occidiſſet; ideo Rex eſſe non poſſet, *& ad depoſitionem ipſius cogitabant.* A. D. 1308, *Regni ſui decimô præſcriptus Rex Albertus nondum*

nondum benedictionem Imperialem adeptus, interfectus est in diœcesi Constantiensi juxta oppidum Baden, per Ioannem Ducem Sueviæ filium fratris sui, cui hæreditatem paternam auferre conabatur.

Hist. de Lantgraviis Thuringiæ c. 83. *Albertus Rex Romanorum &c. à patruo suo Ioanne Duce Austriæ, quem* exhæreditare nitebatur, *& solis filiis suis Ducatum & dominia appropriare, occiditur.*

P. Langius Chron. Citiz. ad annum 1308. *Circa idem fere tempus Fridericus Marchio Misnensis, missis ambasiatoribus suis ad Albertum Imperatorem, restitutionem urbium petiit, quas olim Adolfus Rex pro se & imperio vi abstulerat, magnis provinciæ damnis illatis. Itaque Albertus nuntiis benigne, sed in dolo, se postulata concessurum respondit, & ob id colloquii diem Aldemburgi futurum indixit. Ad quem cum uterque & Rex, & Marchio suis quisque stipatus militibus convenisset, celebratoque solenni colloquio, Albertus Fridericum ad convivium paratum invitavit; quibus epulantibus, satelles quidam robustus,* ab Alberto multis promissis subornatus, *convivii locum, ut Fridericum occidat, intravit latenter. Quem milites Friderici considerantes, pariterque de insidiis suspectum habentes, irruentes in eum multis plagis sauciatum seminecem ejecerunt. Mox tumultus & clamor ingens exoritur, utrinque sese digladiantium. Quibus utcunque sedatis, Fridericus veste mutatâ aufugit, Picastrum veniens, ubi mox sequenti die necem sibi per Albertum paratam suis conquestus est optimatibus, jurans se amodo nulli unquam Imperatori fidem præbiturum. Quod cum singuli audissent, tantum sacinus abhorrentes, simulque excandescentes, vindicandum in Albertum & arma sumenda unanimiter conclamarunt; quâ de re bella secuta sunt complurima.* Idem ad annum 1308. *Albertus Imp. per Ioannem nepotem suum circa flumen Rhenum, non longe ab oppido* Schafthausen, *dum simul amice iter agerent interfectus est, eo quod* patrimonium sutum in Austria conferre *detrectaret.*

Hæc ad specimen, nec enim per singulos Principum tuorum majores, ut eorum pudenda odiosè retegantur, ire propositum est; si falsa (quod velim) de iis scripta esse causari libeat; cum iis nihilô felicius, quam cum Capetinis nostris actum esse, experimentô discè; *in* nostrorum [1] *oculis* abditas [1] Matth. 7. 4.
festucas, tantisperdum tota tuorum lumina transversæ *trabes* obcæcant, populis contuendas præbere; quasque maleferiati nescio qui, partium studiô, ante sæcula aliquot profuderunt, calumniarum fæces recoquere desine.

VII. *Habsburgici Rudolfi I majores, legitimo Caroli Magni sanguine prius quam Capetini Reges delibuti non sunt, imo nisi per Capetinas matres participes ejusdem non fuerunt.*

CVm Scutum [2] Rudolfi primi *liliatum* protulisset Guillimannus, inspersa tu lilia *Francicum ortum indigitare* somnias; quasi vero ubicunque *liliata scuta* inveneris, Francicam tibi originem assignare liceat; in Gallia Thoarsii, Bellimontis Vicecomites, Nantolii, & Castrobriandi dynastæ gestarunt; Farnesii in Italia, Cameræ Comites in Sabaudia, Turrii, Alegrii, Turnonii, Apchonii, Bellaii, Chambii, Haullæi etiam nunc gestant: tunc (quod Francicorum Regum nepotes essent) universos & singulos scuta sua liliis semi- [2] Lum. p. 337.

nasse dixeris? si dicere ausus fueris, cui probabis? *Rosas* ab Anglis, *Carduos* à Scotis, *in scuto gentilitio dispersas* fuisse, temere, nullo auctore, nullo monumento fretus, adeoque falso, scribis; fuere enim in Anglia rosæ, non Regum aut gentis, sed factionum Lancastriæ & Eboracensis symbola; nec Lancastrii, nec Eboracenses plures rosas, sed singuli suam, illi *coccineam*, hi *argenteam* gestarunt; eorumque nemo, quam gestavit, scuto, sed vexillo impressit. Ab Itâ Theodorici Lotharingorum Ducis sorore, maternum Rudolfi genus non male repetis; sed in eô quod Gerardo Duce & Hadwide Namurcicâ natam putas, & mendosis, à recentioribus imperitis, contra Murensium actorum fidem scriptis genealogiis, plus æquo fidis, peccas. [1] *Geminos Lotharingiæ Mosellanicæ Duces Theodoricos, diversæ stirpis* fuisse; *priorem genere Barrensem Friderici I Ducis filium, nullum filium Gerardum, nullam sororem Itam habuisse* confiteor: posteriorem *stirpe Alsatium, & Gerardi filium* recte ex Alberico [2] probas, cujus hæc ad annum 1070 verba sunt, *Gerardus de Alsatiâ Dux Mosellanorum moritur hoc anno, cui succedit Theodoricus filius ejus. Gerardus de Alsatia, cum isto Duce Theodorico, habuit etiam alterum filium nomine Gerardum, qui fuit primus Comes Vaudani montis.*

[1] p. 339.

[2] in Chron.

[3] p. 6.

Admitto etiam ex *Barrensibus Chesnei probationibus*, [3] literis *Vdonis Leucorum Episcopi res Ecclesiæ S. Gengulphi confirmantibus*, additum *Signum Gerardi Ducis & filii ejus Theodorici. Dat. 12 Kal. Iulii, anno ab incarn. Dom. 1065. Ind. 11. in præsentia Domini ac Serenissimi Regis Henrici IV, anno regni ejus 9, ordinationis vero 11, nostræque ordinationis 13, in majori Ecclesia sedis, in nomine Domini feliciter, Amen.* Subvectam rursus *in Epternacensi monasterio*, Gerardi Ducis Lotharingiæ Chartam, quæ anno 1067, *regnante Henrico IV Rege in castro Sirka* data est, & *Hadvidis uxoris ejus*, ut & *Theodorici eorum filii* mentionem habet admitto. Recte in S. Arnulfi genealogia *Hadwidem filiam Ermengardis, filiæ Caroli Ducis, Theodoricum Ducem, & Gerardum Comitem genuisse*; à Theodorico Simonem Ducem, à Simone Matthæum progenitum fuisse scriptum tecum sentio. Quod ex epistolâ Matthæi ad W. Comitem de Sarwerden, [4] Comitatus de Bitsch descriptionem continente, sequentia verba affers, *hos terminos Comes Gerardus* (sive Dux) *moriens Theodorico filio suo jure hæreditario reliquit; qui Theodoricus Theodorico filio suo Comiti Flandriæ transmisit. Idem Theodoricus Comes Flandriæ, Simundo fratri suo Duci Lotharingiæ prædictos terminos dedit, quibus ipse filium suum Matthæum hæreditavit*, non improbo. Gerardum [5] à Sigeberto & Alberico *de Alsatia* dici, à Balduino de Avennis [6] *Theodoricum* Gerardi filium *de Alsatia*, & conjugem ejus Gertrudem *Alsatiæ Ducem* cognominari; ab Anselmo [7] Gemblacensi, Andreâ Marchianensi, & Edmundo Dintero Theodoricum ipsum *Ducem Alsatiæ* nuncupari, (cum Alsatia Lotharingiæ superioris pars fuerit) non absurde fateor. Simonem denique, qui Theodorico II *patri in Mosellanico Ducatu successit*; Theodoricum, qui *Flandriæ Comes ex parte matris*, Gerardum qui *ex hæreditate paternâ* nonnulla in Alsatia possedit, & Henricum Tullensem Episcopum Theodericô & Gertrude natos, quosque vetus ex tabulario Ecclesiæ collegiatæ S. Deodati petita charta anno 1114. *Indict. 7. regnante Henrico V Romanorum Rege 14 Kal. Aprilis* recensuit, concedo. Sed Gerardum Simonis fratrem Alsatiæ Ducem à veteri quoquam dictum nego, & Itam Radebotoni Habsburgico nuptam, *Gerardi Ducis filiam*

[4] apud Iustellum prob. Arvernicæ p. 75.

[5] an. 1048. & 1070.

[6] in Geneal. in Chron.

[7] Lun. p. 340.


image
not
available

IX. *Itæ Stemma verum, ex Actorum Murensium mente.*

Hugo Magnus Hadwidis ab anno 938, ad 956 maritus.

Hugo Capetus Rex, anno circiter 940 natus.	Beatrix Friderici I Lotharingiæ Duci, anno 951 desponsata, eo anno 984 denatoe, N. Rheinfeldensis uxor, post annum 1005 denata.

	1 *nupt.*	2 *nupt.*
Theodoricus I Dux, A.D.1024 denatus.	Ita Radebotonis uxor, ante annum 984, nata 1026 denata.	Cuno Rheinfeldiæ Comes, Richuaræ Cunone Oeningæ Comite, & Richlinde Ottonis I Imperatoris & Adelheidis filiâ natæ maritus.
Fredericus II, A. D. 1027 denatus.	Wernherus I, an. 1096. Novemb. 11 denatus.	Rudolfus Rex, A. D. 1080 cæsus.

Stemmatis confirmationes.

ACta Murensia. p. 5. *Idem Radeboto, cum sibi congruum visum est, ut uxorem duceret, accepit de partibus Lotharingorum uxorem nomine Itam sororem Theodrici Ducis & Wernharii Argentinæ Civitatis Episcopi.*

Guilliman. Habsburg. lib. 4. c. 3. A. D. 1009, *uxorem sibi Ratbot optavit Itam Friderici superioris Lotharingiæ ad Mosellam Ducis, & Hadwigis* [1] *Hugone Magno, à quo hodierni Franciæ Reges, & Hadvige Ottonis I Imp. sorore genitæ filiam.*

[1] Beatricem dicere voluit.

Idem ex Codice S. Mariæ in eremo, 10 *Kal. Augusti obiit Ita Comitissa uxor Comitis Radebotonis de Vindonissa*, Ibid. anno 1026 denatam docet, *uxorem* (inquit) *paucis mensibus Ratbod Comes Altemburgi morte secutus, desiit esse A. D. N.* 1027, *feria* 6, *Christi vindicis & Servatoris nostri nece & cruciatibus annua memoria omnibus piis lamentabili, ea in an. Dom.* 9 *Kal. Aprilis inciderat.*

Acta Murens. p. 6. *dixit* (Wernharius) *illi* (Itæ) *ut si virum ejus* (Radebotonem) obire contingeret, *locum, & alia prædia, quæ addere voluisset, in manu alicujus liberi potentisque viri commendaret, qui omnia ad altare S. Petri Romæ sub legitimo censu pro libertate firmanda contraderet; Atque ad hoc Comitem Chuno, fratrem suum de matre, patrem autem Rudolfi Regis elegerunt,* &c. *Wernherus Episcopus jussione Cunradi Imp. ad Constantinopolitanam urbem abiit, ibidemque defunctus ac sepultus est, A. D.* 1029. *Indict.* 10.

Hinc 7 nobis enascuntur. 1. Itam Cunonis uterinam sororem, ante annum 984, quo Fridericus parens decessit, ex necessitate natam fuisse; 2. ultra annum ætatis 25, quo tempore Radebotoni nupsit, provectam fuisse. 3. Cunonem Itæ fratrem uterinum Rudolfi Regis patrem fuisse. 4. eundem Rudolfi, qui anno 1058, Ducatum Alamannicum (Hermanno teste) regere cœpit annos ad minimum 24 natus, avum esse nequaquam potuisse. 5. Cunonem Rudolfi (ex Rheinfeldiæ Comite anno 1058 Ducis facti) patrem anno 1060 denatum fuisse. 6. Itam anno vitæ ad minimum 43 decessisse. 7. Radebotonem Itæ, Wernherum Episcopum Radebotoni superstitem fuisse.

Doceamus nunc Itam Gerardô Duce nasci nequaquam potuisse; Charta fundationis monasterii Bosonis villæ Metensis diœcesis; *Annô ab Incarn. Dom.* 1033. *Indict.* 1. *Epacta* 16. *Concurrente* 7. *prid. Kal. Febr. regnante Imp. Conrado,*

rado, rogante glorioſo Comite Adalberto, una cum optimâ ac Chriſtianiſſima conjuge ſua Iuditha dedicatum eſt, oratoriam à Sancto & Venerabili Metenſi Epiſcopo Deoderico 11 &c. *Comes ſupradictus poſt annum moriens in Choro ſanctæ Crucis eſt ſepultus, & uxor ſua Iuditha in medio monaſterii ſepulta: ſucceſſitque eis Gerardus Comes & Marchio filius, qui cum uxore ſua Giſilia locum præfatum omni cuſtodiens diligentia, Monachis præpoſuit eruditum virum Abbatem Evononem*, &c. *Tali ergò moderamine, curam diſponens ejuſdem familiæ, duodecimo annò poſt mortem patris defunctus, uxorque ſua Giſilia in choro S. Petri eſt ſepulta; ſuccedentibus ſibi filiis, Deoderico ſcilicet Comite, & Gerardo Duce: Iſti namque parentum ſuorum liberalitatem ſecuti, fratres & familiam eis datam, benevolentia cuſtodire omni conati ſunt; ſed immature ambo vitam morte mutavere, & dominium Buoſonvillæ ſuſcepit Dux Theodoricus, puer parvulus, Gerardi Ducis filius.*

Ex Chartâ præcedente hæc habemus; Adalbertô Gerardi Ducis, qui Itæ patet eſſe fingitur, avo rogante anno 1033. Ianuar. 31. Ind. 1. oratorium S. Crucis in Buoſonis villa conſecratum fuiſſe. 2. eodem jam denato, *pro animæ* [1] ejus *ſalute*, in *Romarici monaſterio, die Sabbati 2 Kal. Iulii* ſequentis Gerardum Gerardi Ducis patrem *villam Wulferii Curtis in Comitatu Solecenſi, ſupra flumen Moſunæ Deo ſanctoque Martyri Benigno obtuliſſe.* 3. Gerardum anno 1046, *à morte patris* 12 fatis conceſſiſſe. 4. Gerardum Ducem, prioris filium, qui anno 1048 Ducatum Lotharingiæ Moſellanicæ regendum ſuſceperat, annoque 1070 deceſſit, *immature vitam morte mutaviſſe.* 5. Theoderico *puero parvulo* Ducatum obvenisſe. Doce nunc, Chiffleti, qui fieri potuerit; ut Ita, quam Gerardi (*immatura morte* anno 1070 ſublati adeoque *non ſenis*, filiam fuiſſe vis) anno 1009 quo Gerardus Dux nondum ex utero maternô prodierat, Radebotoni Comiti nuberet, jugumque comparis ferre apta eſſet, cujus parens ne quidem conceptus erat; ſi non potes, effrænem tuam quidlibet fingendi audaciam agnoſce, & obſtupeſce. Sed forte in errorem te pellexere Genealogiæ Habſpurgicæ ſcriptores, qui *Theodericum Ducem* Itæ fratrem, *Gerardum Ducem, Gerardi de Egisheim* patrem, *Vdalrici & Stephani* avum *genuiſſe* commenti ſunt; quid ad nos? cum falſa, impoſſibilia, & Actis Murenſibus (quæ de Gerardo Duce ne μῦ quidem habent) contraria ſcripſerint? Explodendus ergo, velis nolis, quem nobis obtrudis, Habsburgi Comitum à Carolo Magno per Hadwidem Gerardi Ducis uxorem imaginarius ortus; tuaque in eo delineando peccata notanda veniunt.

[1] deceſſit itaque Adalbertus anno 1033 inter Ianuar. 31: & Iun. 30. dicitur autem à ſcriptore chartæ de fundatione Buoſonis villæ, *poſt annum* obiiſſe, admodum improprie.

1 Carolus Magnus Imperator, uxor Hildegardis filia Hildebrandi Ducis Sueviæ.

[a] Welfum Altorffi Comitem fuisse ex coætaneorum monumentis probari velim.

2 Ludovicus Pius Imper. uxor Iudith filia Welphi Comitis [a] Altorffi in Suevia.

3 Carolus Calvus Imper. uxor Hermentrudis filia Vedonis Comitis.

4 Ludovicus Balbus Rex, uxor Adelheis soror Vulfridi Abbatis Flaviniacensis.

5 Carolus Simplex Rex, uxor Orgiva, Eduardi Regis Angliæ filia.

[b] Henricus Auceps Imperator nec fuit nec dictus est.

6 Ludovicus Transmarinus Rex, uxor Gerberga, filia Henrici I, soror Othonis Magni [b] Imperatorum.

[c] ut absurde fingitur Alsatiæ Ducatus anno 976, sic ridicule Lotharingiæ superiori cujus pars fuit, præfertur Alsatia.

7 Carolus Dux Lotharingiæ Inferioris, jure sanguinis Francorum Rex, uxor Bona, soror Godefridi Comitis Ardennensis.

8 Ermengardis uxor Alberti I Comitis Namurcensis.

[d] Ita non Gerardi & Hadwidis, sed Friderici & Beatricis Capeti germanæ filia fuit.

9 Hadwidis juncta Gerardo Alsatiæ [c] & Lotharingiæ superioris Duci.

10 Ita [d] uxor Radebotonis Altemburgi Comitis.

X. *Carolini sanguinis in Rudolfum I Habsburgicum Regem, multiplex per Capetinam matrem influxus.*

1 Carolus M. Hildegardis maritus.

2 Pippinus Italiæ Rex Bertæ maritus. — Ludovicus Pius Ermengardis ac exinde Iudithæ maritus.

3 Bernardus Rex.

Ludovicus Rex Emmæ maritus. — Adelhais Conradi ac exinde Roberti fortis uxor. — 1 *nupt.* Lotharius Imper. Ermengardis maritus. — 2 *nupt.* Carolus Calvus Ermentrudis maritus.

4 Pippinus. — Hatwi Ottonis Ducis uxor. — Robertus Rex Beatricis maritus. — Ermengardis Gisleberti uxor. — Ludovicus Balbus Anfgardis maritus.

5 Herbertus I. — Henricus Auceps Matthildis maritus. — Hugo Magnus Hadwidis maritus. — Ricuinus I N. Ingelramno & Friderach natæ maritus. — Ermentrudis N. uxor.

6 Beatrix Roberti Regis uxor. — Hadwidis Hugonis Magni uxor. — Hugo Capetus Rex. — Beatrix Friderici I Ducis uxor. — Otto Dux Cunegundis marit. — Cunegundis Ottonis Ducis uxor.

Hugo Magnus Hadwidis maritus. — Hugo Capetus Rex. — Beatrix Friderici I uxor. — Itta Radebotonis uxor. — 7 Fridericus I Beatricis Hugone Magno natæ maritus.

Hugo Capetus Rex. — Beatrix Friderici I uxor. — Itta Radebotonis uxor. — 8 Ita Radebotonis uxor.

Itta Radebotonis uxor. — 9 Wernherus I Regelindæ maritus.

10 Otto Hillæ Firtensis maritus.

11 Wernherus II Itæ de Homberg maritus.

Burchardus. — 12 Wernherus III Gertrudis de Starkemberg maritus.

Fridericus. — 13 Albertus I Itæ de Pfullendorff maritus.

Burchardus II. — 14 Rudolfus Agnetis de Staufen maritus.

Burchardus III. — 15 Albertus II Heilwigis Kiburgensis maritus.

Albertus. — Anna Rudolfi uxor. — 16 Rudolfus Rex Annæ Hohenburgicæ maritus.

Rudolfus. — 17 Albertus I Rex.

XI. *Carolini*

XI. *Carolini ſanguinis in Annam Hohenbergicam per Capetinas matres influxus.*



Vides (Chifflet) Annam Rudolfi I uxorem priorem, Austriacorum omnium, quotquot ab anno 1273 vixere, parentem nonnisi per Capetinæ stirpis fœminas Ermentrudem Vodonis, Hildebrantam Roberti *fortis*, Adelam Roberti II Regis filiam, Carolini sanguinis participem fuisse; Austriacos universos, hoc ipsum quod Carolini quomodocunque sint, Capetinis illis matribus debere, quarum partus eos Carolinâ nobilitate imbuit; te vero hominum iniquissimum, qui gentem clarissimam à Capetina (ab anno 843. Novemb. 1. quo Ludovicus *Balbus* Capetinæ matris utero fusus est) propagatam, ad intolerandam ingratitudinem provocas, dum eam Capetinis (generis universi ante annos 807 auctoribus) de originis prærogativa litem movere jubes.

Lum, p. 343. Quod *Habsburgico* cognomine relicto *Austriaca* dici voluerit, non probrum, sed incrementi notabilis, quo post annum 1274 aucta fuit, indicium est; tu vero, qui de rebus incompertis, quicquid animo collibitum est tuo chartis illinere soles, multis modis falleris. 1. dum Capeti Majores *exclientelaribus Regum donis* Andegavenses & Parisienses, à semet vel à cœtaneis *cognominatos* fuisse putas; nemo enim eorum se vel *Andegavensem* vel *Parisiensem* vocavit; nemo cœtaneus titulos illos eorum ulli inscripsit; soli recentiores rerum minus periti, de ipsis pro arbitrio statuerunt. 2. dum *Burgundiones*, contra monumentorum omnium antiquorum fidem, dictos asseris; *Burgundiæ Duces multis annis*, ab anno nimirum 936 ad 1003 propinquos ejus fuisse non nego, sed diversa potestate; cum enim ab annô circiter 890, ad 921 Richardus; anno 921 & 923 Manasses Richardi affini Ducatum integrum tenuisset, simulac ejus funus elatum est, ab Hugonibus *albo* Capeti parente Rudolfi sororio, & *nigro* Rudolfi ejusdem germano, Ducatus divisus est, duravitque divisio ab anno 936 ad 956, quo Hugonis *albi* secundogenitus Otto, Gisleberti qui *nigri* sororem duxerat, ejusque defuncti Ducatu auctus erat, gener; favente Lothario Rege consobrino, integrum Ducatum regendum sumpsit; ejusque anno 965, vacuam possessionem Odoni germano reliquit, huic rursus Henricus fratrum natu minimus successit, quo anno 1003. Octobri mense defuncto, Regio & propinquitatis jure Ducatum sibi Robertus Rex vindicavit: sed Hugonem Magnum Capetumque filium *Burgundiæ Duces*, à cœtaneo quoquam dictos fuisse, falsum contendo. 3. ut ut ab Adelaide Hugoni Magno, Henrici I secundogenito nuptâ, Veromanduorum & Valesiorum Comitatus in Capetinos principes transmissi sint; eorum ante annum 1385 *Valesius* nemo dictus est; utrumq; Comitatum ab Alienorde Radulfi I secundogenita sibi Philippus Augustus, anno 1191 & 94. comparaverat; Carolo Valesio secundogenito Philippi VI parenti Valesiam anno 1285 Philippus III assignavit; annô vero 1327 Carolo Pulchro patruëli suffectus Philippus VI, Valesium cognomen in Reges posteros 12 transmisit. 4. Clari montis in Bellovacis Comitatus à Philippo II comparatus; Philippo ejusdem secundogenito, qui Matthildem Bononicam anno 1216 duxit, cum cessisset, eum Ioanna Philippi unigenita anno 1233 adepta est; ejusque anno 1251 denatæ, hæreditatem adiit S. Ludovicus, qui Clarum montem Roberto secundogenito anno 1268 donavit; tu vero *Claromontensem ditionem à Matthilde*, cui nullum in eâ nisi dotis nomine jus esse potuit, in Capetinam gentem *profluxisse* somnians plane deliras. 5. Quod

Borbo-

Borbonium cognomen, à Beatricis *Ioanne Burgundo*, & Agnete Borboniâ natæ *toparchiâ*, quæ *nec Salica* erat, *nec Comitali, nec Ducali dignitate* initio *conspicua*, derivatum mones, nihil ad rem tuam facit; quandoquidem nec Reges nec Regum filii apanagii nomen retinere solent: apanagiâ solis maribus ante annum 1314 reservata non dicimus; Borbonia ditio anno 1329 Ducali titulo crevit; anno 1401 Ianuario mense (sanciente Ioanne 1 Duce) masculorum propria facta est; anno denique 1523, fisci viribus juncta, & Coronæ in perpetuum unita.

XII. *Regnum à Gothis in Hispaniâ fundatum Francicô antiquius dici non meretur.*

GOthorum gentem *maximam* [1] vocanti Cujacio Tolosa primâ Wesogothorum regiâ oriundo, [2] *armis per omnem fere Europam partemque Asiæ, famosissimam* fuisse prædicanti Cluverio; Alexandrum *Gothos evitandos pronunciavisse, Pyrrhum exhorruisse, Cæsarem declinavisse*, scribenti [3] Orosio & ex eo Isidoro; ἀπενήων τῶν [4] βαβαρῶν ἀλκιμοτάτας *barbarorum omnium fortissimos* Mœotidis accolas asserenti Procopio; [5] *innotescenda magis* Ostrogothis, *quam suadenda certamina, quia bellicosæ stirpi gaudium* fuerit *comprobari*, glorianti Theodorico: *Gothos terrore nominis sui finitimas gentes sibi subegisse* testanti Sigeberto; *rerum Dominam* Romam *debellari potuisse*, eos *jam ipsa fortunâ formidabiles ostendisse* notanti Puteano, dicam nos scribere, aut primos illos Gothos, qui Româ ad deditionem coactâ Vandalos Hispaniis exegerunt, animosissimos & pugnacissimos fuisse negare, neque fert animus, neque necesse est; ut nihil ipsis sublatum volumus, tibi veterum testimoniis, ubicunque sese occasio offert, abuti solito, credulos sese lectores committere iniquum putamus. Quam fidem merearis attende; scripserat Iornandes cap. 9. *divisis per familias* Gothorum *populis Vesogothas familiæ Balthorum, Ostrogothos præclaris Amalis* [6] *servisse*; & cap. 51. qui tibi perperam 29. *Vesogothas ordinavisse super se Regem Alaricum, cui erat post Amalos secunda nobilitas, Balthorumque ex genere origo mirifica; qui dudum ob audaciam virtutis* Baltha *id est* audax *nomen inter suos acceperat*; tu postrema hæc ad Alaricum unum pertinentia verba in alienum sensum trahere ausus, [7] ut Alarici proprium cognomen, commune gentis quomodocunque fieret, *Wisigothos sive Gothos Occidentales, qui rerum in Hispaniâ potiti sunt, à virtute bellicâ & intrepidô animô cognominatos* Balthos, *idest audaces* fingis: quâ fronte? tibi ne quadrata rotundis pro arbitrio mutare, & quidlibet ex quolibet eruere licere dixeris?

[1] lib. 2. tit. 11. de feud.
[2] Germ. lib. 3. c. 34.
[3] lib. 1. c. 16.
[4] scribendum βαρβάρων & ἀλκιμωτάτους.
[5] Cassiod. non epist. 1. prout Chiflerius voluit sed 24 libri 1.
[6] *Amalus*, ideest, *nutricius*, Baltha *audax*.
[7] Lum. p. 345.

Wesogothos tamen qui *Balthis serviebant*, eoque à *Balthis* diversi erant, *Balthos* universos & singulos fuisse demus: si vere (quod putas) Ursprgensis *primas mundi gentes Romanos & Wisigothas* fuisse scripsit; doce, si placet, quî tu, Ursprgensi ὁμόψηφος, cum Iornande à te laudatô facias; quoque colore quæsito, iis qui Balthis Wesogothorû Ducibus assignatis, post Amalos Ostrogothos à Iornande datas primas audierint fucum facturus sis, ne qui, cô docente, primi audiebant primatu suo excidisse in secundum locum retrusi videantur: sentis enim (opinor) Iornandem & Ursprgensem testes tuos consentanea non loqui, te vero qui discrepantibus imo invicem pugnantibus

corum teſtimoniis ex æquô niteris, tibimet hoc ipſo fidem derogare. Sed Urſpergenſem falli, ante annos ferè 1345 Nazarius docuit, qui Francorum *nationem per ſe ipſam potentem, & poſt Romanam magnitudinem in terris ſecundam* vocare non dubitavit; docuit paulo antiquior Mamertinus, cujus *in animos recurſabat illa ſub D. Probô*, (ideſt illo ipſo ſæculo quo primum Gotthorum nomen auditum) *& paucorum è Francis captivorum incredibilis audacia, & indigna felicitas; qui à Ponto uſque, correptis navibus, Græciam, Aſiamque populati, nec impune plerique Libyæ littoribus appulſi; ipſas poſtremo, navalibus quondam victoriis nobiles, ceperant Syracuſas; & immenſo itinere pervecti, Oceanum, qua terras rupit, intraverant, atque ita interventu temeritatis oſtenderant, nihil eſſe clauſum piraticæ deſperationi, quo navigiis pateret acceſſus.* Docuit Anno Domini 360 Conſtantii 23 Sextus Aurelius Victor, qui illo ipſo tempore, quo *Thraciam Gotthi libere progreſſi, Macedonas, Achæoſque, & Aſiæ finitima occupabant*, Francorum gentes *direpta Gallia, Hiſpaniam*, (quam tandem Gotthi inſederunt) *poſſedisſe, vaſtato ac pene direpto Tarraconenſium oppido, nactiſque in tempore navigiis, pars in uſque Africam permeaſſe, & amiſſa trans* Iſtrum (unde Gotthi proceſſerant) *quæ Trajanus quæſierat*, refert. Docuit coætaneus Libanius, cui *Franci* ἰσχυπ σφῶν πλήθυς τλὼ ὑπερβολὴ παρέρχονῆες, &c. τῶ τῶν πολεμικῶν ἔρωῖ πεῶς μανίαν κινέμβροι; &c. εἰς τὸ μὴ ἔχειν ἐπορς λησιζεδ δαλεία *robore, multitudinis ſuæ immenſitatem præterveĉti, rerum bellicarum amore ad inſaniam concitati*, quibus *ſervitus eſt, alios quos deprædentur non habere.* De Gothicæ [1] gentis univerſæ (cujus hiſtoriam Iſidorus ab Era 294, cum anno Chriſti 256 concurrente, orditur) antiquitate, nulla tibi per nos controverſia fuerit, qui Gothorum, ſub *Guttonum* nomine, *quaternis ante Chriſtum ſæculis; Pytheam Maſſilienſem à Timæo Andromachi filiô Alexandri æquali, Plinio teſte*, [2] *laudatum; & à Dicearchô Ariſtotelis diſcipulo, Strabone auctore, exagitatum, meminiſſe* non negamus; At tibi (utcunque de Gothis ſentire libeat) probandum reſtabit, eos genti illi (quæ *Valeriani tempore, hoc eſt annô Chriſti 255*, à Pytheæ ævô circiter 600, *Francorum* dici cœpit) antiquitate & dignitate quomodocunque ſuperiores fuiſſe. Cum enim (Vendelinô tuo,[3] imo teipſo, ſi Vendelinum audiamus, judice) barbaricis quibuſdam populis, ob *ferociam* & *aſperitatem*, poſtquam in Romaniam & vicinorum fines irrupere; Francorum, [4] *Vranghen*, ideſt *acerborum*; vel (ſi Vredio aſſentiamur) *Vranken*, ideſt *liberorum*, impoſitum cognomen fuerit, vetuſtiſque rebus nova quotidie nomina indantur: potuit facile antiquiſſimæ, omniumque (quotquot magna illa & vaſta Germania tulit) Gluverio auctore *nobiliſſimæ* genti *Francorum* Valeriani ætate titulus antea inſolitus, accedere. Quod in Occidentali Franciâ, quam Capetinos Reges *ex uſurpatione* poſſidere mentiris, primorum Francorum Meroveum annô 448 regnare cœpiſſe ſcribis, & falſum eſt, quia Meroveo prior Clodio Attrebates Occidentales Francos inſederat; & à propoſito alienum, quia Occidentalis Francia ante annum 841, quo Ludovici Pii ditio inter Carolum Calvum & fratres diviſa eſt, regnum per ſe non fuit; ſed antiquiſſimi, in Belgiô ante ſæcula fere quinque fundati, ſenſim, & per partes, facta, nobilis acceſſio; nec novum, quod jamdudum ſteterat, evaſit; ſed amplificatum, novarum partium acceſſione in dies crevit.

Hiſpanias & Galliam Aquitanicam Alarico Gothorum Regi ab Honorio Imp.

[1] p. 344.

[2] non lib. 7. quem Chiffletius notat, ſed 37. c. 2.

[3] Gloſſarii Salici p. 154.

[4] hinc Priſco, Procopio Agathiæ, Menandro Theophylacto Simocattæ, Conſtantino Porphyron. φρέγγοι vocantur.

Imp. *annô* 407 *concessas*, [1] Iornande, [2] Vrspergensi, & Petavio, quibus Paulum Diaconum & Frecultum addere poteras, auctoribus asseris. Sed in eorum sententiam concedere Idacius & Prosper oculati testes aliique antiquiores vetant, qui te certiora docere potuerant; hæc nimirum, suis successive temporibus reddita.

[1] de reb. Geticis. c 30.
[2] Chron.

Zosimus lib. 6. hist. Honoriô VIII & Theodosio III A. A. Coss. seu anno Christi 409. πάντα κῦ' ἐξουσίαν ἐποίησε οἱ ὑπὲρ τὸν Ρῆνον βάρβαροι καλέσαντα εἰς ἀναγκαῖα τῆς τῶν Βρεττανικῶν νήσων οἰκήσεως καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἐθνῶν ἕνια, τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι, καὶ καθ' ἑαυτὸν βιῶναι, οὐκ ἐπὶ τοῖς τότων ἐπικουσίοις νόμοις: ὅπερ δὴ ἐκ τῆς Βρεττανίας ὅπλα ἐνδυσάντες, καὶ σφῶν αὐτῶν περικινδυνεύσαντες, ἠλευθέρωσαν τὰ ἐπικαιρότατα Βαρβάρων τὰς πόλεις, καὶ ὁ Ἀρμορικὸς ἅπας, καὶ ἑτέραι Γαλατῶν ἐπαρχίαι Βρεττανὸς μιμησάμεναι, κῦ' τὸν ἴδιον σφᾶς ἠλευθέρωσαν τρόπον; ἐκβαλόντα μὲν τὰς Ρωμαίων ἀρχοντας, οἰκεῖον δὲ κῦ' ἐξουσίαν πολίτευμα καθιστάντα. *Cum cuncta pro libitu Rheni accolæ Barbari pervaderent, eo necessitatis tam Britannicæ insulæ incolas, quam* nonnullas ex Celticis gentes *adegerunt, ut* à Romanorum Imperio deficerent, *& per se sibi viverent, non amplius horum legibus obsequentes, Britanni ergo cum arma induissent, proprio periculo propulsato, suas ab ingruentibus Barbaris civitates liberarunt; universusque Armorichus* tractus, *& Provinciæ Gallorum aliæ Britannos imitatæ eodem se modo ex æquo liberarunt, ejectis quidem Romanorum Præsidibus, propria vero pro arbitrio republica constituta.*

Prosper Stilicone & Aurelianô Coss. seu anno 400, *Gothi Italiam Alarico & Radagaiso Ducibus ingressi.* Olympiodorus Ἀλάριχος ὁ τῶν Γότθων φύλαρχος ἐν Σπλίγγοις μεγαλείσιο ὄπι τῷ Φυλάζαι Ὀνωρίῳ τὸ Ἰλλυρικόν, *Alaricus Gothorum Phylarchus, quem Stilico* (anno circiter 396) *ad custodiendum Honorio Illyricum excivit.* Philostorgius lib. 12. c. 2. Σπλίγγοι ζώνῃ μεταπεμπόμενος, *à Stilicone vivente accersitus* Alaricus. Prosper Arcadio V, & Honorio V, Coss. seu anno 402. *Pollentiæ adversus Gothos* (& Alaricum) *vehementer utriusque partis clade pugnatum est.* Idem Stilicone II & Anthemio Coss. seu anno 405. *Radagaisus in Tuscia, multis Gothorum millibus cæsis ducente exercitum Stilicone superatus & captus est.* Idem Arcadio VI & Probo. seu annô 406. *Vandali & Alani Gallias trajecto Rheno pridie Kal. Ianuarias ingressi.* P. Orosius lib. 7. c. 40. *Excitatæ per Stiliconem gentes Alanorum, Suevorum, Wandalorum, multæque cum his aliæ Francos* [4] *proterunt, Rhenum* [5] *transeunt, Gallias invadunt, directoque impetu Pyrenæum usque perveniunt, cujus obice ad tempus repulsi per adjacentes Provincias refunduntur.* Renatus Profuturus Frigeridus apud Gregorium Turon. lib. 2. c. 9. cum Romam refert à Gothis captam, atque subversam ait, *Interea Respendial Rex Alamannorum* (vel potius Alanorum, *Goare* (gentili) *ad Romanos transgresso, de Rheno agmen suorum convertit,* Vandalis Francorum [5] bello laborantibus, *Godegisilio Rege absumpto ac* XX *fere millibus ferro peremptis, cunctis Vandalis ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore subvenisset.*

[4] Transrhenanos.
[5] glacie incrustatum.

Prosper Honorio VII & Theodosio II Coss. seu anno 407. Constantinus in Britannia tyrannus exoritur & ad Gallias transit. Olympiodorus apud Photium διὰ τὴν φόνον τῶν Στιλιχῶνος, καὶ ὅτι ἀ συνεκεῖτο αὐτῷ οὐκ ἐλάμβανε πολεμικὴ καὶ ἐκπροθεῖ τῶν Ρωμαίων. *ob Stiliconis* (anno 408, Augusti 23. peremptî) *cædem, quodque ea de quibus cum ipso conventum erat, non accepisset; expugnat & ex-*

[6] Cisrhenanorum qui à Constantii Chlori temporibus Belgicam insederant.

[a] April. 1. *& exscindit*, (anno[a] 410) *Romam* Alaricus. Philostorgius lib. 12. c. 3. διὰ ταῦτα συμμίξαντες οἱ βάρβαροι Αλαριχῷ εἰς τὸν τῶν Ρωμαίων ἐξώρμησαν πόλεμον, *propter hæc* (Eucherii Stelicone nati cædem) *Alarico commixti Barbari, bello Romanos impetu facto aggrediuntur.* Prosper Honorio VIII & Theodosio III, anno 409 Coss. *Vandali Hispanias occupaverunt. Attalus Romæ Imp. factus, qui mox privatus regno Gothis adhæsit.* Idacius anno Honorii XV. *Alani & Vuandali, & Suevi Hispanias ingressi æra* 457, *alii* 4 *Kal.* = *alii* 3 *Idus Octobris*

[b] 3 Idus Octob. in feriam 4, anno Honorii 15 incidit, 4 Kal. Octob. in 3. *memorant, die feria* 3, Honorio VIII & Theodosio Arcadii filio III Coss. Philostorgius loco citato Ἄτταλον λαβὼν ὁπὶ τὴν Ράβενναν καθ' ὁναμίαν στρατιᾶς —συμβαλὼν Αλαρίχῳ κρείττῃ μάχῃ—ἀποδύει τῆς βασιλείας τὸν Ἄτταλον—πρὸς Ράβενναν ἐπανελθὼν ᾧ σπονδὰς ποιήσαιτο ὑπὲ τῷ φωτεινοτάτῳ διεκρέυσε Σάρις, *Attalo sumpto, ad Ravennam adversus Honorium militat* Alarichus, *cum Alarichô congressus* Sarus *pugna prævalet, regno Attalum exuit* Alarichus, *Ravennam reversus & fœdera obtendens à supradictô Saro pulsatus est*, Sozomenus lib. 9. c. 9. ἐξ ἀπίνης μὲν τὴν ἰδίαν ἐπανελθών, ἀναιρεῖ πινας τῶν βαρβάρων, ὁπὶ τοῦτο δὲ εἰς ὀργὴν κατασταὶ Αλάριχον τῷ ἀντικὺ ὁδὸν ἀναστρέφει, *ex improviso cum suis irruens* Sarus, *quosdam ex barbaris necat, ea vero de causa in iram & metum conjectus Alarichus illa ipsa*, qua venerat, *via* Romam *revertitur.* Philostorgius; ὲν ἐρειπίοις τῆς πόλεως κειμένης Αλάριχον τὰ καμπυλιαν ἐλπίζειν κακεῖ νόσῳ φθείρεσθαι, *urbe in ruderibus jacente, Campaniam depræ datus est, ibidemque morbo periit Alarichus.*

Prosper Theodosio IV Cons. anno 411, *Constantinus per Honorii Duces Constantium & Vlphilam apud Arelatense oppidum victus & captus est; cujus filium Constantem in Hispaniâ regnare orsum, Gerontius Comes, in Maximum quendam tyrannidem transferens, interemerat.* Idacius anno Honorii 17, *Subversis memorat a plagarum grassatione Hispaniæ Provinciis, Barbari ad pacem ineundam, Domino miserante, conversi, sorte ad habitandum sibi provinciarum dividunt regiones. Gallæciam Wandali occupant, & Suevi, sitam in extremitate Oceani maris Occiduâ. Alani Lusitaniam & Carthaginensem Provincias; & Wandali cognomine Silingi Bæticam sortiuntur. Hispani per civitates & castella residui à plagis, Barbarorum per provincias dominantium se subjiciunt servituti. Constantinus post triennium invasæ tyrannidis ab Honorii Duce Constantiô intra Gallias occiditur.* Prosper Honorio IX & Theodosio V Coss. anno 412, *Maximo in Hispaniâ regnô sublatô vita concessa, eo quod modestia humilitasque hominis affectati Imperii invidiam non merebatur; Gothi Rege Athaulfo Gallias ingressi.* Idacius anno Honorii 18, *Iovinus & Sebastianus fratres intra Galliam, & in Africâ Heraclianus, pari tyrannidis instantur insaniâ.* Prosper Lucio Cons. anno 413. *Hujus collega in Consulatu Heraclianus fuit, qui novarum in Africa rerum reus, & honorem amisit & vitam. Burgundiones partem Galliæ propinquam Rheno obtinuerunt. Iovinus & Sebastianus fratres, in Galliis regnô arrepti sunt.* Idacius anno Honorii 19, *Iovinus & Sebastianus oppressi ab Honorii Ducibus Narbona interfecti sunt. Gothi Narbonam ingressi vindemiæ tempore.* Prosper Constantio Cons. *Attalus Gothorum consilio & præsidiô tyrannidem resumit in Galliis.* Idacius anno Honorii 20. *Ataulfus apud Narbonam Placidiam duxit uxorem.* Olympiodorus apud Photium Αδαύλφῳ σωθὴν ᾧ ὑποθήκη κανδιδάνῳ ὁ τῶν θλακιδίαν σωτελεῖται γάμῳ, μὴν ὁ Ιανσδεκ ἐνεστήκει. ὁπὶ δὲ πόλεως Νάρβωνος ὲν οἰκίᾳ Ιγνάτιός τινος πρώτης ὲν τῇ

ἐν τῇ πόλει, *Candidiani studio & industria*, (*Ianuarius mensis instabat*) *Narbonæ in Ingenii cujusdam in civitate primarii domô, Adaulfi cum Placidia celebrantur nuptiæ.* Prosper Honorio x & Theodosio vi anno 415. *Attalus à Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & præsidio carens, capitur, & Constantio Patricio vivus offertur: Athaulfus à quodam suorum vulneratus interiit, regnumque ejus Wallia, peremptis qui idem cupere intelligebantur, invasit.* Idacius anno Honorii 22 seu 416. *Ataulfus à Patricio Constantio pulsatus, ut relicta Narbona Hispanias peteret, per quendam Gothum* [1] *apud Barcinonam inter familiares fabulas jugulatur. Cui succedens Wallia in Regnô, cum Patriciô Constantiô pace mox factâ, Alanis, & Wandalis Silingis, in Lusitania & Bæticâ sedentibus adversatur.* P. Orosius lib. 7. c. 43. *Gothos Narbona expulit Constantius, atque abire in Hispaniam coegit cum Ataulfo* &c. *Cum paci petendæ atque offerendæ studiosissime insisteret, apud Barcinonem Hispaniæ urbem dolo suorum (ut fertur) occisus est; post hunc Sigericus Rex à Gothis creatus cum itidem judicio Dei ad pacem pronus esset, nihilominus à suis interfectus est; Deinde Wallia successit in regnum, ad hoc electus à Gothis, ut pacem infringeret, ad hoc ordinatus à Deo ut pacem confirmaret.* Olympiodorus, post Sebastianum Imp. [1] *Dubium* Olympiodor. *Vernaculum* lore nandi.

saluratum, πέμπει Ἀδάυλφῳ πρὸς Οὐαλεντίαν πρεσβεῖς, ἱκετηρίαν τὰς τῶν τυράννων κεφαλὰς καὶ ἱερεῖα ἄγειν, *ad Honorion legatos mittit tyrannorum capita, & pacem colere pollicitus Ataulfus.*

Prosper Theodosio vii & Palladio Coss. seu annô 416. *Placidiam Theodosii Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, quamque Athaulfus conjugem habuerat, Wallia pacem Honorii expetens reddit, ejusque nuptias Constantius promeretur.* Philostorgius lib. 12. c. 4. τὸ βάρβαροι πρὸς Οὐαλεντα ἀποδοῦναι καὶ τὴν δικαίαν ἀδελφὴν καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ βασιλεῖ παρεπιθεῖναι ἀντὶ στήσεσι τι ἀξιωθεῖσι καὶ μέρεσι τινὰ τῆς Γαλατῶν χώρας εἰς γεωργίαν ἀπολαμβάνουσι, *Barbari ad Honorium festinant, propriamque sororem & Attalum Regi tradunt, ipsi annona donati, & quandam Gallorum regionis portionem colendam sortiti sunt.* Idacius anno Honorii 23 Christi 417. *Constantius Placidiam accepit uxorem. Fredibalum Regem gentis Wandalorum sine ullo certamine ingeniose capit, & ad Honorium Imp. destinat.* anno Honorii 23. *Wallia Rex Gothorum Romani nominis causâ intra Hispanias cædes magnas efficit barbarorum.* P. Orosius lib. 7. c. 43. *Romanæ securitati periculum suum obtulit, ut adversus cæteras gentes, quæ per Hispanias consedissent, sibi pugnaret & Romanis vinceret; quamvis & cæteri Alanorum, Wandalorum, Suevorumque Reges eodem nobiscum placito depacti forent* &c. *Walliam Gothorum Regem insistere pariendæ paci ferunt.*

Idacius annô Honorii 24 Christi 418. *Wandali Silingi in Bæticâ per Walliam Regem omnes extincti. Alani, qui Wandalis & Suevis potentabantur, adeo cæsi sunt à Gothis, ut extinctio Atace Rege ipsorum, pauci qui superfuerant, abolito regni nomine, Gunderici Regis Wandalorum, qui in Gallæcia resederat, se patrocinio subjugarent. Gothi intermisso certamine, quod agebant, per Constantium ad Gallias revocati,* [2] *sedes in Aquitanica à Tolosa usque ad Oceanum acceperunt. Wallia eorum Rege defunctio, Theodores succedit in regno.* Prosper Monaxio & Plinta Coss. seu anno 419. *Constantius Patricius pacem firmat cum Wallia, datâ eidem ad inhabitandum secunda Aquitania, & quibusdam civitatibus, confinium Provinciarum.* Idacius annô Honorii 25 Christi 419. *Inter Gundericum Wandalorum & Hermerichum Suevorum Reges certamine ortô, Suevi in Nervasiis*

[2] nota nihil ipsis trans Pyrenæum datum sed in Aquitania ».

montibus obsidentur à Wandalis, anno Honorii 26 Christi 420. *Wandali Suevorum obsidione dimissa, instante Asterio Hispaniarum Comite, sub Vicario Maurocello, aliquantis Bracaræ in exitu suo occisis, relictâ Gallæcia ad Bæticam transierunt.* anno Honorii 28 Christi 422. *Castinus Magister militum cum magnâ manu & auxiliis Gothorum, bellum in Bætica Wandalis infert; quos cum ad inopiam vi obsidionis arctaret, adeo ut se tradere jam pararent, inconsulte publico certamine confligens, auxiliorum fraude deceptus ad Tarraconem victus effugit.* Prosper Honorio XIII & Theodosio X Coss. anno 422. *Hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cui Castinus Dux fuit*, &c. Theodosio XI & Valentiniano Cæsare Coss. anno 425. *Arelas nobile oppidum Galliarum à Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aetio non impuniti abscederent.* Idacius anno Valentiniani primo Christi 424. *Wandali Baleares insulas deprædantur; deinde Carthagine Spartaria & Hispali eversa, & Hispaniis deprædatis, Mauritaniam invadunt.* anno Theodosii IV, Christi 28. *Gundericus Rex Wandalorum, captâ Hispali, cum impie elatus, manus in Ecclesiam civitatis ipsius extendisset, mox Dei judicio dæmone correptus interiit; cui Gaisericus frater succedit in regno. Qui ut aliquorum relatio habet, effectus apostata, de fide Catholicâ in Arianam dictus est transisse perfidiam.* Prosper Hierio & Ardabure Coss. anno 427. *Gens Wandalorum ab Hispaniis ad Africam transiit.* Felice & Tauro Coss. annô 428. *Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverant, Ætii Comitis armis recepta est.* Idacius anno Valentini V, Christi 28. *Gaisericus Rex de Bæticæ Provinciæ litore cum Wandalis omnibusque familiis mense Majo ad Mauritaniam & Africam relictis transit Hispaniis.* Anno Valentiniani VI Christi 429. *Suevi sub Hermericho Rege medias partes Gallæciæ deprædantes per plebem, quæ castella tutiora retinebat, actâ suorum partim cæde, partim captivitate, pacem, quam ruperant, familiarum quæ retinebantur, restitutione restaurant. Per Ætium Comitem haud procul de Arelate quædam Gothorum manus extinguitur, Anaolfo optimate eorum capto.* anno Valentin. VII Christi 430. *Rursum Suevi initam cum Gallæcis pacem libita sibi occasione conturbant, ob quorum deprædationem Idacius Episcopus ad Ætium Ducem, qui expeditionem agebat in Galliis, suscipit legationem. Vetto qui de Gothis dolose ad Gallæciam venerat, sine aliquo effectu redit ad Gothos.* Anno Valentiniani VIII Christi 431. *Superatis per Ætium in certamine Francis, & in pace susceptis, Censorius Comes Legatus mittitur ad Suevos, suprà dicto secum Idacio redeunte.* Anno Valentiniani IX, Christi 432. *Regresso Censorio ad Palatium, Hermericus pacem cum Gallæcis, quos prædabatur assidue, sub interventu Episcopali, datis sibi reformat obsidibus. Symphosius Episcopus per eum ad Comitatum Legatus missus, rebus in cassum frustratur arreptis.*

Prosper Theodosio XV & Valentiniano IV Coss. *Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem Ætius bello obtinuit, pacemque ei supplicanti dedit, quâ non diu potitus est, siquidem illum Chuni cum populo suo ac stirpe deleverunt.* Idacius anno Valentin. XII Christi 435. *Narbona obsideri capta per Gothos. Burgundiones, qui rebellaverant, à Romano Duce Ætio debellantur.* anno Valentin. XIII Christi 436. *Narbona obsidione liberatur Ætio Duce & Magistro militum. Burgundionum cæsa viginti millia. Rursus Censorius & Fretimundus Legati mittuntur ad Suevos.* Prosper Isidoro & Senatore Coss. anno 436. *Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia vicina sedibus*

suis

suis occupant; Narbonenſi oppido maxime infeſti; quod cum diu obſidione & fame laboraret, per Littoriam Comitem ab utroque periculo liberatum eſt, ſiquidem per ſingulos equites binis tritici modiis adjectis, ſtrenuiſſime & hoſtes in fugam verterit, & civitatem annona impleverit. Idacius anno Valentin. XIV, Chriſti 437. *Gothorum cæſa octo millia ſub Ætio Duce. Suevi cum parte plebis Gallaciæ, cui adverſabantur, pacis jura confirmant. Hermerichus Rex morbo oppreſſus Rechilam filium ſuum ſubſtituit in Regnum; qui Andevotum cum ſua, quam habebat, manu ad Singilionem Bæticæ fluvium aperto Marte proſtravit, magnis ejus auri & argenti opibus occupatis.* Proſper Ætio II & Sigiſvulto Coſſ. anno 437. *Bellum adverſus Gothos Chunis auxiliantibus geritur.* Theodoſio XVI & Fauſto Coſſ. anno 438. *Adverſus Gothos in Gallia quædam proſpere geſta.* Theodoſio XVII & Feſto Coſſ. anno 439. *Littorius, qui ſecundâ ab Ætio Patricio poteſtate Chunis auxiliaribus præerat, dum Ætii gloriam ſuperare appetit, dumque haruſpicum reſponſis; & dæmonum ſignificationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conſeruit, fecitque intelligi quantum illa, quæ cum eodem periit, manus prodeſſe potuerit, ſi potioribus conſiliis, quam ſua temeritate uti maluiſſet, quando tantam ipſe hoſtibus cladem intulit, ut niſi inconſideranter prælians in captivitatem incidiſſet, dubitandum foret cui potius parti victoria adſcriberetur* &c. *Per idem tempus Vitricus,* (vel potius Ercharicus Alanus) *reipublicæ noſtræ fidelis, & multis documentis bellicis habebatur. Pax cum Gothis facta, cum eam, poſt ancipitis pugnæ lachrymabile bellum, humilius quam unquam antea popoſciſſent.* Idacius anno Valentin. XV Chriſti 438. *Bello Gothicò ſub Theodoro Rege apud Toloſam; Littorius Romanus Dux inconſultius cum auxiliari Hunorum manu irruens, cæſis his, ipſe vulneratus capitur, & poſt dies paucos occiditur. Inter Romanos & Gothos pax efficitur* &c. *Rechila Rex Suevorum Emeritam ingreditur* &c. Anno Valentin. XVI Chriſti 439. *Cenſorius Comes, qui Legatus miſſus fuerat ad Suevos, reſidens Myrtili obſeſſus à Rechila in pace ſe tradidit.* Anno Valentin. XVII Chriſti 440. *Rex Suevorum diuturno per annos ſeptem morbo adflictus moritur Hermerichus. Rex Rechila Hiſpali obtenta, Bæticam & Carthaginienſem Provincias in ſuam redigit poteſtatem* &c. *Aſturius* Dux utriuſque militiæ ad Hiſpanias miſſus *Tarraconenſium cædit multitudinem Bacaudarum.* Anno Valentin. XIX. *Aſturio Magiſtro utriuſque militiæ gener ipſius ſucceſſor ipſi mittitur Merobaudis natu nobilis, & eloquentiæ meritò, vel maxime in poëmatis ſtudio veteribus comparandus, teſtimonio etiam provehitur ſtatuarum. Brevi tempore poteſtatis ſuæ Aracellitanorum frangit inſolentiam Bacaudarum; mox nonnullorum invidia perurgente, ad urbem Romam* ſacra præceptione *revocatur.* Anno Valentin. XX. *Sebaſtianus* (Bonifacii gener) *illic quo confugerat, deprehenſus ſibi adverſa moliri, è Conſtantinopoli fugit admonitus, & ad Theodorem Regem Gothorum veniens, conquæſitam ſibi, qua potuit,* Barcinonam hoſtis factus *ingreditur.* Anno Valentin. XXI. *Sebaſtianus de Barcinona fugatus migrat ad Wandalos.* Anno Valentin. XXII. *Vitus Magiſter* utriuſque militiæ *factus, ad Hiſpanias miſſus, non exiguæ manus fultus auxilio, cum Carthaginienſes vexaret & Baticos, ſuccedentibus cum Rege ſuo illic Suevis, ſuperatis etiam in congreſſione, qui ei ad deprædandum in adjutorium venerant,* Gothis, *territus miſerabili timore diffugit. Suevi exin illas Provincias magnâ deprædatione ſubvertunt.*

Anno Valentin. XXIV. *Rechila Rex Suevorum Emerita gentilis moritur*

mense Augusto, cui mox filius suus Catholicus Rechiarius succedit in Regnum, nonnullis quidem sibi de gente suâ æmulis, sed latenter; obtento tamen regno, sine morâ ulteriores regiones invadit ad prædam, &c. *Per Aiulfum Hispali Censorius jugulatur.* Anno Valentin. xxv. *Rechiarius accepta in conjugium Theodoris Regis filia, auspicatus initium regni Vasconias deprædatur mense Februario. Basilius ob testimonium egregii ausus sui congregatis Bacaudis in Ecclesia Tyriasone, fœderatos occidit; ubi & Leo ejusdem Ecclesiæ Episcopus, ab eisdem qui cum Basilio aderant, in eo loco obiit vulneratus. Rechiarius mense Julio ad Theodoremsocerum profectus,* Cæsaraugustanam regionem cum Basilio deprædatur, *irruptâ per dolum Ilerdensi urbe, acta est non parva captivitas.* Anno Marciani 1 Christi 451. *Ætio Duci, & Regi Theodori quibus erat in pace societas, aperto Marte confligens gens Hunnorum, divino cæsa superatur auxilio; bellum nox intempesta diremit; Rex illic Theodores prostratus occubuit,* ccc *ferme millia hominum in eo certamine occidisse memorantur,* &c. *Occiso Theodore, Thorismo filius ejus succedit in regno.* Anno Marciani 11 Christi 452. *Ad Suevos Mansuetus* Comes Hispaniarum *& Fronto similiter Comes, Legati pro pace mittuntur, & obtinent conditiones injunctas. Thorismo Rex Gothorum spirans hostilia, à Theudorico & Friderico fratribus jugulatur;* cui *Theudoricus successit in regno.* Prosper Opilione Cons. anno 453. *Apud Gothos intra Gallias consistentes, inter filios Theodorici Regis, quorum Thorismodus maximus natu patri successerat, orta dissensio est; & cum Rex ea moliretur, quæ & Romanæ paci & Gothicæ adversarentur quieti, à germanis suis, quia noxiis dispositionibus irrevocabiliter instaret, occisus est.*

Idacius anno Valentiniani xxx, Christi 454. *Per Fredericum Theudorici Regis fratrem Bacaudæ Tarraconenses cæduntur* ex auctoritate Romana &c. *His gestis* (Ætii cæde) *Legatos Valentinianus mittit ad gentes, ex quibus ad Suevos venit Iustinianus.* Anno Valentiniani xxxi, Christi 455. *in Galliis Avitus Gallus civis, ab exercitu Gallicano & ab honoratis primum Tolosæ, dehinc apud Arelatum Augustus appellatur, Romam pergit & suscipitur.* Anno Aviti 1, Christi 456. *Suevi Carthaginienses regiones, quas Romanis reddiderant, deprædantur,* &c. *Per Augustum Avitum* Fronto Comes *Legatus mittitur ad Suevos. Similiter & à Rege Gothorum Theudorico, quia* fidus Romano esset Imperio, *Legati ad eosdem mittuntur, ut tam secum, quam cum Romano Imperio, quia uno essent fœdere pacis copulati, jurati fœderis promissa servarent. Remissis Legatis utriusque partis, atque omni juris ratione violata, Suevi Tarraconensem Provinciam,* quæ Romano Imperio deserviebat, *invadunt* &c. *Legati Gothorum rursus veniunt ad Suevos; post quorum adventum Rex Suevorum Rechiarius, cum magna suorum multitudine regiones Provinciæ Tarraconensis invadit; acta illic deprædatione, & grandi ad Gallæciam captivitate ducta. Mox Hispanias Rex Gothorum Theudoricus cum ingenti exercitu suo,* & cum voluntate & ordinatione Aviti Imperatoris *ingreditur; cui cum multitudine Suevorum Rex Rechiarius occurrens, duodecimo de Asturicensi urbe milliario, ad fluvium nomine Vrbicum, tertio Nonas Octobris die sexta feriâ, inito mox certamine superatur, cæsis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimisque fugatis, ipse ad extremas sedes Gallæciæ plagatus vix evadit ac profugus. Theudorico Rege cum exercitu ad Bracaram extremam civitatem Gallæciæ pertendente, 5 Kal. Novemb. die Dominico, etsi incruenta, fit tamen satis mœsta & lacrymabilis ejusdem di-*

reptio

reptio civitatis, Romanorum magna agitur captivitas captivorum. Anno Aviti 11, Christi 457. *Rechiarius ad locum qui Portucale appellatur profugus, Regi Theudorico captivus adducitur, quo in custodiam redactò, cæteris, qui de priore certamine superfuerant, tradentibus se Suevis, aliquantis nihilominus interfectis, Regnum destructum & finitum est Suevorum,* &c. *Hesychius* Tribunus Legatus *ad Theudoricum* cum sacris muneribus *missus ad Gallæciam venit,* &c. *Occiso Rechiario mense Decembri, Rex Theudoricus de Gallæciâ ad Lusitaniam succedit,* &c. *Ajutfus deserens Gothos in Gallæcia residet. Suevi qui remanserant in extrema parte Gallæciæ, Massiliæ filium nomine Maldram sibi Regem constituunt. Theudoricus Emeritam deprædari volens B. Eulaliæ Martyris terretur ostentis.* Anno Majoriani 1. *Theudoricus adversis sibi nunciis territus, mox post dies Paschæ, quod fuit 5 Kal. Aprilis, de Emerita egreditur; & Gallias repetens, partem ex ea quam habebat multitudine variæ nationis, cum Ducibus suis ad Campos Gallæciæ dirigit, qui dolis & perjuriis instructi, sicut eis fuerat imperatum, Asturicam (quam jam prædones ipsius* sub specie Romanæ ordinationis intraverant, *mentientes ad Suevos qui remanserant,* jussam sibi *expeditionem) ingrediuntur pace fucata, solita arte perfidiæ, nec mora promiscui generis reperta illic cæditur multitudo,* &c. *Palentina civitas simili quo Asturica, per Gothos perit exitio. Unum Coviacense castrum triceſimo de Asturica milliario à Gothis diutino certamine fatigatum, auxilio Dei, hostibus & obsistit, & prævalet, quamplurimis ex eorum manu interfectis, reliqui* revertuntur ad Gallias. *Ajutfus dum regnum Suevorum spirat, Portucale moritur mense Junio. Suevi in partes divisi pacem ambiunt Gallæciarum, è quibus pars Frantanem, pars Maldram Regem appellat. Solito more perfidiæ Lusitaniam deprædatur pars Suevorum Maldram sequens; actâ illic Romanorum cæde, prædisque contractis, Civitas Vlixippona sub specie pacis intratur. Frantanes moritur per Pascha & Pentecosten. Iubente Maldra Suevi in solitam perfidiam versi, regionem Gallæciæ adhærentem flumini Durio deprædantur.* Anno Majoriani 11. *Gothicus exercitus Duce suo Cyrila à Theudorico Rege ad Hispanias missus mense Iulio succedit ad Bæticam. Legati Gothorum & Wandalorum pariter ad Suevos veniunt, & revertuntur. Theudoricus cum Duce suo Sunierico exercitus sui aliquantam ad Bæticam dirigit manum. Cyrila revocatur ad Gallias. Suevi nihilo minus Lusitaniæ partes cum Maldra, alii cum Remismundo Gallæciam deprædantur. Eruli maritima Conventus Lucensis loca nonnulla crudelissime invadunt ad Bæticam pertendentes. Maldras germanum suum fratrem interficit, & Portucale castrum idem hostis invadit: Inter Suevos & Gallæcos, interfectis aliquantis honestis natu, malum hostile miscetur. Legati à Nepotiano Magistro militiæ & à Sunierico Comite missi veniunt ad Gallæcos, nunciantes Majorianum Augustum & Theudoricum Regem firmissima inter se pacis jura sanxisse, Gothis in quodam certamine superatis. Maldras in fine mensis Februarii jugulatus meritò perit interitu. Per Suevos Luco habitantes, in diebus Paschæ Romani aliquanti cum Rectore suo honestò natu, repentino (securi de reverentia dierum) occiduntur incursu. Mense Majo* [1] *Majorianus Hispanias ingreditur Imperator, quo Carthaginensem Provinciam pertendente, aliquantas naves, quas sibi ad transitum adversum Wandalos præparabat, de littore Carthaginiensi commoniti Wandali per proditores abripiunt. Majorianus ita à sua ordinatione frustratus ad Italiam revertitur. Pars Gothici exercitus à Sunierico & Nepotiano Comitibus ad Gallæciam*

[1] A.D. 460. Magno & Apollonio Coss. Marius.

ciam directa, Suevos apud Lucum deprædantur, &c. *Frumarius cum manu Suevorum, quam habebat, captô Idacio Episcopo 7 Kal. Augusti. in Aquæ Flavienſi Eccleſia, eundem conventum grandi evertit excidio. Remiſmundus vicina ſibi pariter Auregenſium loca, & Lucenſis conventus maritima populatur. Inter Frumarium & Remiſmundum oritur de regni poteſtate diſſenſio. Gallæcorum & Suevorum pacis quædam umbra conſeritur. A Theudorico Legati ad Suevos veniunt & recurrunt. Suniericus Scalabim, cui adverſabatur, obtinet Civitatem* &c. *de Rege Theudorico Legati gentis perfidæ revertuntur.* Anno Severi II. *Suniericus redit ad Gallias. Nepotianus Theudorico ordinante Arborium accipit ſucceſſorem* &c. *Agrippinus Gallus & Comes, & civis, Ægidio Comiti viro inſigni inimicus, ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradidit Theudorico. Adverſus Ægidium Comitem utriuſque militiæ, virum* (*ut fama commendat*) *Deo bonis operibus complacentem, in Armoricana*[1] *provincia Fretericus frater Theudorici Regis inſurgens, cum his, cum quibus fuerat, ſuperatus occiditur. Cum Palegorio viro nobili Gallæciæ, qui ad ſupradictum fuerat Regem Cyrila Legatus, ad Gallæciam ventens, euntes ad eundem Regem Legatos obviat Remiſmundi, qui regreſſi in celeri, revertentem Cyrilam in Lucenſi urbe ſuſcipiunt: poſt cujus egreſſum de Gallæciâ, Suevi promiſſionum ſuarum ut ſemper fallaces & perfidi, diverſa loca infelicis Gallæciæ ſolito deprædantur. Per Theudericum ad Suevos Remiſmundus & Cyrila cum aliquantis* Gothis *qui prius venerant, remittuntur. Cyrila in Gallæciâ remanente, Remiſmundô mox recurrente ad Regem, inter Gallæcos & Suevos indiſciplinata perturbatio dominatur.* Anno Severi III. *Nepotianus recedit è corpore. Frumario mortuo, Remiſmundus omnibus Suevis in ſuam ditionem regali jure revocatis, pacem reformat elapſam*, &c. *Legatos Remiſmundus mittit ad Theudoricum, qui ſimiliter ſuos ad Remiſmundum remittit, cum armorum adjectione, vel munerum, directa & conjuge quam haberet* &c. *Ægidius moritur* (*alii dicunt inſidiis, alii veneno*) *deceptus. Quo deſiſtente mox Gothi regiones invadunt,*[2] *quas Romano nomini tuebatur. Suevi Conimbricam doloſe ingreſſi, familiam nobilem Cantabri ſpoliant, & captivam abducunt, matrem cum filiis. Legati eodem anno duabus vicibus à Rege Suevorum mittuntur ad Regem Theudoricum, ad quem & Arborius proficiſcitur evocatus.* Anno Severi IV. *Reverſi Legati Suevorum obiiſſe nunciare Severum Imperii ſui anno*[3] 4, *qui ſupra remittuntur ad Conimbricam* &c. *Suevi adverſus Aunonenſem ſæviunt plebem; quâ de cauſa Legati à Theuderico ad Remiſmundum mittuntur in caſſum.* Anno Anthemii I. *Per Theudericum Salla Legatus mittitur ad Remiſmundum Regem Suevorum, qui reverſus ad Gallias eum à fratre ſuo Eurico repetit interfectum. Euricus pari ſcelere quo frater, ſuccedit in Regnum; qui honore provectus & crimine, Legatos ad Regem dirigit Suevorum; quibus ſive morâ à Remiſmundo remiſſis, ejuſdem Regis Legati ad Imperatorem, alii ad Wandalos, alii diriguntur ad Gothos. De Aunonenſi plebe, cui Suevorum adverſabatur hoſtilitas, Opilio cum viris ſecum à Rege profectis, & cum aliquantis, qui cum ipſo, miſſi fuerant, revertitur. Gothi qui ad Wandalos miſſi fuerant, ſupradictæ expeditionis rumore perterriti revertuntur in celeri, pariter & Suevi, qui poſt Legatos more ſolito, per diverſa loca in prædam diſperſi fuerant; ſed paucis poſt menſibus ipſe Rex Suevorum ad Luſitaniam tranſit.* Anno Anthemii II. *Conimbrica in pace decepta diripitur* &c. Anno Anthemii III. *Legatorum Suevorum reditum aliquanta Gothorum manus inſequens Emeri-*

[1] inter Ligerim & Ligericinum juxta Aurelianis. Marius A. D. 463.

[2] hinc ſumendum dominationis Gothicæ in Hiſpania initium videtur.

[3] A.D. 465.

Emeritam petit. Vlixippona à Suevis occupatur, cive suo, qui illic præerat, tradente Lusidio. Hac re cognitâ, Gothi, qui venerant, invadunt, & Suevos deprædantur pariter & Romanos ipsis in Lusitaniæ regionibus servientes, &c. *Aunonenses pacem cum Rege faciunt Suevorum, qui & Lusitaniæ & Conventus Asturicensis quædam loca prædantes invadunt. Gothi circa eundem conventum pari hostilitate desæviunt, partes etiam Lusitaniæ deprædantur. Lusidius per Remismundum, cum suis hominibus Suevis ad Imperatorem in Legatione dirigitur.*

Ex his ab iis qui primam Gothorum in Italiam, Gallias, Hispanias irruptionem videre potuerant, certâ plenaque fide scriptis, quam multa falsa *Iornandes* [1] *Gothorum Notarius, ac deinde anno 552 Episcopus* coacervaverit constare potest; *Cui* (inquit) Honorio *ad postremum sententia sedit, quatenus provincias longe positas, idest Gallias Hispaniasque, quas jam pene perdidisset, & Gizerichi Vandalorum Regis vastaret irruptio, si valeret Alaricus, suâ cum gente, sibi tanquam lares proprios vindicaret, donatione sacro oraculo confirmata. Consentiunt Gothi hac ordinatione, & ad traditam sibi patriam proficiscuntur.* hæc certe universa solâ Iornandis imaginatione nituntur. nam 1. cum Alaricum, Illyrici custodiendi obtentu, anno circiter 395, quô annum vitæ 12 agebat Honorius, evocassèt Stilico; annô 400 in Italiam irrupit, annô 402 ad Pollentiam cum Stilicone pugnavit: annô 406 Decemb. 31 *Francis* Transrhenanis *protritis, Rhenum trajecerunt*, in Cisrhenanos (à quibus male multati sunt) inciderunt, Godegisilum Regem amiserunt Vandali. annô 408 Augusti 23. cæso Stilicone, vindex exsurrexit Alaricus. Anno 409 Septemb. 28, feria 3 (durante Alarici seditione) Hispanias invaserunt Vandali; annô 410 April. 1. Romam cepit, eodemque anno deprædatâ Campania in Brutiis Honorio infestus decessit Alaricus. anno 411 Constantinus tyrannus qui anno 407, Gallias invaserat misere periit Hispanias Alani, Suevi, Vandali sortiti sunt, Gothi Ataulfo Duce Gallias eodem anno ingressi, anno 413 Narbonem occuparunt. Anno 414 desinente non Forolivii, quod Iornandes volebat, sed Narbone Placidiam duxit Ataulfus; cumque 15 anno 415 operam suam Honorio obtulisset, Narbone excedere compulsus, Barcinone cum successore Sigerico confossus est: anno 416 Placidiam ab eo relictam Honorio reddidit, pacem cum Constantio Patricio fecit, Wandalis aliisque barbaris Hispaniarum tyrannis bellum pro Imperio indixit Wallia, idemque anno 418 ex Hispania à Constantio, cujus mandata susceperat, revocatus, sedes in Aquitania secunda accepit, regnum Tolosanum cis Pyrenæum fundavit, nihil ultra possedit; nec ipsi nec successoribus Galliæ ab Honorio aut alio quoquam traditæ sunt, sed pars earum modica; regni limes meridiem versus Garumna, & caput in ipso limite posita Tolosa: Quô tempore Gothi Aquitaniâ secunda donati sunt, Galliis à Wandalis qui eas ante annos decem reliquerant periculi nihil fuit. Cum Gunderico fratri anno demum 428 successerit Gaisericus, ejus nondum regnantis metu torqueri nequaquam Honorius potuit. Extra secundæ Aquitaniæ fines vix quicquam præter Tolosam ad primam Narbonensem pertinentem initio tenuere Gothi, quorum potestati anno Severi 11 Christi 462, Narbo primum tradita est; ut ut autem postquam regnare in Aquitaniâ secundâ cœperunt, Hispanias armis suis insedisse reperiantur, nunquam sibi, sed Romanis, quorum Majestatem colebant

[1] Lum. p. 344. de rebus Geticis c. 30.

bant militarunt, Wallia *Romani nominis causa* Wandalos invasit, *sibi pugnare Romanis vincere* certus. Theodorici Regis frater Fridericus Tarraconenses Bacaudas *ex auctoritate Romana* debellavit: Theodoricus ipse Romano Imperio fidus, Rechiarium fororis maritum cum voluntate & ordinatione Aviti Imperatoris oppugnaturus Hispanias intravit; quo tempore Gallias repetit, ejus milites *sub specie Romanæ ordinationis* Asturicam occuparunt, *jussam sibi expeditionem mentiti*, expeditione vero facta *ad Gallias* unde profecti erant *reversi sunt*, nihil sibi juris in Hispania fuisse factis testati; cum nec Barcinonem, nec Cæsaraugustam, nec Ilerdam, nec ulteriora Romanæ ditionis oppida sibi vindicaverint; Romanos vero Augustos Valentinianum, Avitum, Majorianum, Severum, Anthemium majorum more coluerint, & datis ab iisdem Magistratibus, *Asterio Hispaniarum Comiti sub Maurocello Vicario* annô 419, Castino *militum Magistro* anno 430, Ætio *Patricio*, cui se totos committebant anno 430, Asturio *utriusque militiæ Magistro*, & Merobaudi ejusdem generô annô circiter 442, Vitô *militum Magistro* anno 445, Mansueto *Hispaniarum Comiti* anno 452, Nepotiano *militum Magistro* annô 457, paruerint Hispani: Certe si annô 454, non Gothis sed *Imperio Romano Tarraconensis provincia* Pyrenæo proxima *serviebat*, eorum dominio ulteriora subjacuisse, eosdemque, quibus subditum nihil trans Pyrenæum assignari potest, ibidem regnavisse, non solum in Iornandis gratiam fingere, sed vel suspicari absurdum est. Hinc autem (velis nolis) Francorum Cisthenanorum, qui anno 407 Wandalos profligaverant, fuisque jamdudum viribus consistebant, & usque nunc per Dei opt. max. gratiam, post annorum fere 1250 decursum, consistunt, regnum Gothico antiquius fuisse liquet; Cum annô demum 418, à profligatis per Francos Wandalis, duodecimo in Aquitania, anno circiter 476, à Wandalorum cæde 70, in Hispania, anno 489, ab eadem cæde 83 in Italia Gothi regnare exorsi sint: quod te ante annos mille testis minime gratiæ suspectus Isidorus ex Idacio, si attendere dignatus fuisses, docuerat; *Euricus*, inquit, *pari scelere quô frater succedit in regnum* (annis 18) in quo *honore provectus & crimine, statim bello defavit, partesque Lusitaniæ deprædatur; qui prius capta Pampilona, Cæsaraugustam invadit, totamque Hispaniam superiorem obtinuit, Tarraconensis etiam nobilitatem quæ ei repugnaverat, exercitus irruptione peremit. In Gallias autem regressus, Arelatem & Massiliam urbes cepit, suoque regno utramque subjecit.* Is ergo primus Aquitaniæ secundæ, quam post Theodorem patrem, Thurismodus & Theudoricus fratres possederant, Aquitaniam primam, & Narbonensem Galliam cis Pyrenæum adjecit, Hispaniam maxima ex parte subegit, Wisigothicas leges sanxit, ex quarum postea præscripto Hispani vixere; nec aliud habeas, quod ex laudatis à te [1] *Idacii Episcopi* ad *Olympiadem* 297 *annumque Christi* 409 verbis exsculpas, quid enim ille? *Alaricus moritur, cui Ataulfus succedit in Regno* &c. *Ataulfus à Patricio Constantio pulsatus, ut relicta Narbona Hispanias peteret, per quendam Gothum* apud Barcinonam, *inter familiares fabulas jugulatur; cui succedens Wallia in Regno, cum Patricio Constantio pace mox facta, Alanis & Vandalis Silingis in Lusitania & Batica sedentibus adversatur*: horum nihil negamus, Chiffletii, quantumvis tua tuique similium febricitantium somnia explodamus: re enim verâ *in* Gothicæ gentis *regnô*, Alarico Ataulfus, & Wallia ex ordine *successerunt*, cum Alarico sublatô uni Ataulfo.

[1] Lum. 344.

ac exin-

ac exinde Walliæ gens illa paruerit, sed ejus nulla tunc fixa sedes, nullum sive in Gallia, sive in Hispania, quod suo jure posslideret, fuisque successive principibus regendum committeret, territorium fuit; nec *regnum in* quo Ataulfus & Wallia *successisse* dicuntur, *regio* ulla vagis nullique glebæ affixis fuit, aut esse potuit; sed *summa* in vagos illos *potestas*. Barcinone non ut Dominus, sed ut hospes Imperatori Romano militaturus, Ataulfus versatus est. *Alanis* denique *& Wandalis*, non sibi (tanquam proprium *regnum* vindicaturus) sed Honorio (Barbaros Romanâ ditione exacturus) certans, *adversatus est, Wallia*; quem in medio victoriarum cursu non modo gradum sistere, sed ad assignatam *in Aquitaniâ* possessionem regredi, vacuamque Hispaniarum possessionem antiquis Dominis Romanis relinquere Constantius Cæsar compulit, teque *Hispanias Gothis ab Honorio concessas*, mentienti Iornandi credentem, erroris temere ex impuris lacunis hausti, quantum necesse erat; monuit.

XIII. *Gothici regni robur Francico par non fuit.*

COnfutatis tuis de Gothici regni trans Pyrenæum antiquitate fabulis, ejusne Francico par robur fuerit, quærentes, in re seria ludere non injuria videri possint; cum enim Theudericus Ostrogothorum Rex, qui Clodoveo [1] ob *subditos victrici dextrâ, coactosque de vitæ munere supplicare Alamannos* gratulatus fuerat, [2] *summasque* Francorum & Gothorum *gentes* ex æquo judicaverat; ubi eum in Alaricum generum insurgere paratum sensit, in ejus (ut *communis mali*) caput *conjuratas eximias* Burgundionum, Herulorum, Warnorum & Thoringorum *gentes* scriptis epistolis *objecit*, eidem *patris & amantis jure interminatus*; Gallias Ligeri, Rhodano, utroque mari, & Pyrenæô clausas cum Hispaniæ majori parte possidebat Alaricus; earum portionem Rhenô, Alpibus, Ligeri, Rhodano limitibus circumscriptam Burgundiones tenebant; *provocatus* [3] nihilominus *à Francis, in regione Pictavensis urbis, prælio inito, extinctus est, eoque interfecto regnum Tolosanum occupantibus Francis destructum est:* ut ut enim Francici juris Gothica cis Pyrenæum posita universa (Theodorico Alarici socero Francicæ exundationis impetum Italici regni viribus sistente, Galliamque Narbonensem Amalrici nepotis nomine sibi vindicante) facta non sint; quæcunque Walliæ primum à Constantio Cæsare concessa regnum Tolosanum constituerunt, in Clodovei nostri potestatem cum Tolosa & Aquitania primâ transierunt, neque deinceps à Francico regno sejuncta sunt. Gesselicum Alarici nothum Gundebadus Clodoveo obnoxius Narbone expulit, *& cum multis, vi, dedecore, & magna suorum clade apud Barcinonem se conferre* coegit. Nondum Alarici regia corruerat, jam Avitus Clodoveum [4] *Regum florentissimum, & apicem, rerum omnium gubernacula continentem*, Gundobadum vero *Dominum suum*, Gothici sanguinis principem, *suæ quidem gentis Regem, sed* Clodovei *militem*, cui *nihil esset in quô servire non posset*, nuncupabat. Anno 523. Maximo *Consule* [5] *Sigismundus Rex Burgundionum* (Gundobagaudi filius) *à Burgundionibus* devictis, *Francis traditus* est. & 534 Paulino *Consule Reges Francorum Childebertus, Chlotarius, & Theodebertus Burgundiam obtinuerunt, & fugato Godomaro Rege*, Sigismundi germano, *regnum ipsius diviserunt*. [6] Æra 560, Christi 532

[1] Cassiod. Var. lib. 2. epist. 41.
[2] lib 3. epist. 4.
[3] Isid. Chron.
[4] Tom. 1. script. Franc. p. 835.
[5] Marii Chron.
[6] Isid.

sti 532 *Amalricus* Alarici à Clodoveo cæsi filius, *ab Childeberto Francorum Rege*, cui Clodoveani Imperii quadrans cesserat, *Narbonæ prælio superatus, Barcinonam fugiens venit, omniumque odio contra se excitato apud Narbonam in foro ab exercitu jugulatus interiit.* hæc Isidorus, sed Gregorius Turon.
[1] lib. 3. c. 10. [1] paulo aliter. *maxime commotus* Childebertus, *Hispanias appetit, Amalaricus vero hæc audiens, naves ad fugiendum parat; porro imminente Childeberto, cum Amalaricus navem deberet ascendere, ei in mentem venit multitudinem se pretiosorum lapidum in suo thesauro reliquisse, cumque ad eosdem petendos in civitatem regredueretur, ab exercitu à portu excluſus est. Videns autem se non posse evadere, ad Ecclesiam Christianorum confugere cœpit. Sed prinsquam limina sancta contingeret, unus emissa manu lanceâ eum mortali ictu sauciavit, ibique decedens reddidit Spiritum; tunc Childebertus cum magnis thesauris sororem*
[2] c. 29. *assumptam secum adducere cupiebat.* Idem [2] *post hæc* (Theodorici mortem &c.) *Childebertus Rex in Hispaniam abiit, quam ingressus cum Clothario, Cæsaraugustanam civitatem cum exercitu vallant atque obsident* &c. *timentes* (ne Deus exoratus Cæsarauguſtanorum precibus, eorum misereretur) *se ab ea civitate removerunt, tamen acquisita maximâ Hispaniæ parte cum magnis spoliis in Gallias redierunt.* Idem *ad* [3] *hunc senem* Eusychium *Childebertus in Hispaniam*
[3] de gloria Confess. c. 82. *abiens venit, cumque ei quinquaginta aureos obtulisset; ait senex*, quid mihi ista profers? aliis qui ea pauperibus largiantur attribue, mihi autem necessaria non sunt, sufficit mihi, ut pro meis peccatis Dominum merear deprecari, *& adjecit*, Vade, & victoriam obtinebis, & quod volueris ages. *Tunc Rex aurum pauperibus erogans, vovit, ut si eum Dominus cum suâ gratia de itinere illo reduceret, in honorem Dei Basilicam eo loco ædificaret, in quo senis membra quiescerent, postea adimplevit.*
[4] apud Sur. ad 17 Jun. [4] Auctor vitæ S. Aviti Abbatis. *Rex Childebertus, inclytus Francorum Princeps, comparato exercitu Hispanias suo addere imperio volebat: auditâ vero sancti viri fama, & quia sepulchrum ejus exigui parietes vallarent, cælesti Regi integra devotione votum nuncupavit* &c. *ita sospes & triumphans rediit in regnum suum.* Childeberti ipsius Charta pro monasterio S. Germani, S. Vincentii memoriæ primum dicato, *Ego Childebertus Rex, una cum consensu & voluntate Francorum & Neustrasiorum & exhortatione sanctissimi Germani Parisiorum urbis Pontificis, vel consensu Episcoporum construere cœpi templum in urbe Parisiaca prope muros civitatis, in terra quæ adspicit ad fiscum nostrum Iciacensem in locô qui appellatur, Leucotitio, in honorem Sancti Martyris cujus reliquias ex Hispania adportavimus* &c. Hinc felix Childeberti iter fuisse apparet, nunc tamen infarta à nebulone aliquo sequentia in Isidori Chronico legimus, *Iste* (Theudis) *Francorum Reges quinque Cæsarauguſtam obsidentes, omnemque fere Tarraconensem provinciam bello depopulantes misso Duce Theudisclo fortiter debellavit, atque à regnô suô non pace sed armis exire coegit.* sed soli Childebertus & Clotarius expeditionem Hispanicam susceperunt, Cæsarauguſtanorum precibus ad Deum flexi obsidionem soluerunt, sacra spolia quæ nunc in S. Germani monasterio recondita sunt, reportarunt; Regum simul regnantum quinionem sub primæ familiæ imperio Gallia noſtra nunquam vidit; totum hunc locum; Baronius Cardinalis ad A. D. 542. §. 8. obelo jugulavit. Sed Lucas Tudensis & Rodericus errorem errore cumulantes, fabulam per se insulsam novo pigmento incrustarunt. *Eo* (inquit) *regnante dum Francorum Reges cum infinitis copiis*

in

in Hiſpaniam convenirent, & Tarraconenſem provinciam bello depopularent, Gothi Duce Theudiſelo obicibus Hiſpaniæ intercluſis, Francorum exercitum multâ cum admiratione victoriæ proſtraverunt. Dux idem, prece atque argenti pecunia ſibi oblata, viam fugæ hoſtibus reſiduis, unius diei noctiſque ſpatio præbuit. Cætera infelicium turba cui tranſitus collati temporis non occurrit, Gothorum perempta gladio concidit. Quam facile inventis addere, perruptiſque bonæ fidei & modeſtiæ obicibus in præceps ruere? Sed merſa profundo veritas, ut ut obnitare, pulchrior evenit, Francos enim vix trientis Galliarum potentes, totum Weſogothorum robur, Clodoveo Duce fregiſſe, ſpolia de Alarico opima retuliſſe, Oſtrogothorum minas ſpreviſſe; & Childebertum Francorum, non tam Regem, quam Tetrarcham bis de Gothis à patre profligatis triumphaſſe, ceſi velis, negare non potes.

Eorum poſteros, quaſi nimiâ ſui fiduciâ inſanos, humanique modi parum memores, *ſalutari illo optando*que *timore, quô Gothi aliquando correpti ſint, timere*, & Salvianum Gallum audire jubes, hæc de ſuis notantem; [1] *cum Gothi metuerent, præſumpſimus nos in viribus ſpem ponere, illi in Deo: cum pax ab illis poſtularetur, à nobis negaretur, illi Epiſcopos mitterent, nos repelleremus; illi etiam in alienis ſacerdotibus Deum honorarent, nos etiam in noſtris contemneremus. Prout actus utriuſque partis, ita & rerum terminus fuit; Illis data eſt in ſummo timore palma, nobis in ſumma elatione confuſio.* Neque noſtros diſcere juſtitiam monitos & non temnere divos, undecunque veniant, nulli non neceſſaria monita adſpernati velim; tu tamen eos tuorum coloribus depingere, teque melioribus male ominari, ſi ſapis, deſines. ſed ſpes de ſanitate tuâ longas inchoare nos non ſinis, qui Lucæ Tudenſis deliramenta mirabundus ſuſpicis, ejuſque exemplo, Galliam Gotthicam *Hiſpaniam citeriorem* vocatam contendis, Iſidori antiquorumque ad unum omnium, qui Hiſpanicum nihil cis Pyrenæum noverunt, immemor. [2] *Duæ* (inquit Iſidorus) *ſunt Hiſpaniæ:* Citerior *quæ in Septentrionali plaga*, à Pyrenæo uſque ad Carthaginem *porrigitur*; ulterior *quæ in meridiem à Celtiberis uſque ad Gaditanum fretum extenditur.* hæc te eruditiſſimi Præſulis verba, non imperiti & mendacis homuncionis, qui Bambam *multa* in expeditione Gallicanâ *Francorum agmina interemiſſe*; Paulo tyranno, qui tantum *decalvatus* eſt, *oculos evellere præcepiſſe* finxit; & Pompejopolim ante Chriſtum natum conditam, *Pampilonam, quaſi Bambæ*, poſt annum Chriſti 600 nati, *Lunam* dictam nugatus eſt, fabulas attendere oportuerat. *milites* [3] à Bambæ exercitu oppugnatos, non poſtquam *devicti* ſunt, ſed ſimulac de Nemauſenſis obſidionis exitu deſperarunt, *Paulum ſic adorſos*, ex Iuliano Toletano vere ſcribis, *non illam quam dicebas, in Gothis* præliandi ſegnitiem *cernimus; multam enim in illis* audaciam & vincendi conſtantiam *videmus*; ſed Gothos *ſegnes* & imbelles à pleriſque habitos, nec ipſis Gregorium Turonenſem *fugæ & innati pavoris notam, iniquæ Francorum*, quî eos ſæpius fugaverant, *criminatione inuſiſſe* vel hinc conſtare poteſt, ut ut enim *tam ficti pravique tenax quam nuncia veri* fama eſſe ſoleat, vix fieri poteſt, ut verum nihil obtendat.

[1] lib. 7.

[2] Orig. lib. 14. c. 4.

[3] A. D. 674.

Quod *Gallos Gothis victoribus ſupplices* fuiſſe, ex Sidonii carmine elici poſſe putas, nec ad rem proprie facit; cum de *Francis*, non de *Gallis*, Francico ſanguine nondum imbutis, nobis tecum res ſit; nec verum eſt, quid enim [4] ille?

[4] Carm. 7.

Variis concussa procellis
Bellorum, Regi Gothico tua Gallia pacis
Pignora jussa dare est, inter quæ nobilis hospes
[1] lege *quem.* *Tu Theodore venis,* [1] *quam propietate propinqui*
Expetis in media pelliti principis aula,

hic gradum sistis Chiffleti, nec sensum eorum quæ exscripsisti plenum esse animadvertis, cum quid *in pelliti principis* Theodoris scilicet *aula expetitum* sit, & à quô, nescire nos necesse sit, tantisperdum sequentes versus tuo exemplo omittimus, Gothico Regi obses datus Theodorus cum fuisset, eum nullâ cautione petita invisit Avitus propinquus; hinc Sidonius, *inter* pacis pignora, *Tu Theodore venis, quem, pro pietate propinqui, expetis in media pelliti prin-*
[2] Rex Goth. *cipis aulâ, tutus, Avite, fide, probat hoc jam Theudoris* [2] *altum exemplum officii:* Id autem ab Avito in ipso juventæ flore, antequam sub Ætio meruisset, anno circiter 425 præstitum est, quo tempore Gothico nullo bello implicita fuit, quæ Ataulfo, Wallia, & Theodore fœderatis usa per decennium erat Gallia, nec Theodori (quod ab eo victa esset, sed quod inita cum eo pacta magis ac magis firmare operæpretium videretur) à Romanis *pignora pacis dare* jubebatur.

Nolim tamen Francos adversi nihil à Gothis perpessos cauſari, eis enim
[3] Isid. Narbonensem primam anno 507 extorsit Theuderici Ostrogothi [3] Legatus
[4] Greg. Turon. lib. 8. c. 30. Ebbanes, anno 585 *Guntchramnus* [4] *Rex commoveri exercitum in Hispanias præcipit dicens,* prius Septimaniam provinciam ditioni nostræ subditæ, quæ Gallias est propinqua; indignum est, ut horrendorum Gothorum terminus usque in Gallias sit extensus: *tunc commoto omni exercitu regni sui, illuc dirigit; gentes vero quæ ultra Ararim, Rhodanumque & Sequanam commanebant cum Burgundionibus junctæ, Araricæ Rhodaniticaque littora, tam de fructibus quam de pecoribus valde depopulatæ sunt, multa homicidia, incendia, prædasque in regione propria facientes* &c. *usque ad urbem Nemausum processerunt. Similiter & Biturici, Sanctonici, cum Petragoricis, Engolismensibus & reliquarum urbium populô, qui tunc ad antedicti Regis Imperium pertinebant, usque ad Carcassonam urbem devecti, similia mala gesserunt. Sed cum ad urbem accessissent, reseratis sponte ab habitatoribus portis nullo resistente ingressi, nescio quô cum Carcassonensibus scandalo commoti, urbem egressi sunt. Tunc Terentiolus Comes quondam urbis Lemovicinæ lapide de muro projectô percussus, occubuit; cujus caput truncatum ad vindictam adversariorum urbi delatum est. Ex hoc omnis populus timore perterritus ad propria regredi destinans, universa reliquit, quæ per viam ceperat, vel quæ secum adduxerat. Sed & Gothi per occultas insidias multos de his spoliatis interemerunt* &c. *Richaredus filius Leuvieldi de Hispaniis egressus, Caput arietis castra obtinuit, & ex pago Tolosano maximam partem depopulatus est, hominesque captivos abduxit. Vgernum Arelatense castrum irrupit, resque cunctas cum hominibus abstulit, & sic se infra muros Nemausensis urbis inclusit.* Ioannes Biclarensis anno Mauricii III qui fuit Leovegildi XVII. *Franci Galliam Narbonensem occupare cupientes, cum exercitu ingressi, in quorum congressione Leovegildus Recaredum filium obviam mittens, & Francorum est ab eo exercitus repulsus, & provincia Galliæ ab eorum est infestatione liberata; Castra vero duo, cum nimia hominum multitudine, unum pace, alterum bello occupat. Castrum vero quod Hodierno vocatur tutissimum valde in*
ripa

ripa Rhodani fluminis ponitur, quod Recaredus Rex fortissima pugna aggressus obtinuit, & victor ad patrem patriamque rediit. Sic totum Gothici regni robur, cum Francici Guntchramno subdito triente commissum videri potuit, sed Gregorius Turonensis Recaredum, postquam Gallia Gothica excessere Franci, de Hispaniis egressum vult, eaque ex parte Biclarensi qui repulsum à Recaredo eorum exercitum scripsit adversatur.

Gregorius [1] Turon. lib. 8. c. 35. *naves quæ de Galliis in Galliciam abierant, ex jussu Leuvieldi Regis vastatæ sunt, res ablatæ, homines cæsi atque interfecti, nonnulli captivi abducti sunt, ex quibus, pauci quodammodo scaphis erepti patriæ quæ acta fuerant nunciaverunt.* hinc factum, ut Franci Childeberto & Clotario Leuvigildo fœderatis subditi admissi alieni pœnas luerent. Idem c. 38. ad annum Childeberti XI Christi 586 pertinente, *Richaredus filius Leuvieldi usque Narbonam venit, & intra terminum Galliarum prædas egit, & clam regressus est.* cap. 45. *Desiderius Dux assumpto secum Austrovaldo Comite Carcassonam petit, præparaverant enim se hoc audito urbis illius cives, quasi resistere volentes. Audierant autem de his prius. Denique inito bello fugere Gothi cœperunt, & Desiderius, cum Austroaldo à tergo cædere hostem. Illis quoque fugientibus, hic cum paucis ad urbem accessit, lassati enim fuerant equi sociorum. Tunc ad portam urbis accedens, vallatus à civibus qui intra muros erant, interfectus est, cum his omnibus qui eum fuerant prosecuti, ita ut vix pauci exinde quodammodo evaderent, qui rem ut gesta fuerat, nunciarent.* Ioan: Biclar. ad annum Mauricii V & Recaredi I. *Desiderius Francorum Dux Gothis satis infestus, à Ducibus Recaredi Regis superatur, & cæsa Francorum multitudine in campo moritur.*

[1] de his nihil Hispani.

Recaredum Regem [2] *minime pavidum insignem de Francis victoriam obtinuisse* fateor, eam *silentio* à Gregorio Turonensi *involutam*, & à S. Isidoro *hisce* quæ Tudensis corruptelis suis infecit *verbis* scriptam nego. [3] *Egit præterea prædictus Princeps bellum gloriose adversus infestas gentes*, fidei auxilio susceptо, *Francorum enim fere sexaginta millia armatorum*, qui ad auxilium venerant hæresis Arianæ, Gallias *irruentibus, misso Claudio Emeritensium Duce prostravit, unde glorioso triumphavit eventu. Nunquam in Hispaniis, Gothorum victoria similis extitit; prostrata sunt enim captaque multa millia hostium; residua vero exercitus pars præter spem in fugam* versa, *Gothis post tergum insequentibus, usque in regni sui finibus cæsa est* &c. *tanta fuit gloria Gothis illo tempore, ut non viderentur bella tractare pugnando, sed quasi in palæstra lusibus delectari; ubique enim perfistebant victores.* hæc non Isidorus, sed Isidori interpolator Tudensis, nihil enim ille de *susceptо adversus infestas gentes fidei auxilio*, quid amabo Recaredum *fidei auxilium suscipere* necesse fuit nullo oppugnante? *adversus* quas fidei *infestas gentes* insurgere potuit, universis per Hispanias, Gallias, Africam fidem Catholicam ὁμοουμαδὸν profitentibus? nihil ille rursus de *Francis ad auxilium hæresis Arianæ Gallias irruentibus*, quandoquidem nulli ab anno 365 per Gallias *hæresis Arianæ* patroni & sectatores fuerunt; si qui fuissent, à Guntchramno orthodoxæ *de Deo & incarnatione verbi* doctrinæ tenacissimo, *auxilia* nulla impetrassent; Hispanias ab ejusmodi labe universas jam purgaverat ad veram fidem conversus Recaredus; nusquam denique Isidorus Gothos *ubique* Recaredo regnante *victores perstitisse* scripsit. Quid igitur ille? *in belli quoque gloria satis*

[2] Baron. ann. 588. n. 7.

[3] lib. 2. Chron. apud Tudensem.

clarus ac præcipuus extitit; Francos enim cum sexaginta fere millibus armatorum in Galliam Gothicam irruentibus, missô Claudio Duce adversus eos, glorioso triumpho repulit &c. Sæpe etiam & lacertos contra Romanas insolentias, & irruptiones Vasconum movit, ubi non magis bella tractasse, quam potius gentem quasi in palæstræ ludo pro usu certaminis videtur exercuisse: Impactæ Francico nomini calumniæ, corruptique maligna manu Isidori convictum Tudensem tenuimus; en ipsum Isidori fontem Ioannem Biclarensem Abbatem, ac exinde Gerundensium Episcopum. *Anno* VII *Mauricii, qui est Recaredi Regis* III *Francorum exercitus à Goteranno Rege transmissus, Bosone Duce in Galliam, Narbonensem obveniunt, & juxta Carcasonensem urbem castrametati sunt, cui Claudius Lusitaniæ Dux à Recaredo Rege directus obviam, inibi occurrit; cum quô, congressione facta, Franci in fugam vertuntur, & direpta castra Francorum, & exercitus à Gothis cæditur. In hoc ergo certamine gratia divina & fides Catholica quam Recaredus Rex in Gothis fideliter adeptus est, esse noscitur operata, quemadmodum* non est difficile Deo nostro sive in paucis, sive in multis detur victoria. *Nam Claudius Dux vix cum* CCC *viris*, LX *millia ferme Francorum noscitur infugasse, & maximam eorum partem gladio trucidasse. Non immerito Deus laudatur temporibus nostris in hoc prælio esse operatus, qui similiter antè multa temporum spatia per manum Ducis Gedeonis in* CCC *viris multa millia Madianitarum Dei populo infestantium, noscitur extinxisse.* In Claudii pro Recaredo *certamine* cum *fidem Catholicam operatam* fuisse, ut victoriam in fidei Catholicæ, cui se ex animo addixerat, præmium Recaredo datam insinuaret, scripsisset Ioannes, hæc ejus verba eo detorsit, ut bellum pro fide à Recaredo *adversus* Arianos nescio quos *susceptum*, ab ejus mente longe aberrans fingeret Tudensis; rursus vocem *ferme* in Ioanne & Isidoro expressam, ne quid de sex Francorum profligatis myriadibus decidendum esset, pro libidine expunxit: Madianitas denique *Dei populo* Gedeoni commisso *infestantes* periisse, eorumque cladi Francorum stragem consimilem fuisse audiens, Francos *infestarum fidei* Deique populô Wesogothis *gentium* patrocinium suscepisse, & *in Arianæ hæreseos auxilium venisse*, deliravit; Personatumque *Martis Gallici* scriptorem, tecum fefellit. Nostrum nunc Gregorium [1] reducto (quod Biclarensis obduxerat) sipario vera pandentem audi. *Guntchramnus Rex exercitum commovit in Septimaniam. Austrovaldus autem Dux prius Carcassonam accedens, sacramenta suscepérat, ipsosque populos ditioni subegerat Regiæ. Rex autem ad reliquas civitates capiendas Bosonem cum Antestiô destinat. Qui accedens cum superbiâ, despectô Austrovaldô Duce, atque condemnatô, cur absque eô Carcassonam ingredi præsumpsisset, ipse cum Santonicis, Petragoricis, Burdegalensibusque, Agennensibus etiam ac Tolosanis illuc direxit; cumque in hac jactantiâ ferretur, & Gothis hæc nuntiata fuissent, paraverunt se in insidiis. Hic vero super fluvium parvulum propinquum urbi castra ponit, epulis insedit, ebrietatibus incumbit, conviciis & blasphemiis Gothos exaggerans; illique inruentes super eos, reperiunt epulantesque inopinantesque; tunc hi dantes voces, exurgunt contra eos. At illi paululum resistentes fugam simulant; prosequentibusque istis, consurgunt qui parati erant de insidiis, concludentesque eos in mediô, usque ad internecionem cæciderunt. qui autem evadere potuerunt, vix equô ascensô per fugam dilapsi sunt, omnem supellectilem relinquentes in campi planitie, nihil secum de rebus propriis auferentes, hoc pro magnô ducentes si*

[1] lib. 9. c. 31. anno Childeberti 14. Christi 589.

[2] Desiderio suffectus.

vel

vel vitæ donarentur. Insequentes autem Gothi res eorum omnes reperiunt, diripiuntque, pedestres omnes captivos abducentes; ceciderunt que ibi quasi quinque millia virorum, captivi autem amplius quam duo millia abierunt. Multi tamen ab his luxati redierunt in patriam. [1] *Commotus autem Rex vias claudi per Regnum suum præcepit, ne ullus de Childeberti Regnô per ejus regni territorium, pervium posset habere dicens*, quia per nequitiam ejus, qui cum Rege Hispaniæ fœdus iniit, exercitus corruit meus, & ut se non subdant urbes illæ ditioni meæ, ejus hoc immissio facit *&c.* [1] c. 32.

Ex his manifestum fit, Francos non tantum *juxta Carcasonem castrametatos* esse, sed eam ad deditionem compulisse. 2. Bosonem stoliditate sua, Austrovaldi prosperos successus evertisse, imo semet cum universo exercitu hostibus prodidisse. 3. Claudii milites, qui Francos attonitos concludere potuerint, *trecentis* longe plures ex necessitate fuisse, 4. trecentos forte in *epulantes* tantisperdum cæteri in insidiis erant irruisse. 4. vel Claudium ipsum Ioannis Biclarensis Scalabitani gentilem, vel qui sub eo meruerunt, omnia in majus auxisse. 5. ut *sexaginta* Francorum *millia*, à *trecentis* Gothis profligata fuisse demus, non tam Gothicæ virtuti, quam supinæ Francorum incuriæ tribuendum esse. 6. ex Bosonis exercitusque ei male commissi casu, utrum Gothica gens Francicæ præstiterit colligi nullo modo posse, quandoquidem justô gens cum gente duellô non concurrit, sed sobrii pauci, occasione gnaviter usi, insanam Ducis exemplo bacchantium ex Francici regni triente contractam colluviem præter spem oppresserunt.

Francos [2] *ad Ticinum cæsos*, & *Mediolanô ejectos*, quod invidiosè crepas; [2] Lum. p 346.
nemo negat; cur eorum tristia Hispanicæ fortitudini potius quam intempestivæ ipsorummet incuriæ, & turbulentæ Ligurum ἀλκαζοσύλλων vanitati, quæ Dei occultô, sed sapientissimô (ad *ulciscenda* sibimet plaudentium peccata servierunt) judicio imputari debeant, non videmus; si Francorum vitreos, Hispanorum adamantinos cuneos putas, hos ad Ravennam, Avenium, Rupem Regiam, Helenam castrum Reteliam fractos instantibus nostris *terga vertere didiciisse* cogita. Quod perfidiosi, æternumque detestandi Vesperarum Siculorum machinamenti infamem memoriam retricare audes, te pudorem omnem decoxisse, evincit, & à proposito prorsus alienum est: quid enim Francico nomini decesset, aut Hispanico accessit, si inter Cyclopum cælitus fulminatorum & Læstrygonum σκιρώμαζε, nuper domitos, & fidum obsequium professos, ab hospite tutus, & gentium jure munitus hospes esse nequaquam potuit? qui maledicum, solisque mendaciorum impudenter confictorum ampullis turgidum caput, sapone Bavarico [3] ante annos 30 perlitum non ignorabas, quô judicio ad Sarmaticam te sentinam de Iberis nœnijs sollicitus contulisti? fac tamen quæcunque Francicæ genti calumniandi libido Bzoviana eructavit certissima esse, nostrosque *superbia, luxuria, & crudelitate omnia compleviisse, inaudita vectigalia* Siculis *imposuisse, intolerabiles obventiones exegisse, invita nobilium & divitum feminarum conjugia iniisse; nuptarum recens virginum pudorem primos delibasse, præque violatas maritis reliquisse, atque adulteria etiam in nuptas machinatos esse*; Hispanosne meliores dixeris, qui (Francisco Guicciardino, ipsorum partibus addicto teste) annô 1526 Mediolanenses *donatim cum uxoribus & liberis, maximâ cujusque ætatis sexusque ex parte libidini objiciendos vinxisse, eoque desperationis adegisse, ut præcipites semet dare,*

[3] Vide Bzovium à Ioanne Georgio Herwarto Bavariæ Cancellario injuriæ postulatum.

dare, aut gulam laqueo frangere mallent, quam immanitatem nunquam cicurandam diutius experiri: annò 1527 Romam expugnatam *lamentis*, horrendisque *matronarum & sanctimonialium*, quas *gregatim* inexplebili *libidini suæ immolandas invadebant*, ululatibus *complevere*; sacrisque universis direptis urbem orbis olim Dominam in solitudinem vertere: per annos circiter 40 tantâ in novi orbis incolas rabie debacchati sunt, ut ipsis gentis suæ Præsulibus execrandi, publicaque accusatione exagitandi viderentur.

Hispanos in acie non trepidasse septingentisque annis continuis, donec Mauros expellerent, internecino bello pugnavisse vis; sed sciens prudens falleris, *imo tecum pugnas*: simul ac Rodericus occubuit regnumque ejus à Saracenis subactum est,[1] *pactum ab Abdillazim accepit*; id à Chalifa, quem hac una spe convenerat, confirmari rogavit & obtinuit Theudimirus; *post mortem* ejus *Athanaildus multi honoris à* Saracenis *habitus est*. Pelagius[2] qui *à facie Vitizæ* jam *fugerat, audiens succubuisse exercitum Christianorum, Asturiis se donavit, ut saltem in Asturiarum angustiis posset Christiani nominis aliquam scintillam conservare*. cum Saraceni *præfecissent in singulis regionibus præpositos, qui à pauperibus, vinitoribus, & agricolis Christianis, quos sub tributo permiserant permanere, census colligerent & tributa*; & *in regione Gegionis, jam* Saracenis *subdita, Munuza Christianus, sed Arabibus fœderatus præfectus fuisset*; *pro ablatione conjugis, Pelagii* sororis *reputans se contemptum, Taric principi nunciavit jam manifeste Pelagium rebellare*, qui *quia non poterat* (in se missis) *resistere, ad oppositam ripam Pioniæ fluminis equo insidens pernatavit, & quia fluvius inundabat, Saraceni persequi cessaverunt*; in Regem electus *cæpit per loca devia & incerta cædes agere contra Mauros, & quasi gyrovagus eorum totam victoriam perturbare* &c. *adventu* Alchamanis *percepto, in cavea quadam quæ est in latere montis Ausevæ se recepit, assumptis secum quos strenuiores credidit*; [3] impetu obsidentium per miraculum liberatus, in *vertigine turbatos egressus*, eos fudit; *post multa bella*, quorum peculiare nihil notum, *migravit cum Domino*: Fasila[4] *memoria dignum nihil egit*. Aldefonsus Catholicus[5] *plurima*, de quibus nihil compertum, *bella gessit*. Froila Omar[6] bello prostratum cepit. De Aurelio nihil habemus; Silo *cum Arabibus pacem firmavit*; Mauregatus Arabibus *confœderatus, auxilium postulavit*; Vermundus bello nullo se implicuit. Aldefonsus Castus[7] Mugai profligavit, *circa prælia extitit animosus*; Abolabez & Melhi Arabes *repulit*. Ranimir *Anagurum concremavit*, Saracenos prælio vicit, ut & Aldefonsus *Magnus*, Garsias, & Ordonius filii; eorum frater Froila *nihil egit memoria dignum*; nec Aldefonsus filius Ordonii, sed Ranimir Aldefonsi germanus *bellis deditus fuit*; & Ordonius filius; Sancius *crassus* Ordonii frater cum Ranimiro filio Arabibus confœderatus est; Veremundum Ranimiri filium, Vegilę aliorumque Comitum patrocinio susceptо, sæpius oppugnavit Almanzor; Aldefonsus Veremundo natus Toletanum Arabem sibi affinitate junxit; Veremundus Gothicæ familiæ postremus, pacem coluit, regnique hæredem Ferdinandum Vasconem Sanciæ sororis maritum habuit, à quo Castellæ Reges exorti sunt. Hos Majorum vestigiis institisse clarius est, quam ut negari possit; si Ferdinandus primus[8] *totò vitæ suæ tempore ab infestationibus Maurorum non cessavit*, ejusque exemplum posteri fere omnes secuti sunt, nec *internecinum*, nec *continuum*, nec ex voto semper bellum gesserunt.

1 Isid. Pacens.

2 Roderic. lib. 4. c. 2.

3 c. 2.

4 c. 4.

5 c. 5.

6 c. 6.

7 c. 7.

8 lib. 6. c. 11. 12.

Quod

Quod ne inficiari audeas, te rogatum velim, Chiffleti, annon Pelagius [1] quem *Ismaelitarum dominatione oppressum* rebellasse, *Maurorum oppressionem cursu rapidissimo fugisse*, & in *cava* donec cœlestis pro ipso manus pugnavit, latuisse Hispani ipsi scribunt, *trepidaverit*, suisque *trepidandi* auctor fuerit: annon [2] *timore*, qui *trepidationis* causa esse solet, *habitum Monachalem sumpserit*, & *noctu* ad Almenonem Maurum Toleti Regem *fugerit* Alfonsus VI. Annon [3] Hispanorum in Giennensi tractu sub Alfonso X *fœda fuga fuerit*. [4] Annon *direptis* à Mauris Granatensibus, *impedimentis noctis beneficio evaserint* sub Alfonso XI iidem. Annon Castellensium Regum ferocissimus Petrus, [5] regno avito fugatus sit. Annon paulo post (cum Regis frater Tellius, *vincente pudorem metu, neque pugnam invasisset, & terga continuo dedisset*) Bertrando nostrate *uno tempore à tergo fronteque circumvento*, non *prius* Petri æmulus Henricus *constiterit*, *quam in Galliam* 100 circiter milliaria remotam *fugâ abiret*. Discе, Chiffleti, gelidum Hispanis circum præcordia sanguinem non semel cojisse: nec ipsis æs circum cor triplex à natura positum fuisse. A Roderici cæde ad Granatensis regni per Ferdinandum & Isabellam eversionem 780 annorum periodus decurrerat, sed nec illa *continui belli* esse potuit, cum sæpius à pugnando cessatum sit, nec *internecini*, cum in *internecionem* nunquam; in *pacta* semper; in *expulsionem* quæ servatos vitæ Mauros indicat, resumpta sæpius Hispanorum certamina postremum desierint, falso *continuum* & *internecinum*, quod neutrum fuit; nuncupes; Sancii Majoris posteros tantum ab internecini belli consiliis abfuisse, ut eorum plures Ranimir, [6] Garsias, Alfonsus VI, Garsias ejus frater, Alfonsus X, Sancius IV, & Petrus, Maurica auxilia rogavisse reperiantur. Sed rogata nunquam fuisse, imo ab armis ne momento quidem per septingentos & quod excurrit, annos in Hispania, tua causa fingamus; tunc Hispanicum robur Francicô vel præstare, vel præstitisse unquam obtinueris: si putas, doce nos, quando Barbaricis armis proterendi Franci ad Hispanorum opem confugerint, tantisperdum vetusta quæ fateri (quod falsum putamus) nos cogant, versabis, Hispanicam rem Francorum viribus non semel sustentatam audi. Saraceni Hispaniarum domitores, ad Tolosam, Turones, Narbonem, Avenionem Francicis armis dejecti, Christianis trans Pyrenæum positis ad pristinas spes assurgendi locum relinquere coacti sunt; Carolus Magnus occupatis Pyrenæi clausiris, Alfonsum *Castum* à Saracenorum insultu tutum præstitit. *Sancium Regem Navarriæ Hispaniarum misisse* Roberto Capeti filio *munera*, *& petiisse ab eo auxilia* refert scriptor coætaneus Glaber. lib. 3. c. 2. Alexandro II sedente [7] Ebalus Roceji Comes cum Sancio Aragonum Rege Feliciæ germanæ marito, & Raimundo Barcinonensi Comite affini, sociatis armis, de extorquenda Mauris quam insidebant regione, Romanâ Ecclesiâ probante, consilium sumpsit; eodem fere tempore, anno nimirum 1063. [8] *Exercitus multus à Gallis in Hispanias ad debellandos Sarracenos profectus est*; *Dux Aquitaniæ Guillelmus, & quidam alii Optimates Galliarum quisque de suo exciti loco copiosum in Hispaniam conduxerunt exercitum*; *cujus ditissimam urbem Barbastam & quamplurima capientes castella maximamque ejusdem provinciæ partem ferro & igne depopulantes, demum ad sua reversi sunt, multamque & variam suppellectilem secum attulerunt, multaque mancipia eo duxerunt* &c. [9] *secundam expeditionem in Hispanos Dux Burgundionum Hugo, pluresque alii*

[1] Tudensis lib. 4.
[2] Roderic. lib. 6. c. 16.
[3] Mariana lib. 14. c. 1.
[4] lib. 15. c. 16.
[5] lib. 17. c. 8.
[6] Roderic. lib. 6. c. 7. c. 10. 16. 18. 20. 21. 31. Mariana lib. 14. c. 5. lib. 17. c. 8.
[7] Greg. 7. lib. epist.
[8] Sigeb.
[9] Fragm. hist. à Roberto ad Philippum. anno 1080.

Principum Galliæ paraverunt; quibus Rex Aragonensis Sancio, cujus patrem Milonem scilicet Regem ipsi Saraceni jamdudum excoriaverant, obviam venit, eisque Ducatum contra eosdem præbuit Saracenos; quo Duce Hispaniam ingresso captaque unâ nobilium ejusdem Hispaniæ urbium, & devastata ex parte ipsâ regione, plurimâ onusti præda domum remearunt, quamplurimis captivis adductis &c. tertiam deinde expeditionem in Hispanos Galli fecerunt. Quippe unus

Iosephus. *ex Saracenorum Regibus nomine* Iuffetus, *cum multis tam Maurorum quam Sarracenorum legionibus Hispaniam occupaverat citeriorem, mari transitô; quod audiens Audefonsus Rex Gallitiæ & Asturciæ, congregatis undecunque bellorum copiis ei obviare properavit; tandem in locum unum utrinque concurrentibus turmis, signo dato prælium commissum est; porro Audefonsus Sarracenos sustinere non valens, terga vertit, multis suorum oppressis; quo infortunio exterritus, mittit per Gallias ut ei subveniatur, alioquin se fœdus cum Sarracenis inire, & aditum præbere, quô in Gallias transirent, minatur. Hoc acceptô nuncio, Gallorum proceres certatim milites congregant. Denique tam urbana, quam rustica plebs se offert; milites vero gregatim convenientes, ad bellum se præparant; statutô tempore quique de suis moti provinciis in auxilium Audefonsi festinant. Verum Agareni Francorum adventu auditô, cum suô Rege terga præbent, nequaquam eos expectare audentes; quorum fugam, Rex Audefonsus, cum jam prope Hispanorum fines Franci essent, eis notam fecit; gratias agens, quod sibi auxiliaturi venissent, mandansque ut redirent ad propria. Franci ejus accepto nunciô tristitiam habuerunt maximam, eo quod hostis jam dictus fuga elapsus esset, & quod tantum iter nequicquam expendissent, ingressi tamen Hispaniam crebras agentes depræ dationes, & plura devastantes loca, demum reversi sunt ad sua.* Raimundus S. Ægidii & Raimundus Burgundiæ Comitis Guillelmi tertiogenitus, qui postea Urracam Alfonsi VI hæredem duxit; cum Henrico consobrinô, cui Tarasiam filiam naturalem cum Portugalensis Comitatus dote Alfonsus idem tradidit, oppugnandis trans Pyrenæum barbaris, sublevandisque Francico robore Christianis incubuerunt.

1 Chron. Sebon. 1 Annô 1087. *præcepto Regis Franciæ Philippi, in mense Majo, multa millia Francorum perrexerunt in Hispaniam, in adjutorium Aufuldi Regis Christiani, cujus terram & regnum invadere volebant Pagani egressi de finibus suis jam mare transito, sed audientes adventum Francorum timore perculsi redierunt in sua.* & annô 1108. *in hoc eodem annô venerunt alienæ gentes exeuntes de finibus suis transmarinis, quas quidam*

2 Almoravides. 2 *Amorreas, quidam Amirales vocabant; & fecerunt de se tres partes; quarum una tetendit super Saracenos, duæ super Christianos, & venerant jam longius quam est iter trium aut duorum dierum à Civitate Barcinona; unde consilio accepto, Barcinonensis Comes scilicet, & Episcopus, & Proceres, & compatriotæ quibus incumbebat necessitas, reclamaverunt advocationem Regis Hludovici, & miserunt ad eum causidicos suos, Episcopum scilicet ipsius civitatis, cum paucis nunciis, qui querimoniam suorum civium & compatriotarum suorum ipsi Franciæ Regi referentes, invenerunt eum variis militiæ bellis implicitum, scilicet versus Regem Anglorum Ducem Normannorum, qui contra jus & fas denegabat facere hominium quod debebat & debet Regibus Francorum. Similiter & Consul Pictavorum, & Dux Burgundionum, & multi alii Consules, qui sunt sub Rege Francorum; cum quibus omnibus pro instanti necessitate, pacem fecit supradictus Rex, quibusdam inducias & treuvas dando, de quibusdam hominium debitum accipiendo;*

accipiendo ; unde confidens plurimum Rex , ſpopondit legatis prædictis ſe vere præparaturum ad ferendum illi patriæ auxilium, & ad Curiam ſuam, quæ in Pentecoſte futura erat (nam hæc fiebant in diebus præcedentis quadrageſimæ) debere ſe ſuum Conſilium (ut dignitatem Regiam decebat) accepturum. Inde ſupradictus Epiſcopus cum ſociis ſuis , lætus Regis gratia, retrogradum iter arripuit. 1 Anno 1114, *Ad Baleares inſulas ſubjugandas, perrexerunt principes Marchiſi Raimundus de Barcinona , Willelmus de Narbona , Willelmus de Montepeſterio. Cæſarauguſtani belli initium fuit , ad cujus famam multi ex univerſa ditione, ſed & ex Galliæ finibus viri principes exciti ad arma , auxilio venerunt. Gaſto Bearnenſis, Rotro Perticarum, Centullus Bigerronum Comites ; ex utraque gente validus conflatus exercitus , Cæſarauguſtam omni ex parte circumſedere cœpit ſalutis anno* 1118, *menſe Majo , ſuburbium quod interfluente flumine ab urbe diremptum eſt , intra octavum diem expugnatum. Rotro Perticarum Comes ipſo obſidionis tempore cum ſexcentis equitibus ab Rege miſſus , Tutelam nobile Vaſconum oppidum, ad Iberi ripas , loco munito conſtitutum , improviſo occupavit, navatæ operæ merces fuit ejus municipii principatus.* Anno 1120, 2 *Comes Willelmus & Dux Aquitanorum , & Rex Aragundiæ pugnavit cum Abraham & aliis quatuor Regibus Hiſpaniarum in Campo Cotanciæ , & devicerunt , & occideruut* xv *millia Moabitarum, & innumerabiles captivaverunt ; duo millia camelorum ceperunt, & de aliis beſtiis ſine numerô, & plurima ſubjugaverunt caſtella. facta eſt anno* 1195 , *irruptio Paganorum valida & bellum ingens contra Chriſtianos , in finibus Hiſpaniæ & Gallatiæ, ita ut Rex Hiſpaniæ metu periculi , conditione cum eis factâ , in regnum Regis Franciæ demigraret, pacta pace cum Ethnicis uſque in Pentecoſte ſequentis anni.* Anno 1211 , 3 *ab Aldephonſo nobili citatis gentibus, congregatis armis , victualibus comportatis , necnon & omnium cordibus ad bellum erectis , factus eſt occurſus omnium apud Toletum, quæ ſola potuit ſui opulentia omnium neceſſitatibus non deeſſe. Interim Roderico ejuſdem urbis pontifice, & cæteris nunciis propter opus ſimile deſtinatis, à diverſis partibus redierunt, & cœpit urbs Regia repleri populis , abundare neceſſariis , inſigniri artibus, diverſificari linguis , variari cultibus ; nam zelo belli ex omnibus fere Europæ partibus ad eam diverſarum nationum varietas concurrebat* &c. *Cœperunt etiam venire magnates de partibus Galliarum , Burdegalenſis, & Nannetenſis Epiſcopus , multique Barones de eiſdem partibus, & Italia. Convenerunt & ſimplices milites , nec non & de pedeſtri ordine plurima multitudo. Advenit etiam venerabilis Arnaldus, qui aliquando ſolicitudine Ciſtercii functus , tunc regebat Eccleſiam Narbonenſem.* Si eo neceſſitatis adacti ſunt Franci ut nonniſi aliena ope ex imo ingruentium adverſorum gurgite emergerent , aſſigna tempus quô in Hiſpanos res eorum inclinati recubuiſſe merito credatur , profer monumenta quæ Hiſpanos è Pyrenæo ſummo eorum cauſa devoluiſſe fidem faciant; ſi nulla ad manum ſunt, Francos laſſos fortius pedem fixiſſe , nec illatis injuriis propulſandis impares per Dei gratiam fuiſſe fatere. Athanagildum quos *à Juſtiniano popoſcerat milites , poſtea à regni finibus ſubmovere* nequaquam *potuiſſe*, ante annos mille notaverat Iſidorus; firmius poſt annos 450 Hiſpanicæ gentis robur non fuiſſe ex Dudone & Ademarô quæ omnes ætate ſua noverant narrante diſce. Dudo de Normannorum geſtis libro 3. *Illos* (Normannos) *qui oberrare cupiebant Paganis ritibus conduci* (circa A. D. 956) *fecit* (Richardus 1) *ad Hiſpaniam Conſtantinenſibus vectoribus ; in progreſſione*

1 Chron. Malleac.

Mariana lib. 10. c. 10.

2 Chron. Mall.

Godefrid. Monarchus.

3 Roder. lib. 8. c. 1. 2.

namque illius profectionis bis novem civitates devicerunt, & quæ in eis reperirunt sibi vindicarunt, hac illacque rapinantes, Hispaniam hostiliter aggredientes, cæperunt incendiô & rapinis affligere eam feveriter. Tandem Hispani rusticorum gentibus digladiatis, conglobatô exercitu, congrediuntur Normannis; sæviente namque Marte Hispani exteris terga verterunt, factâ permagna internecione. Ademarus ad A. D. 1015. *in illis diebus Rogerius filius Rodulfi Comitis de Normanniâ perrexit cum exercitu in Hispaniam vastans ipsam terram, capiensque ibi civitates & Castella, & accipiens uxorem sororem Raimundi Berengarii Stephaniam quam prius eum duxit uxorem Rex Hispaniæ Garsias. Cepit autem civitates Tarraconem & Gerundam, & inhabitavit ibi cum uxore & exercitu suo per quindecim annos*, &c. Quid simile unquam experiri Francia nostra coacta est?

[1] Lum. p. 346. *Ingentibus [1] per maria classibus ad orbem novum sibi viam aperire, illumque tandem suo Imperio subjicere, timidorum & imbellium non esse*, quod causaris vento transvolante levius est; cui enim Hispanicæ historiæ perito, *novi orbis* invasores hostes, quos (Francorum Pyrenæi fauces stricto mucrone penetrantium exemplo) debellarent, non aurum quod ab invitis possessoribus extorquerent, quæsiviſſe, Hispanosque hoc uno nomine, quod se (blandiente lucri sese sponte offerentis spe) Oceano commiserint, audaces & imperio dignos fuisse persuaseris? *quid non mortalia pectora cogat auri sacra fames* tecum cogita; quotidie *pervolat extremos sitiens mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.* tunc iis universis qui *periculosæ plenum opus aleæ*, clausis oculis, obfirmato animo, aggredi audent heroicam mentem Herculeosque spiritus tribueris? ad opes non ad gloriam grassantur, nec de infortuniis ullis eluctandis, sed de nummis quocunque modo congerendis cogitant; eadem fere Hispanorum in Americanum casu à Ligure repertum orbem, *viam sibi*, obstante nullo, *aperientium*, eumque exinde injuriæ obnoxium nullo periculi metu invadentium conditio fuit; in populos rudes callidi, nudos armati, securos infesti; opulentos, alienique minime avidos, avari & famelici inciderunt; tyrannico (cujusque cordatos omnes usque nunc per Europam pudet) more oppressérunt; vastitatem terris, antea lætis, extremam incolis, antea (si Deum coluissent) beatis, perniciem intulerunt; nulla famæ aut laudis cura, nullâ nominis religione permoti, uni prædæ, quam animo prædevoraverant inhiarunt: post immanem barbarorum meliore fato dignorum internecionem, tantâ in se invicem barbarie efferati sunt, ut vix ulli ex Americanorum miserorum tortoribus, cruentas tortorum gentilium manus effugere datum sit: mutua sese, Cadmeorum fratrum instar, strage confecerunt, nec iis quos cladi supersesse contigerat sicca defungi morte licuit, feras admissorum (exigente cœli vindicta) delegatis ex Hispania ipsa judicibus pœnas tandem aliquando luerunt. Qui nunc male partis incubant, vastasque quas majores fecere solitudines incolunt, à Barbarorum quibus initio vim intulerant, quosque rebellare coëgerunt, reliquiis parum tuti, si quis ex Europâ hostis insurgat, impressioni ferendæ suisque tutandis vix sufficiunt, quod vel unâ Francisci Draki expeditione constare potest.

Quod postremum addis, *alternas esse rerum vices, & bellorum felicitates; nec ullam esse hodie nationem victricem, quæ aliquando victa non fuerit, & quæ superari denuo non possit*, ut sponte exosculor, sic Francis, Hispanis, universisque

sisque quotquor sunt & erunt, gentibus, quo se ad modestiam componant, ex æquô meditandum censeo, omnesque ac singulos Deum purâ mente venerari, homines quoscunque proximos æstimare, nulli perniciem moliri; omnibus quantum fieri potest, prodesse ex animo opto.

XIV. *Pelagii Asturiarum Regis, & Petri Ducis à Chiffletio editum stemma, & mancum est, & mendosum.*

PElagium *Fafilani Ducis filium ex femine* (Gothorum) *regio fuisse*: [1] Sebastiano Salamanticensi Episcopo, [2] Lucæ Tudensi, [3] Roderico Toletano, [4] Alfonso Carthagenæ Burgensium Episcopo. [5] Roderico Santio Palentinæ Ecclesiæ Episcopo, [6] Hieronymo Zuritæ, [7] Ioanni Vasæo, [8] Ioanni Marianæ à te laudatis facile credimus; hæc tamen in edito à te stemmate desideramus, quod (cum mancum à te editum sit) minus plene Pelagii nobilitatem *regium*que *genus* exprimat; quod Ermenesindam Alfonso *Casto*, cujus avia paterna fuit, nupsisse putes; quod denique Alfonsum *Castum* eum *Catholico*, nepotem cum avo confundas.

[1] Cod. Ovet. [2] lib. 3. & 4. [3] lib. 4. c. 1. [4] Cap. 43. [5] part. 3. c. 1. [6] Indic. Arag. [7] Chron. [8] lib. 6. c. 20.

Verum & plenum Pelagii Stemma.



Falli Marianam *dum à* Pelagio *Regum Hispaniæ clarissimum genus deducit, stirpem*que *Pelagii fœmininam in Alfonso Casto desiisse* vere putas; ne vero ipsemet falsus videare, mendosam nobis Hispanicorum Regum à Petro Duce derivatam originem procudis hanc nimirum.

Petrus Dux Cantabriæ, qui à Recaredo Rege ortum ducebat.

Alfonsus I Catholicus Rex Asturiarum; uxor Ermesinda,

Froila Dux Cantabriæ.

Froila Rex Asturiarum uxor [1] Munia.

Veremundus I Rex Asturiarum uxor [2] Ozenda.

Alfonsus II Castus Rex Oveti & Galliciæ *annus*; uxor Bertinalda. [3] *Hic desinit genus Pelagii Regis.*

Ranimirus I Rex Oveti & Galliciæ successit, Alfonso Casto patrueli suo secundo; uxor illi fuit Paterna.

Ordonius I Rex Oveti & Galliciæ, uxor Muniadona.

Alfonsus III Magnus, Rex Oveti & Galliciæ à Ioanne VIII Papa dictus *Christianissimus*: uxor Amelina Ximena; à quibus alii omnes [4] Castellæ & Legionis Reges.

[1] tam male ru *Muniam*, quam Rodericus *Momernam* vocat, quæ *Munnia* dici debuerat.

[2] Veremundi uxorem *Imilonem* Rodericus & Lucas vocant, *Vsenda* quæ & *Aisinda* & *Adosinda* dicta Siloni nupsit. Vide Sebastianum.

[3] cum defecerit, frustra nobis ejusdem stemma ad Hispanicos Reges nullo modo pertinens ostentasti.

[4] ex Alfonsi posteris Castellæ nemo Rex vel fuit, vel esse potuit, cum regnum Castella ante annum 1032. extinctamque Alfonsi progeniem masculam non fuerit.

Verum & plenum Petri Ducis genus.

Petrus Dux qui *ex femine Leuvigildi & Richaredi Regum progenitus, tempore Ægicani & VVitizani Regum princeps militiæ fuit.* Sebastianus.

Alfonsus I Catholicus Ermesindis maritus.

Froila Dux.

Froila Rex Munniæ ex *Vasconum præda servatæ* maritus à subditis cæsus.

Vimaranus à Froila germano cæsus.

Adosindis Silonis Regis Aurelio sufpecti uxor.

Mauregatus nothus post Silonem Rex.

Aurelius post Froilam Rex plurimis ejus frater, Tudensi patrunus; sed quem diserte *Froilæ Regis congermanum*, & *Froilani filium* Sebastianus vocat.

Veremundus ex Diacono Rex *suprimus Adefonsi majoris filius videlicet Froilani fratris sui* Sebastianus, Diarium de Cardena.

Ximena Sancii uxor.

Alfonsus Castus.

Adelgaster Brunhildis maritus.

Ranimirus I post Castum propinquum Rex.

Garsias.

Bernardus de Carpio.

Hinc corrigendi Hispanicæ historiæ scriptores, qui Aurelium Froilæ germanum faciunt, & Veremundum à Froila adoptatum Vimarani ab eo cæsi filium fuisse somniant.

Rodericus Tolet. lib. 4. c. 5. *Reliquit Alfonsus ex Ormisinda Regis Pelagii filia, duos filios Froilam & Vimaranum.* Cap. 6. *Cum frater ejus* (Froilæ) *Vimaranus esset pulcher, strenuus & affabilis, ab omnibus amabatur, quem Froila ob zelum regni propriis manibus interfecit, & filium ejus Veremundum, quasi pro satisfactionem in filium adoptavit.* Cap. 7. *post hujus* Froilæ *interitum Aurelius frater ejus successit in regno.* Lucas Tudensis lib. 4. *habuit* Alfonsus *ex Hermesenda filia Pelagii Regis idem Froilanum, Vimaranum qui fuit pater Veremundi Regis diaconi, & Adosindam* &c. *fratrem suum Vimaranem ob zelum regni innocuum interfecit; Veremundum filium ejus sibi adoptavit* (Froilanus) &c. *Era* 826. *Veremundus Diaconus filius Vimarani in Regem eligitur.* Rodericus Sancius parte 3. c. 3. *ipse* Alfonsus *ex filia Pelagii genuit Froilam & Aurelium, qui regnaverunt successive; genuit & Egimadam quæ fuit uxor Silonis, & propter eam regnavit, & Ilmaram patrem Veremundi Regis.* c. 4. Froila *ab Aurelio fratre suo injuste regnandi gratia propriis manibus occiditur, idemque frater filium interfecti fratris, nomine Veremundum, quasi pro satisfactione adoptavit.* c. 8. *Veremundus hujus nomine primus filius Bilmarai filii Alfonsi Regis Catholici.* Alfonsus à Carthagena. c. 47. *obiit Alfonsus morte communi; depingitur autem in margine Ormiselda uxor ejus, & Aurelius qui regnavit*

vit poſt Froilam primogenitum, & Ilmaraus qui non fuit Rex, ſed fuit pater Veremundi Regis. cap. 52. *Veremundus hujus nominis primus filius Bilmarai, filii Alfonſi cognomento Catholici.* Lucius Marineus Siculus de rebus Hiſp. lib. 7. *Cui* Mauregato *Veremundus Alfonſi Catholici nepos ex Bilmarao filio ſucceſſit.* Franciſcus Tarapha. de Regib. Hiſp. *Alfonſus ex uxore ſua filios tres ſuſcepit Phroillam, Vimeranum, & Aurelium*, &c. *Froilla Vimeranum fratrem manibus propriis ob invidiam occidit*, &c. *Veremundus filius Vimerani nepos Alfonſi cognomento Catholici Mauregato vita functô in regnum Hiſpaniarum ſucceſſit.* Ioannes Vaſæus, Alfonſus *filiam* (Pelagii) *Ormiſendam uxorem duxit ex qua filios tres ſuſtulit Froilam, & Vimaranum, & Aurelium* &c. *Froila fratrem Vimaranum, quod omnibus ob formam & egregiam indolem charus eſſet, veritus ne favore populari fretus ad regnum adſpiraret, impia morte peremit; cujus tamen ſceleris pœnitentia ductus, filium ejus Veremundum in regni ſucceſſionem adoptavit* &c. *Mauregato defuncto ſucceſſit Veremundus Vimarani filius.* Michael Ritius de Regib. Hiſp. lib. 2. *Veremundus Alphonſi cognomento Catholici nepos ex filio Bilmarao Mauregato jam fato functo ſucceſſit.* Ioannes Mariana lib. 7. c. 6. *in magnis Principibus Froila numerari potuit, ni fratrem Bimaranum eximia corporis dignitate atque morum candore ſtudia populi conciliantem ſuis ipſe manibus impie aque ac crudeliter jugulaſſet* &c. *Veremundum occiſi fratris filium regni ſucceſſorem adoptavit.* Recte itaque Rodericus lib. 4. c. 7. *Eo mortuo* Mauregato *Veremundus filius Froilæ in Regem elegitur.* & Mariana lib. 7. c. 7. huic *opinioni* (Veremundum Alfonſi Catholici fratre Froila natum affirmanti) *potius accedo.* ſed duos perperam Aurelios, alterum Alfonſi Catholici filium *Froilæ* germani *interfectorem*, alterum Froila Duce natum; duos item Veremundos alterum Vimarani filium à Froila patruo adoptatum, alterum Froilæ Ducis filium, perperam commentus eſt; unicus enim Aurelius Froila Duce natus, unicus Veremundus Aurelii germanus fuit. Sed hæc obiter.

Ambroſio [1] Morali aſſentimur, Hiſpanicorum Regum, Petri Ducis poſterorum, originem à ſe obſervatam his Alfonſi Caſti verbis pro civitate [2] Lugo firmanti; *Adefonſus Rex, Petri Ducis filius, qui de Recaredi Regis Gothorum ſtirpe deſcendit.* & Chartâ Odoarii Epiſcopi è tabulario Lugenſi quæ ſic habet, *Deus* &c. *Divæ memoriæ Principem Dominum Adefonſum, in ſedem illius dilatavit, quia ipſe erat de ſtirpe Regis Recaredi & Ermenegildi.* licet probare non poſſimus, quod hanc *anno* 744 (quo Alfonſus anno demum 757 denatus, *Divæ memoriæ Princeps* dici non poterat) *datam* putas. Lucæ etiam Tudenſi [3] & Roderico Toletano, [4] qui Petrum Alfonſi Catholici patrem *ex Recaredi Regis progenie* fuiſſe ſcripſerunt, conſentimus. non tamen eo nos adiget eorum auctoritas, ut idipſum regnum, quod Recaredus & poſteri ad annum uſque 714 tenuerant, Pelagio & Alfonſo paruiſſe demus: Illi enim, Alanorum & Suevorum regno everſo, per totam Hiſpaniam, primamque Narbonenſem imperium promoverant; his nihil in Gallia Narbonenſi, quam Carolus Martellus Mauris extorſit; in Provincia Tarraconenſi, quæ tota Francis primum, ac exinde Navarræ & Aragonum Regibus, & Barcinonis Comitibus paruit, nihil in Carthaginenſi & Bætica, Mauros ubique (ſi Caſtellæ Comitatum excipias) tyrannos paſſis; Nihil in Luſitaniæ & Gallæciæ parte, quæ Maurico jugô excuſſô, Portugalenſe regnum fundarunt, obvenit; ſed in Gallæciæ

[1] lib. 12. c. 8.
[2] lib. 13. c. 28.
[3] lib. 13. c. 10. 11.
[3] lib. 4.
[4] lib. 4. c. 5.

læciæ, quæ Suevici regni propria ditio fuerat, reliqua portione excitatô ex Gothici regni ruderibus novo principatu, dominati sunt: *Si prænobile & late dominans Castellæ regnum* vocavit Æneas Silvius Piccolomineus, non (quod putabas) *Cardinalis Senensis*, sed (quod ipse in operis à te laudati præfatione palam profitetur) Romanæ Ecclesiæ *Pontifex Maximus*, *Damasis*, *Gregoriis*, *Leonibus*, *Bonifaciis*, *Innocentiis antecessoribus suis* jam suffectus vocavit; nec absolute, sed institutâ cum aliis quatuor Hispanicis tam Christianorum, quam Maurorum regnis comparatione vocavit: nec capite *de statu Europæ* 43, sed 47 vocavit, nec *prænobile & late dominans* vocando, novum (utpote anno 1032 institutum) negavit; nec *vere* (quod volebas) *Reges* ejus, *nunquam genus mutavisse* scripsit: quandoquidem deficiente anno 998, Castellæ Comitum stirpe, tota eorum ditio, antequam in Gallæciâ & Asturiis vel glebam tenerent, ad Navarræ Reges (stirpe non Gothos, sed Vascones) primum devoluta erat; eaque anno 1109 ad Alfonsum VIII, cujus parens Raimundus Burgundio Iuranus fuit, secundum transmissa, sub posteris ejus ad annum usque 1506 mansit. Gothicorum principum nemo (quicquid in
Lun. p. 349. contrarium gannias) maternum *ortum à Carolo Magno duxit*. Vascones, qui Gothorum universa hæreditate aucti sunt, non ante Carolino sanguine imbuti sunt, quam Capetini per Constantiam matrem facti essent, prout ante à nobis demonstratum est. alia lectori commenta propinaturus ad *Didaci Suavedræ Faxardi* coronam Gothicam *anno* 1646 *Monasterii in Westphalia editam* lectores tuos non sine præjudiciô remittis, *eâ* enim *nihil doctius*, *nihil augustius*, *nihil omnium sensu magis probandum* velut è tribunali pronuncias, sed nulli qui Faxardum tuum Anacleto & Aniceto suppositas epistolas, Flavii Dextri, Turpini, Petri de Natalibus nugas, afficta *Luitprando* post annum 1496 *adversaria*, adjuncta iisdem Francisci Bivarii, Hieronymi Higueræ, Laurentii Ramirez de Prado monstra; Callimachi, Bonfinii, Ioannis Magni de Atilâ & Gothis fabulas delicias suas facere viderint, fidem facies; dolendum sane virum genere & munere illustrem, in opere seriô, & gravi, tam multa ludicra non sine nominis & famæ labe admisisse. Si eorum admirator esse pergis, habeant similes labra lactucas, nos salivam hujusmodi (Deo dante) nunquam imbibemus.

XV. *Annis* 243 *Gothico & Vasconico sanguine antequam in Austriacum ullum quomodocumque influeret, Robertus Clari montis in Bellovacis Comes, Borboniæ gentis communis parens delibutus est.*

1 Alfonsus V Rex Gallæciæ & Legionis, ex Recaredi Regis sanguine oriundus, Elviræ maritus, A. D. 1010 in Visei obsidione cæsus. — Sancius Major genite Vasco Navarræ Rex Munniæ Geloiræ Castellæ hæredis maritus, primus Hispaniarum Imper. dictus, A. D. 1034, Octob. 18 denatus.

2 Veremundus III Teresiæ maritus, A.D. 1016 cæsus in quo Gothica familia defecit. — Sancia Ferdinandi I Castellæ & Legionis Regis gente Vasconis uxor. — Ferdinandus I Sanciæ Gallæciæ & Legionis hæredis maritus, A. D. 1065, Decemb. 27, feria 3 denatus.

3 Alfonsus VI Constantiæ Roberto I Burgundiæ Duce Capeti nepote, & Helia Sinemurensi natæ maritus posterior, A. D. 1109, Iulii 1, feria 3 denatus.

4 Vraca Regina per patrem Vasconica, per matrem Capetina, per aviam paternam Gothica Raimundi Guillelmo II Burgund. Comite & Gerrude Limburgica nati ab A. D. 1092 uxor, A. D. 1126, Mart. 10 denata.

5 Alfonsus VIII Berengariæ Barcinon. maritus, gente paterna Burgundio, A.D. 1096, Mart. 1 natus 1157, Aug. 21 denatus.

6 Sancius

6 Sancius III Blancæ Navarr. maritus.

Ferdinandus Rex Legionis Vrracæ Portugal. maritus.

7 Alfonsus I X Alienordis Anglic. maritus, A. D. 1214 denatus.

Alfonsus I X Berengariæ Alfonso patruele natæ maritus ab ea divertere jussus.

8 Berengaria Alfonsi IX Legion. uxor. | Blanca Ludovici VIII Regis uxor.

Ferdinandus I I I Beatricis Suevicæ maritus. | Alfonsus Molinæ Dynastæ Mariæ reginæ parens.

9 Ludovicus I X Margaretæ maritus, A.D 1215, April 25 natus. A. D. 1270, August. 25 denatus.

Alfonsus X Yolendis Aragon. maritus. | Manuel Ioannæ Reginæ avus paternus.

10 Philippus I I I à quo materna origo Henrici I V & posterorum multiplex. | Robertus Clari montis Comes, an. 1256 natus, Borbonnæ gentis fons, Beatricis Burg. maritus, A. D. 1317, Febr. 7 denatus.

Sancius I I I Mariæ de Molina maritus, cujus toto vitæ tempore conjugium nuravit, & regnum Ioannis I abnepotis judicio illegitimum fuit. | Ferdinandus Cerda Ioannæ reginæ proavus maternus. | Beatrix ex contubernio nata Alfonsi I I I Portugaliæ uxor Constantiæ reginæ avia.

11 Ludovicus I Borbon. Dux Mariæ Hann. maritus, A.D. 1341, Ianu. 22 denatus.

Ferdinandus I V Constantiæ Portugal. maritus, cujus natales cum regnô Ioannes I pronepotis judicio illegitimi.

12 Petrus I Dux. | Iacobus I Marchiæ Comes Ioannæ de S. Paulo marit. A.D.1363, April. 6 denatus.

Alfonsus X I Mariæ Portugal. maritus, cujus matrimonium illegitimum Ioannis I nepos credidit.

13 Ioannes I Catharinæ Vindocini Comitis maritus, A.D.1393, Iun. 11 denatus.

Petrus cui ex Mariæ Padillæ contubernio Ioannæ Mantelis maritus, Rex electus. | Henricus ex Leonoræ Guiman contubernio natus Beatricis Portugal. nothæ maritus. | Sancius Albuquerquius ex Leonoræ ejusdem contubernio natus Beatricis Portugal. nothæ maritus. | Fridericus ex eodem contubernio natus.

14 Iacobus II Marchiæ Comes Siciliæ Rex. | Ludovicus Vindocini Comes Ioannæ de Valle maritus, A. D. 1407 denatus Decemb. 10.

Constantia Ioannis Lancastriæ Ducis uxor. | Ioannis I Leonora Aragon. maritus. | Leonora Ferdinandi I Aragonum Regis uxor. | Alfonsus Ioannæ maritus.

15 Ioannes I I Isabellæ de Bello vallo maritus, A. D. 1477, Ianuar. 6 denatus.

Catharina Henrici I I I uxor. | Henricus I I I Catharinæ maritus. | Ferdinandus Arag. Rex Leonoræ Albuquerquiæ Sancio natæ maritus. | Fredericus Marinæ maritus.

16 Franciscus Mariæ Lucemburgicæ maritus, A.D. 1475, Octob. 3 denatus.

Ioannes II Isabellæ Portug. ex Braganttinorum notho femine per matrem oriundæ maritus. | Ioannes Aragon Rex Ioannæ Henriques maritus. | Ioanna Ioannis Regis propinqui uxor 2.

17 Carolus Dux Franciscæ Alenconiæ maritus, A.D.1531, die Palmarum denat.

Isabella Castellæ Regina Ferdinandi Aragon. Regis uxor. | Ferdinandus I I Rex, Isabellæ Castellæ Reginæ maritus.

18 Ludovicus I Condæi princeps, Leonoræ de Roya maritus, A. D. 1569, Mart. 16 cæsus. | Antonius Dux Ioannæ Labretanæ Navarr. Reginæ marit. A.D.1502, Nov. 17 denatus.

Ioanna Castellæ & Aragoniæ hæres, Burgundicæ stirpis postrema, Philippi Austriæ Archiducis uxor, A. D. 1479, Novemb. 6, nata anno 1555 denata.

19 Henricus I Carlotæ Catharinæ de Tremollia maritus, A. D. 1582, Mart. 5 denatus. | Henricus Magnus Franc. & Navarr. Rex Mariæ Mediceæ mat. an. 1610 Maji 14 proditorie confossus.

Carolus V Imper. A. D. 1500, Febr. 23 natus, Isabellæ Portugal. maritus, A. D. 1558, Septemb. 21 denatus. | Ferdinandus I Imper. Annæ Hungaricæ maritus, A. D. 1503, Martii 10 natus, A. D. 1564, Iulii 25 denatus.

20 Henricus I I Carlotæ Margaretæ de Monte moranciaco marit. A.D. 1646, Decemb. 26 denatus. | Ludovicus Galliæ XIII Anne sto Austriacæ Aucmarit. A.D. rel. 1643, Maji Dux. 14 denatus.

Philippus II Annæ Mariæ sorore natæ marit. A.D. 1598, Sept. 13, fer. 1 denatus. | Maria Maximiliani I I patruelis uxor. | Maximilianus II Mariæ propinquæ maritus, A.D. 1526 natus, A.D. 1576, Octob. 12 denatus. | Carolus Styriæ Archidux, Mariæ Bavaricæ sorore natæ maritus, A. D. 1549 natus, A. D. 1590, Iulii 1 denatus.

21 Armandus Conrii princeps. | Ludovicus I I Claræ Clementiæ de Malliço maritus. | Ludovicus XIV. pus.

Philippus I I I Margaretæ propinquæ maritus, A. D. 1621 denatus. | Anna Philippi I I uxor 4. | Margareta Philippi III uxor. | Ferdinandus I I Mariæ Annæ Bavaricæ marit. A. D. 1637 denatus.

22 Henricus Iulius Eughiani Dux.

Philippus I V Isabellæ Henrico Magno natæ maritus. | Anna Ludovici XIII uxor. | Maria Ferdinandi III uxor 1. | Ferdinandus I I I Mariæ marit. | Leopoldus Guillelm. Archidux.

23 Maria Infans.

Ferdinandus Hungariæ Rex.

Alfonsus I X Castellæ Rex, Vrracæ Reginæ & Raimundi Burgundi pronepos, Alienordis Anglicæ maritus.
Berengaria Alfonsi I X Legion. uxor secunda ab eo dimissa.
Blanca Ludovici V I I I Francorum Regis uxor.
Ferdinandus I I I Castellæ Rex, Beatricis Suevicæ, ac exinde Ioannæ de Pontivo Capetinæ maritus.
Berengaria Ioannis Brennæi Hierosol. Regis uxor 2., Mariæ Petri Alencomii uxoris avia.
Alfonsus Molinæ Dynasta Majoris maritus.
Ludovicus I X Margaretæ maritus.
Robertus Attrebat. Comes Matthildis Brabanticæ maritus.
Carolus I Sicil. Rex Beatricis marit.
Alfonsus X Yolendis Aragon. per aviam Capetinæ maritus.
1 nupt. Manuel Beatricis maritus.
2 nupt. Ferdinandus de Pontivo Laurææ de Montefortimaritus.
Maria Sanctii I I I uxor.
Philippus I I I Isabellæ Aragon. ac exinde Mariæ Brabantinæ maritus.
Blanca Ferdinandi Cerdæ uxor.
Agnes Roberti I I Burg. Ducis uxor Margaretæ Ludovico X nuptæ parens.
Robertus Clarimontis Comes Borboniorum omnium parens.
Blanca Henrici I Navarr. uxor Ioannæ reginæ parens.
Robertus II Amicæ de Curtin. maritus.
Carolus I I Mariæ Hungaricæ maritus.
Ferdinandus Cerda Blancæ Ludovico I X natæ maritus.
Sancius III Mariæ de Molina marit.
Beatrix ex contubernio nata Alfonsi III Portug. uxor 1. Constantiæ Ferdinando I V nuptæ avia.
Ioannes Blancæ Cerdæ marit.
Ioannes Yendis de Mellento maritus.
Philippus IV Ioannæ Navarræ maritus.
Carolus Valesius Margaretæ Andegav. ac exinde Catharinæ de Curtiniaco maritus.
Ludovicus Ebroic. Margaretæ Atrebat. maritus.
Philippus Blancæ Britan. marit.
Margareta Caroli Valesii uxor 1.
Ferdinandus Ioannæ de Lara maritus.
Ferdinandus I V Constantiæ Portugaliæ maritus.
Ioanna Henrici II uxor.
Ioannes I I.
Ludovicus X Margaretæ Burgund. maritus.
1 nupt. Philippus V I Ioannæ Burg. maritus.
Margareta Guidonis Blesensis uxor Mariæ Ludovico I Andegav. nuptæ avia.
Carolus Alencon. Mariæ Cerdæ maritus posterior.
2 nupt. Ioanna Roberti Atrebat. uxor.
Philippus Ioannæ Navarr. reginæ marit.
Robertus Ioannæ Valesiæ maritus.
Margareta Ludovici Ebroicens. uxor.
Ioanna Gastonis I Fuxi Comitis uxor.
Blanca Ioannis Manuelenati uxor 2.
Maria Caroli Alenc. uxor.
Alfonsus XI.
Ioannes I I I Catharinæ Attrebatis maritus.
Ioanna Navarr. regina Philippi Ebroic. uxor.
Ioannes Bonæ Lucemburg. maritus.
Petrus Mariæ Berengariæ Hierosoly. reginæ adnepotis maritus.
Carolus I I Navar. Rex Ioannæ Ioanne Rege natæ marit.
Catharina Ioannis I I I de Pontivo uxor.
Rogerius Bernardus.
Blanca Ioannis de Grailly uxor.
Henricus I I Ioannæ Manuelidis maritus, ex Leonoræ Guismannæ contubernio natus, cujus adnepotis Ioanna regina Austriacorum principum parens.
Ioanna Ioannis Vindoc. Comitis uxor.
Carolus V Ioannæ Bonifaciæ maritus.
Ludovicus Ioanna I Andegan. Mariæ Blef. maritus.
Caroli II Navarri uxor.
Ioannes I Dux Mariæ Britannicæ maritus.
Carolus I I I Leonoræ Henrico I I Castellæ Regi & Ioannæ natæ mar.
Rogerius Bernardus Gerardæ de Nogallus maritus.
Petrus Resseinburgis Petragor. maritus.
Catharina Ioannis Borbonii Marchiæ Comitis uxor.
Carolus V I Isabellæ Bavariæ mar.
Ludovicus Aurelian. Valentinæ maritus.
Ludovicus I I Yolendis Aragon. maritus.
Ioannes I I Mariæ de Armeniaco maritus.
Blanca regina Ioannis Aragon. Regis uxor 1.
Isabella Erchembaldi uxor.
Erchembaldus Isabellæ maritus.
Carolus V I I Mariæ Andegav. maritus.
Ioannes Engolis. Margaretæ de Rohano marit.
Maria Caroli VII uxor.
Renatus I. Isabellæ Lothar. mar.
Renatus Margaretæ Lotharing. maritus.
Leonora Gastonis IV Fuxi Comitis uxor suo jure Regina.
Gasto I V Leonoræ maritus.
Magdalena Gastonis Fuxensis uxor.
Carolus Ludovicæ de Sabaudia maritus.
Yolendis Friderici de Vadonissmonte Comitis uxor.
Franciscæ Caroli Borbonii Vindoc. Ducis uxor Henrici Magni avia.
Gasto Vianæ Princeps Magdalenæ maritus.
Catharina Navarræ Regina Ioannis Labret. uxor.
Margaretæ Henrici I I Navarr. Regis uxor.
Margaretæ Renati Ienconii uxor.
Catharina Regina Ioannis Labretani uxor.
Henricus I I Navarræ Rex Margaretæ Engolisin. maritus,
Ioanna Regina Antoni Borbonii uxor.
Henricus Magnus.

Ex præcedentibus tabulis, (in quibus quid desiderandum putes indicabis) Gothici, Vasconici, Burgundici sanguinis prærogativam non penes Austriacos, eo post annum 1499 imbutos, sed penes Francorum Reges, universamque Borboniam gentem; esse constat. 1. quia S. Ludovicum anno 1215, Robertum Clari montis Comitem Borbonniorum omnium stirpem 1256; Carolum V Austriacum 1500, Ferdinandum I germanum 1503, sanguinis illius tradux primum contigit. 2. quia gradibus decem Franci Austriacos antecedunt, & Gothico fonti propiores sunt. 3. quia Francorum, ex quo sanguine illo delibuti sunt, mascula progenies nunquam defecit; quòd de Hispanicorum Regum ramo, qui Ioannam Austriacorum parentem protulit, dici non potest. 4. quia Gothorum, Vasconum, & Burgundionum purus, nulloque nævo infectus sanguis, in Francos sæpius influxit; Austriaci ex eo nihil nisi ex multiplici nothorum mistura hauserunt. 5. quia quicquid ex eo claritudinis hi consecuti, (his quantum quantum est) per Capetinas matres obvenit. Vnde fit ut cum legitimis nothos, primis postremos, fontibus rivos cedere oporteat; Austriaci, toties Francis impares, dignitate minores sese profiteri, velis nolis, cogantur.

XVII. *Carolinus Barcinonensium Comitum & Aragoniæ Regum sanguis, in Austriacos, nisi per Capetinas matres, non defluxit; ejusque quanta quanta est prærogativa ad Christianissimum Regem aliosque ordine priores transiit.*

BArcinonis [1] Comites, Guiffredi *pilosi* & Gunildildis Flandricæ nepotes, Caroli Magni sanguine ab anno circiter 890, delibutos fuisse; Guiffredum cum conjuge anno 888, *Rivipullense monasterium fundasse*, ei *Montem Serratum* anno 891 *donasse*; *quatuor filios procreasse*; *anno ætatis*, non 40 quia pater anno 858 ecciderat; sed 60, *Domini* 912 defunctum, *& in monasterio Rivipulli honorifice sepulturæ traditum* fuisse, tibi *historiæ Pinnatensis verba ex Lucæ Tudensi optimæ notæ exemplari* MS. proferenti, & [2] Francisci Diago, & [3] Olivarii Vredii auctoritate munito facile credimus: adversus hanc temerariam tuam vocem [4] *in Hispaniâ nihil pro suo agnovit Carolus*, sequentia Pinnatensis Codicis de Carolinorum Regum Hispanica ditione verba adnotamus. *peremptο Comite* (Guiffredo) *Gallici filium ipsius Guiffredum Pilosum captum Regi Franciæ adduxerunt* &c. *coram ipso* (Rege Franciæ) *ipse* Guiffredus *fuit, & ab eô Comitatum Barcinonæ ita recepit* &c. *usque* tunc, quo *annuit* (Rex) *quod si* Guiffredus *terram, quam perdiderat, poterat rehabere, & illam quæ sibi remanserat defendere, sua esset perpetuis temporibus & suorum. Et usque tunc nullus Baro habuerat, ad in perpetuum Comitatum Barcinonæ, sed illum Rex Franciæ cui volebat, tempus committebat ad certum; postquam dictus Comes habuit istam guerram à Rege Franciæ, congregavit gentes multas terrarum ipsius Regis, cum quibus de dictô Comitatu usque ad civitatem Ilerdæ expulit Saracenos, & exinde terram secure tenuit juxta votum. Et isto modò Comes Guiffredus Comitatum Barcinonæ habuit francum & quitum à potestate & dominio Regis Franciæ.* non absolute, quasi omni fidelitatis Regibus nostris debitæ Sacramento solutus, eis obnoxius esse desiisset; sed secundum quid, ut *sibi suùque*

[1] Lum. p. 360, 61.

[2] F. Diago hist. Veter. Comit. Barcin. lib. 1. c. 6. & 11.

[3] Geneal. Comit. Fland. tab. 1.

[4] Vind. c. 12. p. 108.

hæreditarió jure Comitatum à regio patrimonio, cujus ab anno 778 portio fuerat, avulsum *supremis* [1] *Francorum juribus exceptis* retineret; nec aliud volunt Hieronymi Zuritæ & Ioannis Marianæ à temet exſcripta loca, quæ anno 1258, 5 Idus Majas, Corbolii à S. Ludovico *ſuprema, quæ repetierat*, Iacobo I Aragonum Regi, compenſatione accepta, *condonata jura* luce clarius oſtendunt. Nonnulla etiam in tabula tua, vel ſupplenda, vel corrigenda veniunt, quæ ſuis locis indicabimus, & ad noſtræ, quam pleniorem damus, oram apponemus.

[1] Surita ad A. D. 874.

1 Carolus Magnus Hildegardis maritus.

2 Ludovicus Pius Iudith maritus.

3 Carolus Calvus Ermentrudis Capetinæ maritus.

4 Iudith Balduini ferrei uxor. — Wifredus, A. D. 858 cæſus.

5 Balduinus Calvus. — Rudolfus. — Gunildildis Wiffredi uxor. — Wiffredus Piloſus Gunildildis maritus, A. D. 912, April. 26 denatus.

6 Radelfus Vrgelli Epiſcop. — Guisfredus veneno ſublatus Garſendis maritus. — Guisfredus alias Miro, A. D. 919 denatus. — Suyerus Vrgelli Comes Richildis maritus, A. D. 951 denatus.

7 Seniofredus Mariæ Sancio Navarræ Rege natæ maritus, A. D. 967 denatus. — Oliva Beſaluni & Cæret. Comes à Barcinonenſibus rejectus. — Miro Gerund Epiſcop. — Endeſcharrechs Cardonæ Vicecomes. — Borrellus Seniofredo ſuffectus Lergardis maritus, A. D. 993 denatus.

8 Bernardus ferri ſector Beſaluni Comes. — Willelmus Caretaniæ Comes. — Oliva Auſet. Epiſcop. — Raimundus Borellus Erunendis Rogerio Carcaſſonenſi natæ maritus, A. D. 1026 denatus. — Ermengaudus Vrgel. Comes Conſtantiæ maritus, A. D. 1037 denatus.

9 Guillelmus. — Bernardus. — Raimundus. — Wiffredus Narbon. Archiepiſ. — Berengarius Gerundenſis Epiſc. — Guillelmus Vrgelli Epiſcop. — Raimundus II Sanciæ Sancio Caſtellæ Comite natæ maritus, A. D. 1043 denatus. — Berengarius Aelidis Carlati Vicecomitis maritus, A. D. 1060.

10 Raimundus Berengarius Adelmodis Bernardo Marchiæ Comite & Amelia natæ maritus, A. D. 1086, Maji 27 denatus. — Guillelmus. — Sancius.

11 Berengar. Raimundus [illegible]. — Raimundus Berengarius Matthildis Roberto Guiſcardo Duce natæ maritus prior, A. D. 1097, Decemb. 6, à fratre cæſus. — Ines Guigonis III Albon. Comitis uxor. — Sancia.

12 Raimundus Berengarius III Dulciæ Giſleberto Arelatenſ. Comite & Tiburge natæ maritus, A. D. 1082, Novemb. 11 natus, anno 1150, Iulii 24 denatus.

13 Raimundus Berengarius IV Petronillæ Aragoniæ Reginæ Capetinæ Ranimiro II Rege & Agnete Pictav. natæ maritus, A. D. 1162, Auguſt. 6 denatus. — Berengarius Provinciæ Comes Richſæ Alfonſi VIII relictæ maritus poſterior, A. D. 1166 denatus. — Berengaria Alfonſi VIII uxor prior. — Cæcilia Rogerii Raimundi Fuxi Comitis uxor.

14 Alfonſus II Rex Sanciæ Alfonſo VIII Capetino & Richſa natæ maritus, A. D. 1196, April. 25 denatus. — Dulcia Alfonſi II Portugal. Regis uxor.

15 Petrus II Mariæ de Montepeſſulano Capetinæ maritus, A. D. 1213, Septemb. 11, feria 6 ad Muretum cæſus. — Alfonſus Provinciæ Comes Garſendis Forcalq maritus prior.

16 Iacobus I Yolendis Hungaricæ Capetinæ maritus, A. D. 1276, Iul. 27 cæſus. — Raimundus Berengarius Beatricis Sabaud. maritus, A. D. 1245 denatus.

17 Yolendis Alfonſi X uxor. — Petrus III Conſtantiæ Manfredo Siciliæ Rege & Beatrice Sabaudicâ natæ maritus, A. D. 1285, Novemb. 10 denatus. — Margareta Ludovici IX uxor. — Alienor Henrici III Anglici uxor. — Sancia Richardi Regis Rom. uxor. — Beatrix Caroli I Andegav. uxor prior.

12 Alfon-



Cum in universis dominiorum, quorum capax uterque sexus est, hæreditatibus, liberorum, quam fratrum; lineæ directæ, quam transversæ; marium aut mares repræsentantium, quam fœminarum; primogenitorum, quam postnatorum, & dignitas, & jura potiora sint; eoque hæredes, quo materno utero fusi sunt, ordine veniant; prima Aragonici sanguinis nobilitas, Ioannis Regis filias patrem repræsentantes contigit; non fratrem ejus natu minorem, in quem nihil (quamdiu illæ superstites fuerunt) juris de facto transiit, aut transire ex lege potuit; fratri subducta successionis spes, inhiantem ei sororem, eaque editos omnes & singulos, jure tantum fœminæ nixos, justius destituere debuit; mansit ergo, post clatum Ioannæ Fuxi Comitis funus, penes Yolendim unam, Ioannæ germanam, ejusque progeniem universam, transfusa à Ioanne patre, cum regni titulo, generis prærogativa; hoc tamen ordine, ut inter ejus liberos, Renati (masculi, eoque jure potioris) nepotes Lotharingi primò; Mariæ Renati germanæ posteri secundò locò starent: inter eos Yolendis liberis πρωτοτοκίας maternæ προνόμιον servaretur; nec eorum sortem invaderent Magdalena secundogenitâ editi: quibus universis Leonoræ nepotes, utpote jure postremos, & à successione longius submotos, concedere necesse est. Si Aragonicam ditionem ab annò 1410 occupatam, in hanc usque diem detinuerunt; nihil eis ex possessione, quâ naturæ & propinquitatis vincula omnia perrupta sunt, juris aut dignitatis accrevit; sed eadem, qua eos nascendi lex esse voluerat, conditione, & hactenus constiterunt, & æternum (quantumvis obnitare) consistent; inter Wifredi & Gunildildis posteros, ut ordine, sic juris prærogativa infimi.

XVIII. *Barcinonenſium Principum (ab anno 1112, quò ad familiam Burgundicam ex annò 1111 in Caſtellâ regnantem Barcinonis Principatus, cum Aragonum, Valentiæ, Siciliæ, Balearium regnis tranſlatus eſt) Capetinum Stemma.*



Vides.

Vides, opinor, Chiffleti, deploratæ causæ patrocinium nonnisi infeliciter à te susceipi potuisse; qui enim Regum nostrorum Majestatem oppugnaturus, & Barcinonensis gentis decus in tuos transfusurus prodieras, prout imperitum actorem decebat, ea congessisti, quæ si attentius perpendantur, universis hypothesibus tuis eversis, Capetinam gloriam, cujus Aragonica quædam est ἀπορρώξ, magis ac magis attollant, alieno & mutuatitio Barcinonenses lumine fere semper splenduisse doceant, primasque inter Barcinonensium nepotes, non Austriacos, sed Lotharingos, Tremollios, Longavillanos (quos universos Francis cedere nemo nescit) primas ferre evincant: his artibus, si quid promoves, non Hispani, sed alii, iique Francicæ coronæ clientes, acceptum ferent.

XIX. *Ortus Philippi* IV *Regis Catholici à Comnenis Imper. Byzantinis, prout Chiffletius edidit, & mendosus & mancus est.* Lum. p. 362. *Censura.*

1 Flavius [1] Manuel Comnenus, Porphyrogenitus, Imper. Constant. anno 1143 uxor Maria, sive [2] Xenes, Princeps [3] Antiochiæ.

2 Alexius Comnenus Porphyrogenitus, Imper. ab Andronico occisus.

2 Eudoxia [4], Comnena, Imperatrix dicta, uxor Guillelmi Comitis de Montepessulano.

3 Maria, Imperii Orientalis hæres, uxor Petri II Regis Aragoniæ.

4 Iacobus I Rex Aragoniæ, natus in Montepessulano [5] anno 1196, obiit 1276, uxor Iolesia, filia Andreæ Regis Hungariæ, & Iolesiæ [6] Imperatricis Byzantinæ.

5 Petrus III Rex Aragoniæ, Valentiæ, Siciliæ; obiit [7] 1286, uxor Constantia Manfredi.

6 Iacobus II Rex Aragoniæ & Siciliæ; obiit 1327, uxor Blanca, Caroli Regis Neapolitani filia.

7 Alfonsus IV Rex Aragonum; obiit 1336, uxor Tyresia [8] Comitis Vrgelli nepris.

8 Petrus IV Rex Aragoniæ; obiit 1387, uxor Leonora, Petri Siculorum Regis filia.

9 Leonora [9], conjux Ioannis I Regis Castellæ & Legionis.

10 Ferdinandus IV Rex Aragonum & Siciliæ; obiit 1416, uxor Leonora, Sancii Albuquerquæ Comitis filia.

11 Ioannes II Rex Aragoniæ & Navarræ; obiit 1479, uxor Ioanna Friderici Castellæ Admirantis filia.

12 Ferdinandus V Rex Aragoniæ & Siciliæ; obiit 1515, uxor Elizabetha Castellæ & Legionis Regina, quæ obiit 1504.

13 Ioanna Hispaniarum Regina; uxor [10] Philippi Archiducis Austriæ & Ducis Burgundiæ.

14 Carolus V Imper. Hispaniarum Rex, proavus Philippi IV Regis Catholici.

[1] Flavium prior vocavit Onuphrius: sed quo jure? iis enim quæ supersunt Manuelis monumentis Flavii prænomen appositum non est.

[2] Xene dicta est, non Xenes, eamque secundis nuptiis, A.D. 1163 duxit Manuel.

[3] Antiochiæ princeps proprie non fuit, sed principum filia, & germana.

[4] Cum Eudoxiam jam nubilem, anno 1174 duxerit Guillelmus, eam Mariæ anno 1163 nuptæ filiam fuisse impossibile est.

[5] Anno 1204, 17 Kalend. Iulii Mariæ tabulæ matrimoniales scriptæ sunt, quas Guillel. Catellus Tolosanus Senator edidit. A.D. 1207, Febr. 1, Iacobus I natus est. Alfonsus avus A.D. 1196, April. 25 decessit. Zurita Indic. lib. 2. Mariana l. 11. c. 21. Gomesius vitæ Iacobi lib. 1. Blanca.

[6] Imperatrix proprie non fuit, sed Petri Imper. filia, Roberti & Balduini germana.

[7] Obiit anno 1285, Novemb. 10. Vide Zuritam Indic. lib 2. Marianam lib. 14. c. 9. Hieron Blancam.

[8] Theresiam vocant, Zurita, Blanca, &c.

[9] ei delatum regnum, A. D. 1410, sed jure natalium potiores fuere Ioanna Matthæi Comitis de Fuxo, & Yolendis Ludovici II Andegavuxor, Lotharingorum, Tremoliorum, Longavillanorum, &c. communis atavia.

[10] Philippus Burgundiæ Dux non fuit, sed Caroli postremi Dux ex filia nepos.

Vt Mariâ Xene dictâ Eudoxiam natam probes, Albericum testem laudas, qui hæc ad annum 1167 scripsit. *Rainaldus de Castellione duxit in uxorem Dominam civitatis, relictam Principis Raimundi, & factus est Princeps Antiochiæ, de qua Domina tres genuit filias, quarum primam habuit Imp. Constantinopolitanus*

tanus Manuel, & ea genuit Alexium ; secundam Agnetem nomine quam duxit Rex Bela Hungariæ, & genuit Hamericum, & Andream, fratres & Reges, & duas Reginas, Constantiam de Bohemia, & Margaretam de Græcia : Tertiam Principis Rainaldi filiam nomine Alaisam duxit Marchisus Eistensis in Italia. & ad annum 1164,alieno prorsus locó, *Imp. Manuel in proximo moriturus filium suum Alexium cuidam Principi commisit, qui erat cognatus suus nomine Andronicus, cum curâ totius Imperii.* sic autem dum scopum feriisse videris, ab eô non semel aberras ; nam 1. nec Eudoxiam nominat, nec Manuele & Xene filiam ullam natam,testis tuus Albericus refert. 2. si referret, falsi convictus teneretur : quandoquidem Robertus de Monte, *Manuelem Imp.* anno 1163 *Constantiam*, vel potius Mariam Constantia natam *duxisse* ; notat, cujus filia nulla annô 1174 nubilis esse potuit. 3. Andronico [1] Oenæum ablegato, & absenti, nihil à Manuele moribundo commissum ; sed post ejus mortem de invadendo Imperio cogitasse testis oculatus Nicetus narrat, & Xenen non Rainaldi, sed Raimundi filiam fuisse scribit. [2] ὁ δὲ πρὸς ἐκεῖνον ἀπασῶν μίαν τῶν θυγατέρων ἔχων τῆς Ἀντιοχείας αὐτεξαπόλυτον πεπεῖνα, *omnibus* aliis (quæ conjugio aptæ credebantur) *unam ex Pictavini Antiochiæ Satrapæ filiabus prætulit.* ἡ δὲ ἀρχὴ ὧν τῆς σωαφθείσης τῷ τότε ἐξαδέλφῳ τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, πρώην οὐπω πάνυ θυγατέρος τῶν πεπεῖνα ἀδελφῆ. [3] *erat* Philippa, *Pictavini filiæ non multo ante Regi Manueli*, Andronici *hujus patrueli junctæ soror.* 4. Rainaldi filiam esse nequaquam potuisse sequentia evincunt ; cum Raimundus,Constantiæ Antiocheni principatus hæredis maritus prior, annô demum 1148, Iunii 29 decessisset ; ea annô 1153, paulo post pugnam navalem ad Ascalonem Iunio mense confectam Rainaldo nupsit, qui annô 1160, Novembris 23, in Megedini Alapiensium Sultani manus incidit, nec ante 1174,Balduini IV secundum, libertati restitutus est ; annô circiter 1178 Stephaniam Montis regalis Principem Philippi Neapolitani filiam, & Humfredi Toronii relictam sibi matrimonio sociavit, anno vero 1187 Saladini manu decollatus est ; tunc octennem puellam Manuelis connubio aptam dixeris ? 5. primis nuptiis Bertam, à Græcis Irenen dictam, Berengarii Sultzbachensis & Ermesindis Lucemburgicæ filiam, Gertrudis Conrado III nuptæ sororem, longe ante Mariam, anno scilicet 1143 duxerat Manuel. Otho Frising. Conradi frater uterinus, Chron. lib.7. c.18. *anno ab Incarn. Domini* 1143 *Calo Ioannes Constantinopolitanus Imp. qui filio suo Manuel sororem reginæ Gertrudis desponsando cum Romano Rege Conrado amicitiæ fœdus inierat.* De gestis Friderici lib. 1. c. 23. *princeps comparis suæ sororem potius illo destinavit* &c. Conradus ipse epistola ad Manuelem *per conjugium sororis dilectissimæ conjugis nostræ, Imperatricis videlicet nobilissimæ,& filii tui consæderati sumus propinquius.* Cap.24. ad Manuelem *quoniam ita nunc est, & esse debet, quod tu amicorum amicissime, uxorem accipies dilectissimam filiam nostram, sororem videlicet nobilissimæ conthoralis nostræ.* Cap. 59. *Conradus Romanorum princeps, naves apud Ptolemaidem ingressus, ac per æquor navigans, fratrem & amicum suum Manuel, regiæ urbis principem, in Achaiæ seu Thessaliæ finibus inveniens adiit.* Gotfridus Viterb. Chron. parte 17. *Tunc Constantinopoli Manuel imperabat, habens uxorem Teutonicam, sororem scilicet uxoris Regis* Conradi, natam de Sultzbach, filiam nobilissimi Comitis in terra Bavarorum. Nicetas in Manuele lib. 1. c. 2. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ὁ βασιλεὺς ἐτέραν ἐξ Ἀλαμανῶν. *Ex Alamannis*

[1] lib. 7. in Manuele lib. 1. in Alexio.

[2] lib. 3. c. 5. in Manuele.

[3] lib. 4. c. 5.

[4] Guill. Tyr. lib. 17. c. 15.

[5] Marin. Sanut. lib. 3. parte 9. c. 4.

nis uxorem duxerat hic Rex. lib. 3. c. 5. ὁ δὲ Μανηὴλ ἀπεβαλόμην θανάτῳ τὴν ἐξ Αλαμανῶν σύνδυον. *Manuel amissa per mortem conjuge, quæ ex Alamannis erat.* lib. 4. c. 4. μήπω δὲ γνώσας ὁ Μανηὴλ εἰον, ἀλλ' ἔτι τῇ θυγατρὶ Μαρίᾳ ὡς αὐτῷ ἐξ Αλαμανῶν ἀπέτικεν ἄλοχον. *Cum filium nondum genuisset Manuel, sed Mariæ filiæ, quam ipsi ex Alamannis uxor peperit.* Guillelmus Tyrius lib. 16. c. 23.

Fuit igitur Manuelis, non ex Maria, sed ex Bertâ, filia Eudoxia, quod ex sequenti diagrammate clarius fiet.

Alexius Imperat.

CaloIoannes Imperat. | Theodora Constantini Angeli uxor, Isaaci & Alexit qui imperarunt avia. | Isaac.

Alexius ante patrem denat. | Andronicus ante patrem denatus. | Isaacus Sebastocrator. | Manuel Imp. an. 1143 Bertæ, an. 1163 Xenes maritus, A. D. 1180, Indict. 14 iuente denatus. | N. Stephani Conto Stephani Magni Ducis uxor. | N. uxor. | Andronicus Imp. Eudoxiæ maritus.

N. Alexii Magni Domestici protosebastus uxor.	Ioannes Alexius.	1 Maria Ioannis Cantacuzeni uxor.	Ioannes protosebastus.	Alexius protosebastus.	Maria Stephani Hungari uxor.	Theodora Balduini IV uxor, Andronico & Manueli prostituta.	Maria Cæsariissa Alexio Hungario ac exinde Rainerio de Montef. an. 1174 vitæ 30 nupta.	Eudoxia Alfonso II Arag. desponsata, A.D. 1174 Guillelmo de Montepessulano nupta.	Alexius Imp. A. D. 1168 natus, an. 1183 strangulatus.	Andronicus Batazes.	Ioannes Magnus domesticus.	Ioannes Imper.

2 Theodora.

3 Eudocia N. ac exinde Andronici uxor.

Alexius. | Irene ex Andronico, Alexio desponsata. | Alexius ex Manuele Irene desponsatus. | Manuel. | Alexius.

Fuit etiam Maria Manuelis uxor secunda, non Rainaldi (quod Albericus volebat) sed Raimundi Guillelmi VIII, Pictaviæ Comitis, & Philippæ Tolosanæ secundogeniti filia; quod rursus & temporum ratio, & Niceræ auctoritas exigit.

Constantia Antiochiæ Princeps, Raimundi Pictavien. A. D. 1148, Junii 29 denati; ac exinde anno 1153, Junio mense, Rainaldi uxor.

Boemundus.	Maria Xene dicta Manuelis ab A. D. 1163 uxor secunda.	Philippa Andronico prostituta circa A. D. 1164.	Agnes Belæ Hungar. Regis uxor 1, cui prius Maria desponsata fuerat Nicet. in Manuele lib. 5. c. 8.	Alais an Raimundi an vero Rainaldi filia fuerit, ambigo.

Alexius Imper.

Sed sive Bertâ, sive Xene, Mariæ Aragonum Reginæ mater Eudocia nata sit, quicquid ei ad Imperium Constantinopolitanum juris, quod in posteros transmitteret, quidpiam obvenire potuit; Cum marium, eosque repræsentantium, quam fœminarum, aut fœminis editorum conditio in successionibus sit potior, totum ad Ioannem I Aragonum Regem, ejusque nepotes, non ad Leonoræ, Ioannis germanæ, posteros transierit; eritque primum Lotharingorum, 2. Tremolliorum, 3. Longavillanorum, 4. Francorum: nec in Austriacos, nisi extincta (quod Deus opt. max. avertat) præcedentium omnium stirpe, naturæ lege devolvetur: ei prælata Leonoræ familia, vim annô 1410 Aragones fecere, sed eam *expellas furca*, licet, *usque recurret*; primique æternum manebunt, quos injuria nativo locô depulit: quod ut in ipsos lippientium oculos incurrat, en naturalem totius successionis statum.



XX. *Ortus Philippi IV Hiſp. Regis ab Angelis Impp. prout eos Chiffletius edidit, & manci, & Chriſtianiſſimo Regi, aliiſque multis communes ſunt, & à Capetinis matribus repetendi.*

Lum. p. 365. IN Conradi Vrſpergenſis Abbatis, Godefridi Sancti Pantaleonis apud Coloniam Monachi, Othonis de S. Blaſio, Ioannis Cuſpiniani, & Alberici Trium fontium Monachi laudatis à te teſtimoniis hæc tantum deſideramus, quod Vrſpergenſis & Cuſpinianus *Erinam* corrupte, pro *Irene* ſcribunt. 2. quod Irenen Tancredi filio deſponſatam, *Tancredo* ipſi (cujus uxor Sibylla vivebat, & poſt ejuſdem fata ſuperſtes fuit) *nubere debuiſſe* Godefridus perperam refert; 3. quod Otho, qui cap. 41. Irenes cum Philippo matrimonium anno 1195 pactum cum Godefrido dixerat, capite 44 ambigue locutus, Philippo eo tempore, quo Irenen deſponſavit, *Ducatum Alamanniæ conceſſum* aſſerere videtur; anno enim 1195 ei cum *Tuſciæ dominio, Matthildis terra, & pars quædam Apuliæ tradita* eſt; anno vero 1196 Conrado fratri in Alamanniæ Ducatu ſuffectus eſt: tu etiam in eo lapſus es, quod Godefridi ad annum 1195 pertinentem locum, 1194 notâ conſignas, & Othonis de loco nuptiarum verba mutilas: ſcripſerat enim *nuptias magnifice celebravit in loco qui* Gunzinlech *à quibuſdam Concio legum dicitur.* tu vero Germanicam vocem, *Gunzinlech*, quæ Lyci Auguſtam præterfluentis nomen includit, & ab eo deducta jure videri poſſit, quaſi ſuperfluam eradis, noſque ad unam Latinam neſcio unde natam, nulliuſque (ſi quid capio) uſus appellationem remittis. His præmiſſis, pleniorem ab Angelis Impp. tam Philippi IV, quam Borboniæ gentis ortum dabimus; nihilque à Byzantinis in Hiſpanos ullos niſi per Capetinas matres derivatum fuiſſe demonſtrabimus.

Alexius



Ex his, aliiſque, de Beatricis Suevicæ poſteris, ſupra allatis, apparet; 1. Angelorum Conſtantinopolitanorum traducem, tam Capetinos Principes, quam Auſtriacos contingere; 2. nihil ex eo in Auſtriacos, niſi per Capetinas matres, tranſiiſſe. 3. Irenen ipſam, Capetinæ aviæ maternam originem debere. 4. paucioribus Capetinos à communi Irenes ejuſdem fonte abeſſe; 5. plura eos Irenes poſteris ad gentis decus contuliſſe, quam ab ipſis mutuati ſint; unde ex neceſſitate ſequitur, omnimodæ nobilitatis principatum penes eos ſolos eſſe.

XXI. *Origo Philippi IV Hiſpaniæ Regis, à Flandris Græcorum Imper. tota Capetinis matribus debetur, & Borbonicæ genti, quam ab annô 1311 ſanguis Flandricus imbuit, communis eſt; paucioribuſque Borbonii gradibus ab ejuſdem fonte, quam Auſtriaci, diſtant.*





PLENIOR ASSERTIO. 421

GGG 3

Vide.

Vides, Chiffleti, Austriacos à Margareta Flandrica, vel 16, vel 17 gradibus distare; Ludovicum nostrum 14, in 14 gradu consistere; Iacobum Marchiæ Comitem anno circiter 1315, Albertum II Imp. post annum 1400, anno vero 1478 Philippum I Austriacum ex Margaretæ sanguine primos prodiisse; nec iis ex eò quicquam trahere, nisi per Capetinas matres, datum fuisse. Si luminis à tuis ante annum 1600, quicquam mutuatos nostros putas, quando id primum contigerit, si potes, doce; si non potes, vel silens, nostris primas deberi confitere; nec diutius fumorum tuorum globis efflandis intentus, solem in meridie lucere nega.

Ne vero ad Aragonici sanguinis participes, Yolendis Hungaricæ posteros (inter quos, ante Austriacos omnes, Lotharingi, aliique plures eminent) Imperii Constantinopolitani jura devoluta credas; in tabulam subjectam, quæ universum successionis Curtiniacensis Imperatoriæ familiæ statum exhibet, oculos defige.

XXII. *Successionis in Imperio Constantinopolitano, postquam Flandris & Curtiniacensibus obtigit, status.*

Balduinus I V Hannoniæ Comes Margaretæ Flandricæ maritus.

- Balduinus Imp. Mariæ de Campania marit.
  - Ioanna natus, Margareta de cujus posteris supra.
  - Philippus Namurci Marchio, an. 1224 denatus.
  - Robertus Imper. an. 1219 denat.
  - Balduinus Imp. Mariæ Ioanne Brennæ Regæ & Berengariæ natæ marit. A. D. 1180 denat.
    - Philippus Imper. Beatricis Caroli I Siciliæ Regæ & Beatrice natæ maritus circa A. D. 1290 denatus.
      - Catharina Caroli Valesii uxor 2, A. D. 1307 denata.
      - Catharina Philippi I Tarentini, A. D. 1332, Decemb. 26 denati uxor.
        - Margareta Francisci de Baucio Andriæ Ducis uxor.
        - Ioanna Leonis I I Armeniæ Regis uxor.
        - Robertus Imper. A. D. 1364, Sept. 17 denatus.
        - Ludovicus Rex, Ioannæ maritus secundus, A. D. 1362, Iunii 5 denatus.
        - Philippus Imper. A. D. 1368, Novemb. 25 denatus.
          - Iacobus Imper.
          - Franciscus I I Iustinæ Vrsinæ maritus.
            - Franciscus I I I Sanciæ Claromontanæ maritus.
              - Pyrrhus Altæ muræ Princeps Mariæ Donatæ marit.
                - Leonor Ludovici Lucemb. Lingi Comitis uxor.
                - Isabella Friderici Regis Neapolitani uxor 2.
                  - Ferdinandus, Alfonsus, Cæsar, Isabella, Iulia, nullis liberis relictis defuncti.
              - Margareta Ludovici Lucemburgii uxor prior.
                - Petrus S. Pauli Comes Margaretæ Sabaudicæ maritus.
                - Maria Francisci Borbonii Vindocini Comitis uxor.
                  - Carolus Dux Franciscæ Alenconiæ maritus 2.
                  - Antonia Claudii à Lotharingia Guisii uxor.
                  - Franciscus S. Pauli Comes Adrianæ de Scorta villa maritus.
    - Yolendis Iacobi I Arag. Regis uxor 2, cujus hæreditas ad Lotharing. Tremollios, Longavillanos, Francos, Austriacos sanguinis jure devoluta, prout ante ad oculum demonstratum est.
      - Antonius Ioannæ Labretanæ Navarræ Reginæ maritus.
        - Henricus Magnus Mariæ Mediceæ maritus.
          - Ludovicus X I I I Annæ Austriacæ maritus.
            - Ludovicus Philippicus XIV. natus.
            - Anna Maria, &c.
          - Gasto Aurelian. Dux, Mariæ Borbonicæ, ac exmde Margaretæ Lothar. maritus.
          - Isabella Philippi I V uxor prior.
          - Christina Victoris Amedei Sabaud. Ducis uxor.
          - Henrica Caroli I Britann. Regis uxor.
      - Margareta Henrici Visnæ Comitis uxor, cujus hæreditas ad Guillel. Arausicæ principem transiit.
      - Elizabeth Odonis Burgun. Montacutii uxor.
      - Agnes Gaufridi de Villa hardüini Achajæ principis uxor.
      - Sibylla sanctimonialis.
    - Sibylla Guiscardi de Bellojoco uxor.
      - Ludovicus I Condei princeps Leonoræ de Roya maritus.
        - Henricus I Carlotæ Catharinæ de Tremoilia marit.
          - Henricus I I Carlotæ Margaretæ de Monte morancico maritus.
            - Ludovicus I I Claræ Clementiæ de Mallæo maritus.
              - Armandus.
              - Annatiæ.
              - Henricus Iulius.
      - Maria Leonorii Longavillani Ducis uxor.

Hinc

Hinc patet Imperatorum Curtiniacensium jura omnia ad Christianissimum Regem sanguinis lege transiisse, nec sibi in eorum hæreditate (quamdiu gens Borbonia superstes fuerit) Yolendis Aragonum Reginæ posteros, utpote ordine posteriores & fœminam repræsentantes; quicquam vindicare posse; cæteris vero Ioannè I Aragonio oriundis, Austriacos Leonoræ Ioannis germanæ posteros cedere debere. Tu Imperium Constantinopolitanum ab Andreæ Palæologo Ferdinando & Isabella Hispan. Regibus Testamento anno 1502. Aprilis 7. legatum, Constantini Imperatorum Palæologorum postremi, & Thomæ Despotæ liberos reliquos, quod ab Ecclesia Romana alieni essent, exhæredes pronunciatos fuisse obtendis, totumque Zuritæ *hist. Reg. Cathol. lib. 4. c. 39.* factum narrantis, locum, ut fidem facias, ex scribis: At de facto ipso disputare neque fert animus, neque necesse est, aut nostra interest; cum de facti jure quæstio integra inter nos agitanda superfit. Tu igitur, qui *bonum factum* putas, ostende primum; Qui Andreas avus, & ex Moreæ Despota mendicabulum in singulos dies ex alieno vivens, quod non habebat, dare potuerit. 2. quò jure ei non sua dare, & fratres & patrui filios, ob schismatis labem, exhæredes esse jubere; Montisferrati Marchionum Ecclesiæ Romanæ addictissimorum consanguineorum justos hæredes Mantuanos & Sabaudos, ab omni se contingentis successionis spe, in alienorum gratiam depellere licuerit. 3. Quis Testamenti in Catholicorum Regum gratiam A. D. 1502 scripti color esse potuerit, postquam donatione inter vivos ante octennium & quod excurrit, annò nimirum 1494, Sept. 6. facta, in Carolum VIII Regem, Cujus hæreditas tota Ludovicum XIV contingit, universa sua jura transcripsit testator, nec sibi quod ad alios deinceps transferret reliqui quicquam fecit. 4. Quam legitimum Palæologorum, quod à parricidio in pupillum propinquum, & commendatum admisso, Michael auspicatus est, imperium fuerit: tu enim qui Yolendim Hungaricam *Imperatricem* vocas, eoque Curtiniacenses Principes, justos Constantinopolis possessores fuisse fateri cogeris; neque Theodori Lascaris, hoc unò titulò, quod Alexii Angeli, fraterni sceptri invasoris, filiam duxisset, ad solium vi (deturbatis Curtiniacensibus) evecti, dominatum legitimum dixeris; aut si legitimum pronunciare libeat, legitimo ordine ipsius posteris à Palæologis extortum pronunciaveris. 5. Quantum Andreæ Despotæ donationi, non dicam Papæ, qui Franciscum primum apud Bononiam constitutum Orientis Imperatorem A. D. 1517 salutavit, sed Hispani ipsi Constantinopolitani Imperii nomen titulis suis accedere in hanc usque diem non passi, detulerint. Si enim legatum, ut merum ludibrium spreverunt; si legans nullo legandi jure nixus est; si ejus majores scelere sibi imperium pepererunt; si Ducæ, quos illi nefario machinamentò oppressérunt, hoc uno colore in Curtiniacenses insurrexerunt; quod tyranni, Francorum armis in ordinem coacti, per Annam filiam Theodoro Lascari nuptam nepotes essent; nihil est in toto Andreæ Dramate, quod Regum tuorum sive gloriæ, sive commodo servire possit; si poëtæ judicium nosti, *Græculus esuriens in cælum jusseris ibit*, Andream iis quorum emendicata stipe sustentabatur, vænales fumos mercedis loco obtulisse, revera nihil quod conferret habuisse, te vero frustra ab eô *Ferdinandum & Elizabetham*, *à quibus jus Philippus IV habeat*, cum oblatum munus non acceptaverint, *hæredes scriptos* notare memento. Vt ut ad Christianissimum Regem

[1] Lun. p. 367.

[2] Vide supra ad Calcem capitis 4. tabulam 74. quæ totam Palæologorum familiam repræsentat. Spondan. A. D. 1495. n. 2. Bzovius eodem anno n. 3.

Instruct. Concil. Trident. p. 264. Christophorus Longolius ad Budæum lib. 2. epist. 24.

Regem Curtiniacensium maternorum atavorum jura transiisse certum sit, si spoliis eorum per Lascaros, Ducas, Palæologos jamdudum direptis, totis jam annis 197 incubantem Turcam abigere velit, & possit Rex tuus, nec sua sibi eripi queretur, nec Christiani nominis assertorem justâ navatæ gnaviter operæ mercede carere optabit noster. Sed hoc opus, hic labor est.

Postquam universa illa ornamenta, quæ illustrandæ Austriacæ genti undecunque quæ siveras, adeo Capetinorum Principum propria esse, ut Austriacis, nisi Capetinarum matrum beneficiô aptari nequaquam potuerint, Capetique progeniem in summo gloriæ (quantam quantam seculi hujus caligo ferre potest) fastigio ab annis 700 &c. constitutam fuisse evicimus: Ne denuo nobis obscurandæ, quæ Sole clarior, & est, & semper habita est, familiæ, Carolum inferioris Lotharingiæ Ducem, Ludovici Transmarini secundogenitum, à Francis annô 977 abdicatum, ejusque ex priore matrimoniô filias Ermengardim & Gerbergam, è tumulis, quantum in te est, excitos subornes; hunc nodum, qui causæ tuæ jugulum constringit, vel historiarum peritus solve; vel Alexandri æmulus, ejus exemplo seca; Ille ipse Caroli proavus, Capetinâ parente editus, posteros omnes, adeoque illos quorum nomina invidiose & ad nauseam crepas, ex necessitate Capetinos reliquit: quod ut promptius animum tuum feriat, en eorum Stemma.

Theodebertus Matricensis Comes.

- Vodo Aurelian. Comes, Engeltrudis Adelhardo natæ maritus.
  - Guillelmus.
  - Ermentrudis Caroli *Calvi* uxor prior.
    - Ludovicus *Balbus* Adelhaidis maritus.
      - Carolus *Simplex* Otgivæ maritus prior.
        - Ludovicus *Transmarinus* Gerbergæ maritus posterior.
          - Lotharius Rex Emmæ marit.
          - Carolus Dux Bonæ ac exinde Agnetis maritus.
            - Ludovicus V.
- Robertus Aganæ maritus.
  - Robertus *Fortis* Adelhaidis Ludovico Pio & Ermengarde natæ maritus posterior.
    - Odo Rex Theodradæ maritus.
      - Arnulfus Aquitaniæ Rex.
- Engeltrudis Pippini Aquitan. Regis uxor.
  - Robertus Rex Beatricis maritus.
    - Hugo Magnus Hadwidis maritus.
      - Hugo Capetus Rex Adelhaidis maritus.
        - Robertus Rex Constantiæ maritus.
          - Henricus Rex.
          - Robertus Burgund. Dux.

1 *nupt.*: Otto Dux. — Ermengardis. — Gerberga.

2 *nupt.*: Ludovicus. — Carloinus.

Annon eorum invictam causam confiteberis, quorum, vel tacentes, suamque tantummodo originem agnoscentes, illi ipsi patrocinium suscipiunt, quos insana invidiâ ruptorum temeritas, accusatorum partes agere voluit? divinam veritatis vim mirare, lector; *profundo mersa pulchrior evenit.*

XXIII. *Ex Flavii arbitrario prænomine realis dignitatis nihil Gothis Regibus acceſſit, ſi quicquam acceſſit, quantum quantum eſt, ad Capetinos Borbonios tranſiit.*

EA nonnunquam (prout ambitionis & æmulationis fumi mentes imperitorum vel vanorum hominum obtenebrant) ſupra omnem modum magni fiunt, quorum initio pretium nullum fuerat; nominibus quibuſcunque non naturâ, ſed ex inſtitutô mere libero, ſua quanta quanta eſt, vel eſſe poteſt, dignitas contingit; quæque mortalium opinio eminere primum voluerat, eâ procedente tempore ad pedes dejecit, ut fieret infamiæ nota quod antea ad gloriam compoſitum videbatur: ſic *tyranni* vox, antiquis *Regem* etiam optimum deſignavit; nunc *Regni*, vel *uſurpatorem*, vel *peſtem* tantum ſignificat, *uſuſque quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi*, paſſivam, ut antea fuerat, tituli jam execrabilis attributionem fieri nequaquam ſinit; nonnunquam iis, quæ ante viluerant, quædam tempore procedente gliſcit auctoritas. *Cæſaris*, cognomen, quod eo tantum fine inventum fuerat, ut ſecto matris utero in hominum lucem prodeuntis, quiſquis ille eſſet, notamen haberetur, ubi Cajo Iulio Romani Imperii fundatori obtigit, antiquatâ primigenia ſignificatione, ſummæ dignitatis apicem in Romano Principe, qui Orbis ſibi dominatum vindicaret, indicavit.

Simile quid *Flavii* vocabulo factum eſt: ad annum uſque 800 ab urbis conditu, *gens Flavia obſcura, ac ſine ullis majorum imaginibus*, jacuerat; *Titus, Flavius Petro municeps Reatinus, bello civili Pompejanarum partium centurio, ex Pharſalica acie profugus*, domi *coactiones argentarias factitavit*; Sabinus filius, vel abſolute *militiæ expers*, vel *ſacramento per cauſam valetudinis ſolutus, publicum quadrageſimæ in Aſiâ egit*, nec caput altius extulit. At ubi nepos anno Chriſti 69, ab urbe condita 822, *rebellione trium Principum & cæde, incertum diu, & quaſi vagum, Imperium ſuſcepit, firmavit*que, & pronepos Titus *humani generis deliciæ* dici meruit, in luce quadam conſtitutum eſt; quam ſtatim *Neronis portio*, in gentem propriam ſævus, *cunctis* ac præcipue Chriſtianis *terribilis, & inviſus*, Domitianus obſcuravit; Præcipuum ejus decus in eô recte conſtituis, quod Chriſtianiſmo, ab ipſis Eccleſiæ Romanæ cunabulis, in aliquot ſuis membris, quæ fidem glorioſo martyrio conſignarunt, imbuta eſt, eaque de cauſa univerſorum ſtemma delineas; ſed, tuo more, non ſine mendis, quæ nos, prehenſa ſpongia, veritatis cauſa detergemus.

Sueton.

Tertull. Apol.

S. Flaviæ Domitillæ, prout à Chiffletio delineatum eſt, Stemma.

1 Titus Flavius Petronius, uxor Tertulla.

2 T. Flavius Sabinus, uxor Veſpaſia Polla.

3 Flavius Sabinus Præfectus urbis, uxor S. Plautilla.

3 Veſpaſianus Imper. uxor Flavia Domitilla.

4 T. Flavius Sabinus uxor Iulia Titi Imp. filia.

4 Titus Flavius Clemens Conſ. Martyr Romæ an. 98 uxor Flavia Domitilla.

4 S. Flavia Domitilla IV Virg. & Martyr.

4 Titus Imp.

4 Domitianus Imper.

4 Flavia Domitilla II viri nomen ignoratur.

5 Veſpaſianus.

5 Domitianus.

5 Flavia Domitilla III uxor T. Flavii Clementis Conſ.

Quærere libet, qua fiducia Petronem Vespasiani avum in *Petronium* verteris. 2. quis *Plautillam* Sabini Præfecti uxorem fuisse te docuerit; nam Acta SS. Nerei & Achillei dicta, quæ nuperus Apocryphi libelli de SS. Apostolorum passione Lino falsò adscripti deflorator, è Græco in Latinum à se translata mentitus, commentis pro libidine effictis complevit, & Martyrologii Romani interpolatori P. Galesinio imposturam fecit, nihil moramur. 3. Quo judicio (adversus Eusebii hist. lib. 3. c. 19. & Chronico, Hieronymi Chronico, Alberici ad A. D. 93, Actorum ipsorum Nerei & Achillei, & vitiati Martyrologii Romani, quas ipsemet laudas, auctoritatés) S. Domitillam virginem S. Clementi Consuli sororem, pro sororis filia dederis.

De Doct. temp. lib. 12. 4. facilè fero te S. Clementis Consulis Martyrium, quod in annum 95 ipsiusque Consulatum incidisse, ex Dione, te temporum callentissimus Petavius monuerat, in 98 contulisse; cum Baronium Card. mendosâ Suetonii lectione in errorem abductum secutus sit; sed forsitan Clementem ὑπατικὸν cæsum animo recolens, in Suetonio, non (ut ante) *ex tenuissima suspicione tantum*, non *ipso ejus Consulatu* nullo commodo sensu, sed *in ipso ejus Consulatu*, ex Dionis, Eusebii, & Suetonii ipsius mente, in posterum leges. Tuas, ad *observatiunculam* à se *Lovanii* A. D. 1629 *editam*, *Notas*, si suo pretio æstimavit, tuæ nulla memoriâ dignæ *industriæ*, non *multum* (quod tamen ad te scripsit) sed plane nihil *debuit* Erycius Puteanus.

Verius & plenius Flaviorum Stemma.

1 Titus Flavius Petro Tertullæ maritus municeps Reatinus.

2 Titus Flavius Sabinus Vespasiæ Pollæ Vespasio Pollione Nurfino militum tribuno natæ maritus.

3 Filia in ipsa infantia denata. | Titus Fl. Sabinus Præfectus urbi, A. D. 69, Decemb. 16 à Vitellianis cæsus. | T. Flav. Vespasianus Aug. Phalacrinæ in Reatino territorio, A. D. 9, Novemb. 17 natus, Fl. Domitillæ, Fl. Liberali Ferenti quæstorio scriba natæ maritus, A. D. 79, Iun. 24 denatus.

4 T. Fl. Sabinus, A. D. 82 Conf. Iuliæ maritus Domitiani jussu cæsus. | T. Fl. Clemens Domitillæ in Pandateriam relegatæ maritus, A. D. 95 in Consulatu cæsus. | N. uxor. | Fl. Domitilla ante, A. D. 69 denata. | Titus Marcieę Furnillæ mar. an. 81, Sept. 13 denat. | T. Fl. Domitianus Domitiæ marit. A. D. 96. Sept. 18 à Stephano Domitillæ in Pandataria relegatæ procuratore confossus.

5 Vespasianus Domitianus Domitiani jussu cæsi ante à Quintiliani discipuli. | Fl. Domitilla virgo in Pontiam Insulam relegata. | Domitilla Clementis uxor in Pandateriam relegata. | Iulia Titi Flav. Sabini uxor.

Claudius Imper. ab A. D. 268, Mart. 24, ad an. 270. | Quintillus post germanum per 17 dies Imper. | Crispus. | Constantina Tribuni Illyriorum uxor.

Duo filii. | Claudia Eutropii Dardani uxor.

Constantius Chlorus, Cæsar ab A. D. 291, ad 304, April. 21; Imperator ad 306, Iulii 25, Helenæ ac exinde Theodoræ maritus.

1 *nupt.* Constantinus Magnus Minervinæ ac exinde Faustæ maritus, A. D. 337, Maji 22 denatus. | 2 *nupt.* Constantius Gallæ ac exinde Basilinæ maritus. | Delmatius censor. | Constantia Licinii Imp. uxor. | Anastasia Basiani uxor. | Eutropia Nepotiani uxor.

1 *nupt.* Crispus. | Helena Iuliani uxor. | 2 *nupt.* Constantius. | Constantius Faustinæ marit. A. D. 361, Nov. 3 denat. | Constans. | Constantina AnnabalIiani ac exinde Galli uxor. | Gallus. | Iulianus Helenæ marit. | Dalmatius Cæsar. | Annabalianus Rex. Cæsar. | Licinius Cæsar. | Nepotianus Cæsar.

Constantia Gratiani Aug. uxor.

Quatuor

Quatuor hic habemus Domitillas; primam ex *libertâ* Augustam, cujus memoriæ conservandæ, percussus alter è numis, quorum ἔκλυσις p.353 repræsentasti: secundam primâ natam, quæ ante annum Christi 69, priusquam parenti delatum Imperium fuisset, è vivis excessit; anno vero 84, Domitiano germano *decimum Consule*, ejus nomen æreo numismati à te delineato impressum est. tertiam hujus filiam, Fl. Clementis Consulis uxorem, eo damnatô *in Pandatarium insulam* relegatam, cujus *procurator Stephanus* Domitianum è medio sustulit: Quartam Virginem *in Pontiam Insulam relegatam*, quam tu Clementis Consulis *germanam*, Eusebius hist. lib. 3. c. 19 ἐξαδελφῆς γεγονυῖαν, Chronicô ἐξαδελφὴν; Hieronymus Chronico, & Martyrologia omnia, *ex sorore neptim* vocant; hujus *vultum anulari* Philippi Chifletii Abbatis propinqui tui *Sardæ* insculptum putas, quia Flaviæ nomen effigiei circumpositum legisti; quasi vero unius Clementis neptis id adeo proprium fuerit, ut alteri nulli convenire potuerit; antequam id obtineas, singula hæc demonstranda suscipe. 1. gemmam tuam sub Domitiano, vel Trajano, quo imperante martyrium complevit Domitilla, sculptam fuisse. 2. à Christiano vel sculptam, vel sculpi jussam fuisse. 3. Domitillam solo *Flaviæ* titulo, qui gemmæ insculptus est, designari solitam fuisse. 4. arte flexorum capillorum, qui in Sarda tua visitur, ornatum, retectumque caput Christianæ virgini, Martyrum albo jam inscriptæ, convenire potuisse. 5. de S. Domitilla sculptorem, cujus opus exprimendum curasti, vel cogitavisse. Nos enim qui [1] quicquid *plastes effingeret*, aut *cælator exsculperet*, aut *Phrygio detexeret*; [1] Tertull. de Idol. c. 3. quicquid *gypso*, *coloribus*, *lapide*, *ære*, *argento*, *filo artifex tornaret*, ex primorum Christianorum sententia, & Idololatriæ serviisse, & *Idolum* habitum fuisse, illasque secundum quas *formaret artes* [2] κακοτεχνίας, *Dei disciplinâ non receptas*, & *fidei adversas*; [3] artificum qui eas excolerent [4] *præcidendas manus* creditas novimus; Sardam tuam Christiani, qui vel primo, vel secundo, vel tertio sæculo vixerit, manu (ut *Martyris vultum exprimeret*) cælatam neque judicamus, neque judicare, si velimus, possumus. Tu qui Apostolorum discipulam de [5] *capillatura* (qualem gemma tua exhiber) ἐμπλοκῆ, quasi B. Petri Magistri oblita esset, sollicitam fuisse non docuisti; si docendum suscepisses, nulli probares; eam non modo comptam, sed capite libero & invelato, quod ne gentilitas ferebat, producis; quæque tua solertia est, [7] à crimine ob velamen positum absolvis; *sacrum velamen* (inquis) *& dicatum Deo habitum, quem à S. Clemente Papa acceperat, eunti exulatum persecutor detraxerat, ut alias Pontifices Opimiam Vestalem damnatam*, deruptis è capite vittis, *ad ignominiam per forum traduxerant*. Quærere possem unde singula hæc eruueris. 1. fuisse primo illo Ecclesiæ Christianæ sæculo Virgines, quæ perpetuum cœlibatum concepto voto sponderent. 2. ab Episcopis *recipiendi*, quique *sacer & Deo dicatus haberetur*, *velaminis*, & *habitus*, modum jam tunc inventum fuisse. 3. puellam à B. Petro ante passionem, adeoque ante annum Christi 68 baptizatam, 95, à S. Clementis relegatione 21, imo à Cleti Clementi 76 suffecti martyrio decimotertio, ætate florenti Aureliano proco peritam, à Clemente Papa longe ad Pontum Euxinum posito Romæ velari potuisse. 4. id ipsum, quod semel factum legitur, & Opimia passa est, S. Domitillæ post annos 577 evenisse; sed etiamsi (universa ista liberali manu largitus) portum quodammodo pandere videar, eum salva rate intrare nequa-

[2] Clem. Alex. admonit. [3] Tertull. de Idol. c. 5. [4] c. 6. [5] c. 7.

[6] 1 Petr. 3. 3.

[7] Lun. p. 357. Dionys. lib. 8.

quam dabitur, sive enim Christiani artificis manu cælata Sarda tua fuerit, Domitillam inconvenienti Christianorum Deo sacratis virginibus habitu, omissâ propriî nominis designatione, aut dissimulatâ quam detracto à Gentilibus velo pertulisset injuriâ nequaquam repræsentaverit; sive Gentili cælo sculpta dicatur, Christianæ Martyris memoriæ manum & artem commodare nunquam sustinuerit Ethnicus.

Lum. p. 353. Nihilo verius esse, quod *summa cura & studio à* te *institutum* scribis, *maternum* S. Domitillæ *Stemma*; nobis nunc demonstrandum venit.

2 N. vir Consularis.

3 Faustinianus; uxor Matidia.	3 S. Flavius Clemens Episcopus Metensis; obiit Metis, an. 71.	3 S. Plautilla uxor T. Flavii Sabini Præfecti urbis.
4 S. Clemens Papa anno 93, Martyr anno 102.	4 Euphemia Flavia Domitilla V.	4 S. Flavia Domitilla I V Virgo & Martyr, anno Christi 97.

1. Si quis te roget, unde Faustiniani, Clementis, & Plautillæ, quos germanos fuisse vis, patrem *Consularem* fuisse noveris, *avia* te nunquam rediturum *peragrare* necesse fuerit; nullo enim auctore fretus id comminisci ausus es. 2. Clementis Papæ parentem, *Faustinum*, non *Faustinianum* vocant veteres Ecclesiæ Romanæ tabulæ. 3. Faustiniani & Mattidiæ nomina ex impuris Recognitionum ab impostore post Bardisanis, quem devoravit, obitum B. Clementi supositatum lacunis, Eusebii hist. lib. 3. c. 38. Athanasii Synopsi, Epiphanii hær. 30, Rufini Apol. pro Origene, Hieronymi lib. 2. adversus Rufinum, & Catalogo; Gelasii Papæ, Agobardi, Leonis IX, Humberto Card. Sixti Senensis, Bellarmini Card. Antonii Possevini &c. judicio obstruendis, hausta cum sint, nec tibi, nec alii cuiquam cordato imponere debuerunt. 4. à Martini Meurissii Madaurensium Episcopi, quem tamen testem citas, placitis longe abscedis; ille enim *Clementem Flavium* primum Metensium Epi-
1 p. 355. scopum vocat, tu *Flavium*[1] *Clementem* inverso ordine nuncupas; ille vetustiorum exemplo destitutus, ex Chambronæ Gorzienſis præscripto, *non inconveniens esse Clementem Flavium dictum sibi persuadere* scripserat; tu conjecturam illius in assertionem absolutam vertis: ille Clementis Papæ avum *Faustinianum*, patrem *Faustinum* fecerat; tu sublato avi & patris discrimine duos in unum conflas, & *Faustiniani* nomen ex Recognitionibus petitum, *Faustini* appellationi (quæ in veteribus Ecclesiæ Romanæ tabulis occurrebat) præfers; ille *Faustinum* Clementis Papæ parentem, Clementis Consulis & Plautillæ germanum esse voluerat; tu *Faustinianum* tuum, Sabini Præfecti sororium, Clementis Consulis avunculum fuisse fingis. Ne quis te aliud quam præstes obtendere, aut præscriptas à testibus tuis lineas transilire, negare tuâ causa audeat, En delineatum à Meurissio p. 6. Stemma.

Faustinianus.	Clemens Flavius Metensis Episcop.	
Clemens Flavius Consul & Martyr.	Faustinus.	Plautilla.
	Clemens Papa & Martyr.	Fl. Domitilla Virgo & Martyr.

Consi-

Consimili vertigine correptus [1] Acta Nerei & Achillei, [2] Albericum, [3] Martyrologium Romanum à Galesinio auctum, & Meurissium (quorum auctoritate abusus eras) negatâ Faustini, Clementis Consulis, & Plautillæ fraternitate, deseris. Plautillam enim Consulis, non sororem, sed *matrem* fuisse, vis: nec immunis ab errore Albericus, qui Clementem Consulem cum Metensium Præsule, cujus nulla usque nunc in Martyrologiis, Romano veteri & novo, Beda, Floró, Vsuardó, Adone, Norkero &c. memoria, confudit; nec advertit fieri non posse ut Metensem Ecclesiam post Consulatum, vel ad momentum regeret, qui τὸν ἀπόστολον Martyrium fecit; cum tamen Metenses Clementem suum reliquo orbi ad annum 780 ignotum, per *annos* 25, *menses* 4 sedisse, & 9 *Kal. Decembris*, illa ipsa die quâ Clemens Romanus passus est, in Domino obdormiisse contendant: tu eum Romani patruum, quod de Clemente Consule Acta Nerei & Achillei finxerant, fuisse pronuncias; imo Romani pontificatum ab A. D. 93 ad 102 protendis: sed tam tu in his omnibus falleris, quam fefellit Actorum Nerei & Achillei fabulosus consarcinator, Clementem Consulem Papæ patruum fingere ridicule & improbabiliter ausus. Si enim Patres, Eusebius lib. 3. c. 4. & 14. Hieronymus Catalogo &c. Clementem, qui postea Romanæ Ecclesiæ clavum tenuit, à Paulo ad Philippenses scribente [4] *cooperarium* appellatum vere scripsere; anno vero 60 Baronio, qui 58 Petavio, ante Sabini mortem 11, epistolam ad Philippenses Româ è vinculis dedit Apostolus; nec tricenario minorem *cooperarium* allegisse videtur: anno Christi circiter 28 contigerit B. Clementis natale; is Chersonæ [5] anno Trajani 3, qui cum 100 Domini, & Euaristi 6 concurrit, vitæ vero circiter 72, Novembris 23, martyrium feliciter consummavit; caque de causa Anacleto, à Græcis quia per sexennium super vixit, postponitur: sed revera ante ipsum sedit; quandoquidem *Capitone & Rufo Coss.* ideſt A.D. 67, Septemb. 23, passo Lino suffectus, *sedit annis* 1x, non plenis; *fuit*que *temporibus Galbæ & Vespasiani, à Consulatu Trachali & Italici*, anno Christi 68, *usque ad Vespasianum* VI *& Titum* IV *Consules*, & annum 75; successit vero deportato Cletus, quem veteres Ecclesiæ Romanæ tabulæ *temporibus Vespasiani & Titi fuisse* monent, *à Consulatu Vespasiani septimo, & Domitiani quinto, usque ad Domitianum* IX, *& Rufum Consules*; ideſt ab A. D. 76 ad 83: neque differri in A. D. 93, Clementis pontificatus potest; quandoquidem celeberrimam ad Corinthios epistolam *ex Romanæ Ecclesiæ persona*, jamque ejus clavum tenens, dedit stante templo Hierosolymitanô, [6] quod anno Domini 70, Vespasiani 2, Vespasiano 11 & Tito Cæsare Coss. Iulii 27 conflagravit; Cum igitur eo tempore, quo Levitici sacerdotes munere suo fungebantur, adeoque ante excisa Hierosolyma, epistolam Romanæ Ecclesiæ nomine, jamque ejus pontifex, scripserit, prout ipse nos epistolæ suæ p. 53. expresse docet, ab ipso post annum 93, à relegatione 18, ad finem pontificatus inclinante Anacleto, velatam Domitillam, cum Actorum Nerei & Achillei à nuperô nescio quo male compacta farragine fingere absurditate non vacat. Hinc fit ut Clementem Consulem, cum utraque Domitilla, uxore, & sororis nepte, Anacleto sedente longe post Clementis Papæ deportationem Christo nomen dedisse, neque relegati propinquos fuisse credere cogar; viderint qui Plautillæ nomen, & Domitillæ per sanctum velamen consecrationem à Clemente Papâ factam, Martyrologio Romano circa A. D. 1570, inserere

[1] apud Surium Maji 12.
[2] Chron. A.D. 93. 97.
[3] Maji 20.
[4] Phil. 4. 3.
[5] Euseb. lib. 3. c. Hieron. Cabal.
[6] Ioseph bell. Iud. lib. 7. c. 16. 18.

ausi sunt, quô colore imprudens & per se irritum factum excusent; tu certe veniâ nullâ dignus es, quem commentitia stemmata venditare, erroresque ex erroribus serere non puduit.

[1] Lum. p. 356. *Rectilæ* [1] *ad Mosellam, sexleucarum itinere Metis, duarum infra Theodonis villam* distante, *reperta ante annos quadraginta fuerat arcæ lapideæ insculpta*, quæque *Gentilibus cadavera cremantibus inusitatum, morem Christianum ostendebat*, hæc inscriptio:

EUPHEMIA FLAVIA DOMITILLA
PIENTISSIMÆ MATRI SVÆ
QVÆ OBIIT ANNORVM XXX
FIERI FECIT

hanc tu (ceu mirum quid) profers; nec profers tantum, sed sumptâ, ex eâ, nova somnia inter vigilandum profundendi occasione, ad B. Clementis propinquitatem solitis, vel invitam, artibus trahis Euphemiam; *cum* [2] *Domitianus propinquorum sanguinem lamberet*, & [3] *nobilissimas feminas* ad *exilia & fugas* compelleret, *ad Flavium Clementem Episcopum Metensem consanguineum cum* Matidia *matre secessisse* causatus; vis tibi credamus? singula hæc proba. 1. Tacitum ubi de *nobilissimarum fœminarum exiliis & fugis* egit, de Euphemiâ tuâ, quam ne Româ oriundam, aut Matidia matre natam tuisse constat, cogitavisse. 2. Matidiam ullam in naturâ rerum vixisse. 3. si qua usquam vixit, B. Clementem Papam peperisse, & Fl. Clementis Metensium Episcopi, (cujus in Martyrologiis omnique ante Carolum Magnum memoriâ, neque vola, neque vestigium extat) germano nupsisse. 4. Ei, quæ B. Clementem Papam peperit, positum ab Euphemia monumentum convenire posse: mihi enim non posse certissimum est; quod ut capere valeas, quæ jam de B. Clemente diximus animo recole; ei anno Domini 28, vel ante, nato, mater parere idonea, annô circiter 12 nata, tribuenda fuerit; si ea *annorum* 30 (quod Euphemiâ procurante conditum monumentum exigit) *obiisse* dicenda sit, anno Domini 42, Claudii 11, quô B. Petrum Romam primum adiisse volunt, ad vitam meliorem translata fuerit; nec ullam vel Roma secedendi, vel inter Mediomatricos domicilium figendi, vel ad propinquum Episcopum perfugiendi causam habuerit; cum Romæ (necdum fundatâ Ecclesiâ) nemo qui pios persequeretur tyrannus exortus esset, nemo in Mediomatricis qui fugientibus sinum pandere posset reperiretur. Vide nunc quæ monstra animo conceperis, & erubesce; Clementem Consulem A.D. 92 passum p. 352. scripseras, quô jure Domitillæ Virginis in A.D. 97 relegationem transfers? quis te Consulis Martyrium post Virginis relegationem consummatum fuisse docuit? tu Virginis passionem in annum 97 confers, cum tamen eam *post longum exilium* cœlo receptam credere te Martyrologia universa jubeant. tu Euphemiam, post Clementis Consulis cædem, adeoque anno 98, ad Clementem Mediomatricorum Episcopum propinquum *cum matre secessisse* statuis; an ad Beati, ante annos 20 ad meliorem vitam translati, tumulum perfugisse dixeris? anno enim Domini 52 sedere cœpisse, 77, non (quod nescio unde hauseris) 71, in Christi pace Clementem suum quievisse, Metensium (de quorum fide disputare nos nihil in præsens cogit) monumenta volunt. tu Euphemiam post A.D. 98, matris *annos* tantum 30 natæ funus procurasse, eandemque B. Clementis Papæ germanam fuisse pronuncias;

[2] Plin. Panegyr.
[3] Tacit. vit. Agric.

tune

tunc Clementem (quem annô circiter 28 natum, & 98 exulem fuisse demonstravimus) in cunis Romanæ Ecclesiæ gubernaculis admotum fuisse dixeris? id tamen, velis nolis, necesse est: fac enim Matidiam, quamprimum Mediomatricis pedem intulit, ad cœlum evolasse; quæ annô 98 *tricenaria obiit*, anno 68 utero materno fusa, ante 83 Clementem Papam per naturæ leges parere non potuerit, cujus tamen à 93 (vitæ ex hypothesi *decimo*) pontificium inchoas. an tibi cum fungis, aut amentibus rem esse putas, qui deliramenta tua, vel sentire, vel pro merito excipere, nequeant? Hæc erant *arcanorum genealogicorum & regiorum* miracula, qúæ *avitis peragratis* tecum revexisti, quæque si vir (dum vixit) longe te doctior, & accuratior Erycius Puteanus, quia nondum *ad censuram revocaverat*, laudavit; *ad censuram revocata*, vel dedignabundus, vel puerilitatis tuæ misertus, exsibilasset; quod ille tibi offerre (mortalitate obstante) non potuit officium, tibi nos, à quibus minime expectabas, reipsa abunde præstitimus; nec per nos deinceps stabit quominus tecum, ex *avitis* tuis redux, habitare consuescas. Ne omnem tibi laudem, cujus (pro Iberorum tuorum indole) avidior videris, subtractam querare, bono animo esto: quod [1] in Philostrato non ἀδελφῷ sed ἐξαδελφῷ legis, Euphemiamque (cujus inscriptioni formula Ethnica *Diis Manibus* deest) ex [2] *arca sepulchrali*, quam matri poni imperavit, *Christianam* fuisse judicas, ea lege probamus, ut typographum tuum ἐξαδελφῷ & ἐξαδέλφιον scribere deinceps jubeas. Sed ex diverticulo, in quod nos pertraxeras, ad *Flavios* tandem (si placet) redeamus.

[1] Lum. p. 314. lib. 8. c. 10.

[2] Lum. p. 356.

Postquam à Claudio, [3] *gentes Flavias, quæ Vespasiani & Titi fuerant, propagatas*, ac exinde *ad Constantium Constantini Magni patrem, qui Claudii generis*, per matrem Claudiam *proles erat*, Flavii *prænomen transiisse* ex Trebellio Pollione [4] observasti; ad Theodosium Magnum ejusque posteros devenis, *quos* Flavii *prænomen accepisse* fatemur, ita tamen ut *à sui generis auctoribus* accepisse (usque dum legitime probaveris) negemus. *Multos præterea in Oriente Cæsares, & in Italia Longobardorum* (quos *Longobardos* hybrida voce appellas) *Reges prænomine* Flavii *usos*, tam certum agnoscimus; quam eô *usos quia per feminarum conjunctiones à* gente Flaviâ *oriebantur* falsum judicamus. Sententiæ nostræ manifestam, si dignaris, rationem cape. Anno Domini 130, à Domitiani casu (quo *Flavia gens* à rerum apice deturbata est) tricesimo quinto, M. Flavius Apius. 138 Flavius Tertullus. 195 Q. Flavius Tertullus, & Flavius Clemens. 207 M. Flavius Aper. 270 Flavius Antiochianus. 301 Flavius Popilius Nepotianus. 322 Flavius Petronius Probinus. 323 Flavius Iunius Rufinus. 327 Flavius Valerius Maximus Basilius. 328 Flavius Magnus Ianuarius. 340 Flavius Septimius Acyndinus. 341 Flavius Antonius Marcellinus. 347 Flavius Eusebius, & Flavius Rufinus. 348 Flavius Sallea. 353 Flavius Arbæthio. 361 Flavius Taurus, & Flavius Florentius. 362 Flavius Mamertinus, & Flavius Nevitta. 364 Flavius Varronianus. 366 Flavius Dagalaiphus. 367 Flavius Lupicinus, & Flavius Iovinus. 372 Flavius Modestus, & Flavius Arintheus. 374 Flavius Equitius. 381 Flavius Syagrius, & Flavius Eucherius. 382 Flavius Antonius, & Flavius Syagrius. 383 Flavius Saturninus. 384 Flavius Clearchus. 386 Flavius Evodius. 387 Flavius Eutropius. 388 Flavius Cynegius. 389 Flavius Timasius, & Flavius Promotus. 390 Flavius Neoterius & Flavius Abundantius. 397 Flavius Cæsarius. 398 Flavius

[3] p. 350.

[4] in Claudio.

vius Eutychianus. 399 Flavius Mallius Theodorus, & Flavius Eutropius. 400 Flavius Aurelianus. 401 Flavius Fravitta. 403 Flavius Rumoridus. 404 Flavius Ariſtænetus. 405 Flavius Anthemius. 408 Flavius Philippus. 410 Flavius Tertullus, & Flavius [1] Vararis. 413 Flavius Lucianus, & Flavius Heraclianus. 414 Flavius Conſtantius, & Flavius Conſtans. 417 Flavius Conſtantius. 419 Flavius Monaxius, & Flavius Plinta. 421 Flavius Agricola, & Flavius Euſtathius. 423 Flavius Aſclepiodotus. 424 Flavius Victor, & Flavius Caſtinus. 427 Flavius Hierius, & Flavius Ardaburius. 428 Flavius Felix, & Flavius Taurus. 429 Flavius Florentius, & Flavius Dionyſius. 431 Flavius Antiochus. 432 Flavius Valerius, & Flavius Ætius. 434 Flavius Aſpar, & Flavius Areobinda. 437 Flavius Ætius. 440 Flavius Anatolius. 441 Flavius Cyrus. 442 Flavius Eudoxius, & Flavius Dioſcorus. 443 Flavius Paternus, & Flavius Anicius Maximus. 445 Flavius Nomius. 446 Flavius Ætius. 447 Flavius Ardaburius. 448 Flavius Zeno. 449 Flavius Protogenes. 452 Flavius Aſporacius. 453 Flavius Vincomalus, & Flavius Opilio. 454 Flavius Studius, & Flavius Ætius. 455 Flavius Anthemius. 456 Flavius Ioannes, & Flavius Vararis. 457 Flavius Rufus, & Flavius Conſtantinus. 461 Flavius Severianus, & Flavius Dagalaiphus. 463 Flavius Vibianus. 464 Flavius Ruſticus, & Flavius Anicius Olybrius. 465 Flavius Baſiliſcus. 467 Flavius Puſæus, & Flavius Ioannes. 469 Flavius Zeno, & Flavius Marcianus. 470 Flavius Severus, & Flavius Iordanes. 471 Flavius Probianus. 472 Flavius Marcianus, & Flavius Feſtus. 478 Flavius Illus. 480 Flavius Baſilius. 481 Flavius Placidus. 482 Flavius Severinus, & Flavius Trocundus. 484 Flavius Venantius. 486 & 90 Flavius Longinus. 488 Flavius Siphidius. 491 Flavius Olybrius. 492 Flavius Rufinus. 494 Flavius Præſidius. 495 Flavius Viator, & Flavius Æmilius. 496 Flavius Paulus. 498 Flavius Ioannes Scytha. 499 Flavius Aſclepius, & Flavius Ioannes Gibbus. 500 Flavius Patricius, & Flavius Hypatius. 501 Flavius Pompejus. 502 Flavius Probus. 503 Flavius Dexecratus, & Flavius Voluſianus. 504 Flavius Cethæus. 505 Flavius Manlius Theodorus. 506 Flavius Meſſala, & Flavius Areobindas. 508 Flavius Celer. 512 Flavius Muſchianus, & Flavius Paulus. 513 Flavius Clementinus. 515 Flavius Anthemius, & Flavius Florentius. 518 Flavius Magnus, & Flavius Florentius. 520 Flavius Vitalianus, & Flavius Ruſticus. 521 Flavius Anicius Iuſtinianus, & Flavius Valerius. 524 Flavius Opilio. 525 Flavius Philoxenus. 527 Flavius Mavortius. 530 Flavius Oreſtes. 535 Flavius Beliſarius. 538 Flavius Ioannes, & Flavius Voluſianus. 539 Flavius Apion. 540 Flavius Iuſtinus. 541 Flavius Baſilius, cui Conſules nulli ſuffecti ſunt.

[1] vel *Varanes.*

Per Conſulatus, à Domitiani temporibus ire placuit; eoſque, quos Imperatores Conſtantio Chlorô poſteriores, geſſerunt, conſultò omittere; ut & eos quos Merobaudes, Ricimer, Bauto, Stilico, Sigiſvultus, Ricimer, Hermenrichus, Theodoricus, Euthericus, Gothici, Francici, Vandalici generis barbari, ſuis nominibus anno 377. 383. 384. 385. 400. 405. 437. 459. 465. 484. 519. conſignarunt; non enim (opinor) tam duræ frontis fueris; ut *gentem Flaviam* Barbariem omnem pervaſiſſe contendas, quia *Flavios* ſe Barbari nonnulli inſcribi voluerunt; abſurdumque eſſet Iovianum, Valentinianum, Valentem, Gratianum, Arcadium, Honorium, Marcianum, Leones, Avitum, Majorianum,

num, Severum, Anthemium, Olybrium, Nepotem, Augustulum, Zenonem, Anastasium, Iustinum, Iustinianum, Iustinum II, Mauricium, Phocam, Heraclium, Constantinum III, Heracleonam, Constantinum Pogonatum, Iustinianum, Leontium, Tiberium, Philippicum, Anastasium, Theodosium IV, Leonem IV, Constantium VI, Leonem V, Constantium VII, Irenen, Nicephorum, Stauratium, Michaelem I, Theophylactum, Michaelem II, Theophilum, Michaelem III, Alexandrum, Constantinum VIII, Romanum III, Nicephorum Phocam, Ioannem Zimiscen, Basilium Iuniorem, Constantinum X, Romanum IV, Michaelem IV, Michaelem V, Constantinum XI, Michaelem VI, Constantinum XII, Romanum V, Michaelem VII, Nicephorum III, Alexium, Ioannem IV, Manuelem, Theodorum IV, Ioannem VI, & VII, Impp. quorum plurimi ex cœno ad solium evecti sunt, *Flaviæ gentis* (quia *Flavii* prænomine usi sunt) inferere; Hoc ipsum prænomen tyrannis nonnullis placuit; Victori, cujus numum p. 373. delineasti, Vetranioni, Magnentio, Decentio, Maximo, Eugenio, Heracliano, Basilisco; Herulo Odoacri, Ostrogothis Theodorico, & Athalrico. Langobardis nonnullis, de quorum tam paterno, quam materno genere dubitare nos Paulus Diaconus non sinit: Exarchis fere omnibus, Narsi, Longino, Smaragdo, Romano, Callinico, Ioanni Platoni commune fuit; an ex gentis prærogativâ? Tune Eutropium servilis conditionis eviratum caput, de quô coætaneus poëta *omnia cessisse Eunucho Consule monstra* scripsit; Arcadii (cui aliquandiu sub ministerii specie imperavit) ob sumptum *Flavii* prænomen, propinquum dixeris? eodem jure Vopiscum Syracusanum, qui sub Constantio post A. D. 343 Aureliani & aliorum aliquot vitas scripsit, & Blondum Forolviensem post A. D. 1440 denatum, quia uterque *Flavius* dictus est, *Flaviæ gentis* surculos fuisse; eamque æternum *ire per omnes terrasque tractusque maris, cœlumque profundum* conficies; ut quotquot ad gloriam grassantur, aut à longâ origine generis nobilitatem repetunt, ne tempore procedente vilescant, *flavescere*, imo *Flavios* totos effici necesse sit? at eo quid infrunitius, aut ridiculum magis concipi possit, nescio. tu unus, monstrorum, quam Africa fuerit unquam, feracior, id pensi habuisse videris, ut insaniæ tuæ alia nulla exæquari posset: ut ab ea faciliore compendio recedas, hæc notes velim; nonnunquam a *Flavia gente* alienissimos (utpote in penitissimâ barbarie, barbaris parentibus editos) *Flavium* prænomen, velut prædam obvio cuilibet expositam, invasisse; idipsum Principibus priorum, aut æqualium, ut potestatem, sic titulos ex æmulatione affectantibus, exempli causa Iouiano, Valentinianis, Theodosiis, ac præsertim Gothis & Langobardis arrisisse; nonnunquam eorum qui *Flavii* audierant posteros id prænominis neglexisse; sic *Flavii Theodosii* Majoris filia, non *Flavia*, sed *Galla Placidia*; neptis *Ælia Pulcheria*, non *Flavia*; pronepti *Licinia Eudoxia* dicta est; Ipsi sæpe numero Impp. qui *Flavii* prænomen assumserant, vel omiserunt, vel denique omitti ab aliis etiam subditis permiserunt; quod ex epistolis tam ab ipsis, quam ad ipsos datis, numis, inscriptionibus, aliisque monumentis, quæ usque nunc supersunt, clarius est quam ut negari, aut in dubium revocari à quoquam possit. Ne longius abscedamus, aut exemplo tuo *avia peragrare* velle videamur, obvia pauca hæc ad exemplum ex Baronii Card. Tom. III. singulis obvia attende A. D. 307. §. 18. A. D. 312. §. 27, 31, 61, 70, 71, 90, 94, 96. A. D. 313. §. 23, 31, 37. A. D. 314.

§.41,44,71. A.D.315.§.5,6,8. A.D.316.§.62. A.D.318.§.25,91. A.D.319. §.4,7. A.D.321.§.1,19. A.D.324.§.12,62,83,107,147,193. A.D.325.§.8,90, 91,105,114,206. A.D.326.§.20,31,61,64,67,85,100. A.D.329.§.5,13. A.D. 330.§.24,49. A.D.333.§.2. A.D.334 §.8.A.D.336.§.3.A.D.337.§.13,18,79. A.D.338.§.2. A.D.349.§.18,19,21. A.D.350.§.2,3,10. A.D.351.§.4. A.D. 353.§.3,26. A.D.354.§.2. A.D.355.§.6,15,63. A.D.356.§.19. A.D.357. §.69,78. A.D.359.§.12,25. Ex his enim, quibus infinita aliis addere promptum cuivis erit, tota arbitrii libertate usos, tum producentes, tum contrahentes titulos Imperatores, nec eos aliis eam, in re nullius per se momenti, invidisse constat.

[1] Lunn.p.350. Recaredum, [1] Liuvam, Gundemarum, Sisebutum, Suinthilam, Sisenandum, Chintilam, Tulgam, Chindasvintum, Receisvintum, Ervigium & Egicam, *Flavios* prænominatos non negamus; sed te pauca hæc monitum volumus, 1. à te Wambam & Witizam male omissos, quorum hæc monumenta extant Legum Wisigoth. lib.4. tit.5.c.6. *In Nomine Domini* Flavius *gloriosus Wamba Rex.* c.7. Flavius *gloriosus Gamba Rex.* lib.6.tit.1.c.3. *Flavius gloriosus Witiza Rex.* 2. *Flavii* prænomen à Regibus ipsis, qui eó utebantur, nonnunquam neglectum fuisse; hinc leg. Wisig. lib.2. tit.3.c.2. *Recaredus Rex.* lib.4. tit.5.c.5. *Chindasvindus Rex.* lib.8. tit.2. c.8. *In nomine Domini Wamba Rex.* 3. Prætermissum semper ab Isidoro, Iuliano, aliisque Hispanis, sive antiquis, sive recentioribus, prænomen fuisse: hinc legum Wisig. lib. 12. tit. 2. c. 16. *Domino nostro Receisvinto.* Concil. 3. Tolet. *gloriosissimo Domino Recaredo Rege.* Ibidem, *Ego Recaredus Rex.* Ibidem, *nisi vero Catholico, orthodoxo, amatori Dei Recaredo Regi.* Ibid. *tempore Domini Recaredi Regis*, &c. 2. *consultu pissimi & gloriosissimi Reccaredi Regis.* c. 8. *consentiente Domino pissimo Reccaredo Rege.* c. 10. *annuente Domino nostro gloriosissimo Reccaredo Rege.* c.17. *ad cognitionem gloriosissimi Domini nostri Reccaredi Regis*, &c. *Gloriosissimus & pissimus Dominus noster Reccaredus Rex.* Concil. Narbon. *annô feliciter* 4 *Domini nostri gloriosissimi Reccaredi Regis* &c. *per ordinationem gloriosissimi Domini nostri Reccaredi Regis.* Concil. Hispal. 1. *anno* 5 *regni gloriosi Domini nostri Reccaredi Regis.* Concil. Cæsaraug. *ex permissu gloriosi, atque sanctissimi Principis Reccaredi Regis* &c. *in anno feliciter* 7 *gloriosi Domini nostri Reccaredi Regis.* Concil. Tolet. *anno feliciter* 12 *regni, Christianissimi, & amatoris Dei, gloriosissimi Domini Reccaredi Regis.* Concil. Oscense. *anno* 13 *regni Domini nostri gloriosissimi Reccaredi Regis.* Concil. Barcinonense *anno feliciter* 14 *regni Christianissimi, & piissimi Domini Reccaredi Regis.* Concil. Toletanum *anno regni primo, pissimi atque gloriosissimi Gundemari Regis.* Concil. 4. Tolet. *regnante gloriosissimo Domino nostro Principe Sisenando* &c. *diligentia religiosissimi Sisenandi Regis.* c. 57. *sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti.* c. 59. *consultu pissimi, ac religiosissimi Principis Domini nostri Sisenandi Regis.* c. 75. *fidem promissam erga gloriosissimum Dominum nostrum Sisenandum Regem*, &c. *de Suinthilane, vero, qui scelera propria metuens, seipsum regno privavit*, &c. *Gelanem memorati Suintilani & sanguine & scelere fratrem*, &c. *pissimo & amatori Christi Domino Sisenando Regi.* Concil. 5. Tolet. *gloriosi Principis Chintilæ Regis initia.* c. 2. *posteritatem Principis nostri Cinthilæ Regis.* c.9. *gratias excellentissimo & glorioso Principi nostro Chintilæ Regi peragimus.* Concil. 6. Tolet. *orthodoxi & gloriosi Chinti-*

Chintilani Regis salutaribus hortamentis. c. 14. *inutilis in rebus commissis præsenti piissimo Domino nostro Chintilano Regi extiterit.* c. 16. *gratias agimus Christianissimo & glorioſissimo Chintilano Principi nostro.* Concil. 7. Tolet. *amatoris Christi Chindaſwindi Regis nostri.* c. 8. *glorioſo Chindaſvintho Principi.* Epitaphium Recivergæ Reginæ, *Quodque paroferetrum Rex Cindus ſuinthus amato.* Concil. 8. Tolet. *Anno 5 Orthodoxi atque glorioſi & verâ clementiæ dignitate perſpicui Recceſſuinthi Regis.* c. 12. *divæ memoriæ Siſenandi Regis.* c. 13. *benedictio exercituum Domini ſuper Sereniſſimum Recceſvinthum Principem glorioſum,* &c. *in Sereniſſimi Domini noſtri Recceſvinthi Regis edimus nomine.* Iudæorum Toletanorum libellus, *Clementiſſimo ac Sereniſſimo Domino noſtro Recceſvindo Regi,* &c. *divæ memoriæ Chintilani Regis.* Concil. 9. Tolet. *anno 7 Recceſvinthi Principis glorioſi.* c. 17. *amabili Chriſto Recceſvintho Principi glorioſo,* &c. *anno feliciter 7 regni Sereniſſimi, atque Clementiſſimi Domini noſtri Recceſvinthi Regis.* Concil. 10. Tolet. *anno 8 glorioſiſſimi Domini, & religioſiſſimi Recceſvinthi Principis,* &c. *glorioſo rerum Domino Recceſvintho Regi.* c. 7. *glorioſiſſimi Recceſvinthi Principis inhærente voluntate,* &c. *anno feliciter 8 regni glorioſiſſimi Domini noſtri Recceſvinthi Regis,* &c. *directo glorioſi Domini noſtri Recceſvinthi Regis.* Concilium Emeritenſe, *anno 18 Sereniſſimi & piiſſimi Recceſvinthi Regis,* &c. *gratiarum actiones impendimus Regi Recceſvintho.* c. 3. *clementiſſimo Domino noſtro Recceſvintho Regi.* c. 8. *cor Sereniſſimi atque clementiſſimi Domini noſtri & Principis Recceſvinthi Regis.* c. 23. *Clementiſſimo Domino Recceſvintho Regi,* &c. *Clementiſſimo Principi Recceſvintho Regi.* Concil. 11. Tolet. *anno 4 excellentiſſimi & religioſi Wambani Principis.* c. 16. *amabili Principi noſtro Wambano Regi,* &c. Concilium Brecarenſe 3 c. 9 *ſit pax, ſalus & diuturnitas piiſſimo & amatori Chriſti Domino noſtro Wambano Regi.* Concilium 12. Tolet. *Anno primo orthodoxi atque Sereniſſimi Domini noſtri Ervigii Regis,* &c. *In nomine glorioſi Domini noſtri Ervigii Regis.* c. 1. *Sereniſſimus Ervigius Princeps,* &c. *præcedentis Wambæ Principis,* &c. *idem enim Wambæ,* &c. *glorioſum Dominum noſtrum Ervigium poſt ſe fieri Regem exoptat,* &c. *jam dictum Dominum noſtrum Ervigium,* &c. *ſubſcriptio nobis ejuſdem Wambæ Principis,* &c. *prædicto viro Wambæ,* &c. *ſolum Sereniſſimum Ervigium Principem,* &c. *principi noſtro Ervigio Regi.* c. 4. *injuſtis Wambæ Principis juſſionibus parens.* c. 7. *legem illam à Domino Wambane Principe editam,* &c. *Principis noſtri & Domini Ervigii manſuetudo.* c. 10. *jubente glorioſiſſimo Domino noſtro Ervigio Rege.* c. 13. *Sereniſſimo Domino noſtro atque amantiſſimo Ervigio Principi,* &c. *anno regni feliciter primo Sereniſſimi Domini noſtri Ervigii Regis.* epiſt. Leonis 11 Papæ, Domino *excellentiſſimo filio Ervigio Regi.* Concil. 13. Tolet. *anno regni 4 Sereniſſimi Ervigii Principis.* Ervigii Tomus, *retroactis divæ memoriæ præceſſoris noſtri Wambæ Regis temporibus.* c. 1. *ex tempore divæ memoriæ Chintilani Regis,* &c. *jubente religioſiſſimo Domino noſtro Ervigio Rege.* c. 3. *religioſi Principis noſtri Ervigii Regis affectus.* c. 4. *de hoc ſane Principe noſtro Ervigio Rege id nos definiiſſe conſtat.* c. 9. *anno primo glorioſi Principis Ervigii,* &c. *in nomine glorioſi Domini noſtri Ervigii Regis.* c. 13. *Invictiſſimo quoque ac religioſiſſimo Principi Ervigio Regi multiplicem gratiarum exhibitionem perſolvimus.* Concilium 14. Tolet. *Cum Sereniſſimus & perſpicuus Princeps Ervigius.* c. 12. *expoſcimus ut glorioſo Principi noſtro Ervigio Regi,* &c. Concilium

lium 15 Toletanum, *anno* 1 *Serenissimi & Orthodoxi Egicanis Principis* &c. *idem Serenissimus Egica Princeps* &c. Egicanis Tomus, *prædecessor noster Ervigius Princeps*, &c. Concil. *Divæ memoriæ Ervigius Princeps, hunc præsentem Dominum nostrum Egicanum Regem*, &c. *præfatus Princeps Egica*, &c. *Principem nostrum Egicanum Regem* &c. *jam dictus Princeps Ervigius* &c. *piæ memoriæ Ervigii principis* &c. *glorioso amatori Christi Egicani Principi nostro* &c. *annò primò regni glorioſi Egicani Principis noſtri.* Concilium 3. Cæsaraug. *Anno* 4 *orthodoxi atque Serenissimi Domini nostri Egicani Regis* &c. *ex jussu excellentissimi, & piissimi, magnique Dei cultoris Domini noſtri Egicani Principis* &c. *Orthodoxo & Serenissimo Domino nostro Egicani Regi.* Concil. 16. Tolet. *Dum anno* 6 *inclyti, & Orthodoxi Domini & Principis noſtri Egicani* &c. *religiosissimum prædictum Egicanem Principem.* Tom. Egicani, *Divæ memoriæ prædecessoris noſtri Domini Cindasvinthi Regis, usque in tempus Domini Wambani Principis.* Concil. c. 1. *glorioſissimi & amatoris Christi Egicani Principis noſtri* &c. *à Domino noſtro Egicane Principe.* c. 2. *jussu religiosissimi Domini noſtri Egicani Regis.* c. 8. *Serenissimus Dominus noſter Egica Rex.* c. 9. *Serenissimum Dominum noſtrum Egicanum Regem.* c. 10. *glorioso Principi noſtro Egicano* &c. *glorioſum Principem noſtrum Egicanum.* c. 11. *piissimum Dominum noſtrum Egicanum Regem.* c. 12. *glorioſum Dominum noſtrum Egicanum Regem.* Edictum Egicani, *tempore prædecessoris noſtri Domini Sisenandi Principis* &c. *dignæ memoriæ Dominus Wamba Rex.* Concil. 17. Tolet. *decurrente imperii annò religiosissimi ac Serenissimi Domini noſtri Egicani Regis.* c. 7. *religioſus ac glorioſissimus Princeps noſter Egica Rex* &c. *Serenissimi noſtri Principis Egicani.* c. 8. *jussione piissimi & religioſissimi Principis noſtri Egicani* &c. *orthodoxo ac religioſissimo Principi noſtro Egicano.*

Ex Gothicis Regibus unicum Egicanum habes, qui se *Flavium* absolute, idque semel tantum inscripserit; da, si potes, unum sive Hispanum, sive externum, qui vel eum, vel alium è prioribus ullum *Flavium* salutaverit; Hispanos adeone civilitatis oblitos fuisse putas, ut voculam Regibus gratam, imo (tuâ opinione) honorificam, dentium septum prætervolare nunquam passi sint? si (quod censere videris) ex ea vel minima dignitatis scintillula emicabat; cui sano in re tantillâ, nulli non præstatu facili, officio certatim defuturos fuisse persuadebis? Omnes & singulos Hispaniarum, post Recaredum, Reges, *Flavios* ubique, & ab omnibus dictos si largiamur, tunc jure sanguinis, ob *gentis Flaviæ* traducem, hoc prænomine insignitos fuisse obtinueris? an alios ex aliis familiis oriundos, propinquitate nullâ junctos, imo nonnunquam æmulos, & in mutuam perniciem conjuratos, ut potestatis, sic prænominis successionem quandam affectasse nescis? Ne dubites, alienus à Recaredi stirpe Wamba, *Flavius* esse voluit; & Paulus, qui adversus Wambam insurrexit, *ex* [2] *Græcorum prosapia* (si Rodericū audiamus) *nobili ortus*, tam *Flavium*, nomen quam tyrannidem invasit, hæc ad Wambam scribens. [3] *In nomine Domini* Flavius *Paulus summus Rex Orientalis, Wambæ Regi Austri.* Quid clarius, & commentis tuis adversum magis excogitari potuit? *Recaredum* [4] *Regem*, Flavii *prænomen primum assumpsisse, quia propinquâ sanguinis communione Gentem Flaviam contingebat*, nobis negantibus, qui probas? *Ita* [5] *visi sentire viri doctissimi Andreas Resendius,* [6] *Didacus Saavedra, & alii.* Egregie; quasi vero *doctissimorum* opinationibus, virum gravem absolute, suspenso rationis

[1] Titulus Tomi Concilio 17. Toletano oblati. *In nomine Domini Flavius Rex.*

[2] Roderic. lib. 3. c. 2. Lucas.

[3] Tom. 1. Script. Franc. p. 820.

[4] Lun. 350.

[5] In epist. ad Ambr. Moralem.

[6] In Corona Gothica.

tionis usu, se addicere, nec eum quam sæpe *bonus dormitet Homerus* meminisse deceat. Didaci Saavedræ non stipulis, quibus (ceu radiis straminis) discriminaretur, sed putri fimo, exhalantibusque Mephitim Francisci Bivarii, Hieronymi Higueræ, & consimilium fabulatorum foriis *Coronam* suam deturpare ausi, ut judicium probare nequaquam possumus; Andreæ Resendii, non dictis, sed dictorum rationibus, quæ hîc nullæ sunt, cedere debemus: *Flavii prænomen à Recaredo assumptum, quod hæreditario jure in posteros transmitti posset*, addis tu; sed tuo periculo, & (si quid capio) imperite; cum enim electivum Gothorum regnum fuisse, Recaredi filio Liuvæ è vivis sublato, Witericum, Gundemarum Sisebutum, Recaredum (nulla ipsi propinquitate junctos) successisse; Suinthilam ejus germanum (qui fraternum solium post annos 18 occupaverat, & Ricimicum filium potestatis consortem declaraverat) à Sisenando, cui post Chintillam Tulga externus suffectus est, deturbatum, ac rursus post Cindasvindi & Receesvindi dormitionem, in Wambæ, Ervigii, Egicanis & Witizæ externorum, cum regno *Flavium* nomen *transmissum*, lippis & tonsoribus notum sit; *hæreditario jure* id eos, qui *hæreditatem* regni à prioribus relictam nullam fuisse, quodque amplius est, relinqui nullam potuisse noverant; sibi vindicare nequaquam potuisse, velis nolis, fateare necesse est. Qua arte nunc Recaredum *Flaviæ* genti inseras videamus.

Stemma [1] *Flavii Recaredi Regis* prout à Chifflerio effictum est. [1] Lum. p. 351.

1 Theodoricus Amalus Gothorum in Italia & Hispania Rex [a] *uxor Samina Toletana.*

2 Severianus *Dux Carthaginensis, uxor Flavia Theodosia Cervella, filia Flavii Marci Cervellæ, Ducis Gothici.*

3 S. Leander Episcopus Hispalensis. — 3 *Theodosia* Leovigildi Regis uxor.

4 S. Hermenegildus Martyr. — 4 Flavius Recaredus Rex Catholicus.

[a] Fabulosa in Chiffleriano stemmate diverso Charactere expressimus.

In stupenda illa monstrorum, congerie quam nobis pro verò Recaredi Regis stemmate obtrudis, sola Theoderici, Severiani, Leandri, Leuvigildi, Hermenegildi & Recaredi nomina, veritatis lucem ferre possunt; reliqua (cum totidem fabulatorũ phantasmata sint) æternis tenebris, unde post A.D. 1200 prodierunt, damnanda sunt. Theodoricum *expulso* per Legatum A.D. 511, *Gesalico* Alarici Regis notho, Hispaniarum regnum, turorio nomine (tantisperdum Amalricus nepos adolesceret) ad annum usque 526 tenuisse, tam certum est, quam eum Hispanias, vel à limine salutasse, aut Hispanam duxisse falsum & absurdum, *quia* (Gregorio [1] nostro Turonensi teste) *Chlodovei Regis sororem in matrimonio habuit, mortuus* [A.D. 526.] *parvulam filiam cum uxore reliquit: parvulam* relictam, quæ ante [a] annum 520 Atalricum peperat, impossibile est; sed *uxorem Chlodovei sororem* eõ defuncto superstitem mansisse, *Santinam*que, quam ex imâ imposturarum suarum sentinâ, post annos à Theodorici obitu fere 1100 Franciscus Bivarius eduxit primum, nihil nisi larvam, & nugivendi nebulonis ludicrum phantasma habendam esse, nemo jure negaverit. Theodorici *uxorem Toletanam* fuisse, [2] ex Luca Tudensi notas; nec eum hæc de Theodorico falsissima scripsisse abnuerim, *uxorem ex Toleto de prima Hispanorum origine duxit, cujus precibus omnes Hispanos*

[1] Lib. 3. c. 31.

[a] octennis avo cum successerit, anno 518 natus est. Vide Procop. Goth. lib. 1.

[2] Lum. p. 351.

libertate donavit, & ex ea filium nomine Severianum suscepit; sed unam Audefledam, *Clodovei sororem*, Theodorico nuptam, & ab eo moriente *relictam* fuisse, ex Gregorio Turoni constat: Hispanos, quo tempore regnum administravit Theodoricus, nec servæ conditionis fuisse; nec ut *libertate donarentur*, opus fuisse; nec Lucam, qui *precibus* id ab eo, post annos 730, *impetratum*, & Severiani parentem factum finxit, fidem ullam mereri certum est; quanto minus merebuntur, qui Toletanam illam, cujus matrimonio Theodoricum illigatum mentitus est Lucas, *Santinam* dictam nostra fere memoria commenti sunt? tu certe nulla dignus es, qui *Santinæ* nomen (quasi ex Luca Tudensi, cui ignotum fuit, petitum esset) nobis obtendis. Quod Severianum *Theodorici filium*, & *Carthaginiensem Ducem* fuisse asseris, ex Roderico lib. 2. c. 14. & Lucæ Tudensi (qui post 1240, quicquid libuit, de Severiani circa A.D. 580 denati parente, & dignitate commenti sunt) habes; sed hoc unum de eô liquet, Leandri patrem ex Carthag. provinciâ oriundum fuisse; sic enim de eo Leandri germanus, omni exceptione major testis *Isidorus*; *Leander genitus patre Severiano, Carthaginiensis professione Monachus*, &c. de *uxore Flaviâ Theodosia Cervella*, ejusque parente *Flavio Marco Cervellâ Gothico Duce*, altum ad annum usque 1580 inter Hispanos ipsos silentium fuit: unus Franciscus Bivarius (tam *cerebro*, quam *cerebello* vacuum caput) *Cervellos* suos impudenti ausu subornavit, qui Gothicorum Regum affines ab incautis crederentur; hoc Duce *avia* quæcunque voles, & quantum voles peragra, nemo te veri amans sequetur. *Theodosiam* Severiano patre natam, & Leovigildo nuptam, ex Roderici & Lucæ cœnosis lacunis hausisti; sed quam non agnoscunt, quotquot Isidorum (qui reginæ germanus, & Regis nepos, ex hypothesi, fuisset) Hildefonsum; qui Isidori elogium scripsit, Braulionem Isidori familiarem, & Redemptum Diaconum, qui Sancti viri memoriam ex animo coluere, nec originem, nec affinitatis regiæ ipsi tribuendæ, meminerunt: quid ad nos, si *adversaria Luitprandi, malis corvi* Bivarii *malum ovum*, cui fovendo bonas horas male collocavit *Laurentius Ramirez de Prado*, exosculere? insani cum insanis, si lubet, neminem nostrum exemplo tuo provocabis. Theodosi Magni *in Italica, Hispaniæ Baticæ civitate, nati majores Toleto oriundos fuisse*, conjectura te assecutum jactas, quia (Claudiano auctore) [1] Honorii Augusti *Hispania patrem auriferis eduxit aquis*; Tagum enim *auriferis arenis divitem, Toleti mœnia pene tota* circumeuntem, poëtam in mente habuisse vis; sed falleris, ex æquo enim (Silio teste lib. 1.) cum *Pactolo Durius Tagusque certarunt*, & [2] Bætim ex Argenteo monte profluentem, ad cujus ripam Occidentalem Theodosii patria Italica sita fuit, *Aurea vellera nitidis aquis tingere* solitum, ac suo modo *auriferum* fuisse, monuit lib. 12. epist. 101. Martialis; nec de Toleto cogitare Claudianus potuit, qui *Hesperio de limine* Honorii *originem surrexisse*; laudato à temet loco asseruit, cum id Toleto in ipso Hispaniarum meditullio longe à *limine* sitæ convenire non possit, sed Italicæ, quæ *limini* longe propior, aptari debeat.

[1] de 4 Consul. Honorii.

[2] Strab. lib. 3.

In tota tua de *Flaviis* & *Flavia gente* disputatione, sani nihil esse manifestum fecimus; demus nunc, tibi nihil in ea (cujus merito pudere debeat) excidisse; ipsam Recaredi Regis matrem *proprio germana vocabulo nato addidisse*, ejusque posteros *jure hæreditario Flavium* prænomen à patre transmissum assumere potuisse: qui factum ut Leander, Isidorus, Hermenegildus, *Flaviâ* parente


Alfonsus I I Sanciæ Alfonso V I I natæ matit.
Alfonsus Provinciæ Comes, Garsendis maritus prior.
Friderico I I Imper. ex Galnani Comitis sorore concubina natus.
Raimundus Berenq. Beatricis Sabaudicæ maritus.
Margareta Ludovici I X uxor.
Beatrix Caroli I Siciliæ Regis uxor prior.
Constantia Petri I I I uxor.
Fridericus Trinacriæ Rex Alienordis Carolo I I natæ maritus.
Isabella Dionysii Portugall. Regis uxor.
Petrus Elizabethæ Carinthiacæ maritus.
Leonora Petri I V uxor.

parente (ex tua sententia) progeniti, *Flavio* prænomine abstinerent; nec eo ulli ex Petri Cantabriæ Ducis (quorum ad annum usque 1035 mascula series duravit) posteri uti dignati sunt? tunc spontaneam universos, eorum, quæ generis nobilitatem prædonstrabant, jacturam feciisse; avitumque decus calcasse dixeris? fieri potest: quid enim conflata ex audaciâ & inconsideratione temeritas tua non admittat? ultra progredior, tibique Pelagium Regem, & Petrum Ducem, cum nepotibus ad unum omnibus, *Flavium* nomen à Recaredo Rege, in Pelagium, per Suinthilam, Cindasvindum, & Fafilam; in Petrum, per Geilanem, aut alium nescio quem transmissum ad perpetuam generis auctorum memoriam prætulisse demus; quorum causam agis? annon *Capetinorum*, qui purum *Flaviorum*, Recaredi nepotum, per Blancam parentem (ab annô 1215 Aprilis 25, qui S. Ludovici natalis fuit) & Borboniorum omnium, (quorum stirps communis Robertus Blancæ nepos A. D. 1256 natus est) sanguinem 203 integris annis hauserunt, antequam vel minimam *impuri*, per nothos transmissi, *stillam* Austriacorum universorum primus Maximilianus (Mariæ Burgundæ Capetinæ maritus anno 1459 natus) trahere potuisset? memento ergo Recaredi nepotum seriem masculinam in Veremundo A. D. 1035, Octobris 18, à Ferdinando Vascone sororio cæso, absolute desiisse; femininam vero in Sancia Ferdinandi uxore servatam fuisse, cujus trineptis Blanca *Flavium* Recaredinorum sanguinem in Capetinam familiam tudit; ac proinde *Flaviæ gentis prænomen*, non *ad Reges Hispaniæ, qui à Gothis Regibus profapiam per 9 nothorum* vivos, ab anno 1500 *ducunt: & ad Austriaca omnia, quæ diademata mundo sparsit Ibera*, per nothos illos propagata, *domus*; Sed ad solos Borbonios, qui ab anno 1256, Gothicam & Vasconicam; nobilitatem, nullo nothorum nævo dehonestatam, suam fecerunt, *hæreditario* (contra quam putabas) *jure pertinere*. Quod ut te luce sua fortius feriat, oculos in sequentem tabulam conjice.

XXIV. *Multi-*

Ab omni in principes etiam infestissimos, contumeliâ abstinere, consilium & fuit, & erit semper; tu vero, qui ad Austriacæ gentis gloriam pertinere putas, si Carlovingorum & Capetinorum Regum fontes, unanimi totius orbis judiciô limpidissimos, ingestô calumniarum tuarum fimo, inficere, irrito molimine, coneris; nec tantum Capetinos *legitimo Caroli sanguine* ante annum 1188 imbutos identidem negare audes; sed *Carolum Martellum impuro Alpaidis*, quam præter meritum infamas, *thoro genitum* fuisse, Austriacosque *ortus puritate Carlovingos superasse*, tam falsô, quam petulanter contendis; ex *avitis*, quæ *peragrare* amas, in viam redux, & modestiæ memor, purpuram reverenter habere discres, quosque tui (quos ad cœlum usque, vel per nefas, evehis) patiantur manes, oculis in præfixam tabellam intentis sive volens, sive nolens notabis: iis, quæ te supra modum agitant, intemperiis Hispani tui imputabunt, si odiosa, sed confessa vera, quæque indicta (si per te liceret) mallemus, audire cogantur; non in undecim nothorum grege, quorum fæculentus sanguis in eos sine labe quadam defluere non potuit, substitissemus, si næniis tuis fidem habere, tuoque exemplo desipere libuisset; Blithildem impurô Chunzenæ partu fusam; Carolum Martellum adulterino (si te audiamus) *Alpaidis thorô genitum*; Hugonem Magnum Reginæ concubinæ fœtum, quem Adelhaidis Conrado nuptæ parentem falsô putas; Ludovicum Pium, cujus matrem Hildegardim concubinam reputavit Adelhardus Caroli Magni patruelis; Bernardum Italiæ Regem, Thegano *ex concubinâ natum*, quemque Beatricis Roberto primo Regi desponsatæ proavum fuisse constat; Arnulfum ex Litovindæ contubernio Carlomanno Regi natum, quemque Ludgardis Otthoni Saxonum Duci nuptæ patrem fuisse fingis, ad manum habuissemus, quos ad infamiæ cumulum genti per Carolinas & Capetinas matres infinitis fere modis ad hæc usque tempora propagatæ objiceremus: sed falsis (quæ vel tu, vel alii priores commenti sunt) niti, quo ad Principum quorumcunque dedecus tecum grassemur, adeo pudet, ut te pudenda admisisse nonnisi stomachabundi cogitare possimus. Viderint quorum maxime interest, quid de obnoxio capite & sentire & statuere debeant.

Vindic. p. 17. 20. 23. 100. Lum. p. 161. 195. 197. 209. 214. 260. 457. Lampad. p. 12. 13. 46. 54. Alsat. p. 58. Origo Austr. p. 42.

CARO-

CAROLINI SANGVINIS IN CAPETINAM FAMILIAM per annos 800 continuus influxus.

TE, quem semel modestiæ fines transiliisse non puduerat; gnaviter impudentem esse, animosque ex crimine sumere oportebat, Chiffleti, novum & in hanc usque diem inauditum injuriæ genus invenisti, id ipsum quod falsamentariis aut mercenariæ stipis vetulis usu venire solet, ut si quandò de teruncio dissideant, unguibus infestis in oculos & capillum continuo involent, maledictorum se plaustris invicem obruant, nec sine rabie fortiter quicquam fieri posse putent, in maximorum Regum causâ indigne molitus; Principem tuum jam veteranum, qui Capetino sanguini claritudinem suam, quanta quanta est, vel hoc nomine debet, quod nec Carolini, nec Gothici, nec Burgundici, nec Saxonici traducis gloria ipsum, nisi per medias Capetinas matres unquam contigerit, meo, Annæ germanæ filio nondum puberi, imò nulli per ætatem & indolem culpæ succumbere adhuc apto, convitium facere, dicamque in purpurâ antè septingentos annos (quod in aliam nullam hactenus cecidit) genitæ genti de nobilitate scribere jubes. Cumque maternum familiæ Hispanicæ genus undecim nothorum multiplex labes inquinet, paterni primordia tanta obscuritas premat, ut vir cætera gravis, & optime de literis ac totâ Austriacâ stirpe meritus Franciscus Guillimannus, cujus hac in parte fallentia vestigia prestiisti, novem pro veris ejus majoribus, quas ad inanem pompam ostentaret, larvas, è somniatorum nescio quorum post annum 1500 exortorum, pannosa manticâ educere coactus sit; adeò periisse de rebus frontem putas, ut Francis Occiduis, inter quos oblati nothis sceptri nulla, si Arnulfi Carlomanno nati tempora excipias, memoria est, quosque simplicitatis & genuinæ libertatis amans animus impostura nec facere nec pati sinit, falsi (ob intrusos tuâ opinione, in Regum suorum genealogiâ, ab eadem alienos quatuor gradus) crimen impingere, *legitimò Caroli Magni sanguine* antè annum 1189. *delibutos* negare; Adelheidem Ludovici Pii & Ermengardis filiam, Hugone primò Abbate cœlibatum ab adolescentiæ annis professò, & in sacris defuncto natam, Bernardumque Italiæ Regem velut *ex concubinæ* vagis amplexibus editum, præter meritum criminari audeas. Vindicatò quem petulanter impugnabas genealogicorum graduum quaternione, demonstratis tam Adelheidis, quam Bernardi legitimis natalibus; refusâ in maledicum tuum caput ingesti, lancinatis per Capetinorum latus truci tuo stylò Principibus universis, probri infamiâ, quandoquidem eos omnes, si Hugoni Abbati *notho* Adelheis, prostitutæ par-

tui Bernardus originem ſuam deberent, *presbyteri* ex contuberniô nati *filios naturales*, & *nothi nepotes* fateri ſeſe neceſſe eſſet; diffatis denique quoſcunque malignô ore evomueras fumis, ſuſceptum adverſus commentorum tuorum colluviem opus exegiſſe videri poteram.

Vindic. c. 4. & 10. Sed bullatis turgeſcentes nugis ſomniorum tuorum paginas, ultrà calcare juvat; tu Ludovico noſtro, Franciſque univerſis, ſex Philippi IV à Carolo Magno fœmineos *ortus*, quaſi ſingulare quiddam, tuiſque ſolis debitum, inſultabundus venditas; ego gloriæ tantumdem non uni, aut alteri, ſed procerum noſtrorum citrà & ultrà Rhenum degentium, Chiliadibus, imo myriadibus integris ex Carolinô traduce accedere contendo: tu in ortuum à te obſervatorum ſenione ſubſiſtis, ego ſexcentos alios intentô digitô demonſtro: tu Capetinæ gentis gloriam limis oculis intuitus, palpebras quantum potes comprimis, & diem inviſum reſpuis; ego quicquid lucis in Auſtriacos principes ſeſe fundit nunc, aut fudit unquam, lubens admitto, undecunque ea ſeſe offerat venerabundus excipio; abditum ejus, injuria temporum, decus, velut è tenebris, pro virili eruo, novamque & inexpectatam gloriandi materiam univerſis bona fide, ſubminiſtro. Quidni faciam? *Eſt* hæc *per matrem* Ludovico *altera* Regi *addita nobilitas, Deus eſt* (ut cum pocta loquar) *in utroque parente*; exſurgit ſcilicet ex utriuſque luminaris, majoris & minoris mirabili *συζυγίᾳ* duplicatus ſplendor, & *micat inter omnes* Auſtrium *ſidus*, *velut inter ignes Lunæ minores*, ut ut Capetini Solis univerſa permeans fulgor, luminoſa cætera obſcurare atque exhaurire videatur; quô enim modô in Oceanum refluunt, quæcunque ex eo per abditos terrarum meatus ſeſe in infinitum diffundente, exorta ſunt & creverunt flumina; ad Carolinum & Capetinum fontes redit, à cæteris principibus familiis ex utroque mutuatus ſplendor, *totamque* (ut ſic dicam) *infuſa per artus mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet*. Nec mirum ſi, ab annis 800 in Capetinum alveum Carolinus indefinenter ſanguis influxit, quandoquidem à totidem fere ſæculis, regias univerſas per orbem Chriſtianum domos oſtrô ſuô Capetus imbuit, ſuntque quotquot in præſens quomodocunque imperant, aut clarent, per Capetinas matres ejuſdem generis propagines.

Ut de his certius conſtet, ſingulorum Capetinorum Regum matres, ab annô Domini 862, in hanc uſque diem, Caroli Magni neptes fuiſſe, & per eas Capetinam nobilitatem in alias univerſas gentes transfuſam, ad oculum demonſtrabimus.

Chriſtianiſſimi Regis matres à Carolô Magnô oriundæ.

1 ADelhais Ludovicô Piô Imper. & Ermengarde nata, Roberti *fortis* Francorum Ducis, Capeti Regis proavi, uxor. tab. 1.

2 Beatrix Herberto I Veromanduorum Comite nata Roberti I Regis, Capeti avi, uxor. tab. 2.

3 Hadwidis Henrico *Aucupe* Francorum Orientalium Rege, & Matthilde nata, Hugonis Magni, Capeti Regis parentis uxor. tab. 7.

4 Adelhais Guillelmo II Aquitaniæ Duce & Adelâ Normannicâ nata Hugonis Capeti Regis uxor. tab. 3.

5 Con-

5 Constantia Guillelmo I Arelat. Comite & Adelâ Blancâ Andegav. nata Roberti II Regis uxor. tab. 4.

6 Anna Iaroslaô Russiæ Rege & N. Polonicâ nata, Henrici I Regis uxor. tab. 6. & 135.

7 Berta Florentio I Hollandiæ Comite & Gertrude Saxon. nata, Philippi I Regis uxor prior. tab. 7.

8 Adelhais Humberto III Mauriennæ Comite & Willa Burgundica nata, Ludovici VI Regis uxor. tab. 8.

9 Adela Theobaldo Magno Campaniæ Comite & Matthilde Carinthiaca nata, Ludovici VII Regis uxor. tab. 9.

10 Elizabetha Balduino IV Hannon. Comite & Margaretâ Flandricâ nata, Philippi II Regis uxor. tab. 10.

11 Blanca Alfonso IX Castellæ Rege & Alienorde Anglica nata, Ludovici VIII Regis uxor. tab. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

12 Margareta Raimundo Berengario Provinciæ Comite & Beatrice Sabaudicâ nata, S. Ludovici Regis uxor. tab. 18. 19. 20. 21. 22.

13 Beatrix Ioanne de Burgundiâ Quadrigellarum seu Charolesii Dynastâ & Agnete Borbonia nata, Roberti Clari montis Comitis uxor. tab. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

14 Maria Ioanne II Hannoniæ Comite, & Philippâ Lucemburgicâ nata, Ludovici I Borbonii Ducis uxor. tab. 31. 32, &c. ad 38.

15 Ioanna Hugone de S. Paulo Leuzæ Dynastâ & Ioannâ de Argiis nata, Iacobi Borbonii Marchiæ Comitis uxor. tab. 39. 40. 41.

16 Catharina Ioanne IV Vindocini Comite & Ioanna Castellensi de Pontivô dictâ nata, Ioannis I Borbonii Marchiæ Comitis uxor. tab. 42 ad 48.

17 Ioanna Ioanne de Monteforti qui Guido XV dictus est, & Annâ Vallis in Cenomanis Comite nata, Ludovici Borbonii Vindocini Comitis uxor. tab. 49. ad 57.

18 Isabella Ludovicô de Bellô vallô & Margaretâ de Chambley nata, Ioannis II Borbonii Vindocini Comitis uxor. tab. 58. ad 67.

19 Maria Petro de Lucemburgo S. Pauli Comite & Margaretâ Sabaudicâ nata, Francisci Borbonii Vindocini Comitis uxor. tab. 68. ad 92.

20 Francisca, Renatô Alenconii Duce & Margaretâ Lotharingiâ nata, Caroli Borbonii Vindocini Ducis uxor. tab. 93. ad 103.

21 Ioanna Henricô Labretanô Navarræ Rege & Margaretâ de Engolismâ Valesiâ nata, Antonii Borbonii Vindocini Ducis uxor. tab. 104 ad 125.

22 Maria Franciscô de Medicis Tusciæ Magnô Duce & Ioannâ de Austriâ nata, Henrici Magni Franciæ & Navarræ Regis uxor. tab. 126. 127.

23 Anna Philippo III Hispaniæ Rege & Margaretâ de Austriâ nata, Ludovici XIII Regis uxor. tab. 128. ad 146.

Illustres per Europam & Asiam familiæ, Carolinô sanguine imbutæ quibus originem maternam debet Rex Christianissimus.

Alenconii { Comites veteres, tab. 14.
Novi, tab. 93.

Anglorum Reges, tab. 13. 82.

Andegavorum { Comites { vetusti, tab. 14.
Novi, tab. 95.
Duces, tab. 84.

Antiochiæ Principes, tab. 75. 145.
Aragoniæ Reges, tab. 122.
Armeniaci Comites, tab. 99.
Arvernorum Comites, tab. 64.
Attrebatum Comites, tab. 43.
Avennarum Dynastæ, tab. 31.

Austriæ { Marchiones, tab. 136.
Archiduces, tab. 128.

Aquitaniæ Duces, tab. 15.

Badæ Marchiones, tab. 130.
Bajoariæ Duces, tab. 96. 129. 31.
Barcinonis Principes, tab. 18.
Beneharni Principes, tab. 107.
Bononiæ Comites, tab. 38.
Bohemiæ Duces & Reges, tab. 134.
de Baucio Dynastæ, tab. 83.
Barri Comites, tab. 34. 78.
de Brecis Dynastæ, tab. 87.
de Bello joco, p. 151.
de Belicensi territorio, 52.
de Bethunia, tab. 79.

de Borbonio { veteri, tab. 24. 25.
Novo, tab. 139.

Brennæ Comites, tab. 87.
Britanniæ Duces, tab. 50. 65. 100. 109. 116.

Burgundiæ { Comites, tab. 21. 53.
Duces, tab. 23. 29.

de Britolio Dynastæ, tab. 103.
Brabantiæ Duces, tab. 10. 36. 40.
Biturigum Vicecomites.

Cabiloni Comites, tab. 29.
Campaniæ Comites, tab. 9. 41. 50.
Carlati Vicecomites, tab. 18. 108.
Castellionis Dynastæ, tab. 27. 39.
Castellæ Reges, tab. 11. 50. 101. 121. 27.
Clari montis Comites, tab. 91.
Codiciaci Dynastæ, tab. 80. 98.
Constantinop. Imper. tab. 6. 72.
Credonii Dynastæ, tab. 55. 58. 120.
Cenomanorum Comites, tab. 14.
Curtiniaci Dynastæ, tab. 44.
Cypri Reges, tab. 75.

Dampetræ Dynastæ, tab. 25.
Dagsburgi Comites, tab. 124.
Delfinatus Principes, tab. 73.
Drocarum Comites, tab. 50.
Dolenses Dynastæ, tab. 119.
Donziaci Dynastæ, tab. 29.

Ebroicum Comites, tab. 111.
Egolismæ Comites, tab. 67.
Enghiani Dynastæ, tab. 86.

Fielnarum Dynastæ, tab. 89.
Flandriæ Comites, tab. 10. 88. 115.
Foresii Comites, tab. 54.
Firretarum Comites, tab. 146.
Fuxi Comites, tab. 106.

Genevæ Comites, tab. 71. 132.
Gisnarum Comites, tab. 81.

Hollandiæ Comites, tab. 7. 35.
Hungariæ Reges, tab. 144.

Insularum Castellani, tab. 92.

Labretani Principes, tab. 104.
Lemovicum Vicecomites, tab. 118.
Lisiniaci Dynastæ, tab. 66. 76.
Lossenses Comites, tab. 143.
Lotharingiæ Duces, tab. 37. 94.
Lucemburgi Comites, tab. 33. 66. 68.

Marchiæ Comites, tab. 102.
Medicæi Principes, tab. 126.
Meraniæ Duces, tab. 85.
Mercorii Dynastæ, tab. 61.
Montis ferrati Marchiones, tab. 70.
Montis fortis Comites, tab. 46. 59.
Montis moranciaci Dynastæ, tab. 49. 114.

Montis peſſulani Dynaſtæ, tab. 123.
Miſniæ Marchiones, tab. 97. 133. 40.

Navarræ Reges, tab. 110. 111.
Namurci Comites, tab. 30.
Nigellæ Dynaſtæ, tab. 90.
Niverni Comites, tab. 26.
Normanniæ Duces, tab. 17. 57.

Oiſiaci Dynaſtæ, tab. 80.

S. Pauli Comites, tab. 28.
Pertici Comites, tab. 104.
Petracoriorum Comites, tab. 102.
Poloniæ Reges, tab. 135.
Pontivi Comites, tab. 45.
Portugaliæ Reges, tab. 137.

Rheinfeldiæ Comites, tab. 142.
Reiſtetenſes Comites, tab. 62. 77.
Roceii Comites, tab. 22. 32. 59. 60. 98.
Rohani Vicecomites, tab. 113.
Ruminiaci Dynaſtæ, tab. 98.

Sabaudiæ Comites, tab. 20. 69.
Saxoniæ { vetuſti Duces, tab. 63. / Billingani, tab. 141.
Siciliæ Reges, tab. 75. 84.
Sueſſionum Comites, tab. 57.
Soliaci Dynaſtæ, tab. 119.

Toloſæ Comites, tab. 16.
Turris Dynaſtæ, tab. 74.

S. Valerici Dynaſtæ, tab. 56.
Veromanduorum Com. tab. 2. 3. 47. 48. 57.
Vindocini Comites, tab. 42.
Vellocaſſ. Comites, tab. 48.
Vergiaci Dynaſtæ, tab. 29.

Zeringiæ Duces, tab. 142.

I. ROBERTI FORTIS ET ADELHAIDIS UXORIS STEMMA.



II. BEATRICIS PERONENSIS quam ROBERTVS I Rex duxit Stemma.

Carolus *Magnus* Hildegardis maritus.

Ludovicus *Pius* Ermengardis maritus.

Pippinus Italiæ Rex Bertæ Willelmo Aquitan. Duce Tolos. Comite & Cunegundæ natæ maritus.

Adelhais Roberti fortis uxor.

Bernardus Italiæ Rex.

Hildebranta Heriberti II uxor. *tab.* 3. 9. 10. 48. 97.

Odo Rex Theodradæ marit.

Arnulfus.

Robertus Rex Beatricis maritus.

Hugo Magnus.

Pippinus Comes.

Bernardus.

Pippinus Silvanect. Comes.

Heribertus I Veromand. Comes.

Bernardus.

Sprota *longa spata* Normannorum Ducis uxor. *tab.* 17.

Willelmi

Heribertus II Hildebranitæ maritus.

Beatrix Roberti Regis uxor.

Heribertus.

Hugo *Magnus* Hadewidis, de quâ *tab.* 6 maritus, Capeti Regis pater, bis per Beatricem matrem & Adelhaidem aviâm à Carolô Magnô oriundus. A.D. 956 denatus.

Adelhais Gualteri Albi Ambianorum & Vellocassium Comitis uxor. *tab.* 48.

III. ADELHAIDIS PICTAVENSIS quam HUGO CAPETVS Rex duxit Stemma.

Carolus Magnus Hildegardis maritus.

Pippinus Italiæ Rex.

Ludovicus Pius Ermengardis ac exinde Judith maritus.

Rotrudis Gauzberti Comitis uxor. *tab.* 65.

Bernardus Rex.

1 *nupt.* Adelhais Roberti *Fortis* uxor.

2 *nupt.* Carolus *Calvus* Ermentrudis maritus.

Pippinus Comes.

Hildebranta Heriberti I I uxor.

Ludovicus *Balbus* Ansgardis maritus.

Heribertus I.

Willa Roberti Trecarum Comitis uxor. *tab.* 9.

Adelhais Ranulfi I I Aquitan. Ducis uxor.

Heribertus I I maritus. *tab.* 48.

Hildebrantæ

Beatrix Roberti Regis uxor.

Albertus. *tab.* 48. & 57.

Robertus. *tab.* 48.

Letgardis Tetbaldi *Tricatorii* uxor. *tab.* 9

Adela Arnulfi I Flandriæ Comitis uxor. A.D. 960. Sept. 16. denata.

Herbertus III Comes Melodensis & Trecensis.

Emma Guillelmi I I I Ducis uxor.

Edelgardis Walleranni Vellocassium Comitis uxor. *tab.* 90.

Agnes Caroli Ducis uxor 2. *tab.* 57.

Guillelmus I V Agnetis Burgundiæ maritus, à Carolô Magnô ter oriundus, A.D. 1030 Januar. 31 denatus. *tab.* 15.

Gauzlenus Comes Aldetrudis maritus.

Gauzbertus Cenoman. Comes Rotrudis maritus. *tab.* 65.

Rorico Andegaven. Comes Bilhildis maritus.

Godefridus Codus.

Gauzlenus ex Abbate S. Germani Parisiorum Episcopus.

Blithildis Bernardi Pictonum Comitis A.D. 844 cæsi uxor.

Bernardus Dux Ermengardis maritus.

Gauzbertus.

Immo.

Ranulfus I Dux A.D. 867. Italii 27 cæsus.

Adalisidis Acfridi Comitis uxor. *tab.* 64.

Ranulfus I I Dux Adelhaidis maritus veneno A. D. 890 sublatus.

Ebalus S. Dionysii Abbas laicus Immo maritus A. D. 893. Septemb. 20. in obsidione Brillaci in Pictonibus cæsus.

Ebalus Dux Adelhaidis Eduardo I Anglorum Regenatæ maritus A. D. 935 denatus.

Guillelmus *Caput stuppa* dictus Adelhaidis Rollone Normannorum Duce & Poppa natæ maritus A. D. 963 denatus.

Ebalus Lemovicum Episcopus.

Guillelmus I I I Dux Emmæ maritus A. D. 993. Febr. 3 denatus.

N. Richardi de Monte Falconis uxor.

Ludovicus. Grimmel patris percussor.

Amedeus Comes.

Theodoricus Vesunt. Archiepiscopus, A. D. 1191, Novemb. 23 denatus.

Vlricus, A. D. 1275, Febr. 1 denatus.

Grevelinus à fratre captus, A. D. 1270.

Reinhardus.

Henricus I.

N. A. D. 1284 denatus.

Theobaldus post A. D. 1303 denatus.

Ioannes.

Rheinhardus.

Henricus II Alberto Argent. Vlricus dictus, A. D. 1320.

N. Ottonis de Ochsenstein uxor.

N. Conradi Wernheri Alsatiæ Advocati uxor.

N. Vlrici Comitis de Wirtemberg. uxor.

Ioanna Alberti II Austriaci *Contracti* dicti uxor, A. D. 1351 denata, *tab.* 128.

Theobaldus.

Cum ex superioribus universis tam Capeti, quam Caroli traducem *per omnes* & singulas Regum familias *ire*, eas in utroque parente, cujus nunc sanguine quodammodo concretæ sunt, sibi invicem propinquas factas, orbemque Christianum in unam quodammodo familiam à sæculis aliquot coiisse constet; quid aliud à cognatis exigat naturalis quô sese mutuo contigunt nexus, quam ut communis originis memoriâ ad fraternam concordiam revocati, *in sua* pugnaci *conversi viscera dextra, totisque concussi viribus orbis* certare *in commune nefas* tandem aliquando desinant, exulem à tammultis annis pacem exhaustis populis, vastatis provinciis, sub ærumnarum suarum mole jamdudum fatiscenti Europæ bona fide restituant; generisque sui auctores *projice tela manu sanguis meus* ex altô clamantes, venerabundi audiant? faxit Deus optimus maximus, motosque in universorum perniciem fluctus, omnipotenti nutu componere, & furenti procellæ *tace & obmutesce*, edicere dignetur. Amen.

ADDENDA.

PAg. 20 ubi de Campaniæ Comitum dignitate agitur, *adde*, vita S. Bernardi Claræ vall. auctore Gaufrido cap. 3: *Fidelissimum Principem Theobaldum Comitem, in magnâ tribulatione positum, non minus mirabiliter, quam misericorditer Dominus liberavit. Is nimirum potentissimus & secundus à Rege diversos & immensos tenens in Regno Franciæ Principatus.*

Excerptum authenticum ex Chartulario S. Petri Vzerchiensis sup. pag. 37 *laudato.*

AUjourdhuy dixhuitieme Ianvier mil six cents cinquante, pardevant Nous Jacques de Chavaille Conseiller du Roy, Sieur de Sougyras & du Pouget & Lieutenant General au siege Royal d'Uzerche en Limousin, s'est presenté M. Jaques de la Noaille, Conseiller du Roy & son Procureur audit siege, lequel a remonstré que les sieurs Prieur Claustral, religieux & syndicq de l'Abbaye S. Pierre de ladite ville, ayant reçeu une lettre du Seigneur de Pompadour, Lieutenant de sa Majesté en la presente Province, portant mandement & memoire de faire exacte perquisition des dates de leurs anciens chartulaires, pour la conservation de la dignité de la maison Royale, contre les historiens estrangers qui l'ont voulu chocquer, & l'accuser d'usurpation; pour à quoy satisfaire, & la bonne intention, qu'ils ont tousjours eû avec les habitans de ladite ville au service de sadite Majesté, lesdits Sieurs luy auroient mis entre ses mains, un gros livre escrit sur parchemin en lettres anciennes, appellé vulgairement la Pancharte, pour voir les dates de l'an mil huict, & Inscriptions des Roys regnans anterieurement ou posterieurement a icelles, pour par leur rapport & conference convaincre d'erreur ou plustost de malice lesdits historiens estrangers; & d'autant que le deub de sa charge l'oblige de contribuer par sa diligence a un si loüable dessein, & que pour l'interest de l'Estat il est important d'en donner un esclaircissement. Requiert acte luy estre octroyé de la requisition & Exhibition de ladite Pancharte. Et attendu qu'il a exactement veu & leu icelle, soit procedé a la verification desdites dates, ensemble en estre fait fidel extraict & vidimus pour servir ainsi que de raison. Sur quoy Nous Lieutenant General susdites avons octroyé acte auxdits Religieux de l'exhibition de ladite lettre, memoire & Pancharte; & faisant droit de la Requisition dudit Procureur du Roy, Ordonnons qu'il sera presentement procedé a la verification desdites dates, Ensemble fait extraict & vidimus pour estre remis entre les mains dudit Seigneur de Pompadour, & autrement servir que de raison; & illec mesmes, & sans nous divertir ailleurs, en presence dudit Procureur du Roy & susdits Religieux, avons fait visite de ladite Pancharte escritte en lettre Gothique, laquelle nous avons trouvé contenir neuf cens pages, concernant les Privileges, dons, droicts, & devoirs appartenans a ladite Abbaye; & en la Page cottée quarante trois, Avons trouvé escrit un tiltre contenant ces motz.

Donum

Donum Archembaldi Vicecomitis, Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, Sancto Petro; où a la fin est inseré *factum est Privilegium istud, mense Decembri, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo secundo, Regnante Hugone Rege.* 992.

Plus en la page quatre cent soixante & une, se trouve ce tiltre, *Charta Arburgis fœminæ*; & a la fin est mis, *facta est hæc anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo nonagesimo quarto, Hugone Rege regnante in mense Februario.* 994.

Plus a la page cinq cens septante sept, s'est rencontrée *Charta Bernardi Abbatis* escrite en forme de tiltre, & a la fin sont appofés ces motz, *facta est hæc scriptio in mense Ianuario anno nongentesimo nonagesimo quinto, Regnante Hugone Rege.* 995.

Plus concernant le Regne du Roy Robert Avons trouvé en la page quarante sept de ladite Charte: *Privilegium Bosonis Comitis Marchiæ:* Et a la fin d'iceluy escrit, *Anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo septimo, indictione decima, Regnante Roberto Rege.* Lequel temps & date du regne dudit Roy Robert sont confirmés par divers dons faits a ladite Eglise & Abbaye S. Pierre ez pages cent soixante, cent septante & deux, deux cens trente trois, & cinq cens cinquante six. 997.

Plus en la page nonante & trois s'est trouvé: *Donum de Ecclesiâ de Bannis:* Et a la fin est mis: *facta est donatio mense Majo, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo nonagesimo octavo sub Roberto Rege Francorum.* Laquelle date & Regne se trouvent estre inserés de la mesme façon en la page trois cens nonante. 998.

Plus en la page quatre cents trente huict: *Donum Rigaldi de Brasac*, en grosse lettre servant de tiltre: & a la fin est appose: *factum est hoc donum Incarnationis Domini anno millesimo Regnante Roberto Rege.* Et en la page cinq cens nonante & un se trouve la mesme date & an du Regne dudit Robert. 1000.

Item en la page cent soixante unieſme Avons veû un tiltre portant *Donum Miliçendis comitissæ* où *in fine positum* est: *facta est hæc donatio ab anno Incarnationis Domini millesimo primo, Regnante Roberto Rege*; Cequi est authorizé par les dons contenus en la page cent septante trois, & principalement en la page cinq cents cinquante septieſme, où est contenu: *Donum Eboli & Beatricis uxoris ejus*, & a la fin est mis: *facta est hæc donatio in mense Aprili anno ab Incarnatione Domini millesimo primo & indictione decima quarta, Tenente, apud Francorum Gentem Roberto Rege Francorum, qui æqua lance trutinat omnia Monarchiæ sceptra.* 1001.

Plus en la page trois cents vingt & deux se rencontre un tiltre *Archembaldi de Buliaco de manso de Bouliac*; & a la fin est mis: *facta est hæc donatio in mense Februario anno ab Incarnatione Domini millesimo secundo Roberto Rege regnante Francis.* Cequi est afferant aux dates & regne susdits es pages quatre cens huictante huict & six cents six & sept. 1002.

Plus en la page deux cents soixante sept est un tiltre escrit: *Donum Galterii Las Escuras de manso de la Porcharîa:* Et a la fin, *facta est hæc donatio in mense Augusto anno millesimo tertio, regnante Roberto Francorum Rege.* Ce qui est confirmé ez pages quatre cents trente & quatre, & quatre cens quarante. 1003.

Plus en la page cinq cens septante trois est trouvé escrit en lettre ancienne comme dit est: *Charta Geraldi Delmas*, & *in fine* est escrit: *facta est hæc charta in mense Majo anno ab Incarnatione Domini millesimo sexto, Regnante Roberto* 1006.

Rege Francorum. Et la meſme date & Regne ſe retrouvent page cinq cens quinze.

1008. Item en la page ſix cens cinquante quatre: *Extat Charta Ademari * clerici de Vineis de Cambanas:* & a la fin eſt mis, *facta eſt donatio illa in menſe Majo anno ab Incarnatione Domini Ieſu Chriſti milleſimo octavo, regnante Roberto, & Ludoïco, & Charloïno.*

* Illius ſcilicet qui Chronicon in A. D. 1030 deſinens ſcripſit, & ex Cabanenſium Dynaſtarum familia ortus eſt.

Plus a la page huictante & neuf avons trouvé eſcrit un tiltre portant ces mots: *Charta Archembaldi de Buciaco:* contenant un don fait a S. Pierre dudit Vzerche de pluſieurs choſes de ſon heredité de Pouliac & autres lieux. Et au bas eſt mis: *facta eſt hæc donatio annô ab Incarnatione Domini*

1009. *milleſimo nono, regnante Roberto Rege.*

Plus es pages cinquante neuf & ſoixante s'eſt trouvé un tiltre, eſcrit en groſſe lettre rouge, portant: *Donum Guidonis Vicecomitis & uxoris ejus Emmæ filiorumque illorum Ademari & Petri, de Eccleſiâ de Nioil & ſuis pertinentiis.* Et a la fin eſt eſcrit: *factum eſt hoc privilegium menſe Auguſto anno ab Incar-*

1019. *natione Domini milleſimo nono decimo, regnante Roberto Francorum Rege.* Et la meſme date & regne de Robert ſe rencontre page ſoixante troiſieſme.

Item en la page quarante ſeptieſme avons trouvé un tiltre contenant: *Privilegium Guidonis Vicecomitis de Monaſterio Tuſturiacenſi:* & *in fine ipſius ap-*

1025. *poſitum* eſt: *factum eſt hoc privilegium anno Incarnationis Dominicæ milleſimo & vigeſimo quinto, regnante Roberto Rege.*

Plus en la page deux cents cinquante ſe voit: *Donum Archembaldi de Bouchiac de Villâ de Pras:* Et au bas eſt mis: *factum eſt in manu Domini Richardi*

1030. *Abbatis anno ab Incarnatione Domini milleſimo trigeſimo, regnante Roberto Rege Francorum.*

1032: Hinc Odorannus & Helgaldus corrigendi videntur, qui Roberti obitum in annum 1031 conferunt.

Plus en le page trois cents quatre vingts trois eſt mis en forme de tiltre: *Charta Roberti de las Bordas:* & a la fin y eſt appoſé: *facta donatio eſt iſta menſe Ianuario anno ab Incarnatione Domini milleſimo trigeſimo ſecundo, Indi-*

ctione quindecima, regnante Roberto Francorum Rege. Ce qui eſt afferemment rapporté en la page anterieure cent ſeptante deux.

Plus page centieſme eſt inſeré: *Donum Gauberti*, ou a la fin: *Eſt facta do-*

natio iſta menſe Aprili annô ab Incarnatione Domini milleſimo trigeſimo tertio,

1033. *regnante Henrico Francorum Rege.*

Item page quarante huictiéme ſe trouve: *Privilegium Archembaldi Vicecomitis de Monaſterio Meſmalenſi*, où eſt a la fin mis: *factum eſt hoc Privile-*

1085. *gium anno Incarnationis verbi milleſimo, octuageſimo quinto & Indictione octavâ menſe Februario. Regnante Philippo Rege, Guidone Lemovicenſi Epiſcopo.*

Deſquelles dates & autres des regnes d'Hugues Capet, Robert, Henry & Philippes, trouvées confuſement. Et n'ayant trouvé aucune mention qu'en une page *du regne de l'année mil huict de Robert, Loüys, & Charloin*, en avons octroyé acte aux Procureur du Roy & Sieurs Religieux: auxquels avons remis ladite Pancharte pour eſtre conſervée dans leurs Archifues & Threſor: Et neantmoins avons ordonné que copie deüement collationnée par noſtre Greffier ſera envoyée audit Seigneur de Pompadour, pour la remettre a qui il jugera eſtre neceſſaire, & pour les fins ſuſdittes. Fait a Uzerche pardevant nous Lieutenant ſuſdit leſdit jour & an. Ainſi ſigné a l'original *frere Eſtienne Grenaille Religieux en ladite Abbaye & Prieur Clauſtral, frere Leonard Chapus*

Chaput Religieux & Syndicq, frere Iean Besse Prevost de Champsac. I. de Noaille Procureur du Roy Requerant ce desſus & de Chavaille Lieutenant General.

DE CHAVAILLE Lieut. Gener.

LEJUGE *Greffier.*

BONNET Commis du Greffier.

Guiberto, Hugoni Floriacenſi, Andreæ Marchianenſi, aliiſque Hugonis Capeti criminatoribus, Capite 1 v confutatis, & calumniæ convictis, addi poteſt Chronici Vindocinenſis Ms. auctor, cujus ad annum 956 hæc verba ſunt. *Hoc annô obiit Hugo Dux, & Abbas S. Martini, filius Roberti pſeudoregis; pater alterius Hugonis; qui & ipſe poſteà factus eſt pſeudo Rex, ſimul cum Robertô filio ſuo, quem vidimus ipſi inertiſſimè regnantem; à cujus ignavia, neque præſens Henricus Regulus, filius illius degenerat.* & Mallacenſe Chron. in editum in annum 1137 deſinens, ad A. D. 987. *Sane Dux Aquitanorum Willelmus, reprobans nequitiam Francorum, Vgoni ſubditus eſſe noluit; unde factum eſt, ut Hugo exercitu Francorum adunato, urbem Pictavam obſidione fatigaret: dumque fruſtratus abſceſſiſſet; cum Aquitanorum manu Guillelmus inſecutus eſt, uſque Ligerim; ubi in gravi prælio Franci decertantes & Aquitanorum animoſitates, multô ſanguine, alternâ cæde, fuſô; ſuperiores Franci extiterunt; & ſic reverſi ſunt. Pacem poſteà habuit Willelmus cum Vgone & filio ejus Robertô:* Hinc autem Willelmum Caroli & filiorum partibus initiô faviſſe, nec niſi vi adactum ceſſiſſe manifeſtum evadit. Quod etiam Hugonem cum Robertô *pſeudoreges*, Henricum *Regulum* contemptim Anonymus Vindocinenſis vocat; factionis ut maledicæ, ſic fere ſemper mendacis genio imputandus; nec nos adeo iniquos eſſe convenit, ut tenebrioni laudatiſſimum, & Fulberti, Aimoini, Glabri, Odonis elogiis celebratum, *inertiſſimæ ignaviæ* cum filio, quem reliqui fortiſſimum, bellicarum rerum peritiſſimum, imperio digniſſimum fuiſſe ἐμφυμαδὸν volunt, aſſentiamur.

Scripſit inter A.D. 1041, quo monaſterium Vindocinenſe dedicatum eſt, Maji 31, fer. 1 & an. 1060 quo Henricus vivere deſiit, Auguſt. 4.

Pag. 52, ubi de Roberti *Fortis* gente agitur, cum cum *Saxonici generis virum*, ab Aimoino & aliis dictum Chiffletius velit, quia Welfô Comite & uxore *Saxonica*, de qua nec Aimoinus, nec alius ullus cogitabat, editum, ſive primus, ſive aliorum exemplo ſomniavit; meminerit, non ſolam Capetinam, ſed Carolinam ipſam gentem hac ratione *Saxonicam* & fuiſſe, & dici potuiſſe; cum ejus atavus maternus Pippinus Landenſis, à Chronici Marchianenſis auctore, & Miræo Chron. Benedictini cap. 20. p. 88 *Saxo* fuiſſe perhibeatur: *In regno*, inquit, *Sigeberti alterius, filii Dagoberti, floruit Pippinus* Saxo, *pater S. Gertrudis*, &c.

Pippinus *Landenſis* Iubergæ maritus *Saxo*.

Begga Anſegiſi uxor. Gertrudis Sanctimonialis.

Pippinus *Herſtallius* Alpaidis maritus.

Carolus *Martellus* à quo *Carolini* omnes. Childebrandus à quo *Capetini* omnes.

Ex æquô (ſecundum Chiffletii commentum) *Saxones*.

Ad

Ad pag. 81. ex Tacito, Suetonio, & Dione, Octaviam Messalina post Britannicum natam docuimus; in alia sententia fuit Iosephus Antiquit. lib. 20, cap. 5, πρεσβυτηρικὴ τὴν γυναῖκα Μεσσαλῖναν ἀλλὰ ζηλοτυπίαν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγεγένεσαν Βρεττανικὸς καὶ Ὀκταβία, καὶ Ὀκταβία ἡ καὶ πρεσβυτέρα τὴν ἀδελφῶν, ἣν Πετίνῃς ὁ πρῶτος γυναικὸς ἄγει. *Messalinam uxorem ob Zelotypiam ante fustulerat, ex qua ipsi Brittannicus & Octavius liberi nati erant; & Octavia quæ etiam fratribus senior, quam ex primo uxore Petina habuit.* Sed hoc ipso quod Octaviæ matrem Pætinam fuisse credidit, à Chiffletii sententia longius abest, quandoquidem anno urbis 794, Christi 41, quo Britannicus natus est, à Pætina diverterat, anno vero 49 Agrippinam germani filiam duxit Claudius; nec fieri potest, ut Octavia, solido antequam Agrippina patruo nuberet decennio, ex eadem nata sit.

Pag. 92, ubi patruos *avunculi* nomine designatos docui, adde ex Chartophylacio Nivernensi Caroli *Crassi* monumentum: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Dei gratia Imper. Augustus* &c. *reddita beneficia ab* avunculo nostro *Carolo Imper.* (Calvo) *fratre* patris nostri *Hludovici Germanorum Regis* &c. *Signum Karoli gloriosissimi Imper. Augusti, Amalbertus Notarius ad vicem Liutuvardi recognovi. Datum* X I *Kal. Ianuar. anno Incarn.* 886, *Indict.* 5. *anno* 6 *regni Karoli Piissimi Imper. Augusti in Italia, in Francia* 4, *in Gallia* 2, *Act. Parisius in Domini nomine feliciter. Amen.*

Ad paginas 145, 150, 154, 304, *ubi de Capetinorum Principum & Carolinorum* consanguinitate *agitur, adde ex Chartulario S. Remigii Rhemensis.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Lotharius gratiâ Dei Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris tam præsentibus, quam futuris; quoniam Hugo Comes *, *nosterque consanguineus* tactus infirmitate quâ hominem exuit, possessiones quas aut possidebat, aut sibi injustè subtatas jure acquirere legaliter nitebatur, quibus sanctos faciens hæredes nostræ ditioni contulit, nostræque potestati largitus est; quo duntaxat Regiâ nostrâ auctoritate atque stipulatione Ecclesiis, quibus ipse adhuc valens dare designaverat, distribuerentur. Ne videlicet quod pro remedio animæ ejus Sanctis conferebat, à malorum hominum fraudulentiis tolleretur; Quapropter per consensum nostrum tam Episcoporum, quamque Comitum, cæterorumque nostro in palatio degentium, placuit nobis ex supra dictis rebus jam dicti Hugonis Comitis unicuique Ecclesiæ secundum quod ipse disposuerat, per nostrum res dare præceptum. Vnde gloriosissima mater nostra Gerberga Regina, Ecclesiarumque curatrix, adiens nostram præsentiam una cum venerabilibus Episcopis Roricone, & Gibuino, necnon Reginaldo Comite, deprecati sunt, ut ex supradictis rebus quandam Cortem sicut præfatus Hugo denominaverat Sancto daremus Remigio, ubi ipse videlicet bonæ memoriæ vir, tam suffragio sancti Remigii, quamque amore Senioris ejus gloriosissimi Regis Ludovici genitoris scilicet nostri tumulari disposuerat. Quorum dispositionibus (prout dignum est) annuentes Cortem, quæ vocatur Condeda, sitam scilicet in Comitatu Lingonensi, cum omnibus appendiciis suis, pratis, sylvis, terris cultis & incultis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus, & regressibus, cum-

* Capeti pater.

Rorico Caroli Simplicis nothus Laudunì Episcopus. Gibuinus Hugonis Divionensis & Aldeburgis filius Catalaun. Episc. Reginaldus Rogeji Comes Albradæ Lotharii Regis sororis maritus.

cumque mancipiis utriusque sexus, Ecclesiis atque molendinis, cumque omnibus (ut diximus) rebus ad se pertinentibus Sancto damus Remigio, prout ipse Hugo denominaverat, ad victum Monachorum. Vnde hoc præceptum fieri jussimus, ut nulla introducta persona, aliquam illis molestiam inferat. Quod si tentaverit, sciat se facere contra decretum nostrum, unde iram Dei, sanctorumque omnium & nostram incurrat, & quod ceperit non evendicet, si que in jus venerit centum libras auri conferat sancto Remigio, fratribusque ad servitium; frustratus abscedat, &c. Quod ut firmius permaneat manu propria subterfirmantes, anuli nostri jussimus impressione insigniri. A. D. 961. Signum Domni gloriosissimi Lotharii Regis. Gezo Cancellarius recognovit & subscripsit. Actum 3 Non. Octob. Indict. 4 regnante Domnô Lothario Rege anno 7, in villa Condeda actum feliciter.

Pag. 247, ubi de *Archicancellariatu* Colonienſium Præſulum agitur, adde titulum epiſt. à Rainaldo Archiepiſcopô & Hugonem Sueſſionenſem datæ *Dilecto Domino & amico venerabili Sueſſionenſi Epiſcopo, & Regni Francorum Cancellario Rainaldus Dei gratiâ S. Colonienſis Eccleſiæ electus, &* Italici Regni Archicancellarius, *Salutem & intimæ dilectionis devotum obſequium.* Tom. 4. Script. Hiſt. Franc. p. 578.

Ejuſd. epiſt. ad Ludovicum VII. *Prænobili Domino, Ludovico glorioſo Regi Francorum, R. Dei gratiâ S. Colonienſis Eccleſiæ Electus & Italiæ Archicancellarius, Salutem & affectus cum ſincera dilectione obſequium.*

Friderici I Imp. epiſt. ad Henricum Trecenſem &c. *Electi omnes, qui præſentes aderant, primo Reinaldus Colonienſis Electus & Italiæ Archicancellarius.*

Pag. 258, ubi de ordine natalium inter Karoli Ducis filias agitur, adde ex veteri Codice S. Quintini de Monte, anno circiter 1120 ſcripto *Karolus vero Simplex, ab Heriberto captus eſt; qui Karolus ex Ogiva genuit Ludovicum. Ludovicus genuit Lotharium Regem & Karolum Ducem ex Gerbergâ. Lotharius Rex genuit Ludovicum juvenem, & Karolus Dux frater Lotharii Regis genuit Ermengardim & Gerbergam.* Ibid. p. 771.

Pag. 304, ex auctore anonymo vitæ Philippi Auguſti, eum Caroli Magni nepotem creditum fuiſſe docueramus; addendus & *Rodulfus ſanctorum Agaunenſium Martyrum ſervus* epiſt. ad Ludovicum VII Tomo 4 ſcript. Franc. p. 741 edita, quâ Ludovicum Clodovei & Caroli filium agnoſcit; *Quis* (inquit) *ignoret Karolum Regem in Italiam properantem, cum ad ſepulchra Martyrum deveniſſet, divina viſione pariter, & miraculô lætificatum, eidem Eccleſiæ ampliſſimas conceſſiſſe poſſeſſiones? Quod Clodoveus Rex Francorum per Severinum prædictæ Abbatem Eccleſiæ à diutinâ ſit infirmitate liberatus teſtis eſt titulus ejus apud Caſtrum Landonis, ubi in vitâ ejus hoc legitur. Ipſorum igitur vos ſequentes veſtigia*, quaſi bonæ ramus arboris, nobiliſſimâ ſtirpe progenitus, *bonum eleemoſynarum fructum proferentes, præſentium latores ob amorem Dei & Sanctorum Martyrum benigne ſuſcipiatis.* quare non immerito Magiſter Andreas Vngarus Belæ & Stephani Regum Capellanus, Petrum Alinzonis & Carnutum Comitem, Ludovici IX filium, ſeptimi ab nepotem, initio deſcriptionis victoriæ quam A. D. 1266, 4 Kalend. Martii Eccleſia Rom. habuerat *Illuſtrium orbis radium* vocavit: Vincent. Bellov. circa A. D. 1240. Spec. hiſt. part. 3, lib. 27, c. 128. *Deinde Rex habito colloquiô cum Theobaldo Bleſenſi Comite, accepit Adelam ſororem illius in uxorem, ſcilicet bonæ memoriæ Theobaldi filiam* de genere Karoli, *ut dicitur, deſcendentem.* Tom. 5. Script. Hiſt. Franc. p. 826.

Pag. 339, ubi de Siculorum feritate; Paulus Orosius Hispanus Tarraconensis Ecclesiæ presbyter lib. 2. cap. 14. *Sicilia initio patria Cyclopum, & post eos semper nutrix tyrannorum fuit; sæpe etiam captiva servorum, quorum primi carnibus hominum, medii cruciatibus, postremi mortibus pascebantur, excepto eo quod externis bellis aut prædâ habebatur aut præmium.*

Vbi de Barbarica Siculorum in Francos, & Hispanorum in Italos & Americanos immanitate egimus, ne quid ex odio in majus auxisse videamur; en vetusta & minime suspecta testimonia: ex epistola Martini 1 v Papæ *de proce*
Tom. 5. Script. Franc. pag. 875. *ssu facto contra Petrum Regem Aragonum ejusque fautores &c. in subitas tempestates acta est estiva tranquillitas, bellum in media pace surrexit; facti sunt hostes ex subditis; & qui memorato Regi Siciliæ ad fidelitatem debitam tenebantur, rebellionis spiritum infideliter assumentes, non solum hostilia sed etiam tyrannica patraverunt; sicut enim gravis clamabat & adhuc clamat infamia, processisse adeo Panormitanæ civitatis & civium præsumptuosa rebellio, quod rebellandi audacia, & jurium interversione regalium, suique, quantum in eis fuit, abjectione Domini non contenta, ferinæ immanitatis dextras, ad crudelitates inauditas exposuit, dum eorum exitialis iniquitas, non solum quos ex devotis Regis ipsius conceptâ potuit præoccupare nequitiâ, sine sexus, ætatisque respectu inhumane occidit, verum etiam partus, quos adhuc visceribus matrum celabant, illis sæve defectis, sic præcipiti festinatione produxit in lucem, quod eis minus proculdubio innaturaliter lucis usum, antequam concederet natura, subtraxit eis adeo præmatura & impiissimâ cæde cæsis, quod eorum ortus principia prævenit occasus.*

p. 877. *Licet dum his & aliis modis & viis filiorum salutem paterna venabatur affectio, reliquarum civitatum, castrorum, & villarum, cæterorumque locorum, civium & incolarum scilicet, in nostram notitiam perlata rebellio, & præcipue Messanensium, qui Panormitanorum ipsorum imitati sævitiam quamplures ex ministris & devotis ejusdem Regis Siciliæ post securitatem illis præstitam crudeliter trucidasse dicuntur, castrum Regium ejusdem loci temerariis ausibus occupantes, — Petrus Rex Aragon. — non solum Panormitanos eosdem, quos alias pluries ad hæc sollicitasse per nuncios dicebatur, in inchoatæ contra præfatum Regem Carolum seditionis & rebellionis contumacia confirmavit. — Actum apud Vrbem veterem in platea dictæ majoris Ecclesiæ 12 Kalend. Aprilis Pontificatus nostri anno secundo.*

p. 885. Idem epist. ad Episcopum Reatinum. *Testantur hæc inter cætera horrendi sceleris feralis immanitas de novo in civitate Panormitana patrati, ubi sic debacchatus est gladius, ferrum infremuit, furor frenduit, rabies insanivit, manus truculenta desæviit, quod sicut rumor mœstus enunciat, non sufficit virorum ac mulierum multitudinem inibi cædi dari, nisi & hi, quos nondum in lucem produxerat, maternis apertis uteris necarentur, trucidarentur, innatis & delitescentibus visceribus genitricum impiæ præfocationis exitium inferretur.*

Hieron. Zurita *Indic. rerum ab Aragon. Regibus gestarum* lib. 2 ad A. D. 1282 ad elevandam invidiam Siculos *ab Carolo crudelissimo dominatu pressos* obtendit, utque fidem faciat, Clementis 1 v Papæ epistolam ad Carolum eundem datam profert, ex qua hæc excerpsimus; *frequenter ante tuæ considerationis oculos ponentes nunc verbo, nunc literis statum miserabilem regni tui sperabamus, quod ad reformationem illius, quod amare deplorat, & conqueritur se mini-*

ministrorum tuorum, non solum deformari malitiâ, verum etiam penitus dissipari, opportunum provisionis remedium adhiberes. — Cum autem sciamus adhuc hujusmodi non cessasse malitiam, sed eam invalescere potius, validorum clamorum frequentia invalescentium jugiter, & oppressionum, quas inibi quotidie tui officiales inculcant, & aggravant, evidentia manifestet, nec nostra penes tuam excellentiam cessabit instantia — Miramur quidem, si tuis sæpe non insonet auribus, quantus est ibi afflictorum gemitus, ululatus & clamor; quot & quanta Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum gravamina; quot oppressiones non solum solutarum, sed etiam conjugatarum & virginum, quot pauperum spoliationes; quot divitum concussiones; quot injuriæ; quot calumniæ omnium; quot postremo depræda tiones undique ac rapinæ. Profecto fili hæc nimis periculose dissimulas; nec sine multâ indecentia, & tui detrimento nominis pateris prædictos officiales, & familiares eorum, in præfatos tuos subditos sic lasciviendo sævire; ut eis abundantibus subditorum ipsorum injuriis, tu per ipsos tuis fraudatus juribus, & odiosus reddaris omnibus, & propter ipsorum excessus, ea etiam in sua interdum convertentium commoda, quæ in tuam deberent utilitatem cedere; non solum uraris infamia, sed & paupertatis incommoditate premaris. & epist. ad Archiepiscopum Consentinum: *Tunc quidem defensorem gentis tuæ quærebas eminus, & nunc etiam peculiari tuo proposito ad defensionem comminus positus non assurgis? contra eum qui Regis vices & regni gubernacula quanquam usurpator agebat laborare videbaris intrepidus, & nunc lates contra latrunculos?*

Hinc *tanto temporis intervallo Principem remedia neglexisse* colligit Zurita, sed perperam; cum enim ab A. D. 1265, Febr. 5, ad an. 1268, Novemb. 29 sederit Clemens, is autem A.D. 1266, Januarii 6 Romæ Carolum Andegavorum Comitem Regem coronari jusserit, qui Febr. sequentis 26, feria 6 Manfredum debellavit; A. D. 1268, Augusti 23 Conradinum armis avitum regnum repetentem fudit, & captum Octob. 29, feria 2 decollari imperavit: eum ad Carolum inter anni 1266, Febr. 26 quo primum Siculi regni potens factus est, & an. 1268, Novemb. 29 quo vivere desiit, annis antequam Siculi rebellarent fere 14 scripsisse necesse est: *si nulla* Siculorum *vulneribus allevamenta* (quod Zurita fingit) *adhibita fuerant:* qui fieri potuit, ut nec Gregorius x Placentinus, nec Innocentius III Tarantasiensis, nec Hadrianus v Genuensis, nec Ioannes x x Ulysipponensis, Nicolaus v Ursinus Româ oriundus, & Carolo adeo iniquus ut simulac Ioanni anno 1277 desinente suffectus est, eum nulla injuria provocatus à *Senatorio* in urbe munere, & *Tusciæ Vicariatu amoveret*, in ejus perniciem cum Michaele Constantinopolit. Imp. & Petro Aragonio conjuratus, de ejus tyrannico & (si Deo placet) regimine questi nunquam reperiantur?

H. Stero *die S. Chrisogoni feria* 5 vigilia S. Andreæ, quod cum in mente haberet qui *Præclara Francorum facinora* scripsit, in vigilia S. Bartholomæi decessisse ex errore memoriæ notavit.

De Hispanorum in Italos immanitate testimonia.

AD defuncti (A. D. 1503, August. 17) Alexandri spectandum corpus, in D. Petri templum urbs tota incredibili lætitia occurrit; nec cujusquam oculi * *Draconem illum* qui immoderata ambitione, & pestifera perfidia, omnibusque horrendæ crudelitatis, monstruosæ libidinis, & inauditæ avaritiæ exemplis, sacris atque profanis rebus absque discrimine venditis universum orbem venenis infecerat, extinctum spectando expleri non poterant.

Franc. Guicciard. Histor. Italiæ in Latin. à Cælio secundo Curione versæ, A. D. 1566, lib. 6 ad 1503. * Vn Serpente.

Ibid. ad A D. 1524. *De soldi loro*, ideſt ex ſtipendiis.

Etſi poſt priſca illa tempora, quibus militaris diſciplina ſevere conſervabatur, milites ſemper inſolentes, & populis graves fuerant; tamen rebus nondum penitus depravatis, magna ex parte proprio ære victum ſibi comparabant; neque eorum licentia ad non ferendos terminos procedebat; ſed Hiſpani primi omnium in Italia, prorſus ex populorum fortunis, ſtipendiis à ſuis Regibus propter inopiam non ſolutis, tantæ licentiæ cauſam neceſſitatemque præbentibus, vivere cæperunt: ex quo initiò, quia mali imitatio ſemper exemplum ſuperat, quemadmodum contra boni imitatio ſemper eſt inferior; auctâ corruptelâ, poſtea iidem Hiſpani, nec minus Itali, ſive ſtipendia numerentur, ſive non, idem facere inſtiterunt; adeo ut ſummo cum hujus ævi dedecore, amicorum fortunæ non magis quam hoſtium, à militum ſcelere tutæ ſint.

lib. 17 ad A. D. 1526.

Cum Mediolanenſem populum armis ſpoliaſſent, ac ſuſpectos homines expuliſſent, non modo non tam ſcrupuloſe ſuſpicabantur, aut metuebant, ſed eo in acerbiſſimam ſervitutem reducto militarium ſtipendiorum ſecuri erant; milites enim per Mediolanenſium domos diſtributi, non modo Dominos ad victum ſibi quotidie copioſum ac lautum ſuppeditandum, verumetiam ad pecuniam, atque ad alia omnia quibus aut opus haberent, aut quacunque ratione concupiſcerent, ſubminiſtrandam cogebant; idque ut fieret, nullum acerbitatis genus prætermittebant; quæ cum intoleranda eſſent, Mediolano fugientes (id enim palam non licebat) vitare non poterant. Quod ne facere poſſent, multi milites, præſertim Hiſpani (Germani enim modeſtiores & manſuetiores erant) pleroſque ex hoſpitibus ſuis, cum conjugibus & parvulis liberis in domibus vinctos detinebant; cum interea nullus ſexus, nulla ætas ab eorum nefaria libidine tuta eſſet. Quamobrem omnes tabernæ atque officinæ clauſæ erant, omnes in ſubterraneis, aut alioqui reconditis locis merces, ac domorum, Sacrarumque ædium divitiæ & ornamenta occultaverant, quæ tamen neque ea ratione tuta erant; quia milites (armorum inquirendorum prætextu) omnia urbis loca, ſervos quoque ad ea indicanda diverſis cruciatibus adigentes diligenter ſcrutabantur.

Havendo anche eſpoſto alla libidine loro per la maggior parte di ciaſcuno ſeſſo & eta.

Ibid. ex Mediolanenſium concione.

Illud dicere audemus, omnes miſerias, omnes acerbitates, omnes immanitates (de libidine honoris cauſa reticemus) quæ poſt homines natos ulla unquam civitas, ullus populus, ullus incolarum cœtus pertulerit, ſimul collecta, eorum quæ nos quotidie, ſingulis horis, momentiſque patimur, minimam partem eſſe: momentis enim omnibus fortunis ſpoliati ſumus, liberi homines cruciatibus, privatis carceribus, & catenis, quibus milites civium corpora conſtringunt, ad victum quotidianum, non militari, ſed Principum more; ad omnia ea quæ libido ſuggerit, comparanda, recentes ſubinde pecunias ſolvere cogimur; quas cum invenire non poſſimus, minis, contumeliis, verberibus, vulneribuſque compellunt; ita ut nullus noſtrum ſit, qui non ſummi beneficii, & maximæ felicitatis loco eſſet habiturus, ſi nudus pedes, fortunis omnibus prædæ relictis, eâ conditione, ut patriâ & bonis in perpetuum careret, incolumis ſaltem Mediolano poſſet excedere; — nos jam menſes in his acerbiſſimis miſeriis verſamur; noſtra mala creſcunt in horas; & more eorum qui apud inferos ſuppliciis ſunt ſempiternis addicti, ſine ulla finis ſpe ea patimur, quæ antea ab homine mortali ferri poſſe nunquam credidiſſemus.

A uſo non militare, ma da prencipi.

Piu d'un meſe tormenti.

Qua

Qua ſpe dejectus Mediolanenſis populus, cum neque quod ſperaret, neque quo confugeret haberet; in tantam deſperationem eſt conjectus, ut certiſſimum ſit, aliquos ut miſeriis ac ſuppliciis finem imponerent, cum id viventes facere non poſſent, ex editis locis ſeſe in vias præcipites dediſſe; nonnullos ſuſpendio vitam finiviſſe; nec dum tamen hæc militum rapacitatem, ac feram immanitatem mitigare poterant. Erat quoque ea tempeſtate miſerandus reliquæ Inſubriæ à fœderatorum militibus laceratæ ſtatus, qui antea maximâ lætitia ab omnibus expectati, rapinis ac vexationibus benevolentiam in ſummum odium, communi ævi noſtri militiæ corruptelâ, quæ exemplo ab Hiſpanis ſumpto, non minus amicos quam hoſtes lacerat ac perdit, converterant; nam etſi jam à multis ſæculis magna fuiſſet in Italia militum licentia, eam tamen mirum in modum auxerant Hiſpani. Ibid.

Si gittarono da luoghi alti nelle ſtrade, alcuni miſerabilmente ſi ſuſpeſero da ſe ſteſſi.

Hiſpani eadem die, cum Tranſtiberinæ regionis tuendæ, neque modus, neque conſilium eſſet inventum, ſine ullô impedimento eam ſunt ingreſſi; & cum nihil jam obſtaret, eodem die horam unam ante ſolis occaſum per Xyſti pontem in ipſam urbem Romam irruperunt; ubi iis, qui factionis nomini fidebant, & aliquot Cardinalibus, qui (quod Cæſaris partes ſecuti eſſe dicerentur) ſe cæteris tutiores exiſtimabant, exceptis, omnis reliqua aula & civitas, ut in capta urbe fieri ſolet, fugâ & conſternatione plena erat. Ingreſſi autem omnes magno cum tumultu, ad prædam diſcurrere cœperunt, non modò amicorum nominis, antiſtitum auctoritatis, dignitatiſque nulla ratione habita, ſed ne templis quidem, ſacriſve collegiis, & virginum ſacrarum ſeptis, aut reliquiis univerſi orbis concurſu celebratis, & cæteris ſacris rebus parcentes &c. — Hiſpani & Germani antiſtites & Cardinales, qui ſe nationis jure tutos exiſtimabant, capti fuerunt; nec minus acerbe quam cæteri mulctati. * Audiebantur paſſim Romanarum matronarum, & ſacrarum virginum, quæ gregatim à militibus ut libidinem ſuam explerent, trahebantur, clamores & ejulatus miſerandi. — Paſſim ingentes eorum, qui (vel ut ad mulctam ſtatuendam cogerentur, vel ut ubi res ſuas occultaſſent, aperirent) excruciabantur †, gemitus reſonabant. Omnes res ſacræ, Divorum reliquiæ, cujuſmodi ſunt oſſa, & id genus alia, quibus omnia templa erant referta ornamentis detractis per contemptum abjiciebantur. Lib. 18. ad A. D. 1527, Maji 6. à hore venti tre.

* Sentiuanſi i gridi & l'urle miſerabili delle Donne Romane, & monache condotte à torme da' ſoldati per ſatiare la loro libidine.

† lamenti.

Quantâ calamitate Romani cives, cum clerici, tum profani, eâ urbis oppreſſione affecti fuerint, horret ſcribere calamus.

Hieron. Gebuillerus epitom. ortus domus Auſtriacæ. A.D. 1530 edita, & Carolo V dicata.

De Immanitate in Americanos, librum ex profeſſo, cum ſcripſerit Bartholomæus Caſa ex Caroli V *Confeſſario Epiſcopus Chiappenſis; ex eô ſingularia exempla petent, quibus* Volupe *fuerit; nobis ſat erit nihil ex odiô in gentem propriam ab eô in Chartas effuſum demonſtraſſe.*

TErrarum illarum (Americanarum) incolæ ſub ſævis Dominis inſtar jumentorum, aut fodiendis metallis, aut oneribus portandis, aut piſcandis unionibus miſcte exanimabantur; quô factum eſt, ut miſſo in Indias Bar. Caſa, Cæſar, quo certior de illarum ſtatu fieret, hortante & urgente eodem Caſa, leges à gubernatoribus ſervandas ſanxerit, quibus Hiſpanorum ſævitiam coërceret, & Indos melius de clementia ſua ſperare in poſterum juberet. Thuan. Hiſt. lib. 1.

lib. 9.6. Cum Barthol. Casa, qui Carolo V Cæsari à sacris Confessionibus erat, apud eum ante 18 annos de Hispanorum Indias ad Occidentem vastantium avaritiâ, crudelitate, & libidine conquestus esset, & inde reversus dictis majora vidisse se testatus, Pinciæ in Concilio instaret, ut modus immani licentiæ poneretur; alioqui fore ut Deus ex immanitate irritatus imperio Indiarum Hispanos exueret, & cœpta divini verbi promulgatio illis locis (quæ causa justi contra Indos gerendi belli obtendebatur) minimè procederet; reperti sunt tamen, qui lucrum ex ea intemperie captantes, factum excusarent; quorum causam tuendam Sepulveda susceptit, & per divina & humana jura, Hispanis, quod facerent, licere dixit; quippe qui in bellô captos tanquam servos belli jure uterentur, idque libro complexus est; quem cum edere omni ratione cuperet, intercessit Casa & Segobiensis Episcopus.

Alexander Geraldinus Americensis, ex Reginarum Ferdinandi Catholici filiarum præceptore, Episcopus Vulturarensis à Leone X *Papa ad Reges omnes Legatus, ac exinde S. Dominici in Hispaniola Præsul, Itinerarii Leoni eidem dicati, Romæ permissu Nicolai Ricardii S. Palatii Magistri, probante Ferdinando Carolo Belli castri Episcopo vices gerente, Anno* 1631 *editi libro* XVI.

NUnc ad incolas patriæ eundum est; erant (Beatissime Pater) ii mortales vicini populorum Insulæ Hispaniolæ, plane pii; in lege naturæ vivebant, nullam alicui vim inferebant, matrimonia observabant, summum jus æqui & boni menti innocuæ affixum nullo vinculo, sed quodam animi bono erat; Habebant Regulos pii populi, qui fronte latâ & planâ, cum alveo maternô egrediebantur, ex industria factâ, in publico prodibant, ut venerabiliori per populos effigie agerent; quos mirô cultu prosequebantur; nec ulla bella nisi pro tutando Regum limite eis erant, omnia communia habebant, præter domos & privata opificia.

Tanta populo meo pietas à naturâ inerat; & tamen cum miti adeo gente eô modô sævitum est, quod partim eorum cum conjugibus, liberis, & totâ familia coacti antiqua ab alveo flumina mutare, ut aurum inde eruerent, cum nullô plane alimentô nisi paucorum piscium nutrirentur, in ipso opere perire; partim in longô opere fessi & ob eam rem vulnere confecti sunt; fœminæ fœtæ, cum quibus aliquâ utendum indulgentia erat, cum onera longe majora subirent, quam vires earum tolerarent, abortu emissô statim cecidere; partim hominum per remota montium loca advecti, cum solo cancrorum victu sustentarentur, in medio rerum conatu defecere; vel cum nulla in longô labore quies præberetur, animam inopinato emisere; vel ab iis qui miseræ præerant genti ferrô per viscera adactô subito succubuere. In regione enim plenâ incredibili hominum multitudine, cum omnia in vario metu essent, & populo ad remotissimos montes confugiente, panis è radicibus deesset; & frumentum quod è Bæticâ advehebatur, vix ipsis patriæ Hispanæ gentibus sufficeret, omnia tragica fuere; & ipsi Reguli, ipsi è primaria nobilitate viri, bonis exuti; cum aurum quod non habebant, fateri cogerentur, inter dira tormenta animam exhalavere, aurum enim inter privata bona apud eos erat.

erat. Quare innumeri, ut crudelem adeò servitutem evitarent, cum conjugibus, liberis, totâ familiâ, & gente, violentò se lethô confecere. Nam ii mortales, è communi majorum institutô ignominiam omni neci anteponunt; & nullam esse arbitrantur, ubi anima non moritur. Addo quod multi è nostris Hispanis, vel nuda innocentissimorum hominum corpora cædebant, pro minima re. nec mirum: ad hunc enim Cardinem mundi eô tempore, quô hæ terræ inventæ sunt, multi homines ob furta, ob homicidia, ob peculatus, ob latrocinia, ob sacrilegia, ob testata cum genere humano maleficia infames trajecerant; vel ii qui auribus, vel aliquo membro mutilati, in publicum prodire, in patria eorum non audebant, vel ob publica per populos scelera domi esse non poterant. Hæc & alia plura eô modô acta sunt, ut ultra decies centena hominum millia extincta sint. Nunc Pater Beatissime, nefarii illi mortales, qui in homines nudos, inermes, in lege naturæ viventes, adeò sæviere, ad templa Christiana confugiunt; & cum pii, sancti, & æqui ex omni religione viri, hæc facinora cum genere humanô commissa esse obstupeant; & cum eo genere hominum apud quos nullum antea nomen Christi pervenerat, & omni crimine, nisi illo, quod cum injuria & detrimento gentis humanæ fiebat, liberi erant, ac propterea illos absolvere reformident, unde in magno ob eam rem labore illi populi sunt, operæ pretium erit, &c.

Ex ejusdem libello supplice ad Papam.

QUoniam Hispani (Colono Ligure Æquinoctialis plagæ inventore morte sublato) ultra decies centena eorum hominum millia, qui boni erant, vario lethi genere confecere, qui cum magna curâ erant ad fidem nostram ducendi; & ad præsens scelerati homines secretâ patrati facinoris conscientiâ moventur, & ipsi omnium Religionum Confessores aperte renuunt eos absolvere, nisi bona labore illorum parta antea restituant, quos ubique peremere: humiliter peto, ut aliqua nummorum summa pro templô majori Episcopali construendo imponatur; quô ab omni postea Confessore libere absolvi queant; & ego hunc in marmore titulum sculpi curabo. *O cives! ô posteri! qui antiqua majorum facta scire animo havetis, quæ magno posteritati exemplo sunt, Leo X Pont. Maxim. gente Fluentina & Romanâ emissus, è familiâ Medicea, & Vrsina matre est; Leo veri Dei Vicarius, judicio divino, ingenio per totum orbem sublimi agens, hos parietes magni templi Divæ Mariæ, à supremô illô Petri solio, quod in Latio est, erigi fecit, multâ illis impositâ, qui duram cædem in miseros Insulæ Hispaniolæ indigenas, qui damnata in antiquis scelera patrarunt.*

Franciscus Guicciardinus Hist. Ital. lib. 6.

ALiquas insulas, quarum prius nulla cognitio habebatur, reperit (Christophor. Columbus) cœli temperie, soli ubertate beatas, nam (quibusdam immanissimis populis, qui humanis carnibus vescuntur, exceptis) fere *omnes incolæ moribus simplicissimi, & iis quæ naturæ benignitas fert, contenti, neque avaritiâ neque ambitione cruciantur; sed quia cum homines illi,

* quasi tutti gl'habitatori simplicissimi di costumi & contenti di quel che produce la benignita della natura.

illi, neque certam religionem, neque literarum scientiam, non artium peritiam, non arma, non militarem disciplinam, non scientiam, nullum denique rerum usum habeant, † non secus atque mansueta pecora, omnium qui eas invaserunt, facillima præda fiunt, infelicissimas. Quapropter Hispani occupandi facilitate, & prædæ opulentiâ allecti (in illis enim copiosissimæ auri venæ secturæque sunt inventæ) multi eas veluti propria domicilia incolere cœperunt; ulteriusque progressus Christophorus Columbus, & post illum Americus Vespucius Florentinus, deinceps que multi alii, alias insulas, & amplissimas continentis regiones patefecerunt, & in nonnullis, etsi in plerisque secus, in publicis ac privatis ædificiis, in vestitu & commercio, mores & civilem cultum, sed omnes imbelles, atque omnium prædæ facile expositas gentes invenerunt.

† Sono non altrimenti che animali mansueti, facillima preda di chiunque gl' assalte.

Casu & præter Hispanorum ipsorum opinionem repertus novus orbis.

A *Lexand. Gerald. Itiner. lib. 14. de Columbo quem Colonum vocat.* Primo Galliam & postea Britanniam Insulam adivit, & proposita spe novi mundi inveniendi, cum hæc expeditio ab utroque Rege velut incerta rejiceretur, ad Ioannem Lusitaniæ Regem concessit; cui cum idem videretur, in ulteriorem Hispaniam ad Ferdinandum Regem, & Elizabeth Reginam, qui eô tempore bellum in ultima parte Bæticæ contra Arabes gerebant, profectus est; — morte fratris mei succedente, cum humanâ omni parte ope destitueretur Colonus, in tantam calamitatem incidit, & familiarium infidelitate, & pauperie eum premente, quod ad quoddam Sanctissimi Francisci cœnobium, quod in regione Bæticæ, & in agrô oppidi Marcenæ est, supplex & humilis, ut necessaria vitæ alimenta sibi subministrarentur, se contulit, — multi Antistites patriæ Hispaniæ manifestum reum hæreseos esse plane asserebant — S. Angelus rationum patriæ Valentinæ Magister à Colonô petiit, quæ summâ pecuniarum, quô navium numerô ad longam adeo navigationem opus esset: qui cum respondere t, tribus millibus aureorum duabusque navibus necesse esse; & ille è vestigio subderet, se eam velle expeditionem capere, & eam quoque summam pendere: Elizabetha Regina alto à natura animô quô erat, accepto Colono, naves, collegam, & pecuniam pro novo orbe genti humanæ aperiundo liberalissime attribuit.

Sola ditescendi spe in apertum illum orbem concessere Hispani.

F Rancisc. Guicciard. lib. 6. Lusitani atque Hispani, & præsertim Columbus, hujus magis admirandæ magisque periculosæ navigationis inventor, digni sunt, quorum peritia, industria, magnanimitas, vigilantia, & labores, quibus tantarum, tamque ignotarum rerum cognitio nostro ævo patefacta est, sempiternis laudibus celebrentur; verum laude digni majore, si eos ad tanta pericula, tantosque labores subeundos, non auri & divitiarum sitis immoderata, sed vel hujus cognitionis sibi ipsis adipiscendæ, & aliis tradendæ, vel Christianæ religionis propagandæ studium impulisset. quanquam & hoc aliquâ ex parte post consecutum sit.

Non ergo abs re Thuanus noster lib. 1. Tanto auro & cruore veræ religionis

gionis cognitio miseris Indis constitit; quam etsi nullo pretio, ne vitâ quidem ipsa, æstimari posse censeam; verendum tamen est, ne ea divinæ vocis promulgatio, non ex præscripto Dei, qui suos non ferro & rapina, sed Caritate & piis admonitionibus grassari voluit, apud Indos instituta, cum non propter Christum inceperit, neque Christi gloriam pro fine, ut sunt principia, olim sit habitura.

Ad pag. 324, ubi de Margaretæ Brigensis ortu Capetino dubitare visus sum, ex sequenti tabula corrige.

Margaretæ Brigensis Stemma Capetinum.



Pag. 393, &c. Francos Gothis fortitudine non pares tantum sed superiores fuisse demonstravimus; de Gallis nunc qui cum Francis in eandem gentem coaluere, videndum est.

Γαλάται ὃ καλῶ κελτῶ· ἐλόντες αὐτὴν πρὶν Ῥώμην καλεῖσθαι πρὶν ἢ Καπιτωλίου πρὸς ἃς ποιησάμενοι Ῥωμαῖοι σπονδὰς καὶ λύσεις ἀδοκήτως Γαλάταις; καὶ γενόμενοι πάλιν ἀνελπίστως τῆς πατρίδος ἐγκρατεῖς.

Polyb. lib. 2. Obiit anno ante Christum circiter 120.

Galli cum Romam vi cepissent, eam Capitolio exceptô tenebant; qui-
* hinc refelluntur qui à Camillo Roma exactos & profligatos volunt. Vide Livium lib. 5.
buscum * ubi fœdera ac pacta fecissent Romani, prout Gallis placuerat, rur-
sus *præterpem* patriam recuperavere.

ἀθλητὴ γεγονότες ἀληθινοὶ τ καθ' τ πόλεμον ἔργων, ὁκ τ πρὸς τὰς Σαυνίτας ἢ Κελ-
τὰς ἀγώνων. hoc (*Romani*) ex prioribus contra Samnites & Celtas certamini-
bus consecuti, ut veri bellicorum certaminum athletæ evaderent. ποιησάμενοι
τὰς μὲν Ἰταλίαν κατικέτας ὑφ' αὐτὰς, πλὴν Κελτῶν. cunctis Italiæ incolis præ-
ter Celtas subjectis.

lib. 2. αὐτόθεν μὲν ὧν ἐπεβούλευον ἢ πολεμεῖν ὁκ ἤθελον τοῖς Καρχηδονίοις διὰ τὸ τ ἀπὸ τ
Κελτῶν φόβον ἐπικρέμασθαι τοῖς σφετέροις πράγμασι, ἐμενον δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν
προσδοκῶντες πᾶν ἔφοδον αὐτῶν. καθυφήσαντες ἢ κὴ περιόντες τ Ἀσδρούβαν ὕστε-
ρον ἐχείρωσαν ἐγχειρεῖν τοῖς Κελτοῖς κ διακινδυνεύειν πρὸς αὐτούς. ἐδέ πῃ ἂν ὑπολαμβά-
νοντες ὀχ ὅσον δώσειν τῶν κτ' πᾶν Ἰταλίαν. ἀλλ' ἐδὲ ἀσφαλῶς οἰκήσειν πᾶν ἑαυτῶν
πολείδα τότε ἔχοντες ἐφεδρεύοντας τὰς ἄνδρας. Impræsentiarum quidem aliquid in
Carthaginenses statuere, aut bellare ob impendentem rebus suis à Celtis
metum non audebant (Romani) qui quotidie incursum eorum expectabant:
prensato igitur delinitoque Asdrubale sic Celtas aggredi, & adversus eos pe-
riclitari statuerunt: cum conjectarent sibi nec Italis dominari, imo nec tuto
patriam incolere si viros ejusmodi insidentes paterentur, integrum futurum.

τὰς μὲν ὧν ἀρχὰς ἐμένον τ χώρας ἐπικρατεῖν. ἀλλὰ κ τ σύνεγγυς πολὺς ἀπονόσ
ἐπιτοίνητο τῇ πόλει καθαπληγμένοι. μετὰ δέ τινα χρόνον μάχη νικήσωσι Ρωμαῖοι,
κὴ τὰς μετὰ τούτων ἀφοδεξαμένας, ἐπόμενοι τοῖς φεύγουσι περὶ τ μάχης ἡμέρας ὑστε-
ρον κατέσχεν αὐτὴν πᾶν Ρώμην, πλὴν ὀ Καπιτολίε. ἁλοῦσα δὲ ὑπ' ἀνδρασμάτων, κὴ
τῶν συνεγγὺς ἐμβαλόντων εἰς τὰς χώρας αὐτῶν, τότε μὲν ποιησάμενοι σωτῆρας τοὺς
Ρωμαίους, κὴ πᾶν πόλιν ἀποδόντες ἐπανῆλθον εἰς τὰν δικείαν.

ante Christum an. 389. Principio non solum regionem (Galliam Cisalpinam) obtinebant; sed ex
vicinis plures audaciâ suâ perculsos, parere sibi pepulerant; verum aliquanto
post, cum Romanos prælio vicissent, eosque qui cum ipsis in acie steterant,
per triduum pugna fugientes secuti, Romam ipsam exinde præter Capito-
lium ceperunt: facta vero diversione, Venetisque in eorum regionem irruen-
tibus, fœdere tunc cum Romanis percusso, ipsisque reddita urbe, ad propria
rediere.

ante Christum an. 359. ἀφεστανομένων ἢ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλλων γραδόμαλα μεγάλω μέρ τ τ πόλεως
καθάληψιν ἐπὶ τριακοστῷ, τότε μὲν ὁκ ἐπόλμησαν ἀντιξαγαγεῖν Ρωμαῖοι πὸ γρατόπεδα,
Celtis rursus annô post captam urbem 30 Albam usque cum magnô exer-
citu progressis, castra Romani contra educere non ausi sunt.

ante Christum an. 317. ἀθεβαλόμβροι λείας πλῆθ ὁκ τ Ρωμαίων ἐπεχίας ἀσφαλῶς ἐπανῆλθον, cum
prædam multam avertissent, Romana provincia tuto recesserunt.

ante Christum an. 313. μεθ' ἢ ταῦτα πάλιν ἔτη πεμπτῷ συμφρονήσαντες ἅμα Σαυνίτῃ κὴ Γαλάτῃ παρεβά-
ξαντο Ρωμαίοις ὁν τῶν Καμερτίων χώρα, κὴ πολὺς αὐτῶν ὁν τῷ κινδύνῳ διέφθειραν.
Quartô deinde annô cum inter se Samnites, & Galli conspirassent, cum
Romanis in Camertina regione acie dimicarunt, multosque ex ipsis clade
perdiderunt.

ante Christum an. 303. Διακοσμῶν πάλιν ἐτῶν δέκα, περιγίνονται Γαλάτῃ μεθ' μεγάλης σρατιᾶς πολιορ-
κήσοντες πᾶν Ἀρρητίνων πόλιν. Ρωμαῖοι ἢ βοηθοῦντες κὴ συμβαλόντες περὶ τ πό-
λεως ἡττήθησαν. Elapso decennio magno cum exercitu advenere Galli Arreti-
norum urbem expugnaturi, Romani vero suppetias ferentes, collatis ante
urbem signis, inferiores discessere.

ὁκ

ἐκ τ πεφειρημένων ἀγώνων, δύο τὰ κάλλιστα συνεκύρησε Ρωμαίοις, ἃ γὰ καλακόπιδος συνήθειαν ἐχηκότες ὑπὸ Γαλατῶν οὐδὲν ἠδύναντο δεινότερον ἰδεῖν οὐδὲ προσδοκῆσαι τ αὐτοῖς ἤδη πεπραγμένων; ex jam dictis certaminibus, pulcherrima duo Romani consecuti sunt; quippe illatis à Gallis cædibus assueti, iis quæ jam acciderant gravius videre aut expectare nihil poterant. ante Christum 232.

κ τὰς καιρὰς τάτας Ρωμαῖοι τὰ μὲν ἀκάοντες τὰ ἢ καλαμαηδόμενοι τὸ μέλλον, εἰς φόβος ἐνέπιπτον συνεχεῖς καὶ περαχάς, ὅπῃ ποτ᾽ τον, ὥσε ποτὶ μὲν ἑρατοπέδα καλαβράφειν, καὶ σίτε καὶ τ ὅπλητοείων πιεῖας ποιεῖσθαι, ποτὶ ἢ καὶ τὰς δυνάμεις ἐξάγειν ὅπῃ τὰς ὁρμὰς, ὡς ἤδη παρόντων εἰς τὴν χώραν τ πολεμίων, οὐδέπω κεκινηκότων ἐκ τ οἰκίας τ Κελτῶν; ἐκ ἐλάχιστα ἢ συνήργησε ἐ Καρχηδονίοις τᾶτο τὸ κίνημα, ποῖς τὸ καλασκοδάσαντας τὰ κ᾽ τὴν ἰδηλείαν ἀσφαλῶς. Ρωμαῖοι γὰ, ὡς καὶ ποσθεν ἡμῖν εἴρηται, κελύοντις ἀναγκαιότερα ταῦτα, λοὶ τὸ ποῖς τ πλησίον αὐτῶν ὑπάρχειν, πιρορᾶν ἠναγκάζοντο τὰ καλὰ τὴν ἰδηλείαν, παρεδάζοντες ποτερον ἐκ καλὰ ἔθος τὰ καλὰ τὰς κελάσεις. Per hæc tempora, alia (de Gallorum consiliis) audientes, alia futura divinantes, in continuos metus, & turbationes incidebant, adeò ut modo exercitus conscriberent, parandisque commeatibus operam darent, modo copias (quasi jam regioni imminerent hostes) ad fines educerent, necdum domò egressis Celtis. Hic verò motus non mediocriter Carthaginensibus ad res in Hispania tuto componendas profuit. Romani enim (quod & ante diximus) hæc magis necessaria cum judicarent, quia lateri eorum adjacebant Celtæ, quæ Hispaniam spectabant negligere coacti sunt, dum in id ante incumbunt, ut resp. extra omne à Celtis periculum collocetur. Nota Hispanias à Romanis Gallici belli metu neglectas.

οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ πάντες ἐδειδιέεις ἦσαν μέγαν καὶ φοβερὸν αὐτοῖς ὑπολαμβάνοντις ὅπιφέρεσθ κίνδυνον. ἔπαχον ἢ τᾶτο εἰκότως, ἐπ ἐδὲ Γαλατῶν ἐγκαθημένων τ ψυχᾶς αὐτῶν & πλησίον φόβου. Universi Romæ meticulosi erant, magnum & formidabile periculum ipsissimet impendere conjicientes, haud injuriâ hoc afficiebantur modo, insidente adhuc animis ipsorum antiquo Gallorum metu.

καλαπεπληγμένοι οἱ τὴν Γαλλίαν οἰκέντις τὴν τ Γαλατῶν ἐφοδον, οὐκ ἐπ Ρωμαίοις ἠγῶντο συμμαχεῖν ἀδὲ ἐδὲ τ τάτων ἡγεμονίας γίνεσθ τ πόλεμον. ἀλλὰ ἐδὲ σφῶν ἐνόμιζον ἕκασοι, καὶ χώρας ὅπιφέρεσθ τ κινδυνον. διόπερ ἐπίμως τ παρ᾽ ἐγκελευομένοις ὑπήκοον. Populi qui Italiam incolebant adventu Gallorum perterriti non amplius se Romanorum socios esse, nec de horum imperio bellum esse reputabant, sed singuli dè rebus suis agi, suas urbes, regionesque in periculum adduci rebantur: itaque alacres jussa capessebant.

Τέλ ὑπερεχόντων τῶν Κελτῶν τῇ πλήθ, συνέβη ἀμφοῖν ἀμὸ τῶν Ρωμαίων οὐκ ἐλάτοις ἐξακισχιλίοις, τὰς ἢ λοιπὰς φόβγειν. prævalentibus tandem audacia & multitudine Celtis, Romanorum non minus quam sex millia perire, reliquos fugere contigit.

γενομένης ἢ ἀμφισόμε τ τῶν Κελτῶν δυνάμεως, ὁ μόνον κατηπλικλικὼς ἀλλὰ καὶ πρακλικλὼ εἶναι συνέβαινε τὴν τάξιν. οἱ μὲν ἂν Ισυμβροι καὶ Βοῖοι τὰς ἀναξυρίδας ἔχοντες, καὶ τὰς ὑπὲρ ἐις τῶν σαγῶν ἐπὶ αὐτὰς ἐξέπιπτον. οἱ ἢ Γαισάται λοὶ τὴν φιλοδοξίαν καὶ τὸ θάρσ ταῦτ᾽ ὑπερῤῥιψαῆσαι, γυμνοὶ μὲ᾽ αὐτῶν τῶν ὅπλων πρῶτοι τ δυνάμεως κατῆσαν. Ita disposita bifrons Gallorum acies non solum ad speciem terribilis est visa, sed etiam ad bene pugnandum cum primis efficax. Ad hanc pugnam Insubres & Boji braccati ac leviora saga induti prodierunt; Gæsatæ vero ob gloriæ cupiditatem & confidentiam, his abjectis nudi cum solis armis primos ordines occuparunt.

ὁ μὲν οὖν πρὸς τοὺς Κελτοὺς πόλεμος τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, καίτοι μὲν τῶν ἀπόνοιαν καὶ τόλμαν τῶν ἀγωνιζομένων ἀνδρῶν, ἔτι δὲ καὶ τὰς μάχας καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτοῖς ἀποθνῃσκόντων καὶ τραυματιζομένων ἀδένδς καταδεέστερον τῶν ἱστορηθέντων. καὶ γὰρ τὰς ὁπλομαχίας, καὶ τὴν ἀκμὴν τοῦ καιροῦ ἕκαστον μέρος χειρισμοῦ πλέως δικαίως φρονήσας. ἀλλὰ τὸ μὴ τὸ πλεῖον, ἀλλὰ συλλήβδην ἅπαν τὸ γνώμενον ἀπὸ τῶν Γαλατῶν, θυμοῦ μᾶλλον ἢ λογισμοῦ βεβαιότατος. Hunc bellum adversus Celtas gestum exitum habuit; si virorum certantium furorem & audaciam, pugnasque ac cæsorum in illis & perperam ordinatorum multitudinem spectes, nulli eorum quæ à scriptoribus commemorata sunt secundum; si vero insultus, rerumque singularum sine judicio administrationem, absolute adspernabile; quoniam non ut plurimum sed summatim quicquid à Gallis gestum est, ira magis quam ratiocinatione. confectum est.

ὁ ἀπὸ Γαλατῶν φόβος οὐ μόνον τὸ παλαιὸν ἀλλὰ καθ' ἡμᾶς ἤδη πλεονάκις ἐξέπληξε τοὺς Ἕλληνας. Gallorum metus non solum olim, sed memoria etiam nostrâ Græcos sæpius perculit.

συνεωρακότες ὰν τῶν προγεγονότων κινδύνων, ὅτι τοῖς τι θυμοῦ καὶ τῷ πρώτῳ ἔφοδον, ἕως ἂν ἀκέραιον ᾖ φοβερώτατόν ἐστι πᾶν τὸ Γαλατῶν φῦλον. observaverant ex præcedentibus bellis *Rom.* Gallorum genus omne in fervore, primoque appulsu, dum adhuc integri sunt, maxime formidabile esse.

lib. 4. ante Christum an. 277. Κρατήσαντες τῶν Θρᾳκῶν καὶ καταστρεψάμενοι βασίλειον τῷ Τύλλῳ εἰς ὀλοχειρὴ κίνδυνον ἦγον τὴν Βυζαντίων. Thracibus devictis, ac regni sui sede Tulæ instituta, ultimum Byzantiis periculum creaverunt.

cæsus Cæsar ante Christum an. 44. Cæsar *de bello Gallico lib.* 3, sunt Gallorum subita & repentina consilia, &c. ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens est.

Lib. 4, fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, & ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent; itaque ea, quæ fertilissima sunt, Germaniæ loca circum Herciniam sylvam, quam Eratosthenes, & quibusdam Græcis fama notam esse video, quam Orciniam appellant, Volcæ Tectosages occuparunt, atque ibi consederunt; quæ gens ad hoc tempus, iis sedibus se continet, summamque habet justitiæ & bellicæ laudis opinionem. Nunc quod in eadem inopia, egestate, patientiaque Germani permanent, eodem victu & cultu corporis utuntur, Gallis autem propinquitas, & transmarinarum rerum notitia, multa ad copiam atque usus largitur, paulatim assuefacti superari, multisque victi præliis, ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.

Lib. 7, Singulari militum nostrorum virtuti, consilia cujusque modi Gallorum occurrebant, ut est summæ genus solertiæ, atque ad omnia imitanda, atque efficienda, quæ ab quoque traduntur aptissimum.

Unum consilium totius Galliæ effecturum, cujus consensui ne orbis quidem terrarum posset obsistere [*spopondit Vercingetorix.*

Tanta universæ Galliæ consensio fuit libertatis vindicandæ, & pristinæ belli laudis recuperandæ, ut neque beneficiis, neque amicitiæ memoria moverentur.

De bello civili lib. 1, Celeriter sese Galli equites expediunt, prœliumque committunt. Hi dum pari certamine res geri potuit, magnum hostium numerum pauci sustinuere; sed ubi signa legionum appropinquare cœperunt, paucis

paucis amissis sese in montes proximos conferunt. Hoc pugnæ tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum.

A. Hirtius de bello Africano. Accidit res incredibilis, ut equites minus xxx Galli Maurorum equitum 2 millia, loco pellerent, urgerentque in oppidum. cæsus Hirtius anno ante Christum 43.

Cum receptui Cæsar cani jussisset, equitatumque omnem intra suas munitiones recepisset, campo purgato, animadvertit mirifica corpora Gallorum, Germanorumque, qui partim ejus auctoritatem erant ex Gallia secuti, partim pretio, pollicitationibusque adducti ad eum se contulerant, nonnulli qui ex Curionis prælio capti, conservatique, parem gratiam in fide partienda præstare voluerant; horum corpora, mirifica specie, amplitudineque, cæsa toto campo, ac prostrata diverse jacebant.

Copias habebat (*Cæsar*) in Gallia bellare consuetas, locis campestribus, & contra Gallos, homines apertos, minimeque insidiosos, qui per virtutem, non per dolum dimicare consueverunt.

M. Tullius Cicero de provinciis Consularibus oratione anno ante Christum 56 pronunciata. Cæsari supplicationes decrevistis, numero ut nemini ullo ex bello, honore ut omnino nemini, &c. Bellum Gallicum, Patres conscripti, C. Cæsare Imperatore gestum est; antea tantummodo repulsum, semper illas nationes nostri Imper. refutandas potius bello, quam lacessendas putaverunt. Ipse ille C. Marius cujus divina atque eximia virtus magnis populi Romani luctibus funeribusque subvenit, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit; non ipse ad eorum urbes penetravit, modo ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius C. Pontinius fortissimus vir, ortum repente bellum Allobrogum, atque hac sceleratâ conjuratione excitatum, prælio fregit, eosque domuit, qui sacessierant; & ea victoria contentus, Rep. metu liberata, quievit. C. Cæsaris longe aliam video fuisse rationem, non enim sibi solum cum iis, quos jam armatos contra populum Rom. videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam, &c. — nemo sapienter de Rep. nostra cogitavit, jam inde à principio hujus Imperii, quin Galliam maxime timendam huic imperio putaret; sed propter vim ac multitudinem gentium illarum nunquam est antea tum omnibus dimicatum: restitimus semper lacessiti, nunc denique est perfectum, ut imperii nostri, terrarumque illarum idem esset extremum. Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine; nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nunquam hæc urbs summo imperio Domicilium ac sedem præbuisset; quæ jam licet confidant, nihil est enim ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit Italiæ pertimescendum. cæsus anno ante Christum 42.

Idem orat. pro M. Fontejo anno ante Christum 69; tantum à cæterarum gentium more ac natura dissentiunt (Gallicanæ) quod cæteræ pro religionibus suis bella suscipiunt, istæ contra omnium religiones. Illæ in bellis gerendis ab Diis immortalibus pacem ac veniam petunt; istæ cum ipsis Diis immortalibus bella gesserunt. Hæ sunt nationes quæ quondam tam longe ab suis sedibus, Delphos usque, ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexandum ac spoliandum profectæ sunt. Ab iisdem gentibus sanctis & in testimonio religiosis obsessum Capitolium est, atque ille Iupiter, cujus nomine majores nostri sanctam testimoniorum fidem esse voluerunt. — ut

oportet bello Gallico, ut majorum jura moresque præscribunt, nemo est civis Rom. qui sibi ulla excusatione utendum putet.

Crispus Sallustius Ciceroni coætaneus de Conjuratione Catilinæ, cognoveram parvis copiis bella gesta cum opulentis Regibus; ad hoc fœpe fortunæ violentiam toleravisse, facundia Græcos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse.

ante Christum an. 105. *Idem de bello Jugurthino ad finem*, adversum Gallos ab Ducibus nostris Q. Cepione & M. Manlio male pugnatum. Quo metu Italia omnis contremuit; illique, & inde usque ad nostram memoriam Romani, sic habuere; alia omnia, virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute non pro gloria certare.

decessit anno Christi 17. *Titus Livius Decadis 1. lib. 5*, Galli fortunæ suæ omen rati, Massilienses adjuvere &c. fusis acie Tuscis haud procul Ticino flumine, cum in quo confederant agrum Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Æduorum, illi omen sequentes loci, condiderunt urbem, Mediolanum appellarunt, &c. Boji Lingonesque transgressi, cum jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Hetruscos modo, sed Umbros agro pellunt, &c.

Anno ante Christum 391. Si negetur ager (à Clusinis) coram iisdem Romanis dimicaturos, ut enunciare domum possint, quantum Galli virtute cæteros mortales præstarent. Quodnam id jus esset agrum à possessoribus petere, aut minari arma, Romanis quærentibus; ecquid in Hetruria rei Gallis esset? cum illi se in armis jus ferre, & omnia fortium virorum esse ferociter dicerent; accensis utrinque animis ad arma discurritur, & prælium conseritur.

Anno ante Christum 329. *Lib.* 8, Nondum perfunctos cura Privernatis belli, tumultus Gallici fama atrox invasit, haud ferme unquam neglecta patribus, &c. Mamercus cui Gallicum bellum evenerat, scribere exercitum sine ulla vacationis venia.

Anno ante Christum 256. *Lib.* 10, Gallos inter ferrum & arma natos, feroces tum suopte ingenio, tum adversus Rom. populum quem captum à se, auroque redemptum haud vana jactantes memorent, &c. cum fœpe alias, tum eo anno Gallici tumultus præcipuus terror civitatem tenvit, &c. Gallorum corpora intolerantissima laboris atque æstus fluere, primaque eorum prælia plusquam virorum, postrema minus quam fœminarum esse.

Anno 292.

ante Christum an. 207. *Decadis 3. lib. 7*, lævo in cornu adversus Claudium Gallos opponit, haud tantum eis fidens, quantum ab hoste timeri eos credebat *Hasdrubal.*

Sub Tiberio. *Strabo Geographiæ lib. 4 de Gallis* παιδες αι γυναικες, και τεκνωσαι, οι δ' ανδρες μαχιμοι μαλλον η γεωργοι, mulieres fœcundæ sunt, & educatrices bonæ, & viri bellatores potius quam agricolæ.

Το δη συμπαν Φυλον ο νυν Γαλλικον τι και Γαλατικον καλουσιν αρειμανιον τι και θυμικον εστι, και παχυ προς μαχην. αλλως δ' απλουν και ακακηθες. Δηλα δ' εστι τουτο ερεθισθεντες μεν, αθροοι συιασι προς τους αγωνας και φανερως, και ου προσκεψεως; ωστε και δημοσχειρεσι γινονται τας καθ' εταιρειαν εχθρας. και γαρ ο τι βουλεται, και οπου, και αφ' ης εστιν προφασεως, παροξυνθεις τις αυτων επιμενει εχει προς τον κινδυνον, πλουτος και βιας και τολμης δεον εχοντας το συναγωνιζομενον, και προαπαντησαι δ' δυναται ραδιως προς το ζητουμενον, ωστε και παιδειας απλειας και λογων. το δη βιαιον, το μη ου των σωματων εστι μεγαλων οντων, το δ' ου και πληθους. συιασαι δ' και καθ' πληθος ραδιως. Δηλα το απλουν, και αυθεκαστον συναγανακτησεις προς αδικειαν δοκουσι αει των πλησιον. Universa hæc natio quæ Gallica & Galatica nunc vocatur, bellicosa est & animosa, & ad pugnam prompta,

prompta, cæterum simplex & morum non pravorum. Itaque irritati ad pugnam confertim & palam coëunt, idque incircumspecte; quô fit ut facile circumveniantur, si quis bellum gerere adversos eos velit: facile enim quando & ubi volet, & quacunque de causa lacessitos ad prælium conserendum elicuerit; nulla præter vim & audaciam re instructus. Iidem facile persuaderi sinunt ut utiliora amplectantur, itaque disciplinæ & literis se dederunt. violentiam partim à corporum mole habent, partim à multitudine; ac facile magno numero coëunt propter simplicitatem & libertatem, indignationem pro vicinis injuria se affectos putantibus semper susceptientes.

ἐσι μὲν ἓν μαχηταὶ πάντες τῇ φύσῃ, κρείττους δ' ἱππότῃ ἢ πεζοῖ, καὶ ἔστι Ρωμαίοις τὸ ἱππέας αἱρεῖσθαι τῶν τότων, sunt autem universi natura pugnaces, equitatu tamen quam peditatu meliores; ab hisque Romani optimum suum equitatum habent.

Lib. 7, Φησὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καταλέξαι συμμίξαι τῷ Αλεξάνδρῳ Κελτοὺς τοὺς ἐπὶ τὸ Ἀδρίαν φιλίας καὶ ξενίας χάριν. δεξαμένου δ' αὐτοὺς φιλοφρόνως τὸ βασιλέα ἐρέσθαι τῶν τι τάυτου, τί μάλιστα εἴη ὃ φοβοῖντο νομίζοντες αὐτὸν, ἐρᾶν. ὡς δ' ὀπακρίνασθαι ὅδενα εἰ μὴ ἄρα ὁ ἀεροὺς αὐτοὺς ἐπιπέσῃ, φιλίαν μεμῶ ἀνδρὸς πιστὸς ἐπὶ πᾶσι τίθεσθαι. ταῦτα δ' ἁπλότητος τῶν βαρβάρων ἐστὶ σημεῖα. ἔτι μὴ συγχωρήσαντος μὲν τοῦ ὀπόβασιν εἰς τὴν νῆσον, δῶρα δ' πέμψαντος, καὶ σωθεμένων φιλίαν καὶ τὸ φοβεῖσθαι μὲν μηδένα φαμένων, φιλίαν δ' ἐπὶ πᾶσι τίθεσθαι μεγάλων ἀνδρῶν. Ptolemæus Lagi F. refert, in hac expeditione † Celtas qui ad Adriam incolebant amicitiæ & hospitalitatis gratia Alexandrum convenisse, Regem vero comiter exceptos inter pocula rogavisse, equidnam esset quod maxime metuerent, cum responsuros putaret se ab ipsis maxime timeri, eos vero respondisse, nihil, nisi forte ne cœlum in ipsos incideret, interim se tanti viri amicitiam maximi pendere. Hæc quidem simplicitatis barbarorum indicia sunt; hos vero cum in Insulam (*Peucen*) venire non permitteret Alexander, dona misisse, amicitiamque junxisse cum iis qui se neminem timere, magnorum tamen vitorum amicitiam plurimi facere dicebant.

† adverl. Thraces.

Justinus ex Trogo Pompejo, lib. 24 de Gallis. Gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium invictaque juga & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis bella gesserunt. Hortante deinde successu, divisis agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam omnia ferro proterentes petivere; tantusque terror Gallici nominis erat, ut etiam Reges non lacessiti, ultro pacem ingenti pecunia mercarentur, &c. Galli Duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemæum mittunt, offerentes pacem si emere velit. Sed Ptolemæus inter suos pacem Gallos petere gloriatus est, nec minus ferociter se legatis quam inter amicos jactavit; aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos obsides dederint, & arma tradiderint; non enim se fidem nisi inermibus habiturum. Renunciata legatione risere Galli undique acclamantes brevi sensurum sibi an illi consulentes pacem obtulerint. Interjectis diebus prælium conseritur, victique Macedones cæduntur, Ptolemæus multis vulneribus saucius capitur, caput ejus amputatur, & lancea fixum tota acie ad terrorem hostium circumfertur; paucos ex Macedonibus fuga servavit, cæteri aut capti, aut occisi.

Sub Antoninis.

Brennus

Brennus quo Duce portio Gallorum in Græciam se effuderat, audita victoria suorum qui Belgio Duce Macedones vicerant, indignatus parta victoria opimam prædam & Orientis spoliis onustam tam facile relictam esse, aduna-tis CL millibus peditum, & XV millibus equitum in Macedoniam irrumpit. Cum agros villasque popularentur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes; sed pauci à pluribus, trepidi à valentibus facile vincuntur. Itaque cum victi se Macedones intra muros urbium condidissent, victor Brennus nemine prohibente totius Macedoniæ agros deprædatur. Inde quasi spolia forderent, animum ad Deorum immortalium templa convertit, scurriliter jocatus locupletes Deos largiri hominibus oportere: statim igitur Delphos iter vertit.

Lib. 25, Galli qui à Brenno Duce, cum in Græciam proficiscerentur, ad terminos gentis tuendos relicti fuerant, ne soli desides viderentur, peditum quindecim millia, equitum tria millia armaverant, fugatisque Getarum, Tribalorumque copiis, Macedoniæ imminentes legatos ad Regem miserunt, qui pacem ei venalem offerrent, simul & Regis castra specularentur. Quos Antigonus, pro regali munificentia, ingenti apparatu epularum ad Convivium invitavit. Sed Galli expositum grande auri argentique pondus admirantes atque prædæ ubertate sollicitati infestiores quam venerant, reverterunt. Quibus & elephantes ad terrorem, velut inusitatas barbaris formas, Rex ostendi jusserat, naves onustas copiis demonstrari ignarus, quod quibus ostentatione virium metum se injicere existimabat, eorum animos ut ad opimam prædam sollicitabat.

ante Christum an. 275. Gallorum eâ tempestate tantæ fœcunditatis juventus fuit, ut Asiam omnem velut examine aliquô implerent. Denique neque Reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserint, neque pulsi regno ad alios quam ad Gallos confugerint. Tantus terror Gallici nominis, sive armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque Majestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse, sine Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithyniæ Rege invocati regnum cum eo parta victoria diviserunt, eamque regionem Gallogræciam cognominaverunt.

Eodem tempore, *Pausanias in Phocaicis*, Ὑπερόριον μὲν οἱ Κελτοὶ ϕαλείαν πρώτην ὑπὸ ἡγεμόνῳ ἐπιπέσοντο Καμβαύλῃ, προελθόντες δὲ ἄχρι τῶν Θρᾳκῶν, τὸ μέσον τῶν πρείας σὺν ἀπειθάροσιν, καταγνόντες αὐτῶν, ὅτι ὀλίγοιτι ἦσαν, καὶ σὺν ἀξιέμαχοι καὶ ἀριθμὸν Ἕλλησιν. ἐπεὶ δὲ καὶ δοῦπον ἐπιφέρειν ἐδόκει ὅπλα ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἐνῆγεν ἢ μάλιστα οἱ ὁμῶ Καμβαύλῃ ἐπεξελθόντες, ἅτε ἀπλησίων τε ἤδη γεγυμνῶσι καὶ ἁρπαγῆς καὶ κερδῶν εἰς ἐρασθέντες ἦκον, πλοὺς μὲν ἢ πεζὸς, σὺν ἐλάχιστοι ἢ ἡθροίσθησαν καὶ ἐς τὸ ἱππικὸν. ἐς μοίρας δὲν τρεῖς ἔνεμον οἱ ἡγεμόνες τὸ στρατόν. καὶ ἀλλῳ ἐξ αὐτῶν ἐπὶ ἄλλοις ἐπίπαν τὸ ἔθνος ἦσαν καὶ τὸ ἔθνος τριβάλλων ἔμελλε κερθέλῳ ἡγήσασθαι. τοῖς δὲ ἐς πτιονίαν ἰόσι Βρέννος ἦσαν καὶ Ακιχόριος ἄρχοντες. Βόλγιός τε ἐπὶ Μακεδόνας τὸ καὶ Ὀλυμπίας ἦλακε, καὶ ἐς αἰγῶνα τοῖς Πτολεμαίοις κατέση, &c. ὁ ἀθροισθεὶς στρατὸς πεζοὶ μὲν μυριάδες ἑξήκοντα πενταεκαίδεκα τετρακόσιοι καὶ χίλιοι. οἱ δὲ ἱππόδονῆες τετρακόσιοι καὶ δισμύριοι. τοσοῦτον μὲν ἦσαν αὐτῶν ἱππέων τὸ ἀεὶ ἐπερχόν. ἀριθμοὶς δὲ αὐτῶν ὁ ἀληθὴς Διακόσιοί τε καὶ χίλιοι καὶ ἑξ μυριάδες, &c. τοῖς δὲ γε Ἕλλησι κατεπεπλώκει μὲν ἐς ἅπαν τὰ φρονήματα, τὸ δὲ ἰσχυρὸν δεδιμαίνῳ πεσὸν ἐς ἀνάγκλιν τῇ Ελλάδι ἀμυνεῖν, &c: τοῖς δὲ Γαλάταις τὰ μὲν τῆς σκυθῆς ἀδυνέσεσα ἰδὼ. θυρεὺς γὰρ τὰς ὑπηχωρίας εἶχον, καὶ ἄλλο σφισιν σὺκ ἰδὼ ὅπλον σκέπη σώμαθῳ. πλέον δὲ ἔπη

ἢ ἐπ ἐμπειρίᾳ τῇ ἐς τὰ πολεμικὰ ἀπέδεον. οἱ ἢ ἐν ὀργῇ τε ὅτι τὰς ἀναλίσκ καὶ ὑμᾶς μεῖ ὀδενὸς λογισμῷ καθάπερ τὰ ἠμελα ἐχώρευν, καὶ ἅτε πελέκεσι ἀμιμεμένους ἢ ὑπὸ μαχαιρῶν ὀπόνοια τὰς ἐπ ἐμπεόνας ἐπ ἀπέλιπεν, ἅτε ὅσοι βέλεσι καὶ ἀκοντίοις διεπέρονται, ὑφηρέντο ὑμᾶ μέχρις ἂν παρέμβυεν ἡ ψυχή. Οἱ ἢ καὶ ἐκ τ τραυμάτων τὰ δόρατα οἷς ἐβέβληντο ἀναπαῶλες ἢ φίεσάν τε ἐς τὰς Ελλωας, καὶ ἐχρῶντο ἐκ χειρὸς.

Primam extra fines expeditionem Celtæ Cambaule Duce susceperunt, hi in Thraciam usque progressi, ultrà institutum iter progredi non sunt ausi, quod semet paucis numeroque Græcis ad certamen impares judicarent; at postquam in alienam ditionem arma secundum inferre visum est (ea autem præcipue intulere qui cum Cambaule militaverant) sive inexplebilitatis gustum cepissent, rapinæque ac lucri amore ducerentur, ingens peditum nec multo minor equitum manus convenerunt. Tripartito vero agmine Duces moverunt, ut in destinatam quisque regionem proficisceretur: In Thracas Triballorumque gentem profecturis qui præesset datus Cerethrius, in Pannoniam iturus Brennus & Acichorius præfecti sunt; Bolgius Macedones & Illyricos sortitus est, & cum Ptolemæo tunc Macedonum regnum tenente pugnavit, &c. Peditum myriadum quindecim cum millibus duobus, equitum vero viginti millia cum quadringentis congregata sunt, tot enim erant equites ad certamen semper idonei, verus enim eorum numerus erat myriadum sex cum mille ducentis; &c. Græcorum dejiciebantur omnia omnino consilia, vis tamen terriculamenti eos in vindicandæ Helladis necessitatem compulit, &c. Erat Gallis armatura infirmior, thyreos enim suæ regionis habebant, nihil vero aliud ipsis ad corporis tegmen erat. eos præterea rei militaris experientia deficiebat, sed sola in adversarios ira, & impetu, sine ulla ratiocinatione velut feræ ruebant. Nec bipennibus aut gladiis divisos furor tantisperdum spirabant destituebat; quique telis aut jaculis confixi erant, quamdiu anima superfuit, nihil de impetu remittebant, imo ex vulneribus evulsa quibus transfixi erant hastilia, in Græcos emittebant, manibusque eorum extorquebant.

Ælianus variæ hisioriæ lib. 12, *cap.* 23, Ανθρώπων ἐγὼ ἀκέω φιλοκινδυνοτάτες εἶναι τὰς Κελτὰς. τ ἀσμάτων ἂν ὑποθέσεις ποιῆται τὰς ἀνθρώπως τὰς ὀπλομανίας ἐν τῷ πολέμῳ καλῶς; καὶ μάχονται ἢ ἐσεφανωμένοι, ἀλλὰ καὶ τρόπαια ἐγείρουσιν, ἅμα τε ὅτι τοῖς πεπεδ γμένοις στεμνωόμμοι, καὶ ὑπομνήμαῖ ἀὐτῶν τ ἀρετὰς ὀπολείποντες ἑλλωικῶς. ὅτως ἢ αἰσχρὸν νομίζυσι τὸ φόγειν, ὡς μηδὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν καλολιοθαιναστῶν καὶ ἐμπιπρασῶν πολλάκις ὀποδιδράσκειν. ἀλλὰ μηδὲ πιμπραμένων αὐτῶν ἐφλαμβανομένης ὑπὸ πυρὸς, πολὺ ἢ κ ὀπικλύζυσιν τὴν ἁλασσαν ὑπομένοντες; εἰσὶ ἢ καὶ οἳ ὅπλα λαμβάνοντες ἐμπίπλασι τοῖς κύμασι καὶ τὴν φορὰν αὐτῶν ἐσδέχονται. γυμνὰ τὰ ξίφη κ τὰ δόρατα περοτίοντες, ὡσπερὲν ἢ φοβῆσαι δυνάμενοι ἢ πρῶσαι. Promptissimos hominum Celtas ad subeunda pericula esse audio. Eos igitur qui fortiter in bello occubuerunt, cantionum suarum argumenta sumunt, & coronati pugnant, imo trophæa erigunt, simul præclare gestis rebus nobilitati, virtutisque suæ Græco more monumenta relinquentes; adeo vero turpe putant fugere, ut sæpe corruentibus & collabentibus, aut incensis ædibus non excedant, sed igni corripiantur. multi etiam inundans mare expectant, sunt & qui sumptis armis in fluctus semet injiciunt, eorumque impetum evaginatis gladiis & hastas quatientes excipiunt, perinde ac si vel terrere vel vulnerare possent.

Appianus Alexandrinus de bello Civili lib. 3, ὁ νόμος ὁ περὶ τῶν Κελτικῆς ἀεὶς χράφεται αὐτίκα ὀρρωδήσας πάνυ τὴν βουλὴν, &c. ἦσαν γὰρ οἱ καὶ τὸ ἔθνος ὅλως ἐλθυθερίαν ἠγεμονίας ἠξίουν, ἕτως ἐδεδοίκησαν ἀγχοῦ τὴν Κελτικὴν ὄντες. Lex de Gallia *Cisalpina cui Antonius inhiabat*, conscripta est; valde metuente Senatu, &c. erant qui universam *Gallorum Cisalp.* gentem in libertatem, ne deinceps Imperio serviret, asserendam censebant, adeo metu constringebantur, quod in vicinia esset Celtica.

L. Florus libri 1, *c.* 13. Hinc sive invidiâ Deûm, sive fatô rapidissimus procurrentis Imperii cursus, parumper Gallorum Senonum incursione supprimitur; quod tempus populo Romano nescio utrum clade funestius fuerit, an virtutis experimentis spectosius; ea certe fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatum putem divinitus, scire volentibus immortalibus Diis, an Romana virtus Imperium orbis mereretur. Galli Senones gens naturâ ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole, perinde ac armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum, urbium stragem videretur.

Lib. 3, *c.* 10. Asia Pompeji manibus subacta, reliqua quæ restabant in Europa, fortuna in Cæsarem transtulit; restabant autem immanissimi gentium Galli atque Germani, &c. cum Cæsar Rhodani ponte rescisso abstulisset fugam, statim bellicosissimam gentem sic in sedes suas, quasi greges in stabula pastor deduxit.

Eutropius lib. 5. Timor Romæ grandis fuit, quantus vix Hannibalis tempore Punicis bellis, ne iterum Galli Romam venirent.

Iulianus Augustus oratione 2, ὁ μὲν τὸ μητρὸς πατρὶ τῷ Ῥώμῃ διηκὴ καὶ τῷ Ἰταλίαν, καὶ τῷ Λιβύῃ τε ἐπ' αὐτῇ καὶ Σαρδοῖ καὶ Σικελίαν ἔτι φαυλοτέραν τὴν Ἀργείας καὶ Μυκηναίας δυναστείας. ὁρᾷ μὲν ὃ πατρὸς γονὴ τὴν Γαλατίαν ἔθνη τὰ μαχιμώτατα καὶ τὰς Εσπερίους ἰσθμοὺς καὶ τὰς ἐντὸς Ωκεανοῦ νήσους. Matris tuæ pater (*Maximianus Herculius*) Romam obtinebat, & Italiam, Libyam insuper, & Sardiniam & Siciliam nihilo Argivo & Mycenæo dominatu deteriores. Patris vero (*Constantini Magni*) genitor (*Constantius Chlorus*) bellicosissimas Galliæ nationes, & Occidentales Iberos, & sitas in Oceano Insulas.

αὐτῇ στρατικὲ δύσμαχα καὶ ῥώμῃ ἀμφίρρυτα τὴν ἄλλων ἐθνῶν ὑβρὶ βαρβάρων, σὺν ἀκοῇ μόνῃ ἦπερ δὴ τυγχάνῃ πίστις οὖσα ἀσφαλὴς ἀλλ' αὐτῇ πείρᾳ τῶν ὁκμαθῶν εἴδα, ad illum Oceanum difficilia oppugnata & robore præstantia aliarum barbarorum nationum genera habitare, non auditu solô cujus non tuta fides, sed experimento ipso id ipsum edoctus novi.

Orat. 1. Κελτοὶ καὶ Γαλάται ἔθνη ἃ τοῖς πάλαι φανεῖσα δυσπαγώτατα, πολλάκις μὲν ἐπιῤῥᾴσαντα καθάπερ χειμάῤῥους ἀνυπόστατον Ἰταλοῖς καὶ Ἰλλυριοῖς ἤδη δὲ καὶ τῆς Ασίας αὐχένα τῷ κραιδῶν τοῖς ἐνόπλοις ἀγῶσιν. Celtæ & Galli gentes quibus resistere difficile esset Majoribus visæ sunt, quæ torrentis instar, cujus sustineri impetus nequeat, Italos & Illyricos sæpius inundarunt, Asiamque corripuerunt, quod armatis certaminibus prævalerent.

αἰσχυνόμενοι μὲν οἱ φεύγοντες, καὶ τὸ πᾶς ἅπαν ἅπασιν ἀνθρώποις ἐφ' αὑτῷ δείξαι συμβαῖνον, ἐφαίνοντο Κελτοὶ, ἐφαίνοντο ὅτι Γαλάται τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις δείξαντες, pudebat Magnentianos fugientes videri, ut quod hominibus universis eoüsque incredibile fuerat, tunc contigisse monstrarent; militem scilicet Celtam, militem Gallum terga hostibus vertere.

In

In Cæsaribus, τ ὁκ ἂ Ευρώπης οἱ τὴν Ασίαν πολλάκις πόλεμον ἐπάγουσαν ἐτρέψαντο, ἢ τῶν αὐτῶν τὰς ἀνδρειοτάτους, Ιταλὰς, Ιλλυριὰς, Κελτὰς, ex Europæis, qui Asiam bellum sæpius inferentem everterant, fortissimique ex illis Itali, Illyrici, Celtæ.

In Misopogone, μηδὲ θαυμάσητε τοῦτο εἰ καὶ ἐγὼ τοιαῦτα πάσχω πρὸς ἡμᾶς ἀνὴρ ἀρχιώτερος ἐκείνε, καὶ θρασύτερος τοσούτῳ καὶ αὐθαδέστερος, ὅσῳ οἱ Κελτοὶ Ρωμαίων, &c. διέτριψα πολὺ ἤδη χρόνον, ὥστε ἔπος κυνηγέτης ἀρχαίοις ὁμιλῶν καὶ συμπλεκόμενος ἠθεσίν ὑπεμυχάνω ὅτι θωπεύειν ὅτι κολακεύειν οὐδέσιν, ἀπλῶς ἢ καὶ ἐλεύθερος ὢν ὃ ἴσα πᾶσι προφέρειαν, &c. ἢτε ἐν ἀνδράσιν αὐτουργία πρὸς τὰς μαχιμωτάτας καὶ θυμικωτάτας τῶν ἐθνῶν. nec id mirabimini, si mihi apud vos idem nunc accidit; cum vir sim illo (*Catone*) agrestior, tantoque audacior, & arrogantior, quanto Celtæ præ Romanis sunt, &c. qui multum tempus contrivi venatoris instar, cum feris conversans, iisque implicitus, in eos mores incidi qui nec blandiri, nec adulari, sed simpliciter & libere, omnibus ex æquo se proferre norunt, &c. potestas meo arbitrio agendi, quæ virorum est, inter gentium pugnacissimas & animosissimas fuit.

Ammianus Marcellinus lib. 13. Ad militandum omnis ætas aptissima, & pari pectoris robore senex ad procinctum ducitur & adultus, gelu duratis artubus, & labore assiduo multa contempturus & formidanda, nec eorum aliquando quisquam, ut in Italiâ, munus Martium pertimescens pollicem sibi præcidit, quos totaliter Murcos appellant.

Lib. 12, Erant nobiscum (*in Amidæ obsidione annò Christi* 359) duæ legiones Magnentiacæ recens è Galliis ductæ, ut prædiximus, virorum fortium & pernicium ad planarios conflictus aptorum: ad eas vero belli artes quibus stringebamur non modo inhabiles, sed contra nimii turbatores, qui cum neque in machinis, neque in operum constructione juvarent aliquem, stolidius erumpentes, dimicantesque fidentissime, minuto numero revertebant, tantum proficientes, quantum in publico (ut ajunt) incendio aqua unius hominis manu adgesta. Postremo obseratis portis precantibusque Tribunis egredi nequeuntes frendebant ut bestiæ. Verum secutis diebus, efficacia eorum eminuit, ut docebimus.

Miserabiles turmas (*ex Ziata castello ad hostium ductas*) Galli milites contuentes, rationabili quidem, sed intempestivo motu, conserendæ cum hostibus manus copiam sibi dari poscebant, mortem Tribunis vetantibus, primisque ordinibus minitantes, si deinceps prohiberent. utque dentatæ in caveis bestiæ, tetrò pædore acerbius efferatæ, evadendi spe repagulis versabilibus illiduntur; ita gladiis portas cædebant, quòs supra diximus observatos; admodum anxii ne urbe excisâ, ipsi quoque sine ullo speciosò facinore deleantur, aut exuta periculis nihil egisse operæ pretium pro magnanimitate Gallica memorentur; licet antea sæpe egressi, structoresque aggerum confossis quibusdam impedire conati paria pertulerunt.

Galli morarum impatientes, securibus gladiisque succincti, patefactâ sunt ogressi postica, observatâ nocte squalidâ & interluni, orantes cœleste præsidium, ut propitium & esset & libens. Atque ipsum spiritum reprimentes, cum prope venissent, conferti valido cursu, quibusdam stationariis interfectis, exteriores castrorum vigiles, ut in nullo tali metu sopitos obtruncantes, supervenire ipsi regiæ, si prosperior juvisset eventus, occulte meditabantur. Verum audito ruentium sonitu, gemituque cæsorum, discusso somno, excitatis

tatis multis, & ad arma pro se quoque clamante, steterant milites vestigiis fixis, progredi ultra non ausi, neque enim cautum; deinde expergefactis, quos petebant insidiæ, in apertum properare discrimen, cum jam undique frendentium catervæ Persarum in prælia venirent accensæ. Contra Galli corporum robore, audaciaque, quoad poterant inconcussi, gladiis secantes adversos, parte suorum strata, vel sagittarum undique volantium crebritate confixa, cum unum in locum totam periculi molem conversam, & currentium hostium agmina advertissent, nullo terga vertente evadere festinabant; & velut repedantes sub modulis, sensim extra vallum protrusi, cum manipulos confertius invadentes sustinere non possent, tubarum perciti clangore castrensium, discedebant. Et resultantibus è civitate lituis multis, portæ panduntur recepturæ nostros, si pervenire illuc usque valuissent; tormentorumque machinæ stridebant sine jaculatione ulla telorum, ut stationibus præsidentes, post interemptos socios pone agerentur ignari, urbis oppositi mœnibus nudatis, ut viri fortes susciperentur innoxii. Hacque arte Galli portam prope confinia lucis introiere minuto numerô, quidam perniciose, pars leviter vulnerati, quadringentis ea nocte desideratis; qui non Rhesum, nec cubitantes pro muris Iliacis Thracas, sed Persarum Regem armatorum centum millibus circumseptum, ni obstitisset violentior casus, in ipsis tentoriis obtruncarant. Horum campiductoribus ut fortium factorum antesignanis, post civitatis excidium armatas statuas apud Edessam in regione celebri locari jusserat Imperator, quæ ad præsens servantur intactæ. Retectis sequenti luce funeribus, cum inter cæsorum cadavera optimates invenirentur & satrapæ, clamoresque dissoni fortunam aliam alibi cum lachrymis indicabant, luctus ubique & indignatio Regum audiebatur, arbitrantium per stationes muris objectas irrupisse Romanos, induciisque ob hoc tridui datis, adsensu communi, nos quoque spatium ad respirandum accepimus.

Lib. 25 *ad* A. D. 363. Id pro multis nosse sufficiet, exhortatum eum (*Julianum*) simplici concione militem Gallicanum pruinis adsuetum & Rheno, peragratis spatiis regionum extentis, per tepentem Assyriam adusque confinia traxisse Medorum.

Paulus Orosius Tarraconensis Ecclesiæ presbyter, A. D. 416, *lib.* 2. *c.* 19 *huic* cladi (*irruptioni Gallorum & incendio urbis*) audeat quisquam, si poterit, aliquos motus temporis hujus comparare, quamvis non æquo pendat præteriti mali fabulam præsentis injuria. Igitur Galli Senones, Duce Brenno, exercitu copioso & robusto nimis, cum urbem Clusium, quæ nunc Tuscia dicitur, obsiderent, legatos Romanorum (qui tunc componendæ gratia pacis venerant) in acie adversum se videre pugnantes; qua indignatione permoti, Clusini oppidi obsidione dimissa, totis viribus Romam contendunt. Hos ita ruentes Fabius cum exercitu Consul excepit, nec tamen obstitit, imo potius hostilis ille impetus, quasi aridam segetem succidit, stravit, & transiit; testatur hanc Fabii cladem fluvius Allia, sicut Cremera Fabiorum. Non enim facile aliquis similem ruinam Romanæ militiæ recenseret, etiamsi Roma insuper incensa non esset: patentem Galli urbem penetrant, trucidant rigentes simulachrorum modo in suis sedibus Senatores, eosque incendio domorum crematos lapsu culminum suorum sepeliunt. Universam reliquam juventutem (quam constat vix mille hominum tunc fuisse) in arce Capitolini

montis

montis latitantem obsidione concludunt; ibique infelices reliquias face, peste desperatione, formidine terrent, subigunt, vendunt; nam mille libris auri discessionis pretium pacisc untur, non quod apud Gallos Roma parvi nominis fuerit; sed quod illam sic jam ante detriverint, ut amplius tunc valere non posset. Exeuntibus Gallis remanserat in illo quondam urbis ambitu infortunium, ruinarum obscœna congeries, ut undique impedita errantium, & inter sua ignotorum offensæ vocis imago, respondens trepidos suspendebat auditus. Horror quatiebat animos, silentia ipsa terrebant, siquidem materia pavoris est raritas in spaciosis. Hinc illis mutare sedes, aliud incolere oppidum, altero etiam censeri nomine cogitatum, placitum atque tentatum est.

Lib. 3. cap. 6, Annô ab urbe condita 388 iterum terribilis Gallorum inundatio juxta Anienem fluvium ad quintum ab urbe lapidem consedit, facile sine dubiô pondere multitudinis & alacritate virtutis perturbatam occupatura civitatem nisi otio & lentitudine torpuisset; ubi atrocissimam pugnam Manlius Torquatus singulariter inchoavit, T. Quinctius Dictator, cruentissima congressione confecit. Fugati ex hoc prælio plurimi Galli instauratis iterum copiis in bellum ruentes à C. Sulpitio Dictatore superati sunt.

Tertio autem in iisdem diebus Galli se in prædam per maritima loca, subjectosque campos ab Albanis montibus diffuderunt, adversus quos novo militum delectu habito, conscriptisque legionibus decem, sexaginta millia Romanorum negatis sibi Latinorum auxiliis processerunt.

Cap. 21, Anno ab urbe condita 450, Fabio Maximo v, Decio Mure iv Coss. quatuor fortissimi florentissimique Italiæ populi in unum agmen fœdusque coierunt; namque Etrusci, Umbri, Samnites & Galli uno agmine conspirantes Romanos delere conati sunt; tremefacti hoc bello Romanorum animi, & labefactata fiducia est, nec ausi sperare totum de viribus, dolo divisere hostes, &c. in quo bello cum Gallorum impetu Romani premerentur. Decius Consul. cæsus est. —

Cap. 22, Anno ab urbe condita 462 Dolabella & Domitio Coss. Lucani, Brutii, Samnites quoque cum Etruscis & Senonibus Gallis facta societate, cum redivivum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorandos Gallos misere Legatos, quos cum Galli interfecissent, Cæcilius Prætor ad ulciscendam Legatorum necem & comprimendum tumultum cum exercitu missus, ab Etruscis, Gallisque oppressus interiit; septem præterea tribuni militum in ea pugna occisi, multi nobiles trucidati, tredecim millia etiam militum Romanorum illo bello prostrata sunt. Ita autem quotiescunque Galli exarserunt, totis opibus suis Roma detrita est. —

Lib. 4. c. 12, Eodem annô (ab urbe condita 507) Galli Cisalpini novi extitere hostes, adversus quos varia sorte bellatum est; nam in primô conflictu Valerii Consulis tria millia quingenti cecidere Romani, &c.

Cap. 13. L. Æmilio Pappo, C. Attilio Regulo Coss. magnâ formidine consternatus Senatus defectione Cisalpinæ Galliæ, cum etiam ex ulteriore Galliâ ingens adventare exercitus nunciaretur, maxime Gæsatarum, quod nomen non gentis, sed mercenariorum Gallorum est. Itaque permoti Coss. totius Italiæ ad præsidium Imperii contraxere vires. Quô facto, in utriusque Consulis exercitu octingenta millia armatorum fuisse referuntur, sicut Fabius historicus, qui eidem bello interfuit, scripsit. Ex quibus Romanorum &

Campanorum fuerunt peditum trecenta quadraginta octo millia ducenti, equitum vero viginti sex millia sexcenti; cætera multitudo sociorum fuit. Commisso prælio apud Aretium Atilius Consul occisus est, octingenta millia Romanorum, nec tanta, quanta eos terrere debuit, cæsa sui parte fugerunt, nam tria millia eorum tunc interfecta historiæ tradunt. —

Cap. 16. Lucius Posthumius Prætor adversum Gallos pugnare jussus; cum exercitu cæsus est.

Cap. 20. Fulvius Consul de Græciâ in Gallo græciam, quæ nunc est Galatiâ transvectus, ad Olympum montem pervenit, ad quem universi Gallogræci, cum conjugibus & liberis confugerant, ibique acerbissimum bellum gessit. —

Lib. 5. *c.* 4. Appio Claudio, Q. Cæcilio Metello Coss. Appius Claudius adversus Salassos Gallos congressus & victus decem millia militum perdidit.

Cap. 13. Anno ab urbe conditâ 628 Fabius Consul Bituito Regi Arvernorum Galliæ civitatis, bellum maximo instructu comparanti, adeo cum parvô exercitu occurrit, ut Bituitus paucitatem Romanorum vix ad escam canibus, quos in agmine habebat, sufficere posse jactaret; qui cum sibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parum esse intelligeret, alium compactis lintribus catenisque connexum, superstratis confixisque tabulis instruxit, conserta pugna & diu graviter agitata, victi Galli. —

Q. Marcius Consul Gallorum gentem sub radice Alpium sitam bello aggressus est; qui cum se Romanis copiis circumseptos viderent, belloque impares fore intelligerent, occisis conjugibus ac liberis in flammas se projecerunt; qui vero præoccupantibus Romanis peragendæ tunc mortis suæ copiam non habuerant, captique fuerant, alii ferrô, alii suspendio, alii abnegato cibo sese consumpserunt; nullusque omnino vel parvulus superfuit, qui servitutis conditionem vitæ amore toleraret.

Cap. 15. Jugurthini belli temporibus L. Cassius Consul in Gallia Tigurinos usque ad Oceanum persecutus, rursumque ab eisdem insidiis circumventus, occisus est. Lucius quoque Piso vir consularis Legatus Cassii Consulis interfectus. Q. Publius alter Legatus, ne residua exercitus portio, quæ in castris confugerat, deleretur, obsides & dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimô fœdere dedit.

Cap. 16. Anno ab urbe condita 642 C. Manilius Consul, & Q. Cœpio Proconsul adversus Cimbros, & Teutonas, & Tigurinos, & Ambronas Gallorum & Germanorum gentes, quæ tunc ut imperium Romanum extinguerent conspiraverant, missi, provincias sibi Rhodano flumine medio divisêrunt; ubi dum inter se gravissima invidia & contentione disceptant, cum magnâ ignominia & periculo Romani nominis victi sunt; siquidem in ea pugna M. Aurelius Consularis captus & interfectus est, duo filii Consulis capti, octoginta millia Romanorum sociorumque eâ tempestate trucidata, quadraginta millia calonum atque lixarum interfecta, Antias scribit. Ita ex omni penitus exercitu decem tantummodo homines, qui miserum nuncium ad lugendas miserias reportarent, superfuisse referuntur. Hostes binis castris atque ingenti præda potiti, nova quadam atque insolita execratione cuncta quæ ceperant pessumdederunt; vestis discissa & projecta est, aurum argentumque in flumen abjectum, loricæ virorum concisæ, phaleræ equorum disperditæ,

sperditæ, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis collo inditis ex arboribus suspensi sunt, ita ut nihil prædæ victor, nihil misericordiæ victus agnosceret. Maximus tunc Romæ non solum luctus, verum etiam metus fuit, ne confestim Cimbri Alpes transgrederentur, Italiamque delerent.

Marius quartum Consul, cum juxta Isaræ Rhodanique flumina, ubi in sese confluunt, castra posuisset; Teutones, Cimbri, & Tigurini, & Ambrones, postquam continuò triduo circa Romanorum castra pugnarunt, si quo modo eos excuterent vallo, atque in æquos campos effunderent, tribus agminibus Italiam petere destinarunt. —

Primus calonibus cum clamore in pugnam ruentibus subsecutus exercitus, mox justô certamine compositis ordinibus bellum gestum & vicere Romani. Quarto die rursus productæ utrinque acies usque ad meridiem pari pene pugnavere discrimine. Post ubi incalescente sole fluxa Gallorum corpora in modum nivium distabuerunt, usque in noctem cædes potius quam pugna protracta est. Ducenta millia armatorum in eô bello interfecta sunt, octoginta millia capta, vix tria millia fugisse referuntur. Dux quoque eorum Theutobodus occisus est. Mulieres eorum constantiore animô quam si vicissent, consulverunt Consulem, ut si inviolata castitate virginibus sacris ac Diis serviendum esset, vitam sibi reservarent. Itaque cum petita non impetrassent, parvulis suis ad saxa collisis, cunctæ sese ferro ac suspendio peremerunt. Hæc de Tigurinis & Ambronibus gesta sunt. —

Prima Gallorum perturbatio fuit, quod Romanum aciem prius offendere dispositam, quam adesse senserunt. Cumque illico vulnerati equites retro in suos cogerentur, totamque multitudinem indisposite adhuc adventantem conturbarent, & Sol cum vento ortus ex adverso emicuisset, visus eorum pulvis opplevit, & splendor habetavit. Ita factum est ut tanta ac tam terribilis multitudo, minimâ Romanorum clade, sua autem ultima internecione cæderetur. Centum quadraginta millia eorum tunc in bello cæsa, sexaginta millia capta dicuntur. Mulieres graviorem pene excitavere pugnam, quæ plaustris in modum castrorum circumstructis, ipsæ autem desuper propugnantes, diu repulere Romanos. Sed cum ab his novo cædis genere terrerentur (abscissis enim cum crine verticibus, inhonesto satis vulnere turpes relinquebantur) ferrum quod in hostes sumpserant, in se suosque verterunt. Namque aliæ concursu mutuo jugulatæ, aliæ apprehensis invicem faucibus strangulatæ, aliæ funibus per equorum crura consertis, ipsisque continuò equis exstimulatis, postquam suas iisdem funibus, quibus equorum crura nexuerant, indidere cervices, protractæ atque exanimatæ sunt, aliæ laqueo de subtectis plaustrorum temonibus pependerunt. Inventa est etiam quædam, quæ duos filios, trajectis per colla eorum laqueis ad suos pedes vinxerit; & cum seipsam suspendio morituram demisisset, secum traxerit occidendos. Inter hæc multa & miserabilia mortis genera, Reguli quoque duo strictis in se gladiis concurrisse referuntur; Lugius & Bojorix Reges in acie ecciderunt, Claudicus & Cesorix capti sunt, ita in his duobus prœliis trecenta quadraginta millia Gallorum occisa, & centum quadraginta millia capta sunt, absque innumerâ mulierum multitudine, quæ se suosque parvulos fœmineo furore, vi autem virili necaverunt.

Suidas in voce Γαλάται. Ὅτι ἔ Σκιπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, καὶ Λυσίου ἔ Καρχη-

Κὰρχηδονίᾳ Ρωμαίοις Γαλάτων τὰς ἐν Ασίᾳ κατοικίσαντο. ὅτι δ' ἦσαν τῶν Εσπερίων Γαλατῶν μοῖρα. Ανασάντες γὰρ ποτὲ τῆς οἰκείας οἱ Γαλάται ἅμα Βρέννῳ στρατηγῷ τοσοῦλδον εἰς λ μυριάδας ἀριθμούμενοι. ἐλθόντες Δῳακεδόνιτης, οἱ μὲν ὅτι πλὼ ἔσω πολῶν Ελλάδα, οἱ δ' ὅτι Θρᾴκλω καὶ πλὼ Ασίαν ἐτράποντο. ἀμφὶ τὰς δύο μάλιστα πᾶ καὶ αὐτὰ μυριάδας ὄντες. καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μικρᾷ τῶν ὅτι τοῦτε ᾧ πώρᾳ Ασιανῶν χωρῶν τὰς μὲν ἄλλας ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρυ, αὐτοὶ δὲ τὰ ἀφὶ τ' Αλιυ πεζόμεν χωρία καζοχόντες, ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ βιθυνῶντι καὶ Καππαδοκῶν κείμενα, Scipionis Romanorum Imperatoris & Hannibalis Carthaginenſis ætate, Romani Galatas, qui in Aſiâ erant, everterunt. Hi Occidentalium Galatarum portio erant. Cum enim Galatæ è domo ſe moviſſent, unà cum Brenno Imper. ad 30 myriadas numero acceſſerunt; Inde ſejuncti illi quidem in Græciam, quæ intra portas eſt; hi vero in Thraciam & Aſiam converſi ſunt; quaſi duæ myriades & ipſi exiſtentes. Cumque omnes fere Aſianas nationes cis Taurum bello viciſſent, reliquas tributum pendere coëgerunt, ipſi vero occupatis quæ circa Halym ſunt locis, inter Bithynos & Cappadoces poſita depaſcunt.

In voce Κελτοὶ. ὄνομα ἔθνυς οἱ λεγόμβοι Γερμανοὶ. οἱ ἀμφὶ τ' Ρῆνον πλαμὲν εἰσὶν, οἱ κατῴκον τὴν γὴν τ' Αλβανῶν ἃς καὶ Σήνωνας καλοῦσιν, ὅτι οἱ Κελτοὶ καὶ Ρωμαίων ἐστράτδοσαν, vocabulum gentis, qui Germani vocantur, qui circa Rhenum fluvium habitant, qui Albanorum tetram infeſtarunt, quos Senones vocant; Celtæ adverſus Romanos bellum geſſerunt.

De Hiſpanorum moribus.

T*itus Livius Decadis* 3. *lib.* 2 ipſorum Hiſpanorum inquieta, avidaque in novas res ſunt ingenia. — Acedux erat Sagunti nobilis Hiſpanus, fidus ante Pœnis, tum (qualia pleraque ſunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutaverat fidem.

Strabo Geographiæ lib. 3. τὰ δ' τ' Ελλήνων πλάνης τ' εἰς τὰ βάρβαρα ἔθνη, νομίζοι τις ἂν εἶπον τὸ διεσπᾶδζ καζ' μέρη μικρὰ, καὶ δωμαστείας ὀλιγίστας ὅσκ ἐχούσας πρὸς ἀλλήλυς καὶ' αὐθάδειαν. ὥστ ὀκ τότε πρὸς τὰς ὀλιγίστας ἔζωθεν ἀδυνεῖς εἶναγ. τῶν δ' αὖθάδες ὂν δ' τῆς Ιβηρσι μάλιστα ἐπάτεινε πρὸς λαβεῖσι καὶ τὸ πανύργον φύσει καὶ τὸ μὴ ἁπλῶς; ὅλιθετοι γὰρ καὶ ληστρικοὶ τοῖς βίοις ἐγένοντο τὰ μικρὰ τολμῶντες, μεγάλεις δ' ὀκ ὅτι βαλκόμβοι Δῳὸ τὸ μὴ μεγάλας καζασκδάζεδζ δωάμεις καὶ κοινωνίας. οἱ γὰρ δὴ σωαπτίζειν ἐβάλοντο ἀλλήλυς, ὅτι καρχηδονιοις ὑπῆρξεν ἂν καλασρέψασζ ἐπελθόσι τὴν πλειστὴν αὐτῶν ὀκ πεισάσας. καὶ ἐπ πρότερον Τυρίοις, εἶτα Κελτοῖς, εἶ νῦν Κελτίβηρες καὶ Βήρωνες καλοῦνται. Græcorum evagationis inter barbaras gentes cauſam fuiſſe quis putaverit, quod diſtracti ſint in exiguas portiones, & dominia, ob faſtum nullum aliorum conſortium habentia: Vnde contigit, ut contra exrinſecus invadentes infirma eſſent. Hic vero faſtus maxime apud Hiſpanos accedente naturæ vafricie, quodque ſimpliciter non agerent, intenſus eſt; erant enim vivendi genere impoſturæ dediti & prædatores, ad parva audaces, magni nihil moliti, quia magnas poteſtates & ſocietates nequaquam conſtituerant. ſi enim alii aliis auxilio eſſe voluiſſent, neque Carthaginenſibus invadentibus majorem ipſorum partem, nemine prohibente, ſubigere licuiſſet; neo antea Tyriis & Celtis, qui nunc Celtiberi & Verones dicuntur; nec poſtea Viriatho latroni & Sertorio, & ſi qui alii ad majus dominium animos adjecerunt.

Et paulo ante οἱ πλείας αὐτῶν τὸ ἀπὸ τ γῆς ἀφέντες βίον, ἐν ληιηλοις διετέλων ἢ πολέμω σωεχεῖ, πρὸς τὰ ἀλλήλας καὶ τὰς ὁμόρους αὐτοις ἀλλοδαίνοντες τ Τάγον, ἕως ἔπωσαν αὐτὰς Ρωμαῖοι — τὰς Λυσιτανὰς Φασιν ἐνεδρώλικὰς, ἐξερδυηλικὰς, ὀξεῖς, κέρδος δ' ἐξελίλιας — τὸ δυσήμερον καὶ ἀγριῶδες, οὐκ ἐκ τ πολεμειν συμβέβηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλ' τ ἐπιπόσμον, καὶ γὰ ὁ πλὰς ἐπ' αὐτὰς μακρὸς, καὶ αἱ ὁδοὶ. δυσεπίμικτοι ὄντες ἀπεδεδληκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τ Φιλάνθρωπον — πρὸς τὴ ἀληθεία τῆ τακεσιη πλὰ καὶ ἐωρᾶσιν καὶ μεμύθωται πρὶ πάντων κοινῆ τ Ἑλληνικῶν ἐθνῶν ἀλοφερόντως τῶν πρσσόρρων, ὐ μόνον ἢ τὰ πρὸς ἀνδρίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς ὁμότηβα καὶ ἀπόνοιαν ἠλίωδη. Lusitanorum plerique victus è terrâ petendi dimisso studio latrociniis bellóque continuo cum sese invicem tum finitimos transmisso Tago infestarunt, donec Romani eos ad quierem composuerunt. — Lusitanos, insidiandi judagandique peritos, celeres, leves, versatiles esse ajunt, — Immanitas & feritas (Septentrionalibus Hispanis) non tantum à bellis adest, sed & ob remotiorem ab aliis inhabitationem; ad eos enim & navigatio & viæ longiores sunt; cum autem difficile aliis misceantur, & societatem & humanitatem abjecerunt.

Justinus lib. 44. Hispani bellum quam otium malunt; si extraneus deest, domi hostem quærunt. — velocitas genti pernix, inquies animus plurimis — feris propiora quam hominibus ingenia sunt. — populum barbarum ac ferum legibus ad cultiorem vitæ usum traductum in formam provinciæ redegit, *Augustus anno ante Christum* 59.

De Galliarum & Hispaniarum incolis, eorumque dignitate.

